



THE NEW YORK • BOTANICAL GARDEN
PRO SCIENTIA
SALUTE
POPULIQUE
1891
LIBRARY

WALPERS.

ANNALES BOTANICES
SYSTEMATICAE

TOMUS IV.

AUCTORE

D^R. CAROLO MUELLER BEROL.

LIPSIAE.

SUMPTIBUS AMBROSII ABEL.

1857.

SYNOPSIS

PLANTARUM PHANEROGAMICARUM

NOVARUM OMNIUM

PER ANNOS 1851, 1852, 1853, 1854, 1855 DESCRIPTARUM.

AUCTORE

Dr. CAROLO MUELLER BEROL.

LIPSIAE.

SUMPTIBUS AMBROSII ABEL.

1857.



PROOEMIUM.

Beati Walpersii Annales botanices systematicae continuaturus viris scientae botanicae peritis fasciculum tomi quarti primum hic offero.

Spero et fasciculos sequentes brevissimo tempore sequuturos, ut jam hoc anno integer tomus quartus ex meis aliorumque commentariis proferatur.

Annalibus hisce botanicis propositum est eorumque finis, diagnoses descriptionesq. plantarum phanerogamicarum omnium nostra aetate nuperrime editarum colligere, quae novi quid operibus illis fundamentalibus afferant et Endlicheri „genera plantarum," et Decandollii „prodromus systematis naturalis regni vegetabilis," et Kunthii „enumeratio plantarum," omniaque nova et emendata quae spectant ad botanicam systematicam ex innumerabili ephemeridum serie nec non ex libellis singularibus et commentationibus illis multis et locupletissimis per unius operis partes digesta exhibere. —

Altera etiam Annalium inscriptio, Synopsin dico, porro mihi servanda videtur, quia Annales botanici revera et synopsin plantarum phanerogamicarum novarum omnium comprehendere conantur, illis tantum plantarum familiis exceptis quae jam sint sub praelo ac propediem proditurae.

> Clarissimus Candollius quaerenti mihi in quo plantarum genere ipsius industria proximo tempore versatura esset, humaniter respondit, sese tomum XIV prodromi sui hisce diebus promulgaturum esse. Is autem plantarum familias complectetur sequentes:

Polygonaceas, Laurineas, Myristicaceas, Proteaceas, Hernandiaceas, Santalaceas, Myrobalaneas, Elaeagneas, Aristolochiaceas:

> hae igitur plantarum familiae praesenti tempore in nostra disciplinarum orbe prorsus praetermittuntur, ne eadem apud duos simul scriptores legantur. —

Walpersius, vir beatae memoriae, Annales botanicos ab anno 1846 usque ad finem anni 1850 perduxit, qua re recipienda sunt in Annales nostros vel summatim excerpenda omnia hujus generis scripta quae his septem annis divulgata sunt.

Quum vero res ardua meisque viribus major videretur, magnopere gavisus sum quod mihi contigit ut duo viri docti studia sua, nostris jungere non dedignarentur, lectoribusque certe gratissimum erit cognoscere, clarissimum Reichenbachium filium, Orchidacearum familiam, ut jam fecit in prioribus Annalium voluminibus, clarissimum Andersonium, Holmiensem, familias Graminearum Cyperacearumque esse pertractaturos.

Fieri non potest ut omnia opera graviora e quibus excerpta quaedam lectorum benevolentiae in hoc orbe propono in prooemio hic designem, attamen e multis nonnulla ante alia nominem mihi liceat:

Plantas Wrightianas, plantas Frémontianas, plantas Junghuhnianas,
Naudinii Melastomaceas,
Tulasnii Monimiaceas,
Hookeri et Thompsonii Annonaceas Indicas or. etc.

Caeterum cum id potissimum agam, certe praecipue optem, ut externam quandam operi utilitatem conciliem. maxima semper diligentia omnis generis materiam suo loco suoque ordine proferre nisus sum, atque addenda et supplementa, quae beatus Walpers saepius in singulorum fasciculorum involucris dare solebat, tantum orbis nostri calci subjungere decrevi.

Quodsi forte evenerit ut minora et leviora me fugerint, confido futurum ut ejus rei veniam ab eruditis lectoribus impetrem. De reliquo spondeo me omnes cogitationes nisurum omniaque studia mea eo collaturum, ut hosce Annales botanicos, de quorum utilitate una est et consentiens eruditorum vox, magis magisque reddam et utiliores et gratiores.

Quod quo mihi facilius sit et ad finem illum assequendum accomodatius, a lectoribus benignis peto ut si qua forte animadverterint errata v. omissa ea mecum communicent, neque enim quidquam mihi antiquius erit, quam ut errores tollantur, falsa emendentur, minus accurate dicta corrigantur. —

Restat ut viris illis, qui vel consilio v. libris aliisque doctrinae praesidiis suppeditatis in conficiendo hoc opere mihi profuerunt, gratias quantas possum maximas agam, quo nomine, cum alii mihi praedicandi et laudandi sunt, tum illustrissimus Klotzschius, cui praeter caeteros summa liberalitate et erga me benevolentia obstrictum me esse confiteor. —

Scripsi Berolini Calendis Januariis anni 1857.

ANNALES BOTANICES SYSTEMATICAE.

TOMUS IV.

I. PLANTAE DICOTYLEDONEAE.

Subclassis I.

THALAMIFLORAE.

(DC. Prodr. I. p. 1.)

Ordo. I. RANUNCULACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 2. — Wlprs. Repert. I. 3. etc. — Wlprs Annal. I. 3. 953. II. 3. III. 805.)

Tribus I. *CLEMATIDEAE* DC.

4768. CLEMATIS *Linn.*

(DC. Prodr. I. 2. — Wlprs. Annal. II. 3.)

Sect. I. *FLAMMULA*. DC. (DC. Prodr. I. 2.)

1. CLEMATIS CRENATA *Jord.* Jordan in annotat. à la Fl. de Fr et d'Allemagne 1855 p. 12. — Florum paniculis dichotomis bracteatis axillarib. pedunculatis folio breviorib. fl. numerosis albidis pedunculis propriis erecto-patulis tomentosis, sep. 4 sub anth. patentib., anth. ovatis apiculatis filamento triplo breviorib., carpellis brevit. ovatis cauda sua divergente dense pilosa haud triplo breviorib., stigmate viridi brevi extra pilos haud emerso, receptaculo hirsuto obconico; f. saep. bijugis e. impari, foliolis brevit. ovatis b. subcordatis ap. tantum acutis inaequalit. utrinq. 3—9 crenatis, pet. scandentib. subcirrhosis, caulib. scandentib. lignosis sarmentosis, ramis oppositis. — In fruticetis collium calcareum pr. Nancy (Fl. Julio). — Planta C. Vitalbae L. proxima, sed facile ab ea distinguenda.
2. CLEMATIS JUNGHUHNIANA. De Vriese in pl. Jungh. I. p. 75. — Caule scandente, terete, f. horizontalib., ternatis, longe petiolatis: foliolis petiolulatis, cordato-ovatis, acuminatis, grosse serratis, vix utrinq. subtomentosis, pilis raris adpressis; panic. axillarib., lge pedunculatis, bracteatis, bract. ternatis, parvis, sep. albo-tomentosis. — Hab. ins. Javae loca rupestria calcarea montis Gunung Gamping pr. Jogjakerta (Jungh.). — Caulis scandens, striatus etc.
3. CLEMATIS UNCINATA, Champ. sp. n. Bentham in Hook. j. Kew gard. misc. III. 255. — Scandens, glaberr, glaucesc., f. pinnatisect., segm. (quinis) pitiolulatis ovato-lanc. uncinato-acuminat., panicula laxa floribunda, carpellorum caudis plumosis. —

F. inflorescentiae et calyc. siccitate nigresc. Pet. et petioluli subcirrhosi. Segm. 1½—3 p., b. trinerv., reticulato-venosa, subt. pallida, basi obtusa, ap. in acum. recurvum, interd. fere cirrhif. desinentia. Panic. ultra-ped., opposite ramosa, b. foliata; ramuli super. et ultimi bract. brevib. subulatis subtensi. Sep. 4 aperta, f. 6 l. lg. lanc. setaceo-acuminata, dorso glabra et nigricantia, ang. lanato-marginata (intus colorata?) St. numer., anth. lin. filamento aequilg. longioribusve. Ovar. 8—10 glabra. Styli lg. plumosi, summo ap. glabri, recurvi, int. stigmatosi. — In insula Hong-Kong.

4. CLEMATIS AROMATICA Lenné et Koch in app. ind. semin. h. Berol. 1855. (Sect. *Flammula*, species uni-triflorae.) — Glabra, debilis, floribunda; folia pinnata, superiora trifoliolata, foliolis oblongis; ramuli dichotomi, flore in dichotomia; sepala saturate violacea, horizontalia, apice plerumque recurvata; filamenta apice pilis longis obsita; pistilla, excepto apice styli incurvo, albo-hirsuta. — Planta minus scandens et in arboreto regio Sanssouciano jam diu culta, quoad habitum inter C. Flammulam L. et graveolentem Lindl. intermedia, floribus odorem more Heliotropii Peruviani L. jucundissimum spirantibus ita singularis est, ut cum nulla specie commutari possit. — In arboreto ad 6 pedes scandit; caulis debilis, ramosus, ramis floriferis abunde praeditus. Foliola oblonga, aut ovato-oblonga, ¾ poll. longa, 4—5 lineas lata, margine puberulo excepto glaberrima, subtus paulo pallidiora, subtrinervia, impari longius petiolulato excepto, sessilia; folia dichotomiae ramos fulcrantia integra, ovato-oblonga; pedunculi, praesertim medii, elongati, puberuli, apice sub anthesi recurvati, postremum longi, 2—2½ lin. erecti; flores magnitudine eorum C. Flammulae L.; sepala oblonga, 5—6 lin. lata, supra et subtus, margine sericeo excepto, glabra; stamina sepalis breviora, filamentis albis, antheras flavas continuas paulo angustiores duplo superantibus; pistilla crebra, erecta, apice incurvo puberulo excepto, pilis albis longis et erectis vestita, staminibus breviora.

5. CLEMATIS CYLINDRICA β HENDERSONI. *Clematis Hendersoni* Hort. C. Koch l. c. (Sect. *Flammula*, species uni-triflorae.) — Minus aut vix scandens, prostrata, glabra; folia pinnata, foliolis ovato-oblongis acutis, suprema simplicia; pedunculi in dichotomia elongati, ceterum terni; flores violaceo-coerulei, campanulato-tubulosi, sepalis oblongis aut cuneato-oblongis, marginibus appendiciformibus exceptis, glabris; stamina tota et caudae acheniorum villosae. — Planta forsitan hybrida e *C. cylindrica* Sims et *Viticella* L., jam diu in hortis britannicis (bot. reg. ad tab. 60. vol. XXXII.) nomine C. Hendersonii culta, differt a specie genuina colore sepalorum demum patentium saturate violaceo-coeruleo, nec dilute azureo. C. Viticella L. florem quidem saepe campaniformem habet, sed stamina tota et caudae glaberrimae sunt. — Caulis basi ramosus, plerumque in terram prostratus, 4—6 ped. longus, apice dichotomus, flore longissime pedunculato in dichotomia; folia inferiora pinnata, 6—8 poll. longa, rhachi volubili; foliola 5 aut 7, aeque ac folia suprema simplicia ovata-oblonga, trinervia, glaberrima, petiolulata; alabastra glabra; sepala pollicaria et longiora, 4—5 lin. lata, margine appendiciformi extus magis violaceo et pubescente excepto glaberrima, stamina et pistilla longitudine triplo superantia, ab initio erecta, postremum patula et patentia; filamenta praesertim ad partem superiorem villosa, antheris aequilongis; achenia compressa, pilis accumbentibus vestita; caudae, triente superiore glabriusculo excepto, pilis patentissimis hirsutae; caudae pistillorum sterilium glabriusculae.

6. CLEMATIS SCHILLINGII Arbor. Sanssouc. C. Koch l. c *Clematis reticulata* Wats. Dendr. brit. t. 72. (Sect. *Flammula*, species uni-triflorae.) — Caulis debilis, minus scandens, folia bi- aut simpliciter pinnata, glaberrima, foliolis 5, ovato-lanceolatis interdum basi bilobis; flores in dichotomia longe pedunculati, ceteri terni, dilute carnei, tubuloso-campanulati, sepalis apice reflexis; stamina, pistilla et caudae acheniorum villosa. — Species habitu *C. cylindricae* Sims β *Hendersonii*, a qua differt flore carneo, sepalis apice reflexis et foliis, etiam supremis, pinnatis ternatisve, consistentia tenuioribus. C. crispa L. sepalis magis coriaceis et reflexis, nec non caudis glabriusculis haud aegre distinguenda est. C. reticulata Wats. sine dubio huc pertinet nec, ut cl. Lindley (bot. reg. XXXII, t. 60) dicit, an C. Viticellam. Vera C. reticulata Wall. foliis obtusis et reticulo venarum in pagina superiore et inferiore elevato in-

structis ab affinibus speciebus haud aegre discernenda est et sine dubio a. C. rosea Sm. (in Abb. inf. amer. t. 101) diversa. Haec flore roseo, sub apice constricto, illi C. cylindricae Sims similiore et, ut videtur, semper tubuloso discrepat. — Caules dichotome ramosissimi, altitudine vix hominis, plerumque in terram prostrati, nodis pilosiusculis exceptis glaberrimi, angulato-striati; folia glaberrima, rhachi superne volubili; foliola 5, integerrima aut basi lacinula una alterave interdum praedita; alabastra pubescentia; flores tubuloso-campanulati, carnei. ad partem inferiorem albidi; sepala oblongo-lanceolata, margine appendiciformi eroso-denticulato, apice revoluta, 1—1¼ poll. longa, 4—5 lin. lata; stamina pilosa, sepalis triplo breviora, antheris a filamentis longitudine vix superatis; pistilla parte inferiore sericea, ceterum glabriuscula, germine stylo filiformi multoties breviore; achenia compressa, rotundata, late et crasse marginata, subsericea, caudis villosis praedita.

7. CLEMATIS LECHENAULTIANA (DC. Prodr. I. 6). De Vriese in pl. Jungh. I. p. 73.

var. α. *grosse serrata* Miq.

F. ternatis, medio foliolo majore, grosse serratis, ovatis, cordatis, inaequilateris, acutis, 3—5 nerviis, v. 3—5-plinerviis; pedunc. tripartitis, bracteatis, bract. saepe altero latere incisis, pedicellis 1-floris bibracteolatis, bracteolis linearib. v. ellipticis. — Hab. in silvis mont. Ungaran ad 3—4000′ Jungh. — Differt ab indicata specie: serratura, formaque bractearum.

8. CLEMATIS CORIACEA, Khs. (Walp. Ann. II. 4 sub spec. dub.). De Vriese in pl. Jungh. I. p. 72. — Scandens, f. oppositis, ex involucro 1-phyllo caulem circumdante lge petiolatis, ternatis, ovato-subcordatis, acutis v. ap. ad latus flexo oblique acuminatis, subquinquenerviis; pedunc. axillarib. 1-floris, longissimis, horizontalib., v. recurvatis; achaen. caudatis caudis longe et dense barbatis, ap. hamatis. — Cl. ? coriacea Krthls. (Walp. Ann. II. p. 4. n. 6 b.). De genere dubitavit Korthalsius, ut videtur, pr. habitum diversum a reliquis Clematidibus. Quae dubia ex speciminib. magis completis sunt solvenda. — Java. — Caulis longissimus, volubilis etc.

9. CLEMATIS JAVANA (DC. Prodr. I. 7). De Vriese in pl. Jungh. I. p. 75. — Cujus descriptioni adde: achenia longe cordata, albo-plumosa, flexuosa. — Hab. ins. Javae mont. Wajang pr. Pengalengang ad alt. 6000′ (Jungh.).

10. CLEMATIS SMILACIFOLIA Wall. (DC. Prodr. I. 10 n. 90). Hook. et Th. Flor. Ind. I. 6. — Glaberrima; Fol. maxim. simplicib. late ovatis rar. ternatipartitis. —

Wall. Cat. 4683.
Hook bot. mag. tab. 4259.
Cl. subpeltata Wall. pl. asiat. r. t. 20. Cat. 4684 (Walp. Rep. I. 5 n. 25).
C. Munroiana Wight. Ill. I. 5 t. 1 (Walp. Rep. I. 6 n. 26).
C. affinis Wight. Ill. I. 5.
C. smilacina Blume Bydr. I. (Walp. Rep. I. 5. 20).
C. glandulosa Blume Bydr. I. ? (Walp. Rep. I. 5. 19).

Hab. In prov. humidiorib.; in montib. inferiorib. Sikkim, Khasia, in montib. Concan; Nilghiri; Travancor et Dindigal; Ceylon; Ava — (Fl. Jun. Aug.). — Caules sulcati. F. 5—10 unc. lg., 4—7 l., late ovata, b. rotundata v. cordata, valide 5—7 nervia, margine albo-cartilaginea, interd. ternatipartita, superiora angustiora lg. acuminata. Paniculae elg., racemif. v. decompositae, pluriflorae. Sep. 4—5 oblg. acuta, patent., demum reflexa, ext. fusco-tomentosa, int. glabra. Stam. exter. sepalis paulo breviora; filam. membran. late linearibus; anth. brevib. ang.; interiora sensim breviora et angustiora, sed antheris gradatim longiorib. terminata, intima fere a basi antherifera. Ach. ovata compressa.

11. CLEMATIS TRILOBA Heyne (DC. Prodr. I. 8 n. 66). Hk. et Th. Fl. Ind. I. 7. — Molliter sericea, fol. parvis simplicibus v. ternatisect. elliptic. v. ovatis.

W. et A. pr. I. 2.

Hab. In Peninsula; in montib. Dekhan humidiorib. (Fl. Sept.). — Caulis sulcatus. F. lg. petiolata 1—2 unc, b. cordata v. rotundata, integerr. v. triloba, interd. ternatisecta, segm. integris v. lobatis. Paniculae multiflorae, decomposite ramosae, bract. foliac.

gradatim minorib. ovatis v. elliptic. trinervib. Fl. albi. Sep. 4—6, stellat. patentia, fere uncialia, oblg. ext. sericea. Stam. sepalis dimid. breviora; filam. lin-ligulata glabra, anth. elg. Achen. ovata, compressa, sericeo-villosa.

12. CLEMATIS HEDYSARIFOLIA (DC. Prodr. I. 6 n. 39). Hook. et Th. Flor. Ind. I. 7. — Fol. ternati- v. pinnatisectis, segment. ovatis acuminatis coriaceis creberrime reticulatim venosis glaberrimis, filament. ultra antheram in process. subulat. productis. — Hab. Pegu; in montib. Concan.

13. CLEMATIS GRATA Wall. (Walp. Rep. I. 5 n. 24). Hook. l. c. p. 7. — Incana, fol. pinnatipartitis, segment. (saep. 5) late oval. basi cordatis grosse inciso-dentat. utrinque incanis v. tomentos. v. rar. superne glabrescentib., anther. muticis.

(Wall. Cat. 4668.)

Hab. in montib. Affghanistan; in Himalaya occid. calida et temperata, alt. 2—8000′ Kashmir! Panjab Him.! Simla! Kanawer! Garhwal! et Kumaon! — (Fl. July. Aug.) v. v. — Caulis angulatus, incano-tomentosus. Foliola 1—2 poll., 3 partita, triloba v. incisa sparse et adpresse pubescentia v. incano-tomentosa. Paniculae decompositae, multiflorae, ramis strictis, foliac., f. lobatis v. indivisis. Sep. lactea ⅓ p., oval., nervosa. Filam. sepalis ⅓ breviora, plana ang. linearia, glabra; anth. breves. Achen. ovalia, compressa, sericea.

14. CLEMATIS GOURIANA Roxb. (DC. Prodr. I. 3 n. 13), Hook. et Thoms. l. c. 8. — Glabriuscula, fol. pinnatisect. v. bipinnatisect. (rar. ternatisect.) segment. ovat. v. oblongo-acuminat basi rotundat. v. cordat. membranac. superne lucid., antheris brevib. muticis.

Wall. Cat. 4673,
W. et A. Prodr. I. 2.
Wight. Icon. t. 933 934.
Neilgh. Pl. t. 12.
Clematis cana Wall. Cat. 4672.

Hab. in dumetis Ind. tropic. praesert. montanae.

15. CLEMATIS PARVIFOLIA Edgeworth! (Walp. Ann. I. p. 4 n. 6). Hook. Flor Ind. I. p. 9. — Glabra fol. pinnatim decomposit., panicul. pauciflor. (interd. 1-flor.) pedunculo med. 2 bracteato, filament. linearib. sericeo-pilosis.

C. graveolens Lindl. Journ. hort. Soc. I. 307. (Walp. Ann. I. 4 n. 9).

Hab. In Himalaya occid. temperata: alt. 6—11000′ Banahal! Kanawer! — (Fl. Aug.)

16. CLEMATIS ORIENTALIS, L. (DC. Prodr. I. 3 n. 4 et 5). Hook et Th Fl. Ind. I. 9. — Subglabra, fol. pinnat. v. bipinnat. glaucis, filament. planis membranaceis ciliatis apice filiformib. —

α. *acutifolia.* foliol. oblongo-lanceolat. acuminatis, florib. magnis.

C. orientalis, L. et auct.
Ledeb. Fl. Ross. I. 3.
Dill. Elth. t. 119. f. 145.
C. tenuifolia. Royle Ill. 51 (Walp. Rep. I. 6 n. 32).
C. graveolens, Hook bot. mag. t. 4495, non Lindl.
C. Ispahanica, Boiss. Diagn. VI. 3. (Walp. Ann. I. 3 n. 1).

β. *obtusifolia.* foliol. obl. obtusis.

C. glauca, Willd. (DC. Prodr. I. 3 n. 5).
Ledeb. fl. Ross. I. 3.

γ. *latifolia.* folior. segment. late ovalib. obt. lobatis.

C. globosa, Royle Ill. p. 51. (Walp. Rep. I. 6 n. 31).
C. Hysudrica, Munro (in Herb. Hook.).

In montib. Afghanistan et in Himalaya maxime occid. Tibetica; α. in Tibet. vulgaris alt. 7—14000′; β in Himalaya maxime occidentali; Kashmir; Marri; γ. in montib. Piti. — (Fl. Jul. Aug.).

17. CLEMATIS GREWIAEFLORA (DC. Prodr. I. 4 n. 15). Hook. et Th. l. c. 10. — Dense fulvo-tomentosa, fol. pinnatisect., foliol. 3—5 crass. late cordatis 5-lobis serrat., alabastr. ovalib.. filament. e basi ligulata dense pilosa filiformib. glabris.

Don. Prodr. Nip. p. 191.

Wall. Cat. 4678.

In Himalaya temperata et calida 3—5000′. Kumaon, Nipal, Sikkim. (Fl. autumno). — v. v. — Rami validi, rotundati. Foliola 4 unc lg. et 1, superne adpresse pilosa, subt. dense toment,, profunde lobata. Paniculae axill., plurifl., bracteae opp. v. verticillatae, trilobae v. grosse dentatae. Flores magni, late campanulati. Sep. oblg. Fil. sepalis aequilg. Achen. obl. ovata, sericea.

18. CLEMATIS BUCHANANIANA (DC. Prodr. I. 4 n. 16). Hook. et Th. l. c. 10. — Incana v. fusco-pilosa, f. pinnatisect. foliol. 5—7, fere rotundatis lobat. grosse aristato-dentat., sepal. oblong., filament. ang. ligulat. sericeo-pilosis. —

α. *rugosa.* fol. latiorib. obtusiuscul. rugos. reticulate venos subt. dense albo-tomentosis, caulib. tomentosis.

C. Buchananiana Wall. Cat 4677. Don. Prodr. 191.

β. *vitifolia.* fol. tenuiorib. cano-pubescentib. v. subglabr., caulib. pubescentib.

C. vitifolia Wall. Cat. 4676.

γ. *tortuosa.* fol, glabriusculis sericeo-venosis v. glaberrim., caulib. laxe fulvo-pilosis.

C. tortuosa Wall Cat. 4675.

In Himalaya temperata alt. 5 — 10000′; Panjab Himalaya, Garhwal, Kumaon, Nipal, Sikkim; et in montib. Khasia, alt. 4—6000′. α. in Himalaya occ. vulgaris, β. et γ. in humidioribus Himalayae orientalis et Khasia.

19. CLEMATIS CONNATA (DC. Prodr. I. 4 n. 18). Hook. et Th. fl. Ind. p. 11. — Fol. pinnatisectis, foliol. 5—7 ovat. b. cordatis, petiol. (saep.) b. dilatat. connat., filament. e basi ligulata filiformib., longe pilosis. —

Wall. Cat. 4679.

C. venosa Royle Ill. 51 (Walp. Rep. I. 6 n. 30).

C. amplexicaulis, C. velutina et *C. gracilis*, Edgew. in Lin. Transact. XX. 24. 25. (Walp. Ann. I. 3 n. 3, 4 et 5).

In Himalaya temperata alt. 6 — 10000′. Kishtwar, Kumaon, Nipal, Sikkim! — (Fl. autumno).

20. CLEMATIS ACUMINATA (DC. Prodr. I. 6 n. 40). Hook. et Th. l. c. p. 11. — Glaberrima, petiol. basi non dilatat., fol. ternatisect. foliol. lucidis trinervib. ovat. acuminat., florib. parvul. subglabris, filament. late ligulatis longe sericeis. —

Wallich. Cat. 4670.

Don Prodr. 192.

Hab. in Himalaya temperata: Kumaon, Nipal, Sikkim. — v. v. — Rami graciles, sulcati. F. lg. petiol., integra v. saep. 3-secta; foliola coriac., reticulato-venosa, 3—4 p. lg. 1½—2 l., ovata v. ovata-lanc. acuminata b. rotundata v. cordata, integerrima v. subserrata. Paniculae decompositae. Bracteae saep. minutae, sed interd. foliac. Pedic. lg. graciles. Alabastri cylindracei. Sep. erecta, oblg. 4—5 lin. lg. subacuta, margine praesert. puberula. Filam ad anth. usque longe sericeo-pilosa. Achen. sericea.

Sect. II. *VITICELLA.* DC.

(DC. Prodr. I. p. 8.)

21. CLEMATIS LANUGINOSA Lindl. Paxt. fl. gard. III. p. 107. pl. 94. — F. simplicib. ternatisque, foliol. coriac. cordatis acuminatis subtus petiolisq. villosis, alabastris pedunculis foliisq. juniorib. lanatis, sepalis 6 ovatis acuminatis patentissimis. — Planta pulcherrima Chinensis, scandens.

Lemaire jard. fleur. IV. pl. 363. (ex fl. des Serr. III. p. 165 n. 811.)

22. CLEMATIS CADMIA (Ham. ex Wall. Cat. 4669). Flor. Ind. Hook et Thomson I. 5. — Fol. ternatim decompositis integerrim., florib. axillarib. solitar., peduncul. medio bibracteolatis, acheniis compress. ovat. rostro recto acuminat. —

Cl. sulcata Wall. Cat. 4667.

Thalictrum bracteatum Roxb. Flor. Ind. 2. 671.

Hab. Bengal et Assam secus basin montium Khasia, in dumetis scandens. — v. s. —

Rami elongati, graciles, profunde sulcati, glabriusculi. F. glabra v. pilosula, segment. unciam longis. Pedunculi medio bibracteati. Bracteae sessiles, foliaceae, folioli sub-latiores, ovatae acutae, indivisae. Sep. 5—6, patentia ½ uncialia, oblonga, acutiuscula. St. sepalis multo breviora, filament. brevissimis planis glabratis. Achen. magna, adpresse sericea.

Sect. III. *CHEIROPSIS.* DC.

(DC. Prodr. I. 9.)

23. CLEMATIS ACUTANGULA (H. f. et T.) Hook. Flor. Ind. I. 5. — Fol. pinnatim decomposit., segment. ovato-lanceolat. basi rotundat. v. cuneat. grosse serrat.; filam. planis exacte linearib. dorso laxe pilosis, pilis supra antheras lineares introrsas fasciculum densum formantib. — Hab. in montib. Khasia prope Molim alt. 5000′. (Fl. Aug.) — v. v. — Rami sparse setoso-pilosi, debiles, profunde sulcati, costis acutissimis. Folior. segmenta 1—2 uncialia. Pedicelli foliis breviores, basi bibracteati; bracteae subfoliaceae tripartitae v. simplices. *Sep.* oblonga acutiuscula, extus pubescentia, intus glabra. Filam. membrauacea, valide 1-nervia, intus glabra. Anth. breves, introrse dehiscentes: connectivum non dilatatum. Achen. compressa, ovalia, sericeo-pilosa.

24. CLEMATIS BARBELLATA Edgew. (Walp. Ann. I. 4 n. 7). Hook. bot. mag. 1851. tab. 4794.

Hook. et Th. fl. Ind. I. p. 5.

Cl. Nipalensis, Royle Ill. p. 51 (excl. syn.).

v. Houtte fl. des s. IX. p. 253 c. tab. (ex bot. mag.).

25. CLEMATIS NIPALENSIS (DC, Prodr. I. 9 n. 80). Hook et Thomson Fl. Ind. I. 6. — Fol. ternati-partitis, pedicell. brevib. supra med. involucratis, filam. elongat. e basi plana filiformib. glabris.

Wall. Cat. 4680.

C. montana Don. Prodr. 192; (non alior.).

In Himalaya temper,; Garhwal! Kumaon! Nipal! Bhotan! (Flor. Dec. Mart.).

26. CLEMATIS MONTANA (DC. Prodr. I. 9 n. 81). Hook. et Th. l. c. 6. — Fol. ternatisectis, pedicell. nudis fol. aequantib. v. superantib., stamin. sepal. dimidio breviorib. filament. plan. anguste ligulat. glabris. —

(Walp. Rep. I. 9 n. 71. V. 4 n. 8.)

Wall. Cat. 4681.

Pl. asiat. rar. III. t. 217.

C. Punduana Wall. Cat. 4682.

C. anemoniflora Don. Prodr. 192.

Anemone curta Wall. Cat. 4690.

Hab. per totam Himalayam temperatam et subalpin. alt. 6—12000′ except. jug. exterioribus Sikkim, ubi non infra 10000′ occurrit; in montib. Khasia, alt. 4—5000′ (Fl. vere). — Flores majusculi, interd. maximi, suaveolentes. Sep. 1—1½ unc. elliptica v. ovata. alba, obtusa v. acuminata, nervosa glabrata v. extus adpresse pilosa. Achenia sericea lg. caudata. — Pulcherrima omnium Indiae or. specierum! —

---

27. CLEMATIS FULVA Zoll. et Mor. ? (Walp. Ann. I. 4 n. 8). De Vriese in pl Jungh. I. p. 74. — Fruticulosa, scandens, f. ternatis, foliolis inaequilateris, ovatis petiolatis, grosse serratis (ut tota planta) substrigoso-hirsutis, pedunc. floriferis in extremitate caulis raris sub-7floris, trichotomis, sep. e b. lata lanceolatis fulvis extus tomentosis. — (Spec. tamen Zollingeri non vidi.)

28. CLEMATIS PATENS var. MONSTROSA Pl. Planchon in v. Houtte IX. p. 265 c. tab. — F. normalib. oppositis, trifoliolatis, nodi supremi 6—7-nis, aliis normalib. 3—5 foliolatis, aliis 1-foliolatis, foliolis (s. segmentis) passim albo-variegatis, sep. 6—7 v. pauciorib. nunc plerisqu. a flore irregulariter pl. min. remotis e petiolo gracili longo laminaq. ovata cuspidata albo-viridiq. variegata constantibus, staminib. plerisq. in laminas petaloideas albas unguiculatas lanceolatas cuspidatas repando-erosas conversis, intimis paucis fertilib., anth. luteis, ovar. normalibus villosissimis. — E Japonia introduxit in hort. Van Hutt. v. Siebold.

Icones addendae.

a. CLEMATIS PATENS var. AMALIA. v. Houtte fl. d. s. X. 203 c. tab.
b. CLEMATIS PATENS var. LOUISA. v. Houtte fl. d. s. X. 205 c. tab.
c. CLEMATIS PATENS var. SOPHIA. v. Houtte fl. d. s. VIII. 279 c. tab. — *Clematis coerulea grandiflora*, hort. ex Lindl. in Bot. reg. tab. 1955, Majo 1835.

CLEMATIS GRAVEOLENS Lindl. (Walp. Ann. I. 4 n. 9. — II. 4 ic. add.). — Lemaire Jardin fleur. II. pl. 128 (ex bot. mag. t. 4495 iterata). — Paxton flower gard. n. 331. Xylogr. fig. 167.

4770. NARAVELIA *DC.*

(DC. Prodr. I. p. 10. — Walp. Ann. II. 5).

1. NARAVELIA LAURIFOLIA (Wall. cat. 4685). Flora Ind. Hook. et Thomps. I. 3. — Foliol. elliptico-lanceolat. acuminat. glaberrim. basi rotundat. v. subacut., petal. ang. linearib. —

N. Finlaysoniana Wall. cat. 4686.

Hab. In Peninsula Malayana, prope Mergui et Penang.

N. Finlaysoniana est varietas *N. laurifolii* acheniis longis subulatis nec seminiferis.

2. NARAVELIA ZEYLANICA (DC. Prodr. I. 10). Hook. et Th. l. c. 3. — Foliolis late ovatis brevit. acuminatis basi cordat. v. rotundat. subt. dense pubescentib. v. tomentos. (rar. glabrat.) petal. lineari-spathulatis.

Wall. Cat. 4687.

W. et A. Prodr. I. 2.

Atragene Zeylanica, L.; Roxb. Corom. II. t. 188; Flor. Ind. II. 670.

Hab. Zeylania, Carnatica, Malabaria, Concan, Maysor, Dekhan, Orissa, Bengal et secus basin Himalayae ab Assam ad Sikkim et Nipal orientale, Ava, Malaya, in dumetis calidis praes. montosis, sed e provinciis sicciorib. extratropicalib. omnino exul.

Tribus II. *ANEMONEAE* DC.

(DC. Prodr. 10. — Walp. Ann. I. 5 II. 5.)

4772. THALICTRUM *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 11. — Walp. Ann. II. 5.)

Sect. *PHYSOCARPUS* DC.

(DC. Prodr. I. 11.)

1. THALICTRUM PLATYCARPUM (H. f. et T.). Hook. et Th. fl. Ind. I. 13. — Fol. pinnatim decompositis, panicula ramosa, achen. 4—10 brevit. pedicellat. dolabriformib. stigmate recto apiculat. utrinque 3-costatis. — Hab. in Tibetia occidentali: Nubra, Hundes, Milam, Kumaon. — v. s. — Herba $^1/_2$—$1^1/_2$ ped., ramosa graveolens. Folia 2—3 uncias longa· foliola rotundata, triloba v. tripartita, subt. glanduloso-puberula. Stipulae scariosae, stipellae nullae. Paniculae rami divaricati. Pedicelli fructiferi elongati. Flores parvi viridescentes. Sep. late elliptica, membranac. Filam. filiform.; anth. elongat. muticae. Achenia glabra, obl. obovata, dorso recta, ventre valde gib-

bosa. — Species ut videtur rara, fol. Thalictr. eleganti, fructu *Th. Chelidonii* affinis, ulterius examinanda.

2. THALICTRUM CHELIDONII (DC. Prodr. I. 11). Hook. et Th. l. c. — Fol. ternatim decomposit, foliol. rotundat. crenato-lobat. basi cordat. subt. glauc., achen. numeros. dolabriformib. longe stipitat. utrinque 3 nervib. stylo recto v. incurvo apiculatis.

α. *reniforme:* foliol. majorib. 1—2 uncialib. subt. valde glaucis et pulverulent., fructu pubescente.

T. reniforme, Wall. Cat. 3716. (Walp. Rep. I. 11 n. 20.)
T. neurocarpum Royle Ill. 51. (Walp. Rep. I. 12 n. 23.)

β. *cultratum:* foliol. minorib. 1/4—1/2 uncialib. subt. pallide puberul. v. subglabr., fructu glabro.

T. cultratum Wall. cat. 3715. (Walp. Rep. I. 11 n. 19.)

γ *cysticarpum:* achen. numerosissim. obovat. fors. sterilib. longiss. pedicellat. reflex. membranaceis, nervis gracillimis.

T. cysticarpum Wall. cat. 3714. (Walp. Rep. I. 11. n. 18.)

In Himalaya temperata alt. 6—10000′. a Kashmir usque ad Sikkim et in montib. Khasia. (Fl. Jul. Aug.).

3. THALICTRUM PAUCIFLORUM Royle (Walp. Rep. I. 12 n. 29). Hook. et Th. l. c. 11. — Fol. biternat. subsessilib., foliol. inciso-trilobis, florib. in panicula pauciflora longe pedicellat., acheniis 5—15 brevit. stipitat. dolabriformib. nervos., stigmate dilatato apiculatis.

T. macrostigma et *T. secundum* Edgew. in Lin. tr. XX. 26. (Walp. Ann. I. 5 n. 1. 2.)

In Himalaya occidentali interiore, alt. 7—13000′: Kashmir, Kishtwar, Garhwal, Kumaon.

4. THALICTRUM CLAVATUM Hook. fl. bor. Ann., non DC. (*T. Richardsonii Gray* in Sillien. journ. 42 p. 17).

T. sparsiflorum Turcz et Ledeb. fl. Ross. p. 5. (Walp. Rep. I. 33. 34.)
(ex Pl. Wright. in Smiths. Contrib. V. p. 8 adnot.).

Sect. *EUTHALICTRUM* DC.
(DC. Prodr. I. 12.)

§. 1. Achenia elongata, stipitata.

5. THALICTRUM VIRGATUM (H. f. et T.). Hook. et Th. fl. Ind. I. 14. — Subsimplex, fol. ternati-partit. subsessilib., foliol cotundat. lobat. rigid., panicula terminali ramosa foliosa, achen. plur. brevit. pedicellat. oblongis costatis. — In Himalaya orientali temperata, supra rupes humidas: Sikkim in montib. interior. 8—10000′. — (Fl. May. Jun.). — v. v. — Radix tuberosa; caul. erectus, 1—1 1/2 pedal., strictus, glaucus, saepe purpurascens, simplex v. apice tant. ramosus. Fol. ternat. partita, pet. brevissim.; stipulae minutae scariosae; foliola 1/2—1 unciam longa rigida nervosa, rotundata, basi cuneata v. cordata, 3—5 loba, lob. integr. vel. obt. tridentatis. Flor. parvi albi. Sep. elliptica multinervia. Filam. filiformia; antherae muticae. Ach. 10—25, utrinq. acuta, stigmate sessili persistente apiculata.

6. THALICTRUM RUTAEFOLIUM (H. f. et T.). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 11. — Fol. pinnat. decomposit. foliol. membranac. parvul. varie inciso-lobat., florib. racemos., racem. terminalib. demum elongat., achen. 3—5 stipitat. arcte reflex. oblong. incurvis, stylo incurvo mucronat. obt. costatis. — In Tibetia occid. 10—14000′ in Nubra et Ladak. et in Himalaya or. in regione inter. Sikkim. (Fl. Jul.) v. v. — Radix fusiformis, perpendicular. Herba debilis 1 1/2—2 pedal., glaberrima. F. inferior. long. petiolata, petioli basi scarioso-stipulati et ad ramificationib. stipellati, stipell. scariosis minutis cito deciduis. Fl. parvi pallide viridescentes. Sep. elliptica obtusa multinervia. Filam. filiform.; antherae mucronat. Pedicelli fructiferi, patentes.

7. THALICTRUM ROSTELLATUM (H. f. et T.). Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 15. — Fol. ternatim decomposit. foliol. rotundat. basi cordat. crenato-lobat. membranac., panicula paucifl. foliosa, ach. 3—5 pedicellat. lineari-oblong. striatis in rostrum long. rect. ap. uncinat. productis. — In Himalaya temper. alt. 7—11000': Simla et Sikkim interiore, — (Fl. Aug.) v. v. — Herba erecta, bipedal. gracilis, diffusa, ramosa, radice fibrosa. Petioli brev., b. stipul. reniformib. auriculati. Stipellae nullae. Foliola tenuiter membranacea, pall. viridia, subt. glaucescentia ¼—½ uncialia. Fl. in ramis fere solitarii, parvi albi. Sep. elliptica nervosa. Filam. filiform.; anth. mutic. Paniculae fructifer. rami elongati divaricati, graciles. Rostrum achenio ⅓ brevius.

§. 2. Ach. breviora oblonga costata, subsessil. v. rar. longe stipitata.

8. THALICTRUM SANICULAEFORME (DC. Prodr. I. 12). Hook. et Thoms. Fl. Ind. I. p. 15. — Fol. ternatim decomposit., radicalib. longo petiolat. caulem saepe superantib., caulin. pauc., panicula paucifl. divaricato-ramosa, pedicell. strict. elongat., ach. numeros. sessilib. oblong. argute costat. longe rostratis. —

Thalictrum radiatum Royle Ill. 52. (Walp. Rep. I. 12, n. 28.)

In Himalaya temper. in tempore pluvioso supra arbores et rupes humidas crescens: Basehir, Garhwal, Nipal, Sikkim. in jug. interior. alt. 8000'. — (Flor. Aug.)

9. THALICTRUM FOLIOLOSUM (DC. S. I. 175. Prodr. I. 12 n. 14). Hook. et Th. l. c. p. 16. — Polygamo-dioicum, fol. supradecomposit., panicula ramosiss. aphylla, bract. minutis, ach. pauc. ovali-oblong. utrinque acut. argute costatis.

Don. Prodr. 192.

Royle Ill. 51.

In Himalaya temperata ubique, in Sikkim, in montib. Khasia. — (Fl. Aug. Sept.)

10. THALICTRUM MINUS L. (DC. Prodr. I. 13 n. 23). Hook. et Th. Fl. Ind. 16. —

α. *vulgare.*

β. *foetidum:* glanduloso-pubescens, fol. minorib.

Thalictrum vaginatum, Royle (Walp. Rep. I. 12 n. 26).

γ. *majus:* glabrum v. glaucescens, fol. majorib.

Th. majus, Jacq. et Auct. (Walp. Rep. I. 14).

T. Kemense, Fries. Ledeb. fl. Ross. I. 13 (Walp. l. c. 11 n. 10).

T. Maxwellii, Royle Ill. 52 (Walp. Rep. I. 12 n. 27).

In Tibet. occident. vulgatiss. ceter.

11. THALICTRUM ISOPYROIDES C. A. Meyer (Walp. Rep. I. 11 n. 13). H. et Th. l. c. 17. —

Fl. Ross. I. 7.

In montib. Beluchistan, Afghanistan.

12. THALICTRUM ALPINUM (Lin. Sp. 767). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 18. — Fol. omnib. radicalib. pinnat. v. bipinnat. scap. simplicib. racemos., pedicell. fructifer. reflex. ap. dilatatis, achen. oblongis costat. pedicellatis. —

Ledeb. Fl. Ross. I. 6; DC. Prodr. I. 12.

Th microphyllum et *marginatum*, Royle Ill. (Walp. Rep. I. p. n. 24—25).

T. acaule Camb. (Walp. Rep. I. 12 n. 31).

In Himalaya et Tibetia supra 10000'.

13. THALICTRUM PUNDUANUM (Wall. cat. 3712). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 18. — Fol. biternatis (superiorib. ternat.) foliol. magn. rotundat. crenat. sub 5-lobis, panicula terminali divaricato-ramosa fere aphylla, acheniis numeros. oblong. sessilib. sulcat., stylo recto ap. uncinato longe rostratis. —

Wall. pl. As. rar. II. 26 (Walp. Rep. I. 12 n. 21).

Hab. in Himalayae jug. exterioribus et in montib. Khasia. — Fl. Aug. Sept.

14. THALICTRUM DALZELLII (Hook. Ic. pl. t. 856). Hook. et Th. Fl. Ind. p. 18. — Fol. ternatipartit. foliol. magn. orbiculato-reniformib. profunde cordat. crenato-lobat. v. sub 5-lobis, panicula parva, florib. ad ramor. apices glomeratis, achen. numeros. breviss.

pedicellat. oblong. sulcatis stylo uncinato brevit. rostratis. — In montib. Siadri provinciae Concan. — (v. s.) — Herba rigida pedalis. Petioli b. stipulis oblong. majuscul. auriculati. Stipellae nullae. Foliola utrinque glaberrima, pallida rigide coriacea, nervosa, diametro 1—2½ uncial., superiora sessil. Sepala ellipt. nervosa. Filam. filiform., anther. muticae.

15. THALICTRUM WRIGHTII (Sp. n.) A. Gray. Pl. Wright. in Smithson Contrib. V. p. 7. — Dioicum glabrum; f. omnib. petiolatis, 2—4 ternatisectis; foliol. cuneato-obovatis oblongisve trilobis, adultis reticulatis; fl. paniculatis sparsis; sep. subulato-lanc. ovaria subaequantib.; carpellis ovatis subcompressis 8-costatis sessilib, stigmate styliformi paulo longiorib. — Mexico, pr. Santa Cruz, Sonora. — Septbr. — Caules 12—18 poll. lg. etc.

16. THALICTRUM PRAECOX C. Koch et Bouché in app. ind. semin. hort. Berol. 1855. — *Thalictrum ovatum* hort. Berol.

Stoloniferum, pluricaule; caules stricti, elevato-striati, simplices aut superne ramosi; folia omnia sessilia, biternata, subtus glaucescentia, foliolis ovato-oblongis trilobis aut integris; stipellae minutissimae aut nullae; flores paniculati, erecti; stamina postremo pendula, antheris breviter apiculatis. — Habitu *Th. flavi* L. et *Th. Kemensis* Fr., sed differt rhizomate brevi stolonifero, nec repente, foliis supra opaco-, subtus glauco-viridibus. Floret exeunte mense Majo cum Th. foetido L., prius quam species commemoratae. Patria mihi ignota. — Glaberrimum; caules erecti, teretiusculi, sed elevato-striati, tripedales; folia ambitu triangularia, omnino sessilia, aeque longa ac lata, vix semipedalia, biternata, pinnulis extremis iterum ternata; foliola ovata aut ovato-oblonga, semipollicaria; stipellae amplexicaules, arido-brunneae; paniculae terminales et laterales simplices inflorescentiam compositam oblongam referentes; flores erecti, sed stamina postremo cernua; antherae breviter apiculatae, filamentis apice vix dilatatis duplo triplove breviores; stigmata rotundato-ovata, lateribus plana, germen adaequantia, postremo erecta, colorata, achenia septem costata coronantia.

17. THALICTRUM LEUCOSTEMON C. Koch et Bouché. l. c. — Caulis sulcatus, teres; foliola glaberrima, oblonga aut obovata, integra aut 2-3-loba; stipellae aggregatae, lacerae; panicula maxima, ambitu ovata; flores hermaphroditi et stamina erecta; filamenta nivea, superne latiora, antheris submuticis quadruplo longiora. — Caulis elatus, 5-6 ped. altus, teres, sed sulcis exaratus, digitis facile comprimendus, inferne simpliciusculus, superne ramosus, glaberrimus; folia inferiora maxima, ternato-tripinnata, ambitu late ovata, saepe 1½ ped. longa et 2 ped. lata; pinnae et pinnulae inferiores ambitu ovato-oblongae; foliola subtus glaucescentia, 6-9 lin. longa, plerumque 4-6 lin. lata; vaginarum auriculae oblongae, erectae; stipellae ad basin ramorum et ramulorum petioli; paniculae rami subverticillati, ambitu ovati, ramuli apice umbellati, umbellam irregularem referentes; stigma anguste oblongum, germinis longitudine; carpella elliptica, compressiuscula, stigmate obliquo denique lineari rostrata. — Species jam diu in horto botanico culta, sine dubio ex America boreali orta et *Th. Cornuti L.* affinis, a quo differt floribus congestioribus, panicula verticillata ad partem superiorem subumbellata, foliis glaberrimis duriusculis, caule sulcato. Porro in speciminibus *Th. Cornuti* apud nos cultis filamenta neque nivea, neque superne clavata sunt, qualia *Th. corynello* DC., quod *Th. Cornuti* L. identicum habetur, tribuuntur. In herbario regio Berolinensi specimen incompletum staminibus niveis clavatis sub nomine *Th. corynelli* adest, in America boreali lectum, quod ad nostram speciem pertinere videtur.

18. THALICTRUM LACEROSTIPELLATUM C. Koch et Bouché. l. c. — Caulis strictus, elatus, inferne simplex, superne pauciramosus, teres, interdum elevatostriatus; foliola glaberrima, aeque longa ac lata, triloba, foliorum superiorum oblonga et saepe integra, supra lucido-virentia, subtus glaucescentia; stipellae patentes, antice crebrae, postice rarae aut subnullae, lacero-dentatae; panicula magna oblonga; filamenta capillaria denique pendula, antheris apiculatis duplo longiora. — Caulis 5-7 ped. altus, saepe simplex, apice tantum paniculigerus, glaberrimus, firmus, digitis neutiquam comprimendus; folia ambitu ovato-oblonga, inferiora pinnis et pinnulis distantibus, su-

periora pinnis approximatis petioli (communis et partiales) ad partem inferiorem compressiusculi, patentes; paniculae rami patentes; ramuli racemosi pedicellis inferioribus saepissime 2-3 floris; flores initio erecti, denique nutantes; pistilla sub 6, denique, excepto medio erecto, radiatim patentissima, stigmate lato cordato coronata. — Species pulchra, per plures annos in horto botanico culta, forsitan e Sibiria orta, ab omnibus affinibus altitudine, caule stricto et stipellis dentato-laceris haud aegre distinguenda. *Th. Cornuti* L. pubescentia, *Th leucostemon* C. Koch et Bouché filamentis niveis clavatis satis distinctum.

19. THALICTRUM DALZELLII, Hook. — Hook. Ic. pl. ser. nov. V. tab. 868 (Dalzellianae). — Glabrum, f. trifoliolatis, (supremis subunifoliolatis) foliolis reniformi-rotundatis rigidis subt. pallidioribus elevato-reticulatim venosis, b. sinu profundo acuto marg. lobatis, lobis inaequaliter dentatis, inferiorib. petiolis petiolulisq. elongatis, stipulis ovato-oblongis membranac., paniculae foliosae florib. subglomeratis hermaphroditis, sepalis 4. longitud. staminum, fructu (immaturo) oblongo sulcato laevi glabro, stylo uncinato terminato. — Hab. Bombay; in montib. dictis Ghauts pr. Vigorna.

4773. **ANEMONE.** *L.*

(DC. I. 16. — Walp. Ann. II. 5.)

Sect. I. *PULSATILLA.* DC.

(DC. Prodr. I. 16. — Walp. Rep. I. 14.)

1. ANEMONE ALBANA Stev. (Walp. Rep. I. 18. n. 18). — Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 19.
An. Wallichiana Royle Ill. 52. (Walp. Rep. I. p. 18. n. 12.)
In Tibet. occidentali, alt. 12—16000': Balti, Zanskar, Ladak, Piti et Kanawer. (Fl. Jun. Jul.)

Sect. II. *ERIOCEPHALUS.*

Hook. et Th.

Ach. lana compacta involuta in capitul. densis globosis v. oblongis conglomerata, stylis nudis apiculata.

2. ANEMONE BIFLORA. (DC. Prod. I. 19. Walp. Rep. I. 23. n. 29.) Hook. et Th. Fl. Ind. p. 20. — Radice tuberosa, fol. radicalib. rotundate reniformib. tripartit., segment. rotundat. indivis. v. saep. palmatim lobat. v. partit., lob. crenato-lobat., involucri triphylli fol. sessilib. basi cuneatis ad medium palmatim incisis, florib. in involucro 1-3.
An. Gordschakowii Kar. et Kir. enum. Pl. Soong. n. 14. — (Walp. Rep. II. p. 738 n. 3)
Ledeb. Fl. Ross. I. 727.
Griffith, Itin. notes. 349.
In Beluchistan, Afghanistan, Kashmir alt. 6000' (Fl. Apr. Maj.)

3. ANEMONE RUPICOLA. (Walp. Rep. I. 32. n. 21 b.) — Hook. et Th. Fl. Ind. p. 20.

α. *sericea:* tota mollit. pilosa, alabastr. et pedicellis praesert. sub flore dense tomentos., f. obtusius incisis.

β. *glabriuscula:* collo, vaginis folior., basi involucri et pedicellis pilosis, ceterum glabra, f. argutius incisis.

In Himalaya interiore alpina alt. 11-15000' ceter. (Fl. Jul.)

Sect. III. *ANEMONANTHEA.* DC.

(DC. Prodr. I. 18. — Walp. Rep. I. 20.)

4. ANEMONE FALCONERI. (Thoms in Hook. Ic. pl. tab. 899) — Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 21. — F. tripartit., segment. late cuneato-ovat. trilob., involucri 3 phylli fol. basi coalitis oblong. ap. tridentat. v. obtus., fl. solitario, achen. angulat. oblong., sericeo-

pilosis. — In Himalaya occid. alt. 6—10000', in silv. umbros: Kashmir, Kishtwar. (Fl. Apr. Maj.) v. v. — Herba pusilla molliter pilosa. Rhiz. horizontale lignosum, fibros plurimos emittens. Fol. numerosa 1—2 uncialia longe petiolata, submembranac. adpresse sericea tripartita. Segmenta lateralia obliqua biloba, terminale trilobum. Petioli pilis longis patentib. tecti. Scapi 3—6 unciales, f. aequantes. Pedicelli florum involucro breviores v. aequales. Fl. parvi diametro ¼—½ unciales. Sep. obovata obtusa. Achenia stylo brevissim. apiculata.

5. ANEMONE GRIFFITHII. (H. F. et T.) Hook et Th. l. c. p. 21. — Fol. involucralib. 3 longe petiolat. tripartitis sparse pilosis, florib. 1—2. — In Sikkim interiori in silv. dens. vallis Lachen, alt. 8—9000' et in Bhotan. — v. v. — n. 1720 in Herb. Hook. — Species An. nemorosae et An. ranunculoidi affinis sed specimina valde manca. Radix et f. radicalia non suppetunt. Scapi 3—6 unciales. Folia involucri 3-partita: segment. acut. incisis et serratis, lateribus obl. bilobis, terminali trilobo. Sepala 6 et sicco rubescentia, ovalia obtusa, ½ unciam longa.

6. ANEMONE SUMATRANA. De Vriese — de Vriese in Pl. Jungh. I. p. 76. — Involucro a flore remoto, polyphyllo, f. 8—9—10 b. decursivis, tripartitis, med. obovato, mucronulato, lateralib. minorib.; f. radicalib., tripartitis, lacin. lateralib. bifidis, grosse mucronato-dentatis, marg. hirsutis, utrinq. adpresse pilosis; scapo subunifloro, erecto; sep. 5 ellipticis, roseis, 1 saepe sepalo reliquis minore; carpellis compressis, glabris, ante maturitatem ap. incurvis, demum muticis.

Hab. insulae Sumatrae regionem Angkolam superior. et quidem supremum cacumen montis Lubu-Radja, ad 5000—5800' alt. (Jungh.), ubi frequens occurrit. — Rhizoma obliquum etc.

7. ANEMONE BLANDA. Schtt et Kotschy. — Schott in Oestr. Woch. Bl. 1854, p. 129. — Tuberosa; f. ternis 3 v. sub—5partitis, partitionib. omnib. sessilib.. media ad medium fere tripartita, b. linea recta v. subextrorsum curva-cuneata (sic!), ap. inciso-laciniata, laciniis terminali obovato-oblonga, lateralib. lanceolatis acutiusculis; sep. externe glaberrimis, punctis saturatiorib. irroratis, interne ad ⅓ a b. virescente albidis; carpidiis glaberrimis; stylo brevissimo vix ullo, stigmate ovato-linguiformi rotundato. — Hab. in Tauro (cfr. l. c. pl. descr.) — Diff. ab affini An. Apennina L. f. subt. glabris, partitionib. sessilib., lacin. lanc., nerv. venisque subt. subimmersis, sep. externe glabris. — Planta vernalis pulchra. Fl. caeruleis et albidis ornata.

Sect. IV. *ANEMOSPERMOS.* DC.

(DC. Prodr. I. p. 21. — Walp. Rep. I. 27.)

8. ANEMONE RIVULARIS. Ham. (DC pr. I. p. 21. — Walp. Rep. I. 29. n. 61. V. 4. n. 3.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 23.

A. Wightiana. Wall. Cat. 4697. (Walp. Rep. I. 27. n. 50 α.)
W. et A. pr. 3. - Wight. icon. tab. 936. —
Nilg. Pl. p. 2. tab. 4. —
Hook ic. Pl. tab. 176. —
A. dubia Wall. Cat. 4698 (fide W. et A.) W. et A. pr. 3. (Walp. Rep. I. 27. n. 50 β.)
A geraniifolia, Wall. Cat. 4693. (Walp. Rep. I. 32. n. 14).

Ladak; ubique in Himalaya temperata, alt. 5—10000', in peninsulae australis et Zeylan. montib. temperat. Fl. per totam aestatem.

9. ANEMONE OBTUSILOBA. Don. (Walp. Rep. I. 29. n. 65.) Hook. et Th. l. c. p. 22.

An. discolor. Royle Ill. 52. tab. XI. f. 1. (W. Rep. I. p. 27. n. 51.)
An. mollis. Wall. Cat. 4689 ex parte. (Walp. Rep. I. p. 32. 11.)

β. *glabra:* scapo foliisque glabr. v. glabrescentib.

In Himalaya occid. temp. et alpina 9—15000'. β. in alpib. Tibetiae occidentalis. — (Fl. Maj Jun.) — v. v. — Radix lignosa crassa. Caulis b. reliquiis folior. fibrosis involutus polyphyllus. Tota planta hirsuta v. molliter pilosa, rarius glabrescens. F. diam. 1—2½ unc., prof. cordata, segmentis b. angustat. pedicellat. v. sessilibus latiss. cuneatis varie

incisis, lob. rotundatis. Scapi ½—1 pedales, saep. pilis patentib. hirsuti. Involucri fol. magnit. valde varia. Flores ½—1½ unc., coerulescentes albi v. aurei, sepalis b. coeruleo-plumbeis. Sep. obovata v. rotundata, 5—10. Achenii immaturi rostrum recurvum, maturi rectum, rigidum.

10. ANEMONE TRULLIFOLIA. (H. F. et T.) Hook. et Th. l. c. — F. late ovalib. b. rotundat. v. subcordat. trilob., lob. obt. tridentat., involucri trifolii f. oblong. subintegris v. prof. trilob., flor. 1—3, ach. ovalib. subcompress. rigide pilosis. — In Himalaya or. interiori; Sikkim, 11—15000' Bhotan. (Fl. Jul. Sept.) v. v. — Tota planta dense pilosa. Radix crassa valida, sublignosa. F. e collo crassissimo reliquiis folior. fibrosis involuto, plurima. Petioli late vaginantes, fol. breviores, rarius elongati. F. obtusissima subintegra vel plus minus profunde triloba, rarius pinnatisecta, 1½—3 uncialia. Scapi intra folia nidulantes v. elongati pedales filiformes prostrati. Involucri f. magnitudine valde varia. Flos terminalis nudus, lateralium pedicellis involucello e foliis 2 oblong. indivisis constanter munitis. Sep. 6—8 ex sicco aurea, extus pallide coerulea, obovata v. oblonga, ½—1 uncialia, extus adpresse sericea. Achen. parva, oval., subcompressa, stylo nudo appendiculata, setis strigosis erectis hispidis tecta.

Sect. V. *OMALOCARPUS.* DC.

(DC. Prodr. I. 27. — Walp. Rep. I. 30.)

11. ANEMONE RUPESTRIS. (Wall. Cat. 4696.) (Walp. Rep. I. 32. n. 15.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 21. — F. trisect. involucri trifolii f. basi angustat. folior. segment. conformib., florib. 1—3, achen. oblong. vix compress. glabr. stylo uncinato apiculatis. — In Himalaya inter. alpina: Kashmir, Nipal, Sikkim, alt. 15000'. (Fl. Aug.)— v. v. — Radix lignosa, subhorizontalis. Caulis b. vestigiis petiolor. delapsor. fibrillosis involutus, multifolius. F. glabra v. pilosula, 1—2 unc., trisecta. Segm. pedicellata, tripartita v. pinnatifida, varie incisa, lobis ultimis cuneatis v. late linearibus. Scapi pilis patentibus hirsuti, 4—8-unciales. Pedicell. terminalis nudus, laterales bract. 2 oblong. integris v. inciso-dentatis involucellati. Sep. 5—6, obovata, ½ p., caerulescentia.

Icon addenda.

ANEMONE JAPONICA. Zucc. et Sieb. (Walp. Rep. I. 28. n. 57.) Var. *hybrida.* — Gard. mag. of. bot. II. p. 17 tab. 2.

12. ANEMONE DEMISSA. (H. f. et T.) Hook et Th. Fl. Ind. I. p. 23. — F. trisectis, segment. petiolat. late cuneato-obovat. varie incis., scap. prostrat. involucri fol. 3. sessilib. 3lob., florib. 1—6 exinvolucellat., ach. glabr. stylo deflexo apiculat. — In Himalayae or. provincia Sikkim alt. 13—16000'. (Fl. Jul.) — v. v. — Villosa v. rarius glabrata. Radix crassa sublignosa, collo incrassato polyphyllo. F. uncial., petiolo longitudine vario. Scapi 3—12 uncial. Pedicelli floriferi breviusculi, fructiferi saepe elongati. Sep. ovalia, ¼—½ uncialia, coerulescentia. Ovaria glabra. Achenia late ovalia, ¼ unciam longa.

13. ANEMONE POLYANTHES. (Don pr. 194.) (Walp. Rep. I. 30. n. 70.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 24.

Wallich Cat. 4691.

An. villosa. Royle Ill. 52. (Walp. Rep. I. 29. n. 66)

A. obtusiloba. Lindl. bot. reg. 1844., t. 65. (Walp. l. c. n. 65.)

An. Govaniana ibid p. 45, non Wall. nec Don.

An. scaposa. Edgew. Lin. tr. XX. 27. (Walp. Ann. I. 6. n. 1.)

In Himalaya interiori alt. 10—12000'. — Planta 1—2 pedalis, sericeo-pilosa, pilis plerumque patentibus. F. saep. lg. petiolata, 3—6 unc. lata, ultra medium v. fere ad b. lobata. Scapi validi, erecti, fol. longiores. Involucri f. magnit. valde varia, 1—2 uncial. Pedunc. nunc 1 flori, involucro breviores v. longiores, nunc elg. umbellatim decompositi. Sepala 4—5, ½—¾ uncialia, alba, ext. appresse sericea v. subglabra. Ovar. glabra v. parce pilosa. Achen. ¼ unc. lg. — Anemoni narcissiflorae valde affinis, et fortasse hac cum specie conjungenda?

14. ANEMONE ELONGATA. (Don prodr 194.) (Walp. Rep. I. 29. n. 62.) Hook. et Th. l. c. p. 25.

Anemone rivularis. Wall. Cat. 4692 non Ham. nec alior.

In Himalaya temperata et in montib. Khasia, alt. 5000′. — Radix fusiformis, perpendicularis. Caulis erectus, F. lg. petiolata 2—5 unc. lata, tripartita, segmento med. trilobo, lateralibus bilobis. Scapi valde elg. 1—3 ped, laxiflori, involucris pro planta parvis. Pedunc. dichotomi, v. imperfecte umbellati (fructiferi elg.) terminalis exinvolucellatus, laterales involucell. parvum 1—3-folium gerentes, simplices v. umbellati. Umbellulae radii pauci. Sep. ½ unc., alba.

4774. HEPATICA *Dill.*

(DC. Prodr. I. 22. — Walp. Rep. I. 30.)

1. HEPATICA ANGULOSA. (DC. pr. I. 22 n. 3.) Schott in Bot. Ztg. (M. et Schltd.) 1851 p. 191. — Folia villosa 5-loba, lobis quoad circumferentiam rotundatis, intermedio 5-, lateralib. 3—4 lobulatis. Flores duplicis valoris, praecociores plerumq. steriles. Pedunculi villosi, florum sterilium magis elongati, fertilium firmiores. Involucrum villosum in florib. sterilib. 3-phyllum, in fertilib. 3—5phyllum. Calyx pedicelli villosi ope ab involucro remotus. Carpidia toro pilose insidentia, ovato-conoidea, acuminata, villosula. — Habit. in Transsylvania pr. Kronstadt. Species vix nomine nota a cl. Kotschyo l. c. iterum reperta est. — Hepatica transsylvanica. Verhdlg. der Siebenbürg. Ver. f. Naturw. 1850 n. 6.

4779. CALLIANTHEMUM *C. A. Mey.*

(Walp. Rep. I. 33.)

1. CALLIANTHEMUM PIMPINELLOIDES. (Royle Ill. 45.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 26.

ACAULIS, fol. 2pinnatisect., scapis 1 flor.

Ranunculus pimpinelloides. Don in Royle Ill. 53. (Walp. Rep. I. 40. 77.)

C. Cachemiricum. Camb. in Jacq. voy. bot. p. 5 t. 3. (Walp. Rep. I. 33. n. 2.)

In montib. Himalayae interior. alt. 9—13000′. Kashmir, Kanawer, Kumaon. (Fl. vere.)

4778. ADONIS *Dill.*

(DC. Prodr. I. 24. — Walp. Rep. I. 32. Ann. III. 809.)

1. ADONIS AESTIVALIS. (L. sp. 772.) (DC. pr. I. 24. n. 9.) Hook. et Th. l. c. p. 25.

Adonis Inglisii. Royle Ill. 53. (Walp. Rep. I. 32. n. 2.)

Inter segetes in montib. Indiae borealis: Beluchistan; Afghanistan; Kashmir; Kanawer; Sirmur; et in montibus Nilghiri. (Fl. Maj. Jul.)

Tribus III. *RANUNCULEAE.* DC.

4783. RANUNCULUS. *Haller.*

(DC. Prodr. I. 26. — Walp. Ann. II. 6.)

Sect. I. *BATRACHIUM.* DC.

(DC. Prodr. I. 26. — Rossmann Beiträge zu *Ranunculus* sect. *Batrach.*)

1. RANUNCULUS LONGIROSTRIS Godr. (Walp. Rep. I. 44 n. 136). I. Rossmann l. c. p. 34—35.
2. RANUNCULUS DIVARICATUS Schr. I. Rossmann l. c. p. 29—31.
3. RANUNCULUS COENOSUS Guss. fl. Sic. suppl. p. 187; Godr. fl. Fr.; R Lenormandii Schlz. fl. 1837 p. 727; Godr. essai p. 7 f. 2. — I. Rossmann l. c. p. 26—29.
4. RANUNCULUS HEDERACEUS L. (DC. Prodr. I, 26.) I. Rossmann l. c. p. 18—26.
5. RANUNCULUS FLUITANS Lam. (Walp. Rep. I. 451). I. Rossmann l. c. p. 35—43.

6. RANUNCULUS AQUATILIS Lin. pr. p. (excl. *R. divaricatus* et *R. fluitans* Lam.). Rossmann Beitr. l. c. p. 43—60.

α. *longifolius* Rossm. l. c.

β *brevifolius* Rossm. l. c.

7. RANUNCULUS BAUDAUTII Godr. (Walp. Rep. I. 34 n. 9). I. Rossmann l. c. p. 60—61.

8. RANUNCULUS TRIPARTITUS DC. (DC. Prodr. I. 26). I. Rossmann l. c. p. 61—62.

Sect. II. *RANUNCULASTRUM.* DC.
(DC. Prodr. I. p. 27.)

9. RANUNCULUS DIGITATUS Hook. — Hook. j. Kew gard. misc. III. 124 (tab. IV). — Humilis, glaberr., radice grumosa, f. paucis petiolat. digitato-subpedatifid. lacin. oblong-spathulatis, flor. 2—3 terminalib., sepal. 5 patenti-reflex., pet. 7—11 oblongo-cuneatis, capitul. subglob., carp. ovat. glabr. stylo subulato paulul. recurvato terminatis. — Hab. Rocky mountains, prope Fort. Hall. — Planta digit. glaberr. Rad. e tuberibus pauc. (3—5) clavatis fasciculatis, una cum fibris 2—3 crassiusc. e summitate tuberum. Caulis brevis simplex, parce folios. F. digitata, lacin. 3—4. Fl. 2—3, termin., pedunc., magnitud. variantib. Calyc. sep. 5, membranac. pot. quam herbac., ovata, patenti-reflexa, petalis duplo breviora. Pet. flava 7—11, cuneato-oblonga, obtusiss., ungue squama nectarif. Stam. numerosa. Pistilla in capitul. subglob. congesta. Ovaria compressa. Styl. ovario longior., late subulatus, paulum recurvus.

9 a. RANUNCULUS RECTIROSTRIS, Coss. et D. R. ap. Balansa pl. Alger. exsic. n. 1019. Coss. et Durieu Bullet. de l. soc. bot. de Fr. II. 303. — Caudice verticali breviss., fibris radicalib. aliis filiformib. elongatis, aliis incrassato-napiformib., superne fibris petiolor. emarcidor. destituto; caulib. subsolitar., 2—5 decim. lg., erectis, superne ramos., plurifl., patenti-villosis; f. villosis, plerisq. radicalib., longe petiolat., petiolor. pil. patentiss. ambitu ovato-suborbiculatis ad med. palmatipartitis, lob. subcuneatis superne inciso-dentatis lobul. obtusis; caulinis brevius petiolat., conformib., lob. angustiorib.; superiorib. subsessilib., ad segmenta lin.-oblonga redactis, pedunc. longiusculis, teretib., exsulc.; calyce villoso, dem. patente; pet. luteis, calyce duplo longiorib.; carpellis numerosis, glabris v. parce hirtulis., ovato-subrhombeis, a latere compress., anguste marginat., utrinq. tuberculatis, tubercul. saepius piligeris, abrupte in rostrum acuminatis, rostro lanc.-subulato recto carpellum subdimidium aequante, in capitulum oblongum dispositis; receptac. elongato, teretiusc., glabro. — Junio. — Inter segetes regionis montanae inferior., in solo argilloso Algeriae, prope pagum Tlets, in monte Djebel Sahari.

Icones addendae.

RANUNCULUS CORTUSAEFOLIUS (DC. Prodr. I. 29 n. 28). Hook. in bot. mag. tab. 4625. — Lemaire jard. fleur. III. tab. 293.

RANUNCULUS SPICATUS (DC. Prodr. I. 29). Hook. in bot. mag. tab. 4585.

Sect. III. *HECATONIA.* DC.
(DC. Prodr. I. 30.)

10. RANUNCULUS HYDROCHAROIDES A. Gray. — Gray, pl. novae *Thurberianae* 1854. p. 306. — Glaberrimus; caulib. florif. erectis (spithamaeis) foliosis stolonibusque repentib. validis; f. longe petiolatis integerr. orbiculari-cordatis ovato rotundis ovalibusq., caulinis sensim oblongis b. attenuatis s. spathulatis; petiolis b. scarioso-dilatatis; ped. oppositif., unifloris, folio paulo breviorib.; pet. 5—8 obovatis (luteis) sepala subduplo superantib. glandula semilunari crassa instructis: carpellis pauciusc. laevib. stylo brevissimo apiculatis in capitulum subglobosum acervatis. — In paludibus regni Sonorensis pr. Mabibi. — Jun. — Perennis. Caules stolonesque striati, fistulosi etc. — (In sect. *R. salsuginosi* et *R. Cymbalariae* collocanda).

11. RANUNCULUS PROLIFER, Rwdt. herb. (*R. geranoides* Blum. — Walp. Rep. I. p. 41 n. 86). De Vriese in pl. Jungh. I. p. 77. — Stolonifera, villosa, f. radicalib. ternatis v. trisectis; foliol. v. segm. petiolulatis, segm bi-trifidis, inciso-dentatis; caule saepe elato, multifloro; sep. reflexis; petalis subrotundis; achaen. ovatis, complanatis, stylo persistente incurvato-uncinatis. — *R. geranioides* Bl. Bijdr. 2 (non H. B. et K. nov. gen. sp. Amer. V. p. 44; DC. Prodr. I. 38). Herb. Zoll. pl. Jav. n. 1763. Zolling. et Mor. Verz. p. 35. — *Ranunc. Blumei* Steud. nomencl.; Hassk. Cat. hort. Bog. alt. p. 180. — Hab. ins. Javam. In graminosis planitiei m. Dieng ad 6200—8000'. ubi specim. longissime stolonifera etc. (Jungh.).

§. 1. F. (*radicalia saltem*) indivisa (in C. pulchello interd. triloba).

12. RANUNCULUS LINGUA (L. Sp. 773). (DC. Prodr. I. 32.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 30.
Hook. Fl. Lond. t. 171.
Ledeb. Fl. Ross. I. 31. — Schmidt-Göbel in Flora b. Z. 1851. p. 1. —
Torrey et Gr. Fl. n. Am. I. 16.
Hab. in aquosis Kashmir.

13. RANUNCULUS SAGITTIFOL. (Hook. ic. pl. t. 173). (Walp. Rep. I. 41 n. 85) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 30. —
R. hastatus Walker ex Wight. Ill. I. 5 (Walp. Rep. I. 40 n. 82).
In Zeylaniae montib. alt. 6—8000'. — Herba e rhizomate horizontali erecta, 1—2 pedalis. Caulis glaber, superne paniculatus. Petioli laxe pilosi. F. radicalia 1—3 p. lg. ½—1½ l., obtusa, (rariusve acuta) sagittata, auriculis rotundatis; caulina oblong. lanceolatave, inciso-serrata v. pinnatifida; suprema lin.-oblong. Fl. diam. pollic. Achenia *R. reniformis*.

14. RANUNCULUS PULCHELLUS C. A. Meyer (Walp. Rep. I. 38 n. 56). Hook. et Th. l. c. p. 31.
Ledeb. Fl. Ross. I. 33.
R. longicaulis, C. A. Meyer l. c. (Walp. Rep. I. 38 n. 50).
Ledeb. icon. Altaic. t. 117.
R. salsuginosus, Wall. Cat. 4708. non Pall.
R. flammula, Don. in Royle ill. 53
R. membranaceus, Royle ill. 53. (Walp. Rep. I. 40 n. 78).
R. nephelogenes, Edgew. in Lin transect. XX. 28 (Walp. Ann. I. 10 n. 16).
R. No. 18 & 19. Str. et Wint. Herb
Hab. Afghanistan, in Tibet. occid. alt. 10—18000', ubique vulgatissimus. — Planta polymorpha: variat.
1. simplex v. ramosa. —
2. foliis omnib. indivisis, v. radicalibus indivisis, caulinis trifidis v. trisectis, v. fol. omnib. trifidis. —
3. glabra v. pubescens, interd. adpresse sericea. —
Hae formae ut varietates non distinguendae, quam formae innumerae intermediae occurrunt. In forma sericea (*R. membranaceus*, Royle) f. radicalia interd. glaberr. sunt, omnino ut in planta typica.

15. RANUNCULUS LOBATUS Jacquem. (Walp. Rep. I. 40 n. 80). Hook. et Th. l. c.
R. salsuginosus Don! in Royle Ill. 53.
In Himalayae inter. alpib. 12—16000': Zanskar, Ladak, Piti, Kunawer, Hundes, Kumaon, Sikkim. — v. v — Herba 2—5 pollicaris, glabra v. puberula 1—pauciflora. F. radic. ½—1 p., rotundata v. reniform. coriac., b. cordata v. cuneata ap. obtusa crenato-dentata; caulina tridentata saepe fasciculata. Fl. ⅔—¾ poll. diam. Sep. oval. Pet. duplo majora emarginata v. rotundata. Ach. in capitulum ovatum collecta, obovata v. subglobosa, vix compressa, stylo lg. recto apiculata.

16. RANUNCULUS CYMBALARIAE (Pursh. Fl. bor. Am. II. 392). (DC. Prodr. I 33 n. 59). Hook. et Th. l. c.
R. salsuginosus, Pall. (DC. Prodr. I. 33 n. 58).
R. plantaginifolius Murr.

R. halophilus Schlecht. Animadv. 23 t. 4 f. 1 (Walp. Rep. I. 42 n. 100).
R. tridentatus H. B. K. (DC. Prodr. I. 33 n. 60).

α. *major:* fol. orbicularib. inciso-crenatis, achen. longiorib. in capitulum obl. collectis.

β. *alpinus* (Hook) minor, f. elliptic. v. oblong. ap. tridentat. ach. latiorib. breviorb. in capitul. glob. collectis.

In Tibet. occ. ubique, a 7000' usque ad 17000' adcendens. (α. rarior. in paludosis 10—12000'; β. vulgatiss.; in Sikkim alpib. alt. 11500—14000'). — Herba parva (saepe pusilla) stolonifera, ad nodos radicans et foliosa. Fl. 1/4—1/2 unc., flavidi. Sepala 5 ovalia, patentia v. reflexa, membranacea, subcolorata. Pet. 5—8, ang. obovata. Achenia numerosa, obovata, compressa, dorso gibbosa, stylo brevi uncinato v. recto apiculata utrinq. longitudinaliter tricostata.

§. 2. F. omn. secta, caulis radicans.

17. RANUNCULUS RADICANS C. A. Meyer (Walp. Rep. I. 38 n. 51). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 32.

R. natans C. A. Meyer in Ledeb. Ic. Alt. t. 114 et Fl. Ross. I. 34. (Walp. Rep. I. 37 n. 49).

In Tibet. occidentali alpino: Ladak 14—16000'; Hundes. — Species hae 2 a Meyer et Ledebour distinctae solum folior. divisione plus minusve conspicua inter se differunt.

18. RANUNCULUS HYPERBOREUS Rottb. (DC. Prodr. I. 35 n. 76). H. et Th. Fl. Ind. I. 32. — Pusillus, stoloniferus vel erectus, fol. 3—5-fidis, florib. solitariis, acheniis numerosis parvis subglobosis.

Ledeb. fl. Ross. I. 35; Torr. et Gray fl. bor. Am. I. 20. — Walp. Ann. I. 9 n. 12. — *Ranunculus pygmaeus* Wahlenb. (DC. Prodr. I. 35. 77). — Ledeb. fl. Ross. I. 36; Torr. et Gr. l. c.

In summis alpibus: Ladak; Kanawer; et Sikkim alt. 15—17000' — v. v. — Ranunculus pygmaeus tantum differt a R. hyperboreo stolonum defectu. In Sikkim et forma erecta et forma stolonifera occurrunt, et specimina illius provinciae a speciminibus Europae septemtrionalis nullo modo sunt distinguenda.

§. 3. F. secta, caulis erectus; achenia ovalia, subcompressa, lateralibus subcompressis.

19. RANUNCULUS CAESPITOSUS (Wall. Cat. 4701). Hook. et Th. fl. Ind. I. 33. — F. radicalib. reniformib. pedat. multipartit. sepal. patentib. achen. in capitulum oblong. dispositis subglobosis. —

R. pedatifidus (Ledeb. fl. Ross. I. 732; non Smith in Rees Cycl.)

In Tibetia occid. et in alp. Himalayae interior, alt. 11—16000': Nubra, Ladak, Zanskar, Kanawer, Kumaon, Nipal, Sikkim. — (Fl. Jun.—Aug.) — v. v. — Herba erecta v. diffusa, pilosa, caule ramoso, 3—18 pollicari. F. radicalia rotundata v. reniform., diam. 1/2—1 p., pedatim 7-multifida v. partita, segment. rotundatis oblong. v. linearibus, caulina subsessilia, infer. pedatim multipartita, superiora 5—3 partita, segment. omn. linearib. Caules saepe plures, ramosi, graciles, ramis elg., fol. 1—2 parva gerentibus, ap. 1-floris. Fl. 1/3—2/3 p. Sep. ellipt., sericeo-pilosa. Petala oblg. v. obovata. Ach. numerosa, parva, ovali subglob., vix compressa, stylo recto apiculata, glabra.

20. RANUNCULUS HIRTELLUS (Royle Ill. 53). (Walp. Rep. I. 40 n. 71). H. et Th. l. c. 34. — Foliis radicalibus reniformibus 3-partitis v. segmentis lateralibus ad b. fere fissis pedatim 5-partitis, sepalis adpressis, acheniis in capitulum ovatum v. oblongum collectis, obovatis compressis, utrinque convexis.

Ranunculus laetus Wall. Cat. 4702 C. ex p. (Walp. Rep. I. 40 n. 70).
R. attenuatus Royle (Walp. Rep. I. n. 72).
R. nervosus Royle (Walp. Rep. I. 40 n. 73).
R. choorensis Royle (Walp. Rep. I. 40 n. 74).

In sylvis umbrosis Himalayae occid. temperatae, alt. 7—12000': ad Kashmir ad Kumaon: et in pratis subalp. et alpinis usque ad 14000'. Forma parviflora latifolia in Himalaya exter. vulg., angustif. in sylv. interiorib., humilis fol. multifidis in alpibus. — Fl. per totam aestatem. — v. v. — Herba perennis, pluricaulis, radice fibrillosa. Caules e collo plures, ½—1½ ped., b. nudi, ap. ramosi. F. radicalia lg. petiolata, diametro 1—3 p., ad bas. fere tripartita, seu pedat. 5-partita, lobis indivisis, apice tridentatis v. palmatim inciso-multifidis. F. caulina palmat. 3—5 partita, segmentis cuneatis trifidis v. tridentatis 1—1½ pollicar. Fl. ⅓—⅔ p., in spec. alp. majusc. Sep. ovalia adpr. pilosa. Pet. obovata sep. duplo longiora. Achenia immarginata, rugulosa, dense pilosa v. glabra.

21. RANUNCULUS SCELERATUS L. Sp. 776 (DC. Prodr. I. 34 n. 66). Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 35. —

R. Indicus Roxb. Fl. Ind. II. 671. Wall. Cat. 4699.

R. carnosus Wall. in Hb. 1824.

Hecatonia palustris Lour. Fl. Coch. Ch. 371. (DC. Prodr. l. c.).

In Indiae borealis planitie ubique in arenosis prope aquam, secus Indum Gangem et Brahmaputra flumina, et in Himalaya occidentali subtropica, sed vix supra 5000' alt., a Kashmir ad Kumaon; et in Malwa, ad ripas fluminis Nerbada (in peninsula deest). Fl. Febr. Mart.

§. 4. F. secta. Caulis erectus, rarius prostratus. Achenia plano-compressa. —

22. RANUNCULUS DIFFUSUS (DC. Prodr. I. 38). Hook et Th. fl. Ind. I. 36. — Prostratus vel diffusus, pilis patentibus hirsutus, f. tripartitis, pedunculis 1-floris oppositifol., florib. parv., sepalis patentib., achen. in capit. globos. collectis punctatis, receptaculo parvo, piloso. —

R. Napaulensis (DC. Prodr. I. 39).

R. trilobatus, Don. Prodr. 194.

R. geranioides, Blume Bijd. 2 (Walp. Rep. I. 41 n. 86).

R. hydrocotyloides, Wall. Cat. 4703.

R. mollis, Wall. Cat. 4704. Don in Royle Ill. 53 (Walp. Rep. I. 40 n. 76).

R. obtectus, Wall. Cat. 4705.

In Himalaya temperata alt. 6—8000': Simla, Garhwal, Kumaon, Nipal, Sikkim, 9—11000' (Fl. p. tot. aestat.).

23. RANUNCULUS LAETUS (Wall. Cat. 4702 excl. *C. partim*). (Walp. Rep. I. 39 n. 70). Hook et Th. l. c. 36. — Erectus, adpresse pilosus, f. tripartitis, panicula multiflora sepalis patentibus, achen. in capitulum globosum congestis epunctatis, receptaculo oblong., glabro. —

R. distans Royle ill. 53 (Walp. Rep. I. 39 n. 69).

R. brevirostris Edgew in Linn. t. XX. 28? (Walp. Ann. I. 10 n. 18).

R. riparius Edgew. ib. ? (Walp. Ann. I. 10 n. 17).

In Himalaya temperata vulgaris, alt. 3—10000' in Sikkim in jugis interioribus. — Fl. p. totam aestatem. — v. v. — Species habitu vix a R. acri, nemoroso, lanuginoso distinguenda.

24. RANUNCULUS FIBROSUS Wall. Cat. 4706. Hook. et Th. Fl. Ind. I. 37. — Caule erecto patentim hispido, fol. ternatim pinnatisect., segment. ad bas. usque partit., panicula multiflora, sep. reflex., achen. in capitul. magnum globos. collect. marginat. punctatis, receptaculo subgloboso sericeo piloso. — In Nipalia et in oryzetis et paludosis montium Khasia, alt. 2—6000'. Fl. Jul.—Sept. — v. v. — Caulis 1½—2 pedal. Radix dense fibrillosus. F. radic. lg. petiolata, (cum petiolo spithamaea et ultra, majora fere Heraclei). Flores diam. pollic. Pet. sepalis duplo longiora.

---

25. RANUNCULUS TUBEROSUS Lapeyr. (DC. Prodr. I. 37 n. 96). — Timbal-Lagrave note sur le Ranunc. tuberosus Lap. (Extr. des memoires de l'acad. d. scienc. de Toulouse.) —

R. tuberosus Lap. est species distincta, nec synonyma c. — *R. lanuginosa*

Lin. (ut affirmant Godron et Grenier in Fl. de France) itidem bene distinguendus a R. sylvatico Thuil. — (Bulletin de la soc. bot.d. Fr. II).

26. RANUNCULUS GRUINALIS Schott. Schott „Analecta bot." Oestr. W. Bl. 1855 p. 397. — Dense adpresse-pilosus tandemq. subglabratus; fol. radic. lamina profunde 5-partita, partitionib. omnib. ap. ad med, fere usq. 3—4 fidis, laciniis lanc. v. lanc.-linearibus, porrectis, in venis dorsalib. sparse longeque pilosis, marg. dense arrecto-ciliolatis, caule firmulo 3—4 foliato; f. caulinis pubescentia radicalium; infimo subpinnatipartito (v. palmati-partito), partitionib. 7 integerrimis lanc.-linearib. divergentib., supremis 5—3 partitis erectis; petalis obovato-cuneatis, foveae squamula subemarginato-truncata brevi; carpellis cuneato-lenticularib. rostro brevissimo ap. circinnato; toro epiloso; receptaculo parce piloso. — Hab. in Transylvania (Kotschy). — Rhizoma ramosum etc.

27. RANUNCULUS CARPATICUS Herbich. (Walp. Rep. I. 34. n. 12.) Schott in Botan. Ztg. 1851. p. 393. Rhizomate tuberoso horizontali; caule 1—3 folio subbifloro, b. patentissime, — ap. adpresse — hirsuto; f. utrinq. patentissime hirsutis, radicalib. lge. petiolatis palmati-partitis, partitionib. dentatis fissisque; caulino infimo radicalib. consimili, sessili, amplexanti; summo ultra medium 3—5 partito integerrimo; sep. patentib. patentissime pilosis; petalis sepalo duplo longiorib.; spica fructigera sphaerica; toro setoso; achaeniis obovoideo — compressiusculis glabris, rostro hamato triplo longioribus.

R. Guani Willd. sp. pl. I. p. 1322 (exp.)

R. Guani Baumgrt. enum. stirp. II. p. 125.

R. montanus (var.) *dentatus* Baumgrt. l. c. p. 124 (fide exempl. in herb. Jacquini.)

Variat statura 6. poll. — $1\frac{1}{2}$ pedali; f. radicalib. pl. minusve profunde sectis, folio caulino infimo interd. petiolato, cucullato v. explanato; medio radicalib. pl. minusve conformi; summo 3—5 partito, partitionib. integerr., bifidis trifidisq. Corollae diam. $1\frac{1}{2}$ pollic. v. bipollicari. — Hab. et in Transsylvania alpina, Abieten inter et Mughum.

28. RANUNCULUS TAPPEINERI Bambgr. — Bamberger in Flora bot. Ztg. 1852 p. 628. — cfr. l. c. pl. descr. — In jugis alpinis summis Tiroliensib. (Schnallser Joch), in altit. 8—9000′ detex. Bamberger. — Fide cl. Wendlard et Fürnrohr = R. pygmaeus Wahlenberg.

Icon addenda.

RANUNCULUS GLACIALIS L. (DC. Prodr. I. 30 n. 36.) Fröhlich Alpenpflz. d. Schweiz I. tab. 1.

Sect. IV. *ECHINELLA* DC.

(DC. Prodr. I. p. 41.)

29. RANUNCULUS FLACCIDUS. (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I 38. — Caule prostrato filiformi, fol. rotundat. crenato-lobatis, achen. tuberculatis. — In Himalayae temperat. paludosis: Kumaon alt. 10000′ Sikkim alt. 9—10000′, Bhotan. (Fl. Jun. Jul.) — v. v. — Herba pusilla. Caulis glaber, 3—6 pollicaris, interd. ad nodos radicans. Fol. longe petiolata (pet. 1—2 poll.), diametro 2—4 lin., rotundata b. cordata v. cuneata, 3—5 lob. v. crenata, glabra. Ped. 1 flori, oppositifol., strigoso-pilosi. Fl. ($\frac{2}{10}$ pollic. diam.) minuti, flavi. Sep. ovalia, reflexa. Pet. vix majora, obovata. Ach. 6—12, in capitul. globos. collecta, ovalia vix compressa, pubescentia, stylo brevi reflexo apiculata.

30. RANUNCULUS WALLICHIANUS. (W. et A. Prod. I. 4.) (Walp. Rep. I. 40. n. 81.) H. et Th. Fl. Ind. I. 38. — Caule prostrato, f. ternatim pinnatipartitis, achen. compressis marginatis punctatis et tuberculatis.

Wight ic. t. 937; Nilg. Pl. 1. 5.

R. pinnatus Wight ill. I. 6. (non Poiret.)

In montibus temperatis Zeylaniae! et Malabariae austr.! Species dubia v. vix nota.

31. RANUNCULUS VESTITUS. (Wallich Cat. 4707) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 39. — Specimina Herbarii Societat. Linnaean. in nonnullis foliis lg. petiolatis, sine caule floribusque exstant, ideoque nullo modo sunt determinanda.

Tribus IV. *HELLEBOREAE* DC. l. c. 44.

4797. **ACONITUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 55. — Walp. Ann. II. 13.)

1. ACONITUM LURIDUM (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 55. — Fol. palmatim 5-fidis, racemo laxiusculo simplici, florib. sordide rubicund., casside postice gibbosa haemisphaerica antice late et obt. rostrata, petalorum ungue erecto brevi lato, cucullo horizontali maximo, calcare brevi lato obtusissimo, follicul. 3—5 erectis, seminib. triquetr. laevibus. — In Sikkim interiori, alt. 14000′ (ad Tankra et Chola). Fl. Aug. — v. v. — Radix fusiform. Caul. erect., 2—3 pedal., paucifoliat. puberulus. F. radicalia l. petiolata, pet. fere pedalib. utrinque adpresse puberula, ultra medium 5-fida, lobis cuneato-ovatis grosse crenato-dentat., caulina 5—3 partita, argute inciso-dentata; floralia bracteaeform., tridentata, lanceolata v. linearia. Racemus simplex ½—1 ped. Pedicelli bracteis et floribus plerumque breviores, inferiores interd. remoti, elongati, 2—3 bracteolati. Sep fulvo-tomentosa. Cassis long. ¾ poll. gibbere ⅓ poll. alto fere hemisphaerico. Pet. ungue erecto ⅓ poll. lato canaliculato, labello apic. versus porrecto, emarginato. Ovaria glabra v. pilosa.

2. ACONITUM NAPELLUS (L. Sp. 751). (DC. Prodr. I. 62 n. 20). Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 57. — Planta polymorpha. Formae Indicae sequentes:

    1. Caule erecto, b. glabro superne tomentoso, f. palmat. partitis, segment. incisopinatifidis, lobis linearibus, racemo simplici denso v. laxiusculo. —
        A. dissectum, Don. (Walp. Rep. I. 58 n. 11).
        A. ferox, Wall. l. c. (Walp. Rep. I. 57 n. 9).
    2. Caule humili diffuso b. glabro superne pubesc. f. lin.-multifidis, racemo paucifl., florib. lg. pedicellatis. —
        A. multifidum, Royle (Walp. Rep. I. 57 n. 4.)
    3. Caule humili foliisque adpresse puberulis, f. rotund - reniformibus palmat. 5-lobis, lobis obt. inciso-crenatis. —
        A. delphinifolium γ. Ledeb. Fl. Ross. I. 70.
        A rotundifolium Kar. et. Kir. in Ledeb. fl. R. I. 740? (Walp. Rep. II. 745 n. 2).

    In Himalaya interiori alpina, alt. 10—16000′: a Gilgit usque ad Nipal et Sikkim. — Fl. Jul. — Septbr.

3. ACONITUM HETEROPHYLLUM (Wall. Cat. 4722). Hook et Th. l. c. 58. — F. vix lobatis, racemo multifloro, simplici, florib. ochroleucis v. coeruleis, petalorum cucullo ecalcarato, folliculis 5 erectis, seminibus argute triquetris laevibus
    A. heterophyllum, Royle (Walp. Rep. I. 57 n. 7).
    A. cordatum, Royle (Walp. Rep. I. 57 n. 6).
    A. Atees, Royle, Journ. As. soc. I. 459 (ex ips. auct.).

    In Himalaya occid. temper. alt. 8—13000′: Dras et Kashmir, Simla, Kumaon. — Fl. Septbr. Octbr. — Fide Dr. Royle radices (the roots) illius plantae in Materia medica Indica tamquam remedium tonicum adhib. dicuntur. —

4. ACONITUM FEROX (Wall in Ser. Mus. Helv. I. 160). (DC. Prodr. I. 64 n. 21). non pl. As. rar. tab. 41. — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 56. —
    Wall. Cat. 4721 B. C. D. (non A. nec pl. As. rar. t. 41 quoad iconem).
    A. virosum, Don Prodr. 196 (Walp. Rep. I. 57 n. 9).

    In Himalaya interiori temperata, alt. 10—14000′. Garhwal, Kumaon, Nipal, Sikkim. — Fl. Jul. Aug.

5. ACONITUM OCHROLEUCUM (sect. *Lycoctonum*) Willd. (DC. Prodr. I. 58 n. 3). — Delect. semin. h. bot. Marburg 1853. — Horti quidem nostri antea duas conjunxit e tribu Lycoctonoideorum formas specie diversas, secund. auctores celeberrimos, qui eas et nunc conjungunt. Distinguimus:

a. *Aconitum album* hort. Marburg. Staminib. a b. ad medium usque fere alatis biaristatis pubescentib., calcare subspirali. Fl. albi.

b. *Aconitum ochroleucum* hort. Marburg. Staminib. glabris, non alatis, calcare rectiusculo. Fl. ochroleuci.

Aconitum orientale Mill. aeque ad hoc atque ad illud et ad utrumq. ducitur. (Linnaea XXVI. p. 750).

4796. DELPHINIUM *Linn.*

(DC. I. 51. — Walp. Ann. II. 12.)

Sect. *DELPHINASTRUM* DC.

(DC. Prodr. I. 53.)

1. DELPHINIUM VISCOSUM (H. f. et T.). Hook. et Th. Fl. Ind. 52. — Caule ramoso paucifoliato, f. reniformib. palmatim 5—7 fid, lobis grosse et obt. crenatis, ramis elongat. plurifllor., florib. longe pedicellat., calcare cylindrico incurvo sepalis aequilongo, ovariis 3 glabris. — In Himalayae alpib. interiorib.: Sikkim alt: 15—16000, Fl. Aug. Sept. — v. v. — Caul. erectus, bipedal., pilis fulvis patentib. breviss. tectus paniculatim ramosus. F. brevit. petiolata, in caule 2—3, secus nervos parce pilosa, caeterum glabra, 3—4 pollicaria, crenato-lobata, lobis glandula apiculatis; superiora parva, triloba v. tripartita. Pedic. bracteolas 2—3 linear. flori non adpressas gerentes. Flor. purpur. coerulei. Sep. late ovalia, subacuta, ¾ pollic., membranac. nervosa, ext. pilosa. Pet. postica atropurpurea, calcare subalato incurvo, lamina antice obl. obt. angulata et angustata, integra v. crenulata; antica utrinque albo-pilosa, obt. biloba. Folliculi 3, ½ poll., glabri, sutura ventrali longe ciliati.
2. DELPHINIUM GLACIALE (H. f. et T.). Hook. et. Th. l. c. 53. — Caule simplici folioso, f. reniformib. tripartitis segm. late cuneat. palmat. multifidis lob. linearibus, racemo corymboso, calcare saccato conico obtuso sepalis breviore, ovariis 4—5. — In Himalaya or. interiori: Sikkim alt. 16—18000′. — Fl. Aug. Sept — v. v. — Herba 3—6 poll. tota pilis glandulos. patentib. hirsuta, et moschum putridum redolens. Pet. inferiores elongati, b. vaginantes. F. diam. 2pollic. Pedic. exterior. elongati. Bracteolae plures, alternae, linearilobae v. lineares, suprema a flore remota. Flor. inflato-subglobosi, maximi, pallide coerulei. Sep. membranac., nervosa, ultra pollic. longa, ext. laxe pilosa, fere orbicularia, calcare ⅓—¾ pollicari, obtusissimo. Pet. postica lamina ap. vix obliqua, bidentata atro-purpurea, calcare subulato subincurvo; antica lamina dorso pilosa semibifida. Folliculi ½ poll. longi.
3. DELPHINIUM RANUNCULIFOLIUM (Wall. Cat. 4716). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 5. — Caule elato folioso, fol. palmat. 5-lobis, lob. cuneato-ovat. inciso-lobatis, racemis elg. multifl., pedicellis flores magnos excedentibus, calcare recto sepalis aequilg. —
   D pyramidale, Royle ill. 56 (Walp. Rep. I. 55 n. 34).

   β. *incisum:* f. palmatim 5-partitis.

   D. incisum, Wall. Cat. 4717.

   In Himalaya occidentali interiori: Pir Panjab, Kashmir; Kanawer, alt. 11000′; Garhwal et Kumaon. — v. s. —
4. DELPHINIUM SANICULAEFOLIUM Boiss. (Walp. Ann. I. 13 n. 2). Hook et Th. l. c. 49. — Caule paucifoliato ramoso, f. tripartitis segm. cuneato-ovat. trilob., racem. elongat. strict., pedicell. flor. parvos vix superantib., calcare recto sepalá aequante. — Hab. Afghanistan, Panjab, in montosis prope Indum flumen.

5. DELPHINIUM DENUDATUM (Wall. Cat. 4719). H. et. Th. Fl. Ind. I. 49. — Cauli paucifoliato ramoso, fol. palmatim 5—7 partitis segmentis inciso-lobatis, racemis divaricato-ramosis laxis, fl. magnis lg. pedicellatis, calcare recto sepala aequante. —
D. pauciflorum Royle ill. 55 (vix Don. Prodr.).
In Himalaya occid. temp. in graminos. calidis: a Kashmir ad Baramula, usque ad Kumaon. — Fl. Apr. Jun. — v. v. — Flores ultra pollicar., pallide caerulei.
6. DELPHINIUM VESTITUM Wall. (Walp. Rep. I. 55 n. 31). Hook. et Th. Fl. Ind. 52. —
D. rectivenium Royle Ill. 56 (Walp. Rep. I. 55 n. 32).
In Himalaya temperata et subalpina, alt. 8—12000': Simla, Kanawer, Garhwal, Kumaon, Nipal. — Fl. Aug. Sept.
7. DELPHINIUM KASCHMIRIANUM Royle (Walp. Rep. I. 54 n. 30). Hook. et Th. l. c. p. 52.
D. Jacquemontianum Camb. voy. bot. VIII. t. 7 (Walp. Rep. I. 54 n. 28).
In alpib. Himalayae occid. Tibet., alt. 11—16000': Gilgit; Dras, Suru; Kanawer; Kumaon.

8. DELPHINIUM BREVICORNE Vis. fl. Dalm. III. p. 90 n. 1315. — Cinereo-velutinum, caule b. ramoso, foliato, ramis a b. floriferis, lateralib. adscendentib., f. multifide linearib. florib. lge racemoso-spicatis, pedunculis florem subaequantib., fructiferis strictis, infimis infracto-adscentendib., bract. inferior. multifidis, superior. linearib. indivisis, petalis anguste unguiculatis, calcari corolla duplo breviore, seminib. circulariter membranaceo-plicatis. — Hab. in agris c. Gelsa ins. Lesina. Fl. violac., v. albo-et coeruleo-picti. Fl. Septr. ⊙.
Obs.: simillim. D. Phrygio Boiss. diagn. (Walp. Rep. I. 53. n. 12).
9. DELPHINIUM SCOPULORUM A. Gray. Pl. Wright. in Smiths. Contrib. V. p. 9. — Puberulum v. glabrum; caule folioso simplici; petiol. b. dilatatis, f. circumscriptione orbiculatis 3—5 partitis, divisionib. 2—3 fidis, segm. multilobatis v. laciniatis; racemo stricto multifl.; fl. glabriusc.; calcare sepalis longiore; pet. inferiorib. bifidis intus parce barbulatis, ungue b. calcarato. — Nova-Mexico in mont. hiatibus pr. „the Mimbres". — *D. exaltatum* Hooker fl. bor. Am. (Walp. Rep. I. 55 n. 38) ? non *D. exaltatum* of the Unit. States.
10. DELPHINIUM CARDINALE Hook. — Hook. bot. mag. tab. 4887. — Glabra elata, f. (ratione plantae) amplis longe petiolatis digitato- 5 partitis laciniis cuneato-lanceolatis simplicib. v. 3—5 fidis, segmentis lge acuminatis, caulinis paucis sensim minoribus simpliciorib., panicula elong., fl. intense coccineis, sep. late ovatis obtusis, petali inferioris limbo bifido duobusq. interioribus vers. ap. pilosis, calcare rectiusculo floris longitudine, ovariis glabris. — Plantam detexit in California cl. Lobb, introduxerunt in hort. bot. Veitch et sons.
11. DELPHINIUM CAMPTOCARPUM Fisch. et. Mey. (Walp. Rep. II. 743 n. 4). Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 48. (Sect. *Consolida.*)
Delph. Parsicum Boiss. (Walp. Rep. I. 52 n. 10).
Delph. Aucheri Boiss. (Walp. Rep. I. 52 n. 11).
In montib. Beluchistan supra 5000' alt.; Afghanistan.
12. DELPHINIUM CHEILANTHUM Fisch. (DC. Prodr. I. 53).

β. *Chauvieri*: Lemaire, (var. Hendersoni Henfr. in gard. mag. of bot. II. 57 c. ic.) Lemaire, jard. fleur. I. pl. 49.

Floribus azureis venatis, petalor. inferior. discis luteo-barbatis, capsulis glabris. (ex Arth. Henfr. l. c.).

Icones addendae.

DELPHINIUM SPECIOSUM (?) M. B. (DC. Prodr. I. 56 n. 48). var. *Wheeleri*. Gardn. mag. of. bot. III. (1851) p. 281 tab. b. c. — Lemaire jard. fleur. II. pl. 196.
DELPHINIUM CHEILANTHUM Fisch. (DC. Prodr. I. 53 n. 23). var *Hendersoni*. Mag. of bot. I. p. 57. tab. 6.

4795. **AQUILEGIA** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 50. — Walp. Ann. II. 12.)

Cfr. Ch. Morren, Belgique hortic. Ann. IV. fasc. I. Aquilegiae monographiam, (Hamburg G. Ztg. IX. (1853) p. 495).

1. AQUILEGIA NEVADENSIS Boiss. et Reut. mss. — Reuter in Cat. h. bot. Genevae 1854. (Ann. sc. nat. ser. IV. t. 2. p. 380.) — Pubescenti-viscosa; f. radicalib. lge. petiolatis biternato-partitis subt. praesert. petiolisq. mollit. puberulis, partitionib. subrotundis trilobis; lobis ap. 4—5 lobulatis; caule ramoso, striato-viscoso; fl. pallide et sordide coeruleis; sep. patentib. oblongo-lanc. ap. virescenti longe attenuatis; calcarib. rectis ap. vix incurvis, limbo truncato-rotundato longiorib.; genitalib. exsertis: anth. ovato-oblongis; stylis stamina superantib.; carpellis rectis viscoso-puberulis transverse rugosis; seminib. semi-ovatis angulatis nitidulis tenuiter punctatis. — Hab. ad rivulos Sierra Nevada regni Granatensis.
2. AEQUILEGIA VULGARIS L. sp. 752. — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 46.

α. *normalis;* subglabra v. pubescens, sep. ovatis obtusiusculis, calcarib. petalorum laminas subaequantib. validis.

Aq. vulgaris (DC. Prod. I. 50. n. 1.)
Aq. atrata Koch. Fl. Germ.
Aq. Sternbergii Reichenb. ic. Fl. Germ. t. 118.
Aq. Pyrenaica Reichb. ic. Germ. t. 117. non alior.

β. *viscosa;* glandulosa, pubescens, florib. ut in α.

Aq. viscosa Gouan. (Dec. Prod. I. 50. n. 2.)

γ. *pubiflora;* molliter pubescens, sepal. ovato-lanceolat. saepe attenuat., calcarib. abbreviat. incurv.

Aq. pubiflora Wall. Cat. 4714. Royle ill. 54. (Walp. Rep. I. 50. n. 5.)
Aq. nigricans Reichb. ic. Germ. tab. 115.
Aq. viscosa Reichb. ib. tab. 116.

δ. *grandiflora;* pubescens v. glandulosa, sep. ovalib. acutiuscul. v. obtus., calcarib. crass. rectis v. incurv., fol. plerumque prof. incisis.

Aq. alpina L. sp. 752. (DC. Prod. I. 50. n. 5.) Deless. ic. sel. I. tab. 48.
Aq. glandulosa Fisch. (DC. Prod. I. 50. n. 3.) Sweet fl. g. I. tab. 55. Ledeb. fl. Ross. I. 56.
Aq. jucunda F. et M. Ind. hort. Pet.; Ledeb. Fl. Ross. I. 736. (Walp. Rep. I. 50. n. 2.)

ε. *Pyrenaica;* molliter pubescens v. glandulosa, sep. ovat. acutis, calcarib. elongat, gracilib. rect. v. incurv.

Aq. Pyrenaica DC. (DC. Prod. 50. n. 6.)
Aq. leptoceras Lindl. bot. reg. 1817. t. 61. (Walp. Rep. I. 50. n. 1.)
Aq. Kanawerensis Camb. in Jacq. voy. tab. 5; Hook. bot. mag. 4693. (Walp Rep. I. 51. n. 9.)
Aq. glandulosa Kn. et Westc. bot. cab. I. tab. 10. (Walp. l. c. 51.)
Aq. glauca Lindl. bot. reg. XIII. t. 46. (Walp. Rep. I. 50. n. 7.)
Aq. fragrans Benth. in the bot. IV. t. 181. (Walp. I. 50. n. 8.)
Aq. Moorcroftiana Wall. Cat. 4713. Royle Ill. 54. (Walp. Rep. I. 50. n. 6.)
Aq. Olympica Boiss. (Walp. Rep. I. 50. n. 4.)

In Himalaya occident. temperata et alpina; α. in jugis interioribus; β. in Himalaya Tibetica; γ. in jugis exterior. vulgaris, a Kumaon ad Kashmir: in interioribus in α

transiens; δ. in montibus Balti; Kumaon. ε. in Himalayae alpibus et per Tibetiam occidentalem inter 10—14000′ alt.: vulgaris.

3. AQUILEGIA FORMOSA Fisch. (Planch.) (DC. Prod. I. 50. n. 8.) Planch in v. Houtte Fl. d. s. VIII. 125. c. tab. — Elata, f. biternatim sectis glabresc. subt. glaucescentib., sep. oblongo-lanc. 8—9 lin. longis sicut calcaria eis breviora aurantiaco-purpureis patentissimis, calcarib. rectiusculis 5—6 lin. lgis, limbo flavo truncato circ. duplo longiorib., genitalib. exsertis. (Char. e specim. Bongardiano ex ins. Sitcha in herb. mus. Par. elicitum.)

Aq. formosa Fisch. (DC. l. c) — Ledeb. Fl. Ross. I. — Torr. et Gr. Fl. of N. Am. I. 30. (saltem quoad syn. Bongard, vix quoad descr.)

Aq. Canadensis var. Bongard in mem. acad. St. Petersb. sc. phys. et math. ser. 6 vol. II. p. 124.

Aq. Arctica hortul.

Aq. Arctica Loudon (fide Steudel nomencl. bot.)

Icon addenda.

AQUILEGIA KANAORIENSE Jacquem. (Walp. Rep. I. 51. n. 9.) — Lemaire jard. fleur. IV. pl. 366 (ic. ex Hook bot. mag. tab. 4693.)

4792. COPTIS *Salisb.*

(DC. Prodr. I. 47. — Walp. Ann. II. 11.)

1. COPTIS TEETA (Wallich Fr. Med. et Phys. soc. Calc. VIII. 347, et in Linn. XII. 227.) — Cfr. Walp. Rep. I. 49. n. 1. et index p. 342, ubi in utroq. loco errore typographico Coptis „tecta“ scriptum est. — Hook et Th. Fl. Ind. I. 42.

4790. JSOPYRUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 48. — Walp. Ann. II. 11.)

1. ISOPYRUM ADIANTIFOLIUM. (H. f. et Th.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 42. — Caule folioso, f. caulinis opposit., petal. longe unguiculat., lamina parva rotundata subbiloba, ovariis 3. — In Himalayae orientalis silv. humidissimis: Sikkim prope Dorjiling alt. 7500′. (Fl. Apr. — v. v.) — Rhiz. horiz. squamis rotundat. concav. tectum. Caulis erectus 3—6 poll. simplex v. dichot. ramosus, b. nudus, superne folios. F. radicalia longe petiolata, petiol. b. auriculat., trisecta. Foliola longe petiol. petiolis partialib. b. membranaceis stipellatis, terminale indivisum, lateralia in segment. 5—7 petiolata subdichotome secta; segm. om. tenuissima late cuneata v. fere rotundata, 3—4 lin. long.; antice inciso-crenata, subt. glauca. F. caul. opposita v. quaternat. verticillata, petioli b. stipulis membranaceis rotundatis auriculatis, majora foliis radicalib. conformia. Flor. diam. $1/2$ pollic. Sep. oval. obtusa. Pet. minuta longe unguiculata, lamina rotundata, plana v. saccata, biloba v. eroso-dentata. Filam. filiform., petalis duplo longiora, sepalis $1/2$ breviora. Anth. ovales.

2. ISOPYRUM GRANDIFLORUM Fisch. (DC. Prod. I. 48.) Hook. et Th. l. c. 43. subacaule, scapis unifloris opposite bibracteolatis, ovariis 3—7.

Is. microphyllum, Royle. (Walp. Rep. I. 48. n. 2.) — *Aquilegia anemonoides*, Willd. (DC. Prod. 51.) (indice Ledeb.)

In Himalaya occidentali alpina et Tibetica, alt. 13—17000′: Dras, Kanawer, Hundes — Garhwal, Kumaon.

4789. HELLEBORUS *Adans.*

(DC. Prodr. I. 46. — Walp. Ann. I. 12.)

1. HELLEBORUS ANTIQUORUM A. Br. in app. ind. sem. hort. Berol. 1853.

H. orientalis Bot. Regist. 1842. t. 31.

Foliis radicalibus binis, hiemem perdurantibus, subpedatis e foliolis 5—7 oblongo-

lanceolatis argute serratis glabris, venis subtus non prominentibus; scapo paucifloro folia expansa superante, basi squamato, superne bracteis 2—3 frondescentibus 5—3-fidis instructo; floribus cernuis, fere explanatis; sepalis late ovatis, se invicem tegentibus, acutiusculis, e purpurascenti albescentibus, basi flavo-virentibus; antheris apiculatis. — Ex Olympo bithynico in hortos Angliae introductus, unde in hortum Berolinensem pervenit. Specimina nostra cum icone citata optime conveniunt. Folio omnino glabra, serraturae dentibus elongatis, antrorsum conversis. Scapus erectus, basi non declinatus, 3—4 florus; bractea prima saepius, ut videtur, a reliquis remota, squamiformis; secunda 5fida, tertia trifida, pedunculorum lateralium bracteae breviter trilobatae vel integrae. Diameter floris bene evoluti $5\frac{1}{2}$—$6\frac{1}{2}$ decim. Petala 12—17 inveni. Stamina sepalis $\frac{1}{3}$ breviora, luteo-alba. Carpella 5—6, stylis ovario triplo fere longioribus, purpurascentibus, stigmatibus pallide flavescentibus. Folia hornotina serotina, post anthesin e gemmis prodeuntia. — *H. orientalis* Lam. s., nomine serius mutato, *H. officinalis* Salisb. in Tournefortii „Helleboro *nigro orientali, amplissimo folio, caule praealto, flore purpurascente*" nititur; Tournefortius autem, ut ex indicatis locis natalibus patet, duas saltem, nisi forte plures species confudit, alteram ponticam, cujus iconem dedit Desfontaisnes, alteram olympicam, de qua conferatur auctoris itinerarium: Voyage en Levant II. p. 189. Plantae ponticae specimen fructiferum ab ipso Tournefortio lectum et a beat. Hayne (Arzneipfl. t. 2.) depictum, conservatur in herbario Willdenowiano, in cujus schedula inscriptum invenitur: Helleborus niger *ponticus*, amplissimo folio etc. Quae cum ita sint Hellebori *orientalis* et *officinalis* nomina vaga eliminanda censui, Helleborum *antiquorum* et *ponticum* distinguens. Hell. *officinalem* in Sibth. Flor. graec. t. 528. depictum extricare non possum; differt secundum iconem ab H. antiquorum nostro folio radicali unico, scapo basi declinato, floribus convexioribus et c.; nec cum H. pontico convenire videtur.

2 HELLEBORUS OLYMPICUS Bot. Regist. 1841. Misc. p 113. 1842. t. 58. (Walp Rep. I 48. n. 4.) Alex. Braun l. c. — Praecedenti nimis affinis, quocum notis plurimis convenit. Folia radicalia pariter gemina et expansa, digitato-pedata i. e. paulo minus in formam pedatam extensa, quam in priore, e foliolis 5—7 paulo brevioribus, glabris dentato-serratis i. e. serraturae dentibus paulo brevioribus, confertioribus et magis patulis. Venae ut in praecedente. Scapus erectus humilior, longitudinem pedis vix attingens, floribus paucioribus (2—3), paulo minoribus, paulo minus explanatis, diametro 5—$5\frac{1}{2}$ decim. Sepala lata et marginibus se tegentia, ut in praecedente, sed exteriora obtusiora, interiora acutiuscula, ex albo versus basin virescentia, nulla rubedine suffusa. Petala circiter 13 inveni. Stamina luteo-alba, antherae, ut in praecedente, apiculatae! Carpella 4—6, stylis ovario duplo longioribus pallide viridibus. Folia hornotina praecociora, sub finem antheseos prodeuntia. — Cum priore in hortos Angliae introductus est. Specimina nostra, in horto Universitatis regiae culta ab hortulano Hamburgensi *Booth* accepimus.

3. HELLEBORUS GUTTATUS A. Br. et Sauer l. c.

H. officinalis hort. Petrop.

Foliis radicalibus binis, hiemem perdurantibus, manifestius pedatis, e foliolis 7 oblongo-lanceolatis minutius sed argutissime serratis glabris, venis (tenuioribus saltem) non prominulis; scapo laxifloro elevato folia radicalia superante, basi squamato, superne bracteis 2—3 frondescentibus 5—3-fidis instructo; floribus speciosis cernuis explanatis, sepalis late ovatis, interioribus acutiusculis, margine se invicem tegentibus, albis, ad basin subvirescentibus, versus marginem leviter erubescentibus, medio purpureo-guttatis; antheris emarginatis. — Speciosissimam speciem in secundum annum in horto Univers. reg. cultam ex horto Petropolitano accepimus, quam Caucasicae originis esse cl. Koch specimine spontaneo, manco quidem, sed indubitato nos edocuit. — Folia iis H. antiquorum similia, glabra et nitentia, paulo evidentius pedata, serraturae dentibus minoribus, valde acuminatis, antrorsum conversis. — Scapus a basi erectus, $1\frac{1}{2}$—2 pedalis, 3—5 florus, floribus lateralibus pedunculis elongatis terminalem longe superantibus. Flores iis Hellebori antiquorum paulo majores, diametro $6\frac{1}{2}$—$7\frac{1}{2}$ dec., omnino fere explanati. Sepala guttulis purpureis majoribus minoribusque numerosis

(ultra 100) adspersa. Petala 13—21. Antherae luteo-albae, evidenter emarginatae! Carpella 3 — 6, stylis ovario triplo longioribus pallide virescentibus. Folia hornotina serotina.

4. HELLEBORUS ABSCHASICUS. A. Br. l. c.

H. Abschasiae sp. Cat. hort. Booth. 1851. — *H. Abschasicus* Cat. ejusd. 1852.

Foliis radicalibus pluribus, hiemem perdurantibus, subpedatis e foliolis 5—7 spathulato-lanceolatis remotiuscule serratis glabris, venis non prominulis; scapo laxifloro folia expansa longe superante, basi squamato, superne bracteis 2—3 frondescentibus 5—3-fidis instructo; floribus subcernuis explanatis, sepalis obovato-oblongis acutiusculis, margine undatis et se invicem non tegentibus, purpurascentibus; antheris emarginatis. — Nomen specificum, cujus verum auctorem ignoro, patriam Caucasi jugo et mari nigro interjectam, indicat, ubi hortulanus *Roegner*, qui collectiones in illis regionibus fecit, forsan hanc speciem detexit, quam nos ex horto *Booth* accepimus. — Praecedente omnibus partibus minor et humilior. Folia radicalia in specimine culto 4, quam in affinibus minora, foliolis maxime divaricatis, nitidis; serraturae dentibus remotiusculis, patentiusculis, angustis et acutissimis. Venae in pag. folii superiore impressae, in inferiore (exceptis nervis validioribus) non prominulae. Scapus pedem non multo superans, in nostro specimine ramo basilari adauctus, pedunculis lateralibus elongatis. Flores subcernui, omnino fere explanati, quam in praecedente minores, diametro 5—6 decim. Sepala quam in affinibus angustiora, magis undulata, laete et fere sordide purpurascentia. Petala 18 — 24 viridia. Stamina luteo-alba, antherae, ut in praecedente, emarginatae. Carpella 4—5, styli ut in praecedente, non colorati.

5. HELLEBORUS PONTICUS A. Br. l. c.

H. orientalis Desf. Choix d. pl. p. 58. t. 45.

Species et specimine fructifero herbarii Willdenowiani, nec non e specimine deflorato, quod cl. Koch prope Trabezoum (Trabezunt) legit, imperfecte tantum mihi cognita. Differt ab affinibus folio radicali unico permagno evidenter pedato e foliolis 7 — 9, uno alterove nonnunquam, sed rarius, bifido; pagina folii inferiore costisque pubescentibus; serraturae dentibus antrorsum curvatis, acuminatis; venis (in planta sicca) superne et inferne prominulis. Flores dicuntur purpurascentes. — Comparationis gratia sextae speciei orientalis mentionem facere non praetermittam.

6. HELLEBORUS CAUCASICUS C. Koch herb. A. Br. l. c.

H. *viridis caucasicus* Steven in herb. Link. — *H. viridis* Bieb. Fl. cauc. II. p. 30?

Ab omnibus praecedentibus folio radicali unico erecto et scapo humili basi declinato vel obliquo; ab H. viridi foliis hiemem perdurantibus; ab H. odoro foliis omnino glabris, foliolis plerumque latioribus et omnibus distinctis aliisque notis differt. Folium radicale magnum digitato-pedatum vel plus minus evidenter pedatum, e foliolis 5 — 7, rarius subnovenis (extremis scilicet bifidis). Foliola quoad latitudinem valde variant, obovato-lanceolata vel late lanceolata, coriacea, plus minusve acuminata, dense serrata, serraturae dentibus longiusculis antrorsum curvatis acuminatis, venis superne impressis, inferne prominulis. Scapus folio radicali humilior, e cujus vagina oblique plerumque egreditur, squamis basilaribus 3 — 4 et superne bracteis frondescentibus 2—3 instructus. Flores 3 — 4, magnitudine florum H. odori (diametro 6 decim), quantum e sicco judicari potest virescentes, secundum Biebersteinii descriptionem virides purpureo-tincti, initio subcernui, demum erecti. Sepala ovata vel ovato-oblonga apice subacuminata et acutiuscula. Petala circiter 13. Antherae apice rotundatae, vix emarginatae. Folia hornotina serotina. — Hellebori genus quoad ritam specierum limitationem difficillimum iis praesertim commendandum est, quibus vivas et spontaneas species observandi et veras earum characteres biologicas eruendi occasio est. Species orientales, quas distinguere ausús sum, omnes eo inter se conveniunt, ut folia radicalia, more H. nigri, hiemem perdurent et in annum secundum persistant, qua nota porro conveniunt cum *H. odoro* et *graveolente*, nec non cum *H. Bocconi* et *multifido*; differunt autem ab *H. viridi*, *dumetorum*, *purpurascenti* et affinibus, quorum folia autumno marcescunt.

7. HELLOBORUS VIRIDIS L. — Visiani Fl. Dalm. n. 1310. III. p. 88. — (DC. Prod. I. 47.,

var. β. *multifidus;*

Folior. segmentis multifidis, laciniis lineari-lanceolatis.

Syn.: *H. multifidus* Vis pl. rar. Dalmat. in Ergänz

Bot. Ztg. 1829. 1. B. n. 18. (Walp. Rep. I, 48. n. 3.)

H. multifidus Alsch. Fl. Jadrensis p. 122.

„ „ Ic. Vis. Fl. Dalm. t. 31. — Ic. Rchbch. Ic. Fl. Germ. IV. f. 4717. — Ic. Bocconi mus. p. 26 tab. 11. — H. angustifolius Host. — H. Bocconi Ten. Fl. Neap. — Hab. Species rarius in silvaticis insulae Cherso, var. communissima in omnib. Dalmatiae montib. et silvis. Fl. virides. Fl. primo vere. — Usus: Radix acerrima venenata ab hippiatris Dalmatis in fonticulos equorum morbis pulmonum laborantium immittitur ad copiosam suppurationem ciendam.

Obs. H. multifidus noster gaudet foliis in lacinias copiosiores b. fere imbricatas angustiores longioresq. divisis ac H. viridis, imo ac ipse H. Bocconi.

Icones addendae.

HELLEBORUS ATRORUBENS. (DC. Prod. I. p. 47 n. 6.) — Hook. bot. mag. tab. 4581. — Paxton Fl. Gard. p. 47 tab. 82.

HELLEBORUS ATRORUBENS Waldst. et Kit. — Lemaire Jard. fleuriste II. p. 140.

4788. **ERANTHIS** *Salisb.*

(DC. Prodr. I. 46. — Walp. Rep. I. 47.)

1. ERANTHIS CILICICA Scht. et Kotschy. Schott in Oestr. Woch. Bl. 1854 p. 113. — F. subquinquepartitis, partitionib. raro simplicib., saepe bi-tri-partitis et laciniatis, involucrum 25—40-divisum formantib.; petalis stipite brevissimo (tubo duplo triplove breviore), labio superiore truncato v. sinu latiusculo in tubum extenso, bifide exciso, labio inferiore tubo paulo breviore emarginato v. laciniis ovato-triangularib. obtusiusculis bifido, instructis; pistillis (6—25, 6-ovulatis) lin-lanceolatis in stylum aequantem attenuatis, stamina superantib. — Hab. in Tauro Ciliciae — Caules fertiles et steriles laeves. Folior. lobuli anguste lin., acutiusculi. Calix 6—8-sepalus, sep. oblongis, obovato-oblongis, oblanceolatis v. subrotundo-ovatis. — Ab. Eranthi hyemali Salisb. penitus differt.

4787. **TROLLIUS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 45. — Walp. Ann. II. 11.)

1. TROLLIUS ACAULIS Lindl. (Walp. Rep. II. p. 740 n. 1). Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 41. — Caule humili superne folioso, f. 5-partitis argute incisis, petalis ang. cuneatis, ovariis subulatis. —

Trollius pumilus, Royle ill 54.

In Himalaya occidentalis interioris alpibus, alt. 11—13000': Kishtwar, Kumaon. Fl. Jun. — v. v. — Flores magni 2pollic. Sepala 7, late ovalia, obtusa, pollic., aurea. Pet. 11, 3 lin. lg., staminib. paulo breviora, ungue brevissimo, lamina b. foveolata. Ovar. elg., in stylum lg. subrecurvum angustata.

CALATHODES *(H. f. et Th.)*

Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 40.

Sep. 5, oval., aestivatione imbricata, colorata. Petala o. Stam. indefinita; filam. filiform., antherae lineari-oblong. adnatae, locul. marginalib. lateralit. dehiscentib. Ovaria 10 v. plura, ext. b. gibba, oblonga, rostrata. Ovula 8—10 prope basin ovarii, placentis 2 nerviformib. intra-

marginalib. prope suturam ventralem sitis inserta, horizontalia, rhaphe inferiori. Styli retrorsum uncinati, superne stigmatosi. — Herba perennis, erecta, Trollii facie; f. palmatim sectis; florib. flavis.

1. CALATHODES PALMATA (H. f. et T.) — In graminosis Sikkim alt. 10000′. Fl. Jun. — v. v. — Herba erecta $1\frac{1}{2}$—2 pedalis, simplex v. parce ramosa, glabra. F. diam. 2—4 poll., longe petiolata; radicalia cito marcescentia; caulina superne numerosa, palmatim trisecta, segm. b. cuneatis, prof. trilobis, lob. argute incis., auriculae stipulares membranac. dilatae, pet. adhaerentes, pollic. Flor. solitarii terminales, aurei, diam. fere 2pollic. Fruct. ignotus.

4786. CALTHA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 41. — Walp. Ann. II. p. 11.)

Schott „Analecta bot." Oestr. bot. Woch. Bl. 1855 p. 391. — Genus a botanicis systematicis valde neglectum (cfr. Schlechtdl. Linn. VI. p. 580). — Calthas e variis partib. imperii Austriaci collectas in vivo attente comparantes, mox suspicati sumus sub planta tritissima latere plures species, — an recte? v. non, observationib. in variis terris institutis dijudicandum. Interd. quas distinximus nunc proponimus, sperantes ut botanici rem attentione aliqua dignam existiment.

§. 1. Ovaria (adulta) ap. adunca.

1. CALTHA CORNUTA Schott. — Schott l. c. — F. inferiorib. renato-cordatis, e. b. inciso-serrata serrato-dentatis l. antice subintegerrimis, petiolis supra canaliculatis l. bisulcatis (in f. radicalib. sulci ob nervum medium elevatum saepissime obliterantur), caule angulato, anth. linearib., ovariis in stylum sensim attenuatis, stigm. tenui, capsulis dorso et ventre subparallelis sigmoideo-recurvatis, in rostrum rectum brevit. subulatum reversum contractis, seminib. oblique ovoideis, obtusis, chalaza magna hemisphaerica, rhaphe depressa. — Omnium maxima, bipedalis. — Hab. in Transylvania (Kotschy).

2. CALTHA LATIFOLIA Schott. — Schott l. c. — F. inferioribus reniformif., circumcirca grosse serrato-dentatis, opacis, juniorib. bullato-rugosis, petiolis semiteretib. supra planis, caule angulato (valido), anther. linearib., ovariis in stylum ap. recurvum contractis, stigmate tenui capsulis .... — Pedalis, caule a medio in pedunculos strictos diviso, f. amplis fere inciso-serratis insignis et speciosa. — Hab. in Transylvania (Kotschy).

§. 2. Ovaria ap. recta.

3. CALTHA LAETA Schott. — Schott, Analecta botanica, Oestr. Woch. Bl. 1855 p. 397. — F. inferiorib. reniformib. v. (seriorib.) renato-cordatis, circumcirca serrato-dentatis (supra nitidis), petiolis semiteretib., supra convexis, caule angulato, anth. linearib., ovariis in stylum sensim attenuatis, stigmate tenui stylo aequali vix prominulo, capsulis dorso recto l. subrectoventre curvato, semiorbiculatis l. late semiellipticis, rostro semisubulato tenuiusculo (nervum dorsalem continuante) recto, seminib. ovoideo-oblgis ap. obtusis, chalaza rotundata, rhaphe depressa. – Superne ramosa laete viridis. — Hab. in Transylvania (Kotschy).

4. CALTHA INTERMEDIA Schott. — Schott l. c. — F. inferiorib. reniformib. l. renato-cordatis, dentato-crenatis, ap. levit. crenatis, petiolis, caule antheris, ovariis stigmateq. ut in pr., capsulis utrinque curvatis, ventre arcuato superne dilatatis, in rostrum rectum validum subulatum oblique attennatis (demto rostro oblique oblgis), seminib. oblongo-ovoideis, ap. acutis, chalaza depresso-ovoidea, rhaphe depressa. — Hab. in Transylvania (Kotschy).

5. CALTHA VULGARIS Schott. — Schott l. c. — F. inferiorib. (sinu clauso) reniformib., e b. grosse serrato-dentatis, petiolis e latere compressiusculis supra planis caule tereti, antheris lin-ovatis, ovariis in stylum rectum productum contractis, stigmate cristato stylo latiore, tumido. caps. patulis, utrinque curvatis et inde oblique ellipticis,

in rostrum subulatum aduncum contractis, caeterum subaequilatis, seminib. pyramidato-ovoideis (subtrigonis) obtusis, chalaza hemisphaerica latissima, rhaphe elevata, carinante. — Hab. in Austria inferiore etc.

6. CALTHA ALPESTRIS Schott. — Schott l. c. F. inferiorib. (sinu aperto) reniformib., e b. serrata crenato-dentatis, crenatisve, petiolis a dorso compressiusculis, supra planis, caule sub-angulato, anth. linearib. ovariis in stylum rectum abbreviatum contractis, stigmate tenui, capsulis pr. sed erectis, rostro brevissimo, seminib. oblique ovoideis rhaphe depressiore subteretib. — Planta per plures annos sub variis conditionib. culta immutata remansit, vulgari omnib. partib. semper minor, colore florum saturatiore, staminib. ovariisq. minus copiosis. — Hab. in Austriae subalpinis (Haury).

---

7. CALTHA SCAPOSA H. F. et T. — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 40. — Acaulís multiscapa, foliis ovali-oblongis. — In alpib. Sikkim inter alt. 15—17000′ in paludosis. (Fl. Jul.) v. v. — Radix crassa, fibrosa. Fol. omnia radical., longe petiolata, ovali-oblonga, b. profunde cordata, coriacea integerrima v. repando-crenata, 1 — 1½ pollicar. Scapi 3—6 pollic., nudi 1-flori. Fl. diam. policares et ultra, aurei. Sep. 5 obovata, tarde decidua, interd. sub fructu maturo persistentia. Follic. 8—30. chartac., stipitati, erecto-patentes v. recurvi, semipollic., lineari-oblongi, stylo subulato apiculati.

8. CALTHA GUERANGERII Bor. fl. centr., ed. 3., inédite. — C. Billot. annotat. à la Fl. de Fr. et d'Allemagne (1855) p. 11. — Hab. et characteres generales C. palustris: caules rubro-fusco-subtincti, caespites paulo laxiores formantes; f. superiora late reniformia grosse crenulato-dentata; sep. pulchre aureo-lutea, obovalia, demum oblga b. retusa, non inter se contigua; anth. ovales. post pollinis emissionem lanceolatae, stigmata longa lutea; carpella rubrofusca rostro longo coronata divergentia. — In locis palustrib. saepius c. Caltha palustri associata. — Le Cher; la Sarthe; Maine et Loire etc. — Species „Ed. Gueranguer" dedicata.

9. CALTHA PALUSTRIS (L. sp. 784.) Hook et Th. Fl. Ind. I. 40.

C. Himalensis Don. Prod. 194. (Walp. Rep. I. 47. n. 3.) — *C. Govoniana* Wall. Cat. 4710. Royle ill. 54. (Walp. l. c. n. 2.) — *C. paniculata* Wall. Cat. 4711.

β. *alba*. — C. alba Jacquem (Walp. Rep. I. 46 n. 1).

In paludosis Himalayae interior. temperatae et subalpinae alt. 8—10000′ a Kashmir ad Nipal. — (Fl. Jun.)

4785/1. **OXYGRAPHIS** *Bge.*

(Endl. gen. pl. Suppl. I. p. 1419. — Walp. Rep. I. 46.)

1. OXYGRAPHIS POLYPETALA (H. f. et T.). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 27. — F. rotundato-subreniformib. crenato lobat. —

Ranunculus polypetalus Royle Ill. 54 t. 11 f. 2.

Callianthemum Endlicheri (Walp. Rep. I. 33).

In Himalaýa occid. inter. alt. 12—15000′: Zanskar, Sirmur, Kanawer, Kumaon. — Fl. vere. — v. v. — Herba pusilla, caespitosa, acaulis, radicib. fibros. Petioli 1—3 unc. F. diametro ½ — 1 unc. b. cordata, profunde crenato-lobata v. triloba, lob. crenat. Scapi 2 — 4 uncial. debiles 1 flori. Flores Ox. glacialis sed paullo majores, diametro unciales. Pet. oblong., spathulata, fovea nectarifera parva ecallosa. Achen Oxygraphis glacialis.

Tribus V. *PAEONIEAE.*

(DC. Prodr. I. 64. — Walp. Ann. I. 14. II. 13.)

4804. **PAEONIA.**

(DC. Prodr. I. 65. — Walp. Ann. II. 14.)

1. PAEONIA MICROCARPA Boiss. et Reut. — Boissier et Reuter pug. plant. nov. (1852). — Caule simplicissimo flexuoso glabro 1-fl., f. bipinnati-partitis partitionib. ternato-pin-

natisectis lobatis ovatis v. oblongo-lanc. acuminatis l. decurrentib. et inter se confluentib. integris v. terminalib. ap. bi- v. trilobis supra glaberr. subt. glaucis, pilis mollib. dense hirtellis, carpellis parvis glaberrimis maturis a b. arcuato-patentissimis, ap. stylo persistenti rostratis. — Hab. in Hispania in silvis quercinis et in pinetis tractus Sierra de Gredos. Reut. Pulchra species e semin. Hisp. in horto Boiss. educata. Fl. magni 4—5 p. diam. Carpella poll. lg. 4—5 lin. l. — *P. peregrinae* facie affinis, carpellis minorib. glaberr. ac patentiss. differt.

Syn. *P. peregrina* var. *leiocarpa* Coss. not. pl. Hisp.

2. PAEONIA OFFICINALIS L. Spec. 747. (DC. Prodr. I. 65 n. 3). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 60. — Herbacea, f. biternatim sectis, foliol. incisis, lobis oblong. lanceolatisve acutis, folliculis 1—3 erectis toment. v. glabris. —

P. peregrina, Mill. (DC. Prodr. I. 66 n. 14).

P. intermedia, C. A. Meyer in Ledeb. Fl. Alt. II. 277. Ledeb. Fl. R. I. 74. — (Walp. Rep. I. 61 n. 4).

P. Emodi, Wall. Cat. 4727; Royle ill. 57. (Walp. Rep. I. 61 n. 5).

In Himalaya occidentali temperata interiori alt. 5—10000′ a Kashmir ad Kumaon. — Fl. Maj.

Icones addendae.

PAEONIA ALBIFLORA var. *souvenir* de Gandbrugge. — Van Houtte fl. d. s. VIII. p. 213. c. tab.

PAEONIA ALBIFLORA var. *festiva* Pl. — Planchon in v. Houtte Fl. d. s. VIII. 113 c. tab. flore pleno, albo, petalis intimis ap. purpureo-vittatis. — *P. albiflora*, festiva hortul.

PAEONIA MOUTAN var. *rubanée* de Flandre. v. Houtte Fl. des serr. VII. p. 283 c. tab.

4802. **CIMICIFUGA** *Linn.*

(Walp. Rep. I. 30. — Walp. Ann. II. 14.)

1. CIMICIFUGA FOETIDA (Lin. Syst. nat. ed. 12. 659). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 59. — Foliolis ovatis lanceolatisve, pet. 2—4 emarg. v. bifidis, ovariis 4—8. — Ledeb. Fl. Ross. I. 72. —

C. frigida Royle ill. 57 (Walp. Rep. I. 60 n. 2).

Actaea Cimicifuga, L. (DC. Prodr. I. 64 n. 1).

A. frigida, Wall. Cat. 4725 (Walp. Rep. I. 60 n. 2).

Actinospora frigida, Fischer et Meyer (Walp. Rep. I. 60 n. 2).

In sylv. Himalayae temperatae alt. 7—12000′: Kashmir; Nipal; Sikkim, Bhotan. — Fl. Jul.

4799. **ACTAEA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 65. — Walp. Ann. II. 13.)

1. ACTAEA SPICATA (L. Sp. 722.) (DC. Prodr. I. 65 n. 8). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 59. — Foliolis ovata v. oblongo-lanceolatis inciso-serratis, racemo simplici, pedicell. filiformibus. —

Actaea brachypetala (DC. Prodr. I. 65 n. 9 excl. var. δ.)

A. rubra, Bigelow; Torr. et Gray Fl. n. Am. I. 35. (Walp. Rep. I. 60 n. 2).

A. arguta, Nuttal; Torr. et Gr. l. c. (Walp. Rep. I. 60 n. 4).

A. acuminata, W. Cat. 4726. Royl. ill. 57. (Walp. Rep. I. 60 n. 1).

In Himalayae temperatae sylvis. — Marri; Kashmir, Kumaon, Bhotan

—

Ordo II. DILLENIACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 67. — Walp. Ann. II. 14.)

Tribus I. *DILLENIEAE* DC.

(DC. Prodr. I. 70. — Walp. Ann. II. 14.)

4749. **DILLENIA** *Lin.* (4747).

(DC. Prodr. I. 75 — Walp. Ann. I. 15.)

Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 69.

Sepala et pet. 5. Filam. filiform. pluriserialia; antherae lineares, exteriores erectae introrsae, interiores recurvae extrorsae. Carp. 5—20, indehiscentia, cum axi centrali in pseudo-baccam calyce persistente involutam cohaerentia. Semina in pulpa gelatinosa nidulantia, exarillata. — Arbores, foliis penninerviis, saepe maxim., florib. conspicuis, albis v. flavis.

§. 1. *Eudillenia:* Fl. albi. Semina margine pilosa.

1. DILLENIA SPECIOSA. (Thunb. Linn. Tr. I. 200.) (DC. Prodr. I. 76. n. 1.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 69. —

F. petiolatis oblongis v. lanc. acutis argute serratis, florib. coaetaneis solitariis maximis, carpellis 20-polyspermis. —

Sm. Exot. Bot. t. 2. 3. — DC. Prodr. I. 76 n. 1. — Ham. in Linn. tr. XV. 99. — Roxb. Fl. Ind. II. 650. — Wall. Cat. 943 excl. C.; W. et A. Prodr. I. 5; Wight. ic. t. 823. — *D. elliptica* (DC. Prodr. I. 76. n. 4). — *D. Indica* L. Sp. 745.

In sylvis densis in regionibus montosis. Zeylania, Malabar; Concan; Orissa; Behar; secus bas. Himalayae a Nipalia ad Assam, in Silhet, Chittagong, Ava et per totam peninsulam Malayanam.

§. 2. *Colbertia:* Fl. flavi. Stamina glabra.

2. DILLENIA FLORIBUNDA (H. f. et T.). H. et Th. l. c. 71. —

Fol. late ovalib. petiolatis margine fere integris supra glabris subt. ad nervos adpresse puberulis, florib. ante folia enatis, secus ramos supra tuberculos parvos umbellatis, pedicellis ebracteolatis.

Colbertia floribunda W. Cat. 950.

Hab. Martaban, in silvis ad ripas Saluen fluminis. — v. s. — Arbor. F. $1^1/_2$ pedalia 10 poll. lata, coriacea, petiolo glabro tripollicari. Flores iis D. pentagynae similes.

3. DILLENIA OVATA (Wall. Cat. 945). H. et Th. Fl. Ind. I. 70.

F. petiolatis ovatis margine denticulatis superne glabriusculis v. ad nervos puberulis subt. cum petiolis fusco-tomentosis, pedunculis coaetaneis unifloris oppositifoliis.

In insula Penang. — v. s. — F. 8 p. lg., 5 l., pet. $1-1^1/_2$ p. Flos (a spec. discretus super eandam chartam affixus) majusculus. Sep. ovata, crasse coriac.; ext. pubesc., $1^1/_2$ pollicaria.

4. DILLENIA AUREA Smth. (DC. Prodr. I. 76. n. 2.) H. et Th. Fl. Ind. I. 70. —

F. petiolatis ovato-oblongis v. obovatis, remote crenato-denticulatis supra glabris subt. mollit. pubesc., florib. ante folia enatis, ramulos laterales breves terminantibus, solitariis aureis,

Hamilt. in Linn. tr. XV. 101. — Wall. Cat. 6621. — *D. ornata*, Wall. pl. asiat. rar. I. 20 t. 23; Cat. 947. — (Walp. Rep. I. 63. n. 2.) — *Colbertia obovata*, Blume?

In sylv. dens. secus bas. Himalayae Nipalensis; et in Ava in prov. Martaban, secus ripas fluminum Attran et Saluen. (arbor excelsa) — Fl. vere. —

5. DILLENIA PENTAGYNA (Roxb. Cor. pl. I. t. 20.) H. et Th. l. c. 71. —

F. petiolatis v. subsessilibus oblongo-lanceolatis acutis, b. lg. angustatis denticulatis v. subrepandis, adultis glabris juniorib. utrinq. subpilosis, florib. ante fol. enatis secus ramos quasi in axillis fol. delaps. fasciculatis; pedicellis ebracteatis. —

W. et A. Prodr. I. 5. — Hamilt. in Linn. tr. XV. 100. — Roxb. Fl. Ind. II. 652. — Grah. Cat. Bombay 2. — *Dillenia angusta* Roxb. (Walp. Rep. I. 63 n. 3). — *D. pilosa* Roxb. Fl. Ind. II. 652. — *Colbertia Coromandeliana* (DC. Prodr. I. 75.) — *C. Coromand.* Wall. Cat. 949. — *C. angusta* Wall. Cat. 948.

In silv. densis ad radices montium: Malabar, Concan, Dekhan, Orissa, Behar, Malaya, Ava, Chittagong „et secus bas. Himalayae ab Assam ad prov." Oude „dictam." — Arbor mediocris, late romosa. — Fl. Apr. —

4750. **WORMIA** *Rottb.*

(DC. Prodr. I. 75. — Walp. Rep. I. 63.)

(4746.) Sect. *CAPELLIA* Blume.

Stamina interiora longiora, patentim recurva.

1. WORMIA EXCELSA. (Jack Mal. Misc. et in Hook. Comp. Bot. mag. I. 221). — H. et Th. Fl. Ind. I. 67. —

F. ovalib. acutis denticulatis, petiolis late marginatis, racemis opposítif. elg. multifl. —

Capellia multiflora, Blume Bijdr. 5. (W. R. I. 63.) — *C. multifl.*, Cuming n. 2358.

In Penins. Malayana: Penang; Malacca. — Arbor excelsa. Fol. 4—12 p. Petala late obovata, 2 pollic.

Sect. *EUWORMIA* Hook. et Th.

Stamina aequilonga.

2. WORMIA RETUSA (H. f. et T.). Hook. et Th. l. c. 68. —

F. obovat. sinuato-dentatis subtruncatis et retusis, peduncul. oppositifol., 1—3 floris. —

Dillenia retusa (DC. Prodr. I. 76 n. 9). — Wall. Cat. 6625. — W. et A. Prodr. I. 6.

Arbor in Zeylania.

3. WORMIA BRACTEATA (H. f. et T.). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 68. —

Fol. ovalib. v. obovat. crenatis, pedunculis plurifloris folia non aequantib. Pedicell. libracteolatis. —

Dillenia bracteata, Wight! Ic. tab. 358. (Walp. Rep. II. 746 n. 1.)

In montib. provinciae Maisor, in regione „Balaghat" dicta. — Arbor cortice cinereo rugoso, ramulis partibusque novellis sericeis. F. ad apices ramorum conferta, 3—6 poll. longa, 1½—3 lata, nerv. obliq. crebr. parallelis, superne lucida glabra, subtus pallida, adpresse pubescentia, demum fere glabra. Racemi oppositifolii; bracteae obovato-spathulatae. Sep. ovalia dorso sericea. Pet. obovata 1¼ poll. longa. Ovaria 5. Folliculi totidem, membranacei. Semina obovata arillo parvo carnoso. — (Veritersimili *Dillenia repanda* Roxburgh.)

4. WORMIA INTEGRA (H. f. et T.). Hook. et Th. l. c. 68.

Fol. obovatis obtusis subintegris, pedunculis subsolitariis.

Dillenia integra, DC. Prodr. I. 76.

In Zeylania. — Arbor. Folia integerrima v. e med. ad ap. obsc. serrulata, subspithamaea, palmam lata. Petioli villosi, pollicares canaliculati. Sepala oblong. Pet. obovata, $1^1/_4$ pollic. (ex ic. Thunb.).

5. WORMIA TRIQUETRA Rottb. (DC. Prodr. I. 75 n. 3). Hook. et Th. p. 67. —

Wormia dentata (DC. Prodr. I. 75 n. 2.) — Wight. et Arn. Prodr. I. 7 in adnot. — *Dillenia dentata*, Thunb. in L. tr. I. 201. t. 20. (DC. Prodr. I. 75 n. 2).

In Zeylania.

4751. **SCHUMACHERIA** *Vahl.*

(Walp. Rep. I. 64.)

1. SCHUMACHERIA ALNIFOLIA (H. f. et Th.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 66.

F. late ovalib. utrinque obtusissim. sinuato-crenatis, spicis axillarib. ramosis, foliis dimidio brevioribus.

In Zeylaniae montibus. — Rami pilis adpressis scabri. F. crassa, coriacea, 4—6 poll. longa 3—4 lata, superne glabra, subt. pubescentia.

2. SCHUMACHERIA ANGUSTIFOLIA (H. f. et Th.) Hook. et Th. l. c. p. 66.

F. oblonga lanceolat. longe acuminat. serratis, spicis axillarib. foliis brevioribus. —

In Zeylania. (v. s.) — Rami junior. sericeo-incani. F. b. rotundata, superne glabra nitida, subt. praesert. ad nervos adpresse pilosa, 4—6 poll. longa, $1—1^1/_4$ lata. Pet. b. vaginantes, $^1/_2$ pollic. Paniculae 1—2 poll., simplices v. ramosi.

4773. **HIBBERTIA** *Andrws.*

(DC. Prodr. I. 73. — Walp. Ann. I. 15 et II. 14.)

1. HIBBERTIA BUPLEURIFOLIA Lehm. — Lehm. novitiae hort. Hamburg 1851; Linn. XXV. p. 307. —

H. glaberrima, caule suffruticoso volubili; f. oblongis perfoliatis levissime calloso-denticulatis mucronatis b. subangulato-cordatis; pedicellis solitariis oppositifoliis erectis folio brevioribus; sepalis calycis late ovatis brevib., bractea ovato-lanc. suffultis; fl. tetragynis; carpellis glaberrimis.

Hab. in N. Holland. austro-occid. Accepimus ex Anglia sub nom. Hibbertiae perfoliatae ♄. — Cfr. l. c. et pl. descr. — Proxime accedit ad Hibbertiam perfoliatam Hüg. (Walp. Rep. I. 64 n. 3 et V. p. 10) et ad Hibb. amplexicaulem Steud. (Walp. Rep. V. p. 8 n. 1). A. priore diff. glabritie omnium part., f. latiorib. calloso-denticulatis (nec aristulato-serrulatis) b. cordatis, lob. subangulato-dentatis, pedicellis erectis multo firmiorib. et breviorib., fl. triplo v. quadruplo majorib., tetragynis. — Ab. H. amplexicauli distinguitur f. latiorib. perfoliatis, calyc. sepalis multo breviorib. et petalis calyce triplo v. quadruplo longiorib. — H. dentata R. Br. (DC. Prodr. I. p. 74 n. 3) longe distat f. petiolatis. — Lehm. in E. Otto n. allg. d. Gart. u. Bl. Ztg. VII. p. 322.

2. HIBBERTIA DISTICHA Lehm. — Novitiae h. Hamburg 1851; Linn. XXV. p. 309. —

H. glabriuscula, caule suffruticoso volubili, f. distichis confertis oblongis amplexicaulib. b. cordatis aristulato-denticulatis integerrimisq. mucronatis marg. reflexis, juniorib. undulatis; pedicellis solitariis oppositifoliis folio longiorib.; sep. calycis ovatis acutiusculis bract. lanceolata suffultis; fl. tetragynis, carpellis glabriusculis. —

Cfr. l. c. et pl. descript. — Hab. in Nova Holl. austro-occid. Accepimus nomine H. perfoliatae. ♄. — H. accedit ad H. perfoliat. Hüg., characterib. multo magis ad H. amplexicaulem.

Obs. Lehm. in E. Otto u. allg. d. Gart. u. Bl. Ztg. VII. p. 323. — *H. dentata* R. Br., *perfoliata* Hüg., *amplexicaulis* Steud., *bupleurifolia* et *disticha* nob., c. 2 speciеb. nov. adhuc non descriptis in herb. nostris asserv., sect. peculiarem huj. generis constituunt „*Bupleurifolium*" nominandam.

4758. ACROTREMA *Jack.*

(Walp. Rep. I. 65.)

§. 1. Folliculis polyspermis.

1. ACROTREMA ARNOTTIANUM, (Wight. ill. I. 9 t. 3.) (Walp. Rep. I. 65 n. 3). H. et Th. Fl. Ind. I. 64. —

F. obovatis b. late cordatis, racemis bracteis distichis ovatis dense imbricatis, pedicell. elong. patent. pilosis.

Acrotrema costatum, Wall. Cat. 1117 B. (Walp. l. c. n. 1.) — *A. Wightianum*, Wall. Cat. 3669 (non W. et A.) — (Walp. Rep. I. 65 n. 2).

Malabar et Courtalam.

§. 2. Folliculis 1—2 spermis.

2. ACROTREMA COSTATUM (Jack in Hook. Misc. II. 82). H. et Th. Fl. Ind. I. 65. —

Cfr. (Walp. Rep. I. 65. n. 1.) — Wall. Cat. 1117 A. — *A. Wightianum*, W. et A. Prodr I. 6; Wight. ill. I. 9.

In Travancar; Malaya ad Penang et Singapur.

Tribus II. *DELIMEAE* DC.

(DC. Prodr. I. 67. — Walp. Ann. II. 17.)

4763. DAVILLA *Vellozo.*

(DC. Prodr. I. 69. — Walp. Ann. I. 15. II. 17.)

1. DAVILLA LUCIDA Presl. (Walp. Rep. I. p. 66 n. 1 et 2). Seemann bot. of the voy. of Herald p. 74. tab. XIII. — Scandens, ramulis petiolis nervisq. folior. subt. flavescenti-hirsutis dem. glabratis, f. oblongis ovatis obovatis v. ellipticis brevit. acuminatis v. obtusissimis b. pl. min. rotundatis v. in petiol. attenuatis integerr. v. argute dentatis supra lucidis punctis elevatis minutis saepe pilo rigido terminantib. scaberrimis subt. plus min. hirtis, petiolis supra canaliculatis glabris subt. convexis hirsutis, paniculis terminalib. v. axillarib. multifl., fl. dioicis (an semper?) bract. ovatis acutis supra glabris subt. hirsutis, calyce dense flavescenti-hirsuto demum glabrato, petal. 5 deciduis obovato-oblongis emarginatis, filam. glaberrimis, connectivo acutiusculo subproducto, ovario ......, capsula ..... —

Dav. lucida Presl. Reliq. Haenk. II. p. 73. — *Dav. ovata* Presl. l. c. — *Dav. asperrima* Splittg. (?). —

In locis Savannarum apricis per Panama et Veraguas provincias.

2. DAVILLA PEDICELLARIS, Benth. — Bentham in Hook. j. Kew gard. misc. III. 161. —

Scandens, glabra, f. oblong. ellipticisve obtusis integerr. rigide coriac. reticulato-venos. scabris, racemis 1—4 floris, pedic. elongatis, sepal. interior. maximis induratis, ovariis geminis.

Spec. valde similis *D. flexuosae*, St. Hil. (Fl. bras. mer 17 t. 2.) florib. plerumq. apetalibus, rarius pet. 5, obcordatis, flavis. — In campis prope Santarem.

4764. DELIMA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 69. — Walp. Ann. II. 17.)

Hook. et Th. Fl. Ind. I. 61. — *Trachytella*, (DC. Syst. I. 410; Prodr. I. 70.) — *Leontoglossum*, Hance in (Walp. Ann. II. 18. III. 812).

Flores hermaphrod. Sep. 5. Pet. 4—5. Stam. indefinita. Ovarium solitarium, depresse subglobos., in stylum subulatum attenuatum; ovula

2—3 e basi adscendentia. Folliculus ovalis, angulo interiori dehiscens. Sem. solitarium arillo cupuliformi denticulato cinctum. Frutex scandens sarmentosus, f. asperrimis, fl. in paniculas terminal. dispositis albis.

1. DELIMA SARMENTOSA (L. Sp. 736). (DC. Prodr. I. 69.) —

D. intermedia, Blume Bijdr. 4. (Walp. Rep. I. 67 n. 2). Hasskarl, pl. jav. rar. 176. — *Actaea aspera*, Lour. Fl. Cochinch. ed Willd. I. 408. (DC. Prodr. I. 70. — *Tetracera sarmentosa*, Willd.; Roxb. Fl. Ind. II. 645. — *Trachytella Actaea* (DC. Prodr. I. 70). — *Leontoglossum scabrum*, Hance l. c. (Walp. Ann. II. 18 n. 1). —

α. *glabra:* fructu glabro.

β. *hebecarpa:* fructu piloso.

D. hebecarpa (DC. Syst. 407. Prodr. I. 70); Wall. Cat. 6633.

In Zeylania, Malaya, Ava, Chittagong, Silhet et Assam!

4765. TETRACERA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 67. — Walp. Ann. II. 17.)

1. TETRACERA LAEVIS (Vahl. Symb. III. 71.) Hook. et Th. fl. Ind. I. 62. —

F. glaberr. superne nitidis, nerv. distantibus, sepalis intus sericeo-pilosis, folliculis 1—2-spermis.

Wall. Cat. 6627. — DC. Prodr. I. 68. n. 12. — *T. Malabarica* Lam. ill. t. 485. f. 1 (?). — *T. Rheedii* DC. Prodr. I. 68 n. 14. — W. et A. Prodr. I. 5; Wght. ic. t. 70; Rheed. mal. V. t. 8.

Zeylania, Malabaria, Concan.

2. TETRACERA ASSA (DC. Prodr. I. 68 n. 15). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 63. —

Fol. superne glabris, subtus praesertim ad nerv. adpresse pilosis, nervis approximatis, sepal. utrinq. glabris ciliatis, follic. 3—5-spermis.

W. et Arn. I. 5 (in annot.) — Wall. Cat. 6629. — *T. Malabarica,* Lam. ill. tab. 485 f. 1 (?). — *T. dichotoma*, Blume Bijdr. 3 (Walp. Rep. I. 67 n. 3). *T. trigyna,* Roxb. Fl. Ind. II. 645.

In Chittagong et in peninsula Malayana: ad Penang, Malacca, Singapur. — v. v. —

3. TETRACERA EURYANDRA (Vahl. Symb. III. 71). Hook. et Th. l. c. 63. —

F. ovalib. v. oblong. crasse coriac. supra lucid. subt. scabridis, demum glabris, sepal. ovalib. ext. pubescentib. —

DC. Prodr. I. 68 n. 13. — Roxb. Fl. Ind. II. 646. — *T. lucida*, Wall. Cat. 6631.

In insula Singapur, Wall. — v. s. —

4. TETRACERA MACROPHYLLA (Wall. Cat. 6628). H. et Th. Fl. Ind. I. 63. —

F. obovato-oblong. utrinq. scabris, panicula elong., multifl., sepal. oblg. nervosis ext. scabridis pubescentibus, follicul. monospermis.

In Singapur, — v. s. — Frutex verosimiliter scand. Ramuli laev., tomento scabrido fulvo pubesc. F. 5—8 p. lg., $2\frac{1}{2}$—$4\frac{1}{2}$ l., pet. $\frac{1}{4}$ p., obtusa v. subtruncata, interd. obt. acuminata, marg. subsinuata. Panicula fructig. elg., f. pedalis: ramuli 2—3 p., multiflori. Sep. $\frac{2}{3}$ p. lg. Follic. 1—4, sep. aequantes, obovati oblg., argute rostrati, brunnei nitidi. Semen solitarium, atratum, arillo cupuliformi fimbriato-obliquo in sicco albido involutum.

HUTTIA *J. Drumm.*

Harvey new genera of W. Austral. pl. in Kew gard. miscell. VII. 51.

Calyx pentaphyllus foliol. ovatis acutis, duobus interiorib. latiorib. marg. membranaceis. — Pet. 5 orbicularia, brevissime unguiculata, calyce

longiora. Stam. hypogyna, b. unita, biseriata, duo interiora latiora, 10 exteriora quor., 7 antherifera, 3 ananthera, subuliformia; filam. breviss., plana; antherae ap. cono adhaerentes, terminales, biloculares, oblongae. Ovaria 2, libera, unilocularia, ovulis geminis e b. erectis. Styli terminales, filiformes. Capsulae .... Semen arillata, arillo membranaceo. — Fruticulus junciformis, ramosiss., aphyllus, foliis enim squamaeformib. minutissimis; fl. pedunculatis speciosis luteis; pedunc. infra medium bracteolato. —

1. HUTTIA CONSPICUA, J. Drum. — Hab. in campis arenosis inter „the Hutt and the Murchison."

Genus. In honorem Gubernatoris Australiae occidentalis J. Hutt. Esq. creatum.

HEMISTEPHUS *J. Drumm.*

Harvey new genera l. c. p. 51.

Calyx 5-phyllus, foliol. navicularib. acutis, 3 exteriorib. herbac., 2 interiorib. chartaceo-membranac. Pet. 5 hypogyna, calyce longiora. Stam. hypog., monadelpha, biseriata, serie exteriore ananthera, in coronam multifidam connexa, serie interiore 6, fertilia unilateralia; filam. brevia; antherae terminales, oblongae obtusae. Ovaria 2 distincta, sericea, unilocular.; ovulis 2 superpositis, e sutura ventrali adscendentib. Styli subterminales, filiformes. Capsulae .... — Frutex erectus, ramosissimus; f. alternis, linearib. marg. revolutis, supra glandulosis; pedunculis alarib. elongatis multifloris; florib. luteis unilateralib. sessilib. bibracteatis.

1. HEMISTEPHUS LINEARIS, J. Drum. — Hab. in partib. borealib. Australiae occid. —

Genus. Hemistemmae affine a quo genere tantum staminib. definitis et ovulorum structura discrepat. —

Ordo. III. MAGNOLIACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 77. — Walp. Ann. II. 18.)

Tribus I *MAGNOLIEAE* DC.

(DC. Prodr. I 79. — Walp. Ann. II. 16.)

4739. MICHELIA *Lin.*

(DC. Prodr. I. 79. — Walp. Ann. I. 16).

§. 1. Fl. terminalibus:

1. MICHELIA CATHCARTII (H. f. et T.). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 79. —

F. oblongo lanceolat. acuminat. utrinque secus costam pilosis caeterum glabr. aetate glabrescentib., florib. alb., sepal. cum petal. 9, staminib. gynoecium fere superantib., carpell. dense spicatis.

In silvis temper. Sikkim exter. alt. 5—6000′ — Fl. Apr. — Arbor excelsa, cortice griseo. Ramuli pubesc., novelli cum gemmis dense sericei. F. tenuiter coriacea; subt.

pallida, (in sicco) conspic. reticulatim nervosa, 4 poll. longa, 1½ l., pet. ½ poll. Areola stipular. petiolum fere aequans. Fl. solitarii, terminales v. gemmae lateralis evolutione (interd. per florationem, serius semper,) ad speciem lateralis. Peduncul. pollic. Spatha 1, calyci approximata, elliptica mucrone piloso apiculata. Fl. albi, diam. 3—4 pollic. Sep. et pet. triserialia, oblonga, interiora sensim paullo minora. Stam. petalis interiorib. vix breviora. Antherae lineares, introrsae, connectivo obt. mucronato apiculatae. Carpella secus rhachin 2—4 pollicarem spicata. Semina 1—4.

§. 2. Florib. axillarib., ovulis 3 v. pluribus.

2. MICHELIA CHAMPACA L. sp. 756. Hook. et Th. l. c. 79. —

F. ovato-lanceolat., b. acutis ap. acuminat. saepe lg. angustatis superne glabris subt. pl. minus puberulis aetate glabrescentib., florib. flav., sepal. c. petal. 15—20, iuteriorib. multo angustiorib.

(DC. Prodr. I. 79. n. 1.) — Wall. Cat. 969. (excl. K.) — *M. rufinervis* (DC. Prodr. I. 79. n. 6.; Bl. Bijdr. 8. — *M. Doltsopa* (DC. Prodr. I. 79. n. 3.) Don Prodr. Nep. 226.; Wall. Tent. Fl. Nap. 7 tab. 3., Cat. 971.

M. aurantiaca Wall. Cat. 6492. Pl. as. rar. t. 147. et Wight. Ill. I. 13. (Walp. Rep. I. 70. n. 4.) — *M. pubinervia* Bl. Fl. Jav. Magn. 14. tab. 4. (Walp. l. c. 71. n. 14.) — *M. Rheedei* Wight. ill. I. 14. t. 5. f. 6. (fruct. matur. tant.) (Walp. Rep. I. 71. n. 9.)

In Himalaya temp.: Kumaon et Nipal, Wall.!; in sylv. Pegu et Tenasserim, Wall.!, et in montib. temperat. peninsul. australis ad Nilghiri et Courtalam, alt. 3—5000′, Wight. — Fl. vere.

3. MICHELIA EXCELSA (Bl. Fl. Jav. Magn. 9, in adn.) Hook. et Th. Ind. I. 80. —

Fol. oblong. v. obl. lanceolat. acutis superne glabris subt. fusco-sericeis aetate glabrescentib., florib. alb., sepal. cum petal. 12. —

Wall. Cat. 6494. — Wight. ill. I. 14. — *Magnolia excelsa* Wall. Tent. Fl. Nap. 5. t. 2. (Walp. Rep. I. 70. n. 2.)

In Himalaya orientali temperata, alt. 6—8000′; Nipal, Sikkim, Bhotan; et in Khasia alt. 5000′. — Fl. vere. (v. v.) — Arbor excelsa ramosa. Ramuli rugosi, grisei, punctis callosis conspersi. Gemmae fusco-pubescentes. F. coriacea, acuta v. acuminata, superne nitida, subtus (juniora dense, seniora sparse) tomento brevi adpresso cinnamomeo sericea, rarius subglabrescentia, 5—8 poll. long., 2—3 l., pet. pollic. Areola stipular. paullo ultra medium petiolum extensa. Alabastri subsessiles, dense fusco-tomentosi, bipollicar. et ultra, spathis plurib. deciduis involuti. Sep. 3 obovata, coriacea. Pet. 9—10. anguste obovata, interiora sensim angustiora et breviora. Carpella secus rhachin 4—8 pollicarem laxe disposita, subsessilia, ½—pollic. Semina 1—4.

4. MICHELIA LANUGINOSA (Wall. Tent. Fl. Nap. 8 t. 5). (Walp. Rep. I. 71 n. 12.) Hook. et Th. l. c. 80. —

Fl. oblong. v. lanceolat. superne nitid. glabris subtus dense cinereo-tomentosis, florib. alb., sep. petaliscum 18.

Wall. Cat. 6493. — Wight. Ill. I. 14. — M. velutina (DC. Prodr. I. 79.)

In Himalaya orientali temperata alt. 5—7000′. Nipal, Sikkim, Bhotan, et in Khasia.

5. MICHELIA KISOPA (Ham. in DC. Syst. I. 448.) (DC. Prodr. I. 79.) Hook. et Th. l. c. 81.

F. lanc. v. oblongo-lanc., utrinq. glabris b. acutis ap. acutis v. acuminatis, florib. dilute flavis, sep. et pet. 12 anguste obovat., interior. vix minorib.

Wall. Tent. Fl. Nepal. 8 t. 4. — Don. Prodr. Nep. 226. — Wall. Cat. 970. — Wight. Ill. I. 13.

Hab. in Himalaya temp. alt. 5—7000′: a Kumaon ad Nipaliam max. orient.

§. 3. Floribus axillarib., ovulis 2 superpositis.

6. MICHELIA OBLONGA Wall. Cat. 972. — Hook. et Th. l. c. 81. —

Fl. obovato-oblong. basi angustatis ap. obt. acuminatis utrinque gla-

berrimis (flor. albidis?) sepalis et petal. 12, exterioribus anguste obovatis interiorib. lanceolatis. —

M. lactea Ham. mss.; Wall. Cat. 6491.

In sylvis secus basin montium Khasia (v. s.). Ramuli minutissime tuberculati; partes novellae glabrae. F. in sicco crebre reticulata, 4—6 poll. longa, $2^1/_2$ l., superne nitida, subt. pallida v. glaucescentia. Fl. axillares, breviss. pedicellati, spathis plurib. involuti. Alabastri oblongi, elongati, glabri, fusci. Petal. sesquipollic. Fr. non visus.

7. MICHELIA PUNDUANA (H. f. et Th.) Hook. et Th. l. c. 81. —

F. oblong. b. obtus. v. acutis apice abrupte acuminat. utrinque glabris, (florib. albis?) perianthii foliis 9 obovato-cuneatis exterioribus obtusis interiorioribus mucronatis. —

Liriodendron liliifera Roxb. Fl. Ind. II. 654. — *Magnolia Punduana* Wall. Cat. 974.

In montib. Khasia, alt. 3—5000'. — Fl. Nov. — Arbor excelsa, cortice rugoso fusco, ramor. junior. laevi viridi. Partes novellae fusco-sericeae. F. tenuiter coriacea, laxe reticulata, subt. pallida, 4—6 pollic., petiolo vix pollic. Cicatrix stipularis petiolum longitudine fere aequans. Alabastri ovati, f. pollicar., brevit. pedunculati, fusco-sericei. Spath. 2 involucrantes, exterior citissime decidua, prof. bifida, ad bifurcationem apiculata, sed nunquam foliifera. Stamina gynoecium aequantia, connectivo apice longe subulato. Carpella in spicam oblong. 3—4 pollicar. laxe congesta, approximata ½ pollicar., compressa, rotundata. Semina 1—2.

8. MICHELIA NILAGIRICA (Zenker Pl. Ind. t. 20.) (Walp. Rep. I. 71 n. 10.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 82. —

F. ellipticis utrinque acutis v. ovalib. obt. acuminatis utrinque glabris v. subtus secus costam pubescentibus, florib. albis, petal. cum sepalis 12, exterioribus obovatis interiorib. oblongo-lanceolat. acutis.

Wight. Ill. I. 14. — Wight. Icones t. 938. — Spic. Neilgh. t. 6. — *N. Pulneyensis*, Wight. Ill. I. 14 t. 5. excl. f. 5 et 6. (Walp. Rep. I. 71 n. 11.) — *M. Champaca*, Wall. Cat. 969 K. (nec aliae lit.) — *M. ovalifolia*, Wight. Ill. I. 13. (cfr. Walp. Rep. I. p. 71 n. 6.)

β. *Walkeri:* arbuscula, f. oblong. v. lanceolatis plerumque subt. glaucescentib., 2—3 pollic. longis, florib. minorib. —

M. Walkeri et *M. glauca* Wight. Ill. I. 13. (cfr. Walp. Rep. I. 70 n. 5. et I. 71 n. 7.)

In montibus altioribus peninsulae australis, alt. 6—8000'; et in summis montibus Zeylaniae. (v. s.)

4738. MANGLIETIA *Bl.*

(Bl. Bijdragen 8. — Walp. Rep. I. 70.)

1. MANGLIETIA CAVEANA (H. F. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 76. —

F. obovatis oblongis obtusis, apice breviter mucronatis v. obt. acuminatis, fructu ovali v. subgloboso.

In montib. Khasia alt. 2—3000'. — v. v. — Arbor excelsa, cortice cinereo, ramulis crassiusculis rugosis glabris. F. versus ramor. apices approximata, oblonga, apice rotundata et in acumen breve obtusum v. acutum producta, 8—10 poll. longa 3—4 l., petiolo 2 pollic., corriacea, subt. glauca, utrinque (sicca) conspicue reticulato-venosa. Areola stipularis petioli ⅔ longitudinem aeq. Ped. terminalis, solitarius, 1—2 pollicaris, glaber. Carpella in fructum 3—5 pollicarem coalita, dorso rotundata, siccitate tuberculis parvis albidis verruculosa. Sem. 2—6.

(Species *M. glaucae* Bl. valde affinis, etsi evidenter distinguenda.)

2. MANGLIETIA INSIGNIS (Bl. Fl. Jav. Magn. 23.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 76.

Magnolia insignis Wall. Tent. Fl. Nap. t. 1.; Pl. Asiat. r. II. t. 182. — *Magn. insignis* Wall. Cat. 973. (Walp. Rep. I. 70 n. 1.)

In Nipalia alt. 6—10000'; in montib. Khasia alt. 3—6000'. — Fl. vere.

4737. MAGNOLIA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 79. — Walp. Ann. II. 18.)

Magnolia. Asa Gray, note on the developement and structure of the integum. of the seed of Magnolia, in Kew Gard. misc. VII. 243.

1. MAGNOLIA CAMPBELLII (H. F. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I 77. —

Fol. ovalib. v. ovalis utrinque glaberrimis v. subt. albo-sericeis, florib. ante folia enatis maximis, spathis dense fusco-pilosis, petal. 9—12, carpellis obtusis.

Hab. in sylvis densis Himalayae orient. exterioris, alt. 8—10000': Sikkim, Bhotan. — Fl. Apr. — v. v. — Arbor excelsa, interd. 150 ped., trunco erecto, ramis tortis patentibus, cortice pallido rugoso. F. ovata oval. v. oblg., interd. ang. obovata, acute v. abrupte brevit. acumin., b. subcord. v. rotundata, interd. obliq., 4—12 p. lg., 2—6 l., pet. p., tenuia, submembranac, superne glaberr., secus nervos (in sicco) glaucescent., subt. glaberr. v. secus costam et nerv seric., rar. tota superficie adpresse seric., juniora dense tomentosa. Areola stip. breviss. Fl. diam 6—10 p., pulcherrimi, suaveolent., rosei v. rar. albi; spath. 2 v. plur., l. ovatae, ext. fusco-pilosae, exterior. plerumq. foliifer., intima flori adpressa. Sep. et pet. conform., 12—15, l. oval., 3—5 p., 4—5 interiora minora. Carp. in spicam cylindric. 6—8 p. approxim., oval. obt. Sem. 1—2, testa aurantiaca.

(Species honori Dr. Campbell., Residenti ad Dorjiling, dedicata.)

2. MAGNOLIA GLOBOSA. (H. F. et T.) Hook. et Th. l. c. 77. —

Fol. membranac. ovat. superne glabris subt. praesertim ad nervos fusco-tomentosis, florib. coaetaneis, petalis 6, carpellis breviter apiculatis. —

Habit. in Sikkim interiori temperato, alt. 9—1000'. — Fl. Jun. — v. v. — Arbor 40 pedalis. Ramuli adulti glabri, cortice laevi stramineo, jun. fusco-toment. F. 5—9 p. lg., 3—6 l., pet. 1—1½ p., ovata acuta v. obtusiusc., cum mucrone brevi, superne nitida, subglabra, subt. pallida, glaucesc., ad nerv. praes. fusco-toment., jun. dense toment. Areola stip. petiolum f. aequans. Pedunc. termin., solitar., dense toment. Alab. glob. 1½ p., bract. spathacea ovata purpur. involuti. Fl. glob., nivei suaveol. Sep. 3, f. 3-pollic., l. ovata. Pet. 6, l. obovata, inter. minora. Carp. in spicam oblg. 2—3 pollic. congesta, brevit. apiculata. Sem. 1—2. — (Valde affinis Magnoliae conspicuae Japanensi videtur esse.)

3. MAGNOLIA SPHENOCARPA (Roxb. Cor. III. tab. 266.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 78. —

Fol. oblong. glabr., florib. coaetan., spathis cinereo-incanis, petalis 6, carpell. longe rostratis.

(Wall. Cat. n. 975.)

Liriodendron grandiflorum Roxb. Fl. Ind. II. 65. (Walp. Rep. I. 69 n. 5.) —
Michelia macrophylla Don Prodr. 226. (Walp. Rep. I. 71 n. 13.) —
Talauma Roxburghii G. Don. Gen. Syst. I. 85. (Walp. Rep. I. 69 n. 5.)

In montibus subtropic. Bengal. orient. pr. Chittag.; in montib. Khasia, alt. 2—3000'; in Nipal.

4735. TALAUMA *Juss.*

(DC. Prodr. I. 81. — Walp. Ann. I. 16.)

1. TALAUMA HODGSONI (H. F. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 74.

F. obovato-oblong., fructu magno, carpell. subtetragonis argute rostratis diametro transversali longitudinale excedente, rhachi profunde excavata, foveolis rotundatis.

In silvis densis Sikkim exterioris subtropic., alt. 3—5000'. — Fl. Apr. — v. v. — Arbor excelsa. Rami glabri apice glaucescentes. F. coriacea margine subsinuata, basin versus angustata, ap. obtusa v. acuminata, utrinque glabra, (in sicco) conspicue et crebre reticulata, 8—12 poll. lg. 4—5 lata, pet. bipollic. Areola stipularis petiolum fere aequans. Fl. terminales solitarii, pedunculo brevi crasso 1—2 annulato suffulti. Spathae valde deciduae. Sep. 3 ovalia, crassa, 3½ poll., ext. herbacea, apice et marginibus roseis. Pet. 6 oval., albida, 3 interiora minora. Ovaria in capitulum ovatum, stamina longe superans, collecta, stylis reflexis squarrosa. Fruct. ovalis 4—6 pollic. Carp. diam. transv. fere pollicari, longit. 1½ pollicari, dorso irregulariter tuberculata, angulo superiore in rostrum producto, serie inferiore basi etiam rostrata.

(Species in honorem amici nostri: B. H. Hodgson, Esq. of Dorjiling dedicata.)

2. TALAUMA RABANIANA (H. F. et T.) Hook. et Th. l. c. 75. —

F. lanceolat., fructu magno, carpellis elongatis obl. rostratis diam. longitudinali transversale excedente, rhachi leviter excavata, foveolis verticaliter elongat. subtetragonis. —

In montib. Khasia, in silv. densis prope Nunklow. — Fl. vere. — v. v. — Arbor excelsa, ramis glabris. F. coriacea, utrinque glaberrima, (in sicco) conspicue reticulata, 8—12 poll. longe, 2—4 lata, petiolo pollic. Areola stipularis petiolo ⅓ brevior. Pedunc. terminales, solitarii, 1—2-annulati. Fl. ignoti. Fruct. ovalis, 4—6 poll. longus. Carpella irregular. obovata, dorso pustulis minutis tuberculata, diam. transv. fere pollic., longitudinali 1½ pollicari.

Speciem hanc ad honorem subcenturionis „Raban" creandam proponimus.

3. TALAUMA MUTABILIS (Bl. Fl. Jav. Magn. 35 t. 10, 11, 12. B.) (Walp. Rep. I. 69 n. 2.) Hook. Fl. Ind. I. p. 76. —

Mangletia Candollei Wall. Cat. 6497, non Blume. —

Penang; Moulmein.

Tribus. II. *ILLICIEAE* DC.

(DC. Prodr. I. 77. — Wlprs. Annal. II. 16.)

4743. **ILLICIUM** *Lin.*

(DC. Prodr. I. 77. — Walp. Ann. II. 18.)

1. ILLICIUM GRIFITHII (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 74. —

F. ellipticis v. lanceolatis utrinque acutis saepe ap. acuminatis, sepal. et petal. circa 24, staminib. totidem, carpell. 12—15 superne rostratis. —

In montib. Khasia, in silvis densis humidis alt.: 4—5000' — Fl. vere. (*Griffith*) — v. v. — Frutex 10—15 pedalis, cortice griseo rugoso, ramis juniorib. angulat. gemmae squamis numerosis imbricatis involutae. F. nitida, (sicca) laete viridia, subt. fusco-lutea, 2—4 poll. longa, 1—2 lata; Sep. rotundata, subciliata. Pet. exteriora late oval., sepalis majora, ½ poll. longa, interiora gradatim minora et angustiora. Filam. lata, plana; anth. ovali-obl., introrsae. Carpella carnosa, endocarpio crasso coriaceo, in fruct. superne planiusculum, subumbilicatum 1½ poll. lat. ⅔ p. altum, congesta, sed inter se non cohaerentia, dorso convexa, superne in rostrum erectum v. subincurvum subulatum producta, superne inter rostrum et axin dehiscentia. Semen solitar. testa nitida luteo-fusca, rhaphe superiore.

4742. DRIMYS *Forst.*

(DC. Prodr. I. 77. — Walp. Ann. I. 16.)

Hook. Ic. pl. ser. nov. V. tab. 996 (*Lowianae*).

1. DRIMYS PIPERITA, Hook. fil. —

Frutex v. arbuscula glaberrima, ramulus novellis glaucis, f. concolorib. obovato-lanc. acuminatis integerr. utrinq. laevib. reticulatim venosis, fl. unisexualibus, calyce 2-sepalo, masc. pet. 8—10 lin-oblongis obtusis, staminib. plurimis, foem. petalis 6 elongatis, ovariis 4.

Hab. Borneo, Kini, Balu, alt. 8000'. — Species valde affinis *Drim. Winteri*, plantae cuidam Magellanicae.

2. DRIMYS WINTERI Forst. (Hook.) — Hook. bot. mag. 1854 tab. 4800.

F. ellipticis lanceolatisve subt. glaucis, fl. umbellatis 3-plurifl., calyce diphyllo, pet. lanc. numerosis, ovariis subdecem. —

Drimys Winteri Forst. (DC. Prodr. I. p. 78 n. 2; Hook. bot. of Ant. voy. II. 229). — *D. Granatensis* Linn. f. (DC. l. c. n. 3); — *D. Chilensis*, (DC. l. c. n. 4); — *D. Mexicana* (DC. l. c. n. 5). —

Planta extenditur a regionib. Mexicanis per totam Americam australem occid. usque Tierra del Fuego et insulam Hermite Island.

Ordo IV. ANONACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 83 (pro. p.) — Walp. Ann. II. 20.)

CONSPECTUS TRIBUUM *Ind. or.*

Hook. et Th. Fl. Ind. I. 91.

A. Carpella in fructum multilocularem coalita . . . . *Anoneae.*

B. Carpella discreta

a. Pet. aest. imbricata . . . . *Uvarieae.*

b. Pet. aest. valvata.

α. Stam. laxe imbricata, anther. in flore conspicuis . *Saccopetaleae.*

β. Stam. densiss. conferta, invicem antheras occultantia

I. Pet. interiora unguiculata . . . . *Mitrephoreae.*

II. Pet. interiora haud ungiculata

1. pet. int. incrassata triquetra . . . . . *Xylopieae.*

2. pet. int. exteriorib. subconformia v. b. tantum excavata . . . . *Guatterieae.*

CONSPECTUS GENERUM *Ind. or. Anonacearum.*

I. UVARIEAE — pet. aestivatione imbricata.
- A. Stam. definita (12—21) . . . . *Sageraea.*
- B. Stam. indefinita.
  - I. Ovula numerosa
    - a. fl. dioici. St. in toro cylindrico brevit. cuneata *Stelechocarpus.*
    - b. fl. herm. St. plane compressa, in toro planiusculo disposita . . . . *Uvaria.*
  - II. Ovulum solitar. in sutura ventrali . . . . *Ellipeia.*

II. MITROPHOREAE — pet. interiora unguiculata.
- A. Ovul. solitar. e. b. erect.; st. definita (12—21) . . . *Popowia.*
- B. Ovul. 2, prope bas. ovar. superposita; st. indef. . . . *Goniothalamus.*
- C. Ovul. in sutura ventrali 2—6, st. defin. . . . . *Orophea.*

III. ANONEAE — Carp. in fruct. multilocularem cohaerentia . . . . *Anona.*

IV. XYLOPIEAE — pet. inter. incrass., triquetra.
- A. Tor. conic. anth. connectivi processu oblongo apiculatae *Melodorum.*
- B. Tor. planiusculus . . . . *Habzelia.*
- C. Tor. excavat.; anth. truncato-capitatae; stigm. elongata *Xylopia.*

V. GUATTERIEAE — pet. planiuscula v. b. tant. excavata.
- A. Pet. b. circa ovaria constricta, lamina erecta v. patente plana.
  - a. ovar. 1, ovula in sut. ventr. plura . . . . *Cyathocalyx.*
  - b. ovar. plura, ovula 2 e b. erecta . . . . . *Artabotrys.*
- B. Pet. plana coriac. v. tenuia.
  - a. ovula indef., biserialia . . . . *Cananga.*
  - b. ovula definita
    - α. Pet. subconformia
      - 1. Ov. 2—8, in sut. ventr. regular. disposita *Unona.*
      - 2. Ov. 2, prope bas. superposita . . . . *Polyalthia.*
      - 3. Ov. 1, e basi erectum . . . . *Guatteria.*
      - 4. Ov. 2, e basi erecta . . . . *Anaxagorea.*
    - β. Pet. inter. crassa, exteriorib. minora, conniventia . . . . *Oxymitria.*
    - γ. Pet. exter. minuta, sepalis conformia . . *Phaeanthus.*

VI. SACCOPETALEAE — Stam. laxe imbricata.
- A. Pet. exter. minuta, sepalis subconformia
  - a. ovula in sut. ventr. 1—2 . . . . *Miliusa.*
  - b. ovula indefinita . . . . *Saccopetalum.*
- B. Pet. subaequalia . . . . *Alphonsea.*

Sect. I. *UVARIEAE.* Hook. et Th.
(Hook. et Th. Fl. Ind. I. 91.)

Petala aestivatione imbricata.

4717. **UVARIA** *Lin.*

(DC. Prodr. I. 87. — Walp. Ann. II. 19).

Sect. 1. *Macranthi.* — Connectivum in processum magnum subfoliac. productum. Antherae loculi remoti. St. exteriora tenuia, subfoliac., interd. ananthera.

CHAR. AMPLIATUS. (Hook et Th. Fl. Ind. I. p. 95)

Sep. 3, aestivatione valvata, lata, b. saepe coalita. Pet. 6, rodundata, oval. v. oblong., aest. biserialit. imbricantia, plano-convexa, b. interd. plus min. coalita. St. indefinita, multiserialia, plano-compressa, oblong. v. lineari-oblong., antherar. loculis remot. dorsalib. linearib., connectivo in process. oblong. subfoliac. v. truncatum et abbreviatum producto. Torus parum elevatus, truncatus pubescens, inter ovaria saepe dense tomentosus. Ovar. indefin., recta, lineari-oblong., angulata, intus sulcata, pubescent. stylo continuo, apice truncato, marginib. involut., succum gelatinosum effudente coronata; ovula indef. biserialia. Carpella polysperma, forma valde varia, interd. abortu meio- v. monosperma. — Frutices scandentes v. saltem sarmentosi, pube v. tomento stellato, infloresc. plerumque oppositifolia, rarissime axillari.

1. UVARIA PURPUREA. (Bl. Bijdr. II. Fl. Jav. Anon. 13 t. 1 et 13 A.) — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 95. (Walp. Rep. I. 78 n. 23 †).

Fol. cuneato-oblong. v. oblongo-lanceolat. b. angustat. cordatis, pedunc. 1 floris, bracteis 2 magn. rotundat. submembranac. nervos., ante floration. alabastr. involventib., petal. ovali-oblong., carpellis oblongo-cylindricis dorso bicostatis lg. pedicellatis. —

Wall. Cat. 6485 (excl. E. et G.) — *Uvaria grandiflora* Wall. pl. as. rar. II. t. 121 (Walp. l. c. n. 21 †) — Roxb. Fl. Ind. II. 665; W. et Arn. Prodr. I. 9; A. DC. mém. 29. — *Uvaria platypetala* Champ.; Benth. in Hook. Kew. journ. III. 257. (cfr. seqq. ad n. 2) — *Anona grandiflora* (DC. Prodr. I. 90 n. 11). Pegu. — Penins. Malaya: ad Penang, Malacca et Singapur. — v. s. — Frutex scandens, sarmentosus. Ramuli distichi. F. 6—12 p. lg., 2—4 l. pet. 1/4—1/3 p. coriac., subt. pilis fulv. stellat. dense toment., plerumq. marg. undulato-repanda. Flor. purpurei diam. 3-pollic. suaveol. Baccae 1—4 p. lg.

2. UVARIA PLATYPETALA, Champ. Bentham in Hook. j. Kew garden misc. III. 257. —

F. petiol. obovati-oblong. b. cordat. supra praet. costam glabris subt. stellato-pubesc. et ad venas ramulis pedunculisque dense rufo-hirsutis, petal. subaeq., amplis orbiculat. tomentellis, calyc. lacinias maximas membranac. paulo superantibus.

F. unicum quod vidi 8 p. lg., fere *Uv. grandiflorae* Roxb., submembranac., pet. 4-lin. Pedic. brevis, sub fl. incrass. Cal. f. poll., in lacinias 3 l. orbiculatas irreg. fissus. Pet. paulo majora, crassiora. (Cfr. in syn. praeced. n. 1.) — In insula Hong-Kong.

3. UVARIA FERRUGINEA (Ham. msc.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 96.

F. obovat. v. oblong., peduncul. oppositifol. unifloris medio 1-bracteatis, petal. ovato-oblong., cinereo-tomentosis. —

Hab. in provinc. Ava ad Meaday. — v. s. — Frutex scandens. Ramuli elongati, laeves fulvo tomentosi, paucifoliati. F. distantia, supra adpresse pubescentia, subt. laxe stellatim pubesc., ad costam et nervos fulvo-tomentosa, 4—6 p. l., 2½—3½ l., pet. 1/3 pollic. Pedunc. solitarii, dense ferrugineo-tomentosi, 1/2—2/3 poll. lg., medio bracteam lanceolatam semipollic. gerentes. Sep. late ovata, 1/3 poll. lg.; petala 2/3 poll. longa.

4. UVARIA HAMILTONII (H. f. et T.) — Hook. et Th. l. c. 96. —

F. ovato-oblong. superne angustat. et in acumen gracile productis membranac. utrinque pubescentib., peduncul. oppositifol. 1—2 flor., bracteola parva in medio pedicello, petal. late obovatis, carpell. lg. pedicellat. ovali-subglobos. tomentosis. —

Uvaria purpurea Wall. Cat. 6485 E.

Hab. in montib. Behar prope Monghir.; et secus basin Himalayae orientalis; in prov. Sikkim et Assam. (v. v. fr.) — Frutex alte scandens. Ramuli nigricantes, junior. fulvo-tomentosi. F. 5—8 p. longa, 2—3½ l., pet. ⅓ p., interd. oval. v. lineari oblong. b. angustata, rotundata v. subcordata, utrinque secus nervos (subt. densius) molliter pubescentia: pil. stellatis. Pedunc. abbreviati vix ¼ poll.; pedicelli dense ferrugineo-tomentosi, 1—1½ p., medio bracteolam ovalem v. oblong. gerentes. Flores magni. Calyx rotundat., ½ pollic., fulvo-tomentos. nervos. Pet. 6, pollic. f. rotundata, obt., utrinque dense tomentosa. Stam. ovaria et torus *Uv. purpureae*. Tor. fructus dilatatus, subglob. Carp. ¾ p. lg., pedicello pollicari suffulta, carnosa, (sapore subdulci) cinereo-tomentosa. Sem. biserialia, oblong., compressa, testa fusca, nitida, laevi.

5. UVARIA SEMECARPIFOLIA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 97. —

F. oblong. v. ovato-oblong. obtus. cum mucrone brevi, b. subcordat., pedunc oppositifol. abbreviat. 3—6 fl., pet, oval. cinereo-incanis, carp. ovali-subglob. fulvo-tomentos. laevib., brevit. pedicellatis. —

Hab. in Zeylania; in Malaya ad Malacca. — v. v. — Frutex scandens, ramulis fulvo-toment. F. 6—10 p. lg., 2½—4½ l., pet. ¼ p., coriac. rigida, supra puberula subt. pubesc. Pedunc. vix ½ p. bract. plurib. rotund. muniti; pedic. vix ½ p. med. bracteolati. Fl. in specimine nond. aperti. Fr. subglob. diam. fere pollic., pedic. ⅓ p. Semina biserialia 8—10 laevia, testa nitida, fusca.

6. UVARIA MACROPHYLLA (Roxb. Fl. Ind. II. 663). Hook. et Th. l. c. 97. —

Fol. oblong. v. obovato-oblong. abrupte acuminat. supra glabriusculis subt. fusco-tomentos., pedunc. oppositifol. plurifloris, pet. ovalib., carpell. numeros. subsessilib. ovato-oblong. glabris —

Wall. Pl. As. rar. t. 122. Cat. 6487 (excl. F. quoad sp. fructif.) — *Uvaria cordata* Wall. Cat, 6486. — *Uv. rufescens* Alph. DC. mém. 26 (excl. descr. fructus) (Walp. Rep. I. 76. 2.) — *Guatteria cordata* Dun. (DC. Prodr. I. 93.)

Hab. in silvis montan. Silhet et Chittagong; in Ava, Tenasserim, Malaya. — v. s. — Frutex scandens. F. coriac. 6—12 p. lg., 3—6 l. pet. ¼—½ p. Petala rubescentia ⅔ pollic. Carp. 15—20 ovali oblg. v. subglob. 1—1½ p. lg. baccantia, stipiti vix lin. lg. crasso insidentia.

7. UVARIA DULCIS (Dunal Anon. 90 t. 13). (DC. Prodr. I. 88. 6.) Hook. et Th. l. c. 98
Uvaria Javana (Dunal. Anon. 91 t. 14). (DC. l. c. n. 7).

In peninsula Malayana ad Malacca.

8. UVARIA SPHENOCARPA (H. f. et T.). — Hook. et Th. l. c.

Fol. brevissime petiolat. ang. obovat. v. cuneato-oblong. acuminatis supra minute scabris subt. pilis fulvis stellato-tomentos., peduncul. 1-floris, bracteis rotundatis imbricat. squamaeformib., petal. ovalib., carpell. sessilib. obovato-cuneiformib. tuberculatis. —

Hab. in insul. Zeylaniae montosis. — v. s. — Frutex verosimiliter scand. Ramuli elong., flexuosi, graciles, nigricantes: juniores fulvo-tomentosi. F. breviss. petiolata, b. rotundata v. retusa, sens. v. abrupta in acumen. lg. gracile attenuata, 3—5 p. lg., 1¼—2¼ l., pet. 1—2 l. lg., supra atro-viridia, sicca nigricantia, sub lente stellato-pilosa. Pedunc. oppositifol. ½ poll., tomentosi. Fl. parvi, diametro vix ½ poll. Alabastri globosi. Sep. dense fulvo-tomentosa, in cyathum obt. trilobum coalita, in fructu subpersistentia. Pet. oval. obtusa, cinereo-tomentosa. Torus fructus depresso-globo-

sus. Carp. 8—10 v. pauciora, vertice rotundata, pil. fulv. rigidis dense tomentosa, supra med. grosse et irregul. tuberculata, pollicar. Semina dissepim. cellulosis separata, oblique biserialia.

9. UVARIA HIRSUTA (Jack. Mal. Misc. et in Hook. bot. Misc. II. 87). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 99.

Blume Anon. 22 t. 5. (Walp. Rep. I. 78 n. 28). — Wall. Cat. 6458 (excl. C.). *Uvaria pilosa* Roxb. Fl. Ind. II. 665. — *Uv. velutina* Blume Bijdr. 13 (non Roxb.) — (Walp. Rep. I. 78 n. 33 +) — *Uv. trichomalla* Bl. Anon. 42 t. 18. (Walp. Rep. I. 78 n. 40).

In peninsula Malayana ad Penang, Singapur. — v. s. —

10. UVARIA BRACTEATA (Roxb. Fl. Ind. II. 660). Hook. et Th. l. c. —

F. oblong. v. obovato-oblong. ten. coriac., subt. praes. secus nervos sparse puberul., pedunc. oppositifol. plerumque biflor., bract. ad bifurcationem ovali petiolata foliac. decidua. bracteol. ovalib. sessilib., petal. conniventib., carp. oblong., obtus. subsessilibus. —

Wall. Cat. 6468. — *Uv. Gomeziana* A. DC. mém. 27. (Walp. Rep. I. 76 n. 5). — Wall. Cat. 6459. —

Hab. Silhet, Tenasserim. — Fl. May, Fr. Sept. — v. s. —

Frutex alte scandens. F. 4—7 p. lg., $1\frac{3}{4}$—$2\frac{1}{2}$ l., pet. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ p.; pedunc. $\frac{1}{2}$ p. pubesc., bractea semipollicari. Fl. pallide flavesc. nutantes, diam. vix $\frac{1}{2}$ p. Sep. renif.-rotundata, pubesc., ad med. coalita; petala pubesc., lacera, interiora b. saccata, $\frac{1}{3}$ p. Stam. ang. lin.; connectivi process. oblong. carnos. Tor. fr. incrass. $\frac{3}{4}$ p. Carp. numerosa, baccantia, 1—2 p. Semina pauca b. serialia ovalia, hilo magno depresso.

11. UVARIA LOBBIANA (H. F. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 100. —

F. oblong. v. obovato-oblong. obtusis et obt. mucronatis, coriac., subt. sub lente furfuraceis, peduncul. 2—4 flor. ad bifurcationem bracteam rotundatam coriaceam amplexicaulem gerentib., pedicell. sub flore ample bracteolatis, petal. patentib. ovalibus. —

In Penins. Malayana ad Malacca, Singapur. — v. s. — Frutex scandens Uv. bracteatae similis. F. 4—7 p. lg., $1\frac{3}{4}$—3 l., pet. $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{3}$ p. rigida. Pedunc. cum bracteis et alabastr. dense albido-furfurac. Bracteae et bracteolae crassae $\frac{1}{2}$ p. Fl. diametr. pollic. Sep. reniform. ultra med. in cyathum trilobum coalita. Pet. coriac., utrinque verrucosa, interiora paullo minora et angustiora. Stam. late lin.-oblg., ap. truncata, exteriora ananthera, process. connectivi quadrato plano. — Carp. plus quam 20, pedic. 2—3 pollic. suffulta, glob. v. oval., obliq., $\frac{1}{2}$—1 p. lg., fulvo-toment.

12. UVARIA SUBREPANDA (Wall. Cat. 6483). Hook. et Th. l. c. 101. —

F. oblong. v. obovato-oblongis, pedunculis axillarib. solitariis, pluribracteat., petal. ang. oblongis.

In Peninsula Malayana ad Singapur. — v. s. — Frutex (forsan scandens). Ramulis gracillimis. F. membranac. superne glabra, secus costam pubesc., subtus puberula, secus nervos pubesc., dem. glabrescentia. — Pedunc. pollic. graciles, stellato-puberuli, med. et basin versus bracteol. parvis cucullatis muniti.

Sect. 2. *Narum*. — St. apice truncata, connectivo ultra antheras vix producto.

13. UVARIA MACROPODA (H. F. et T.) Hook. et Th. l. c. 101. —

F. coriac. oblong. v. lanceolat. utrinque glabris, florib. terminalib. solitariis, alabastro subgloboso, longe mucronato granulato, petal. ovato-oblong., carpellis longiss. pedicellatis oblong. argute tricostatis. —

In Zeylaniae montibus. — v. s. — Frutex scandens. Ramuli cinerei. F. rigida 3—6 p. lg., 1—2 l., pet. $^1/_4$ p.; pedunc. in ramul. terminal., solitarii, $^1/_2$—1 p., furfuracei. Sep. $^1/_2$—$^2/_3$ p. lg., in mucronem $^1/_4$ p., angustata, int. dense tomentosa. Pet. f. pollic. utrinque dense furfuraceo-toment. Torus fr. incrass. subglob. Carp. 15—30, pedic. 3—6 pollic. argute triquetris suffulta, mucronata, 1—2 pollic. —

14. UVARIA LURIDA (H. F. et T.) Hook. et Th. l. c. —

F. coriac. oblongo-lanceolat. utrinque glabr. v. subt. minute puberulis, florib. subsolitariis terminalib., alabastris obtusis granulosis, petal. late obovatis obtusis.

β. *Macrophylla.* Fol. 6—9 poll. lg. 2—$2^3/_4$ l., floribus minorib. saepe oppositifol., carpell. juniorib. oblongis subtorulosis, pedicell. 2—3 pollicarib. angulatis. — Wall. Cat. 6473 C.

Hab. in montib. Khasia vers. Assam alt. 2000'. — β. Peninsula; in montib. Concan austr. — Fl. Novbr. — v. v. — Frutex alte scandens. Ramuli grisei v. nigricantes. F. 3—5 p. lg. 1—2 l., pet. $^1/_3$ p. Flores ad ramulor. apices solit. v. bini, luride purpurei, diam. 2 poll. Pedic. poll., subclavati. Alab. depresso-subglob. Sep. int dense furfuracea. Pet. pollic. b. plus min. in unguic. contracta, unguicul. b. cohaerentibus. Fr. ignotus.

15. UVARIA NARUM (Wall. Cat. 6437. A. B.) (Walp. Rep. I. 78 n. 20. †) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 102. —

F. oblongo- lanceolat. v. lineari-oblong. utrinque glabris, florib. terminalib. subsolitariis, alabastr. laevibus obtusis, petal. obovato-oblong. carpell. ovoideis obtus. longiuscule pedicellatis. —

W. et A. Prodr. I. 9. — Wight. ill. I. t. 6. — *Uvaria Zeylanica* Lam. non L. — *Unona Narum* DC. Prodr. I. 89.

In Zeylània, Malabaria, Carnatica, Maisor, Concan austr. — v. s. — Frutex scandens. F. 3—6 p. lg. $1^1/_4$—$1^3/_4$ l., pet. $^1/_4$ p. Fl. rubesc. diam. 1—$1^1/_2$ p. Pedic. filif. 1—$1^1/_2$ p. Sep. rotund.-ovata glabra; petala b. coalita utrinque fulvo-tomentosa, torus fruct. depr. glob. — Carp. 30—40, pedic. 1—2 p.; Semina 4—5.

16. UVARIA ZEYLANICA L. sp. II. 756. Hook. et Th. l. c. 102. —

F. parvis ellipticis v. lanceolatis acuminatis glabris brevissime petiolatis, pedunculis solitariis terminalibus v. oppositifol., petal. ovato-oblong. carp. ovoideis subsessilib., fulvo-incanis.

DC. Prodr. I. 88. — *Uvaria lutea* Wall. Cat. 6462, non Roxb. — *Uvaria Heyneana* W. et A. Prodr. I. 8. non Wall. — *Uvaria coriacea* Vahl. symb. III. 72. — *Guatteria montana* DC. Prodr. I. 94 n. 18.

In sylvis Zeylan., Malabariae et Travancor. — v. s. — Frutex alte scandens ramosissimus. F. $2^1/_2$—$3^1/_2$ p. lg., $^3/_4$—$1^1/_4$ l., pet. vix $^1/_{10}$ p., pedunc. vix $^1/_2$ pollic. b. bracteol. 2—3 parvis muniti. Fl. rubescentes (ex Burm. punicei) diam. pollicares. Carp. 4—12 pulposa, ap. mucronulata, glob. $^1/_2$ p., pedic. breviss. vix lin. long. sem. 3—6.

17. UVARIA MICRANTHA (H. F. et T.) Hook. et Th. l. c. 103. —

F. (parvis) oblongo-lanceolat. breviss. petiolat. obt. acuminat. superne secus costam pubescentib., peduncul. oppositifol. v. terminalib. paucifl. bracteatis, florib. parv., petal. fere rotundat. pubescentib., carpell. ovalib. v. globos. glabris pedicellat.

Guatteria micrantha A. DC. mém. 42. (Walp. Rep. I. p. 81 n. 11.) Wall. Cat. 6449. — *Polyalthia fruticans* A. DC. mém. 42. (Walp. Rep. I. p. 74 n. 6.) Wall. Cat. 6430. — *Uvaria elegans* Wall. Cat. 6474 B. (non A.)

Hab. Ava, Tenasserim, Malaya. — v. s. — Frutex verosim. scandens. Ramuli graciles.

partes novellae fulvo-tomentosae. F. ten. coriac. 2—3½ p. lg., ¾—1⅓ l. pet. vix $^1/_{10}$ p.; pedunc. ¼—½ p., 1—3 flori, fusco-toment. Bracteae 2—3 parvae. Fl. vix ½ p. in diam., albi (ex scheda Wall.) Sep. rotundata ext. pubescent., glanduloso-punctata, in fr. persist. Carp. 15—20, ¼—⅓ p. lg., pedic. ¾ p. obliq. inserta. Sem. 1—3.

19. UVARIA PARVIFLORA (H. F. et T.) Hook. et Th. l. c. —

F. oblongis acuminatis b. plerumque acutis membranac., florib. extra-alaribus lateralibus solitariis v. cymosis minutis, pedicell. med. 1-bracteolat.

Hab. in penins. Malayana ad Penang. — v. s.

Frutex scandens. Ramuli graciles, gemmae tomentosae. F. 4—6 p. lg. 1½—2½ l. pet. ⅓ p., pellucido-punctata. Pedunc. abbrev. pluribract. 1—4 flori, bract. squamaeform., pedic. ⅓—½ p., med. bracteol. lin. oblg. gerentes. Alab. glob. Sep. pubesc. rotundata.

Uvariam Hasseltii Bl. An. 46 t. 21. nisi fructu notam ad hanc speciem referimus.

Species dubiae v. incertae sedis.

20. UVARIA SCLEROCARPA (A. DC. mem. 27.) Hook. et Th. l. c.
Wall. Cat. 6461. — (Walp. Rep. I. p. 76 6.)
Tenasserim prope Moulmein, Wall.

Ramuli glabri, rugulosi. F. 4—5 p. l., 2—2½ l., pet. b. articulato. Flores ignoti. Torus fruct. b. pubesc., glob. Carp. usque ad 12, glabra, atro-fusca, ovoid., vix acuta, ½—⅔ p. lg., pedic. paullo longiore, crassa, indurata. —

21. UVARIA MICROCARPA Champ. Bentham in Hook. j. Kew gard. misc. III. 257. — F. brevit. petiol. obovat. oblgisve b. obl. cordat. supra sparse, subt. densius stellato-pilosulis subt. ad venas ramulis pedunculisq. rufo-tomentosis. peduncul. terminalib. subbifl., pet. orbiculat. scabro-toment. calyce duplo longiorib. inter se subaeq., baccis glob. dispermis brevit. stipitatis. — Habitus et fl. primo intuitu Guatteriae rufae similes, sed ovar. pluri-ovulata et fructus Uvariae. — In insula Hong-Kong. vulgaris,

STELECHOCARPUS *Bl.*

(*Uvariae* sect. Bl. Fl. Javan. Anon. 13.)

Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 94.

Flores dioici, foemin. majores. Sep. 3 rotundata. Pet. 6, oval. v. rotundata, aequalia aest. imbricata. Stam. indef. secus torum ang. conicum dense imbricata, brevit. cuneata, connectivo ultra antherar. loculos extrorsos contiguos truncato-capitato. Ovaria numerosa, torum haemisphaericum obtegentia, oblique ovalia, ovulis in axi 6—8. — Stigma sessile, depressum radiatum. Carpella magna globosa, polysperma. — Arbor f. coriaceis lucidis, venis arcuatis distantibus subt. prominulis, inflorescent. supra ramos fasciculata.

1. STELECHOCARPUS BURAHOL (Blume Fl. Jav. An. 48. t. 23. 25. C. sub Uvaria.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 94. —

F. oblongis lanceolatis utrinque acutis, florib. foemineis lg, pedicellatis, carpell. globosis breviter pedicellatis. —

In peninsula Malayana ad Singapur., Lobb! — v. s. — Arbor excelsa. Ramuli nigricantes, rugulosi, glabri. F. saepe acuminata, coriacea, rigida, 5—8 pollic. lg., 1½—3 p. l., pet. ½ poll., utrinque glaberrima, venulis (in sicco) conspicue reticulatis. Fl. secus truncum et ramos in tuberculis lignosis bracteis squamaeformib. dense imbricatis onustis pubescentib. fasciculati; masculi foemineis multo minores, pedicell. ½—1 poll. lg. ebracteatis pubescentibus, sepal. minutis, pet. ⅓ poll. lg., foeminei triplo majores, pedicell. bipollic. validis, ap. subclavatis rugosis costatis infra medium

bracteatis, petalis latioribus. Ovaria sericea, obliqua, dorso superne gibbosa. Carpella pauca toro globoso insidentia, sesquipollicaria, baccata aromatica. Semina 4—6 oval., subcompressa, subrugosa, castanea, margine elevato cincta, triserialia.

SAGERAEA *Dallzell.*

(Dalz. in Hook. Kew. journ. III. p. 307.)

SAGERAEA, (Dalzell in Hook. Kew. Journ. III. 307.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 93.

Flor. hermaphr. v. unisexual. Sep. 3 rotundat. aest. imbricata. Pet. 6, biserial., orbicularia, carnosula, concava, aest. imbricata. St. 12—21, abbreviato-cuneata, carnosa, truncata, dorso anthera; anth. biloculares, locul oblong. longitud. dehiscentib. Torus planus. Ovaria def. 3—6 lin-oblonga; ovula circit. 10, suturae ventrali inserta, biserialia. — Arbores, fol. coriaceis, lucidis glaberrimis, florib. axillarib. fasciculatis.

1, SAGERAEA LAURINA (Dalzell l. c.) —

Fol. lineari-oblong., pedicell. 1—5 b. squamulos., florib. hermaphr. 12-andris, sepal. glabris, carpell. globos. —

Gualteria laurifolia Graham Cat. Bomb. p. 4.

In silv. Concan utriusque! — Fl. Octbr. Novbr. — v. s. — Arbor mediocris elegans, Lauri facie. F. 5—7 p. lg., 1½—2 l., pet. ¼ p., coriac. rigida, nervis crebre reticulat. Pedic. ½ p., med. bracteolati. Fl. albi. Pet. f. ½ pollic. Anth. exter. interd. ananthera. Carp. globosa, glabra, circ. 6-sperma.

2. SAGERAEA ELLIPTICA (H. F. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 93. —

Fol. lineari-oblong., florib. axillarib. v. secus ramos crassiores solitariis aut fasciculat., pedicell. brevissim. b. squamulosis, florib. dioicis 12-andris, sepal. ciliatis, carpellis obovatis. —

Uvaria elliptica Alph. DC. mém. 27.; Wall. Cat. 6470. — (Walp. Rep. I. p. 76. 4.)

In provincia Tenasserim ad Tavoy, Wall. — v. s. — Arbor excelsa, cortice ramulorum albido v. griseo laevi glabro. F. 10 p. lg. fere 3 l., pet. ⅕ p., b. obtusa, ap. obtusa v. acuta, crasse coriacea, nerv. vix conspicuis. Bracteola in medio pedicello rotundata. Sep. margine membranacea. Pet. late oval., margine ciliata, ¼ poll. longa. Carpella immatura obovato-oblonga.

3. SAGERAEA THWAITESII (H. F. et T.) Hook. et Th. l. c.

Fol. anguste oblong., florib. secus ramos crassiores fasciculatis icosandris hermaphr. —

In Zeylania, Thwaites! (N. 2702.) v. s. — Arbor. Cortex ramulor. rugulosis, atrofuscus. F. 8—12 pollic. lg., 3—4½ l. pet. ½—⅔ poll., coriac., glaberrima, lucida subt. pallidiora. Pedicelli 2—4, b. bracteati, squamul. minutis, pollic. Sep. abbrev., obtusa. Pet. rotundata, exteriora majora. St. toro planiusculo inserta, compressa, late cuneiformia, irregularia, plana, truncata, dorso antherifera. Ovaria 3 subglobosa, irregularit. angulata, parce strigosa, stigmate depresso coronata.

ELLIPEIA *H. f. et T.*

H. et Th. Fl. Ind. I. 104.

Sepala 3 parva. Pet. 6 rotundata, obtusiss., aest. imbric., interiora exteriorib. minora, b. angustata. Torus convexiusculus. St. indefin. linearia, connectivo truncato ultra anther. producto. Ovar. numerosa, strigosa oblong.; Ovul. 1 suturae ventr. supra med. insertum, globosum. Styl. oblong., pubesc. Carp. monosp., obliqua. — Frutex forsan scandens, florib. paniculatis. — (nomen derivat: ελλιπης, defective).

1. ELLIPEIA CUNEIFOLIA (H. F. et T.) —

F. ang. obovato-oblong. abrupte acuminat. b. versus cuneato-angustatis, obtusis v. subcordatis, florib. in panic. laxa terminali dispositis.

Hab. Malaya prope Malacca, Griffith! — v. s. — Ramuli ferrugineo-velutini. F. 6—8 pollic. lg. 2—3 lata, pet. v. 1/4 p., b. versus lg. angustata, coriacea, rigida, supra lucida, et praeter costam tomentosam glabra, subt. adpresse fulvo-tomentosa, nerv. obliq. parallelis numerosis conspicuis. Panic. terminalis, ramosa multiflora, plerumque aphylla. Fl. dense tomentosi, bractea rotundata concava, calyci adpressa. Sep. rotundata bracteam aequantia. Pet. exteriora coriac. convexa utrinque fulvo-tomentosa. 3/4 poll. interiora multo minora. Carp. oblg. 2/3 p. lg., adpr. tomentosa, pedicello 1 1/4 poll., obl. inserta, infra med. mucrone parvo apiculata.

Sect. II. *MITREPHOREAE.*
(Hook. et Th. Fl. Ind. I. 91.)

Petala interiora unguiculata.

4710. **POPOWIA** *Endl.*
(Walp. Rep. I. 74.)

(4710, et 4711 pro p.) **POPOWIA** *Hook. et Th.*

Oropheae spec. Bl. Fl. Jav. — Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 105.

Sep. 3 ovata. Pet. 6; exter. minora, ovata, sepal. paullo majora; interiora crassa, ovata, concava, apiculo inflexo, b. lata unguiculata, aest. valvata. St. subdef. 12—21, cuneata, truncato-capitata, antherar. locul. dorsalib. oblong., discretis. Ovar. 5—7, ovali-oblong., strigoso-pilosa, stylo magno obovato verruculoso recurvo. Ov. e basi erect., solitar. (v. 2 parietina). Carp. 1-sperm. — Arbores, fol. parv., florib. minutis oppositifol. —

Genus medium tenet inter genus *Mitraphoream* et genus *Guatteriam.*

1. POPOWIA RAMOSISSIMA (H. f. et T.) Hook. et Th. l. c. —

F. ovat. v. oblong. subt. secus nervos tomentosis, staminib. 18.

Guatteria? ramosissima Wall. Cat. 7294.

Hab. in peninsula Malayana? Wall., loco speciali omisso, sed cum plurimis plantis e Penang, longe post caeteras Anonaceas herbarii Wallichiani distributa. — Arbor ramosiss. Ramuli rugulosi, cortice nigricante glabro; junior. laxe ferrugineo-tomentosi. F. b. rotundata, acuta v. acuminata, 3—4 p. lg. 1 1/4—1 3/4 l., petiolo vix 1/10 p. lg., tomentoso, tenuit. coriacea, opaca, utrinque glabra, praet. costam nervosque subt. pubescentes. Ped. oppositif., filiform. vix 1/4 p. longi, tomentosi, 1 flori, medio 1-bracteati. Alabastri rufo-pilosi. Ovar. 5, dense aureo-strigosa; ovul. solitarium e b. erectum. Fruct. ignotus.

4713 §. 4. **GONIOTHALAMUS** *Blume.*
(Hook. et Th. Fl. Ind. I. 106—109.)

1. GONIOTHALAMUS WIGHTII (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 106. —

F. lanceolat. subt. pallide glabriusculis, pedunculis axillarib. solitariis. —

Wall. Cat. 9009.

Hab. in montib. Travancor ad Courtalam. — v. s. — Arbor? Ramuli graciles. F. utrinq. acuta 3—5 p. lg. 3/4—1 1/4 l., pet. 2—3 lin., ten. coriac., minutissime pellucido-punctata. Pedunc. 1/2—1 p., b. bracteis minutis distiche imbricatis muniti, supra med. bracteola amplectente decidua. Sep. ovata f. 1/5 p. lg. Pet. exteriora 3/4 p., brevit. et late unguiculata, utrinq. fusco-seric., inter. 1/3 p., in mitram coalita, lamina late trapezoidea. Tor. truncatus. Ovar. dense aureo-strigosa, stylo oblgo ap. dilatato compresso retuso dimidio longiora. Carp. calyce persist. suffulta, pedic. 2 lin. lg. stipitata, oblg., 2/3 pollic., atro-fusca, glabra.

2. GONIOTHALAMUS SALICINUS (H. f. et T.) Hook. et Th. l. c. —

F. ang. lanceolat. b. acutis apice in acumen plerumque obtus. longe angustatis, florib. paullo supra-axillarib. semipollic., petal. exter. angustis linearibus, tomentosis. —

Hab. in Zeylania ad montem „Adams Peak" dictum, Walker! — Fl. Mart. — v. s. — Ramuli graciles. F. 3—4 1/2 p. lg., 1/2—1 l., pet. vix 1/4 p.; pedic. 1/3 p. bract. 3—4 minutis muniti. Sep. 1/4 strigosa; petal exter. 1/2 p., inter. breviora. Ovaria pauca 7—10, stylo subulato aequilongo.

3. GONIOTHALAMUS THWAITESII (H. f. et T.) Hook. et Th. l. c. —

F. oblong. brevit. et. obt. acuminatis, pedunculis axillarib. petiolos triplo superantib., flor. ultrapollicar., petalis exteriorib. ovato-lanceolat. glabris b. in unguem brevem latum angustatis. —

Hab. in sylv. Zeylaniae alt. 2—3000'. Travancor ad Courtalam, Wight. — v. s. — Ramuli foliosi. F. 3 1/2—6 p. lg., 1 1/4—2 1/2 l., pet. 1/4—1/2 p. lg., rigida coriac. pedunculis b. plurib. bracteis muniti; Sep. basi coalita coriac., in fructu persistent. Pet. exter. crasse coriac. 1 1/4—1 1/2 p. lg., ungue b. areola depressa oblg. fusco-pubescente notato, inter. in mitram coalita. Ovar. lin.-oblg, stylo subulato paullo longiore. Tor. planus. Carp. breviss. pedicell., paullo ultra 1/2 p. lg. Sem. 1 conforme, testa tenui, papyracea laevi.

4. GONIOTHALAMUS GARDNERI (H. f. et T.) Hook. et Th. l. c. 107.

F. ang. oblongo-lanceolat. b. acutis ap. obtus. v. obt. et breviter acuminatis, pedunc. axillarib. v. paullo supra axillarib. petiolos vix superantib., florib. 1 1/2 pollic., pet. exterior. oblongo-lanceolat. glabris b. vix unguiculatis.

Hab. in sylv. Zeylaniae alt. 2—3000'. — v. s. — Ramuli prioris. F. 5—8 p. lg., 1—2 l., pet. 1/4 p. crasse coriac. Pedunculi 1/4—1/2 p., squamis distichis bracteati. Sep. b. cordata. Petala exteriora 1 2/3 p., b. areola triquetra pubesc. notata. Ovaria adpresse pilosa, stylo lg. subulato triplo longiore superata.

5. GONIOTHALAMUS MALAYANUS (H. f. et T.) Hook. et Th. l. c. —

F. lineari-oblong. lg. acuminat. utrinque glaberrimis, pedunculis petiolos parum superantib. florib. pollicarib., petal. exteriorib. oblongo-lanceolat. pubescentibus. —

Hab. in Malaya ad Malacca, Griffith! — v. s. — Ramuli elongati. F. 6—9 p. lg. 1 3/4—3 l., pet. 1/3 p.; pedic. axill., 1/3—3/4 p., basi bracteolati. Sep. ovata, acuta, toment.; petal. exter. 1—1 1/4 p., late unguiculata b. areola lata glabra notata, interiora in mitram extus albo-sericeam, vix 1/2 p. altam coalita. Ovar. denso aureo-seric., stylo aequilongo subulato terminata. Tor. fr. glob., toment. — Carp. pollic., elongato-oblga v. cylindrica, interd. med. parum constricta, apiculata, pedic. 1/4 p. suffulta, atro-fusca, granulosa.

6. GONIOTHALAMUS CARDIOPETALUS (H. f. et T.) Hook. et Th. l. c. —

F. obovato-oblong. v. lin.-oblong. b. acutis ap. abrupte acuminat.

margine undulatis, peduncul. supra-axillarib. 1—3 verticaliter uniseriatis petiolo breviorib., florib. $^{2}/_{3}$ pollicar., pet. ext. oval. obtusis.

Polyalthia cardiopetala Dalz. in Hook. Kew journ. bot. II. 39. (Walp. Ann. II. n. 1.) — *Uvaria obovata* Heyne ex Wall. Cat. 6471.

In montibus Canara. — Fl. Apr. — v. s. — Arbor parva. F. 6—9 p. lg., 2—3 l., pet. $^{1}/_{3}$ p. Pedunc. b. pluri-bracteati. Sep. reniformi-rotundata breviss., velutino-puberula. Pet. exter. crasse coriac., utrinq. toment., inter. $^{1}/_{3}$ breviora, in mitram ovalem obtusiusculam coalita. — Ovar. lin.-oblg., stylo aequilg. Fr. ignotus.

7. GONIOTHALAMUS SESQUIPEDALIS (H. f. et Th.) — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 108.

F. lanceolat. v. lineari-oblong. obtus., abrupte et obt. acuminat., peduncul. supraaxillarib. petiolo breviorib., florib. vix $^{3}/_{4}$ pollicarib.; pet. exter. oblong. lg. acuminatis. —

Guatteria sesquipedalis Wall. pl. As. rar. III. t. 266. Wall. Cat. 6446. (Walp. Rep. I. p. 81. 1.) — *Guatteria macrophylla* A. DC. mém. 42. non Blume, Wall. Cat. 6451. (Walp. Rep. I. p. 81. 1.).

Hab. in montib. Khasia a basi ad alt. 4000'; in prov. Silhet et Tenasserim. — Fl. Apr. May. — v. v. — Frutex 2—4 pedalis, subsimplex, erectus, cortice griseo v. nigricante rugoso glabro. F. 9—13 poll. lg. 2—3½ l., pet. ¾ p., coriacea glaberrima, supra nitida, subt. pallida, marginib. in sicco recurvis, minutiss. pellucido-punctata. Ped. $^{1}/_{8}$—$^{1}/_{4}$ p., b. bract. plurib. minut., squamaeformib. distichis muniti. Sep. ovata glabriuscula, $^{1}/_{4}$ p., in fructu persistentia. Pet. exter. vix puberula, intus obscure carinata, b. macula oblong. tomentosa notata; inter. subaequilonga, in mitram elongatam ap. attenuatam coalita, ext. pubescentia, int. dense fulvo-sericea. Torus truncatus. Ovaria linearia, dense aureo-strigosa, int. sulcata, stylo cylindrico recurvo aequilongo. Carp. 8—10 abortu plerumque pauciora (3—4), pedicello vix lineam longo suffulta, $^{2}/_{3}$ poll., ovalia ap. mucronata, glabra, minute granulata.

8. GONIOTHALAMUS SIMONSII (H. f. et T.). — H. et Th. l. c. 108.

F. lineari-oblong. v. anguste obovato-oblong. b. acut. ap. lg. acuminatis subt. puberulis, pedunc. axillarib. petiolo breviorib., flor. ultra pollic., petal. exter. oblongo-lanceolatis. —

Hab. in montib. Khasia, alt. 2—3000'. — Fl. Jun. — v. v. — Arbor parva, vix 20-pedal., erecta, parum ramosa. F. 9—15 p. lg., 2¾—4½ l., pet. ½ p., ten. coriac. minute pelluc.-punctata. Pedunc. vix $^{1}/_{3}$ p. lg., b. bract. distichis muniti. Sep. ½ p. in fr. persist. Pet. crasse coriac. dense pubesc., b. areola lata notata, 1¼ p. lg.; inter. in mitram ½ p. altam coalita. Tor. fr. dilatatus, depresso-glob. diam. $^{2}/_{3}$ p. Carp. non visa.

9. GONIOTHALAMUS GIGANTEUS (H. f. et T.) — Hook. et Th. l. c. —

F. oblong. v. lineari-oblong. b. acut. ap. lg. et obt. acuminatis, pedunculis petiolos longe superantib., florib. max.; petal. exteriorib. ovatis b. unguiculatis. —

Uvaria gigantea Wall. Cat. 6469. A et B. (partim).

Hab. in penins. Malayanae silvis vulgaris. — v. s. — Arbor? Rami elongati stricti, cortice albo. F. 6—10 p. lg., 1¾—3 l., pet. $^{1}/_{3}$ p., coriac., rigida, costa argute carinata scabrida. Pedunc. plerumq. in ax. folior. delaps. positi, penduli, 1—1½ p., b. bracteolatis. Alab. aureo-sericei. Sep. f. $^{2}/_{3}$ p. lg. Pet. exter. b. in ung. subcontracta 4 p. lg., 2 l., utrinq. pubesc., b. intus aureo-seric. inter. dense seric. in mitram ovalem acutam $^{2}/_{3}$ p. altam coalita. Ovaria lin-oblong., stylo filif. dimid. longiore, ap. subclavato. Fr. ignotus.

10. GONIOTHALAMUS WALKERI (H. f. et T.) — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 109. —

F. elongatis lineari-oblong. b. acut. ap. brevit. et obt. acuminatis, peduncul. axillarib. unifloris brevissimis. —

In Zeylania, Walker! — v. s. — Arbor? Ramuli elongati validi. F. aromatica, ten. pellucido-punct., 8—13 p. lg., 2—3 l., pet. vix 1/2 p., rigida. Sep. in fr. persist. 1/2 p.; tor. subglobos. Carp. numerosa, 1/2 pollic., pedic. vix lin. lg. suffulta. Sem. erect. solitarium.

11. GONIOTHALAMUS GRIFFITHII (H. f. et T.) — Hook. et Th. l. c. —

F. oblongis obt. acuminat. b. acutis, pedunculis axillaribus solitariis, sepal. obtus., petal. longe acuminatis. —

Hab. in Mergui, Griffith! — v. s. — Ramuli rugosi, grisei vel nigricantes. F. 6—8 p. lg., 2 1/3—3 l., pet. 1/2 p., ten. coriac. pellucide punctata. Pedunc. pet. aeq., b. distiche squamigeri., deflexi. Sep. b. coalita 2/3 p. lg. pet. exter. 2pollic., oblongo-lanc., longe attenuata, crasse coriac., glabra; inter. in mitram 1/2 p. altam coalita. St. lineari-oblong., ultra antheras in process. carnosum acutum producta. Ovar. strigoso-pilosa, stylo longe subulato terminata. —

4711. OROPHEA *Bl.*

(Walp. Rep. I. 74.)

Char. emendat. Hook. et Th. Fl. Ind. I. 110.

Sep. 3. Petal. 6, aest. valv.; exter. oval., inter. unguiculata, laminis in mitram cohaerentib. St. defin., 6—12, toro vix convexo inserta, carnosa, ovalia, dorso antheram bilocularem gerentia. Ovar. 3—15 oblong. v. ovata, ovula in sutura ventr. 2—4. Stigma sess. capitat. v. oblong. — Arbores v. frutices, fol parv., flor. axill. fascic. v. cymos. mediocr. v. parvis.

1. OROPHEA HEYNEANA (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 110.

F. coriac. ovato-lanceolat. obt., glaberrim., pedunc. abbr., oppositifol., 1—2 flor., stam. 12, ovar. 6—9 dense strigosis 4-ovulatis.

(Walp. Rep. I. 77, 19) — *Uvaria Heyneana* Wall. Cat. 6463. — *Uv. lutea* Wight. Cat. 31 b. — *Uv. lutea* β. W. et A. Prodr. I. 8. (non Roxb. nec. Wall. Cat.). —

Hab. in Zeylania, in montib. Courtalam. — v. s. — Arbor humilis. F. 2—4 p. lg., 1—1 1/2 l., rigida. Sep. in fr. decidua. Pet. exter. 2/3 p. lg. cuneato-lanc., inter. trapezoidea, ungue f. 1/2 p., villosa. Carp. 4—8, pedic. breviss. suff., ovoid. v. subglob. 1/2 pollic. Semina 1—3.

2. OROPHEA UNIFLORA. Hook. et Th. l. c. —

F. elliptic. obt. acuminat. glabr., pedunc. axillarib. abbreviat. uniflor. gracilib., stam. 12 biserialib., ovar. 6 late ovalib. biovulatis. —

Hab. in montib. Tranvancor prope Courtalam. — v. s. — Ramuli graciles rugulosi. F. ten. coriac. 1 1/2—2 1/2 p. lg. 3/4—1 l., pet. vix lin. lg. Pedunc. 1/4—1/2 b., squamulis plurib. bracteati. Sep. rotundata ciliata; pet. exter. 2 lin. lg. rotundata; inter. trapezoidea. Stam. f. rotundata. Stigm. lin-oblonga, ovariis longiora. Carpella globosa, pedic. lin. longo suffulta.

3. OROPHEA ZEYLANICA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 111. —

F. ovali-oblong. obt. acuminat., pedunc. axill. solitar. v. fasciculatis 1—4 flor., fusco-pubesc., staminib. 6, ovar. circa 15 biovulatis. —

Hab. in Zeylania, Canara. — v. s. — Frutex? ramosissimus. F. tenuit. coriac. 2—3 1/2 p. lg., 1—1 3/4 l., pet. 1/8 p., juniora subtus puberula et pilis albidis ciliata. Pedunculi longitud. valde varii, saep. plurifl., b. bracteati. Fl. 1/2 p. diam. Sep. orbicular. toment. Pet. rotundata, pubescent. interior. trapezoidea ap. incrassata. Carp. globosa, baccata, laevia, diam. 1/3 pollic., pedic. vix lineam lg. suffulta.

4. OROPHEA POLYCARPA (A. DC. mém 39). (Walp. Rep. I. 74. n. 3). — H. et Th. l. c.

F. elliptico-lanceol., pedunc. axillar. filiformib. 1—3-flor. glabris, stam. 6 uniserialib.?, ovariis 9—12, glabris. —

Wall. Cat. 6431.

Hab. in Martabania secus ripas fluminis Saluen. Wall. — v. s. — Ramuli grisei. F. 4—5 p. lg. 1½—1¾ l. pet. 1½ lin., membranac. Pedunc. gracillimi 1—2 p. lg. Pet. exter. ciliata, inter. duplo majora, pubescentia.

5. OROPHEA ACUMINATA (Alph. DC. mém). Hook. et Th. l. c. —
Wall Cat. 6432.

In Tenasserim prope Tavoy — Wall. — (Walp. Rep. I. 74. 4).

6. OROPHEA ? OBLIQUA (H. f. et T.) — Hook. et Th. l. c. —

F. oblong. v. lanceolatis acutis rigide coriaceis b. inaequalib. utrinque glaberrim., flor. terminalib. 1—3 fasciculatis, carpell. ovalib. —

Hab. in Zeylania; prope Galle. — v. s. — Arbor ? Ramuli laeves. F. 4—5 p. lg. 1¼—2 l., pet. vix lin. lg. — Flor. minuti glabri, breviss. pedicellati (ex icone Champion, stam. 6, ovar. 3), pedunc. fr. incrassatus. Carp. ½ pollic. diam. Sem. 2 rotundata, subcompressa.

4717. §. **MITREPHORA** *Bl.*

4717. **UVARIA** § **MITREPHORAE** *Blum. Fl. Jav. Anon.* Hook. et Th. Fl. Ind. I. 112.

Sep. 3 rotundata. Pet. 6, aestivat. biseriatim valvata, exter. ovata, nerv. subconspicuis; inter. b. unguiculata, lamina fornicata. Torus depresso conicus, subtruncatus, med. parum excavatus, pilosus. St. numerosa, oblongo-cuneata, anth. dorsalib. rem. bilocularib., connectivo truncato-capitato. Ovar. oblong. glabra. Ov. in axi biserial., numerosa. Styl. oblong. int. sulcat. — Arbores saepe excelsae, fol. coriac. nerv. crebr. parallel. conspicuis.

1. MITREPHORA TOMENTOSA (H. f. et. T.). —

Fol. ovato- v. oblongo-lanceolat. subt. fulvo-toment., pedunc. oppositifol. abbreviat. paucifl., carpell. subglobosis dense tomentosis lg. pedicellatis. —

Hab. in prov. Assam; et Chittagong. — v. s. — Arbor, ramuli validi. F. subcoriac. 3—6 p. lg., 1½—3 l., pet. vix ¼ p. Pedunc. toment. 2—4 fl. Bracteae late rotundat., amplexicaules, crassae, tomentosae, deciduae. Pedicelli ¼—½ p. bracteolati. Sep. late ovata. Pet. ext. ovata, acuta f. pollic., inter. late unguiculata. Tor. fruct. diam. ½ p. Carp. 10—20 subglob., pollicar., pedic. 1—1½ p. suffulta.

2. MITREPHORA OBTUSA (Blume fl. jav. Anon. 32 t. 10 et 14. C, sub Uvaria). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 113.

F. ovat. v. oblong. subt. adpresse pubescentib., pedunc. oppositif. v. terminalib. pollicar., pedicell. elg. gracilib., carpell. oblong. velutinis longe pedicellatis. —

Uvaria obtusa Bl. Bijdr. 13. (Walp. Rep. I. 78. 34). — Wall. Cat. 6484.

Hab. in peninsula Malayana ad Penang, Wall.! — Arbor procera ramosissima. F. 2—5 p. lg., 1—2¼ l., pet. ¼—⅓ p. — Petala exter. oval. ½ p., int. purpureo-striata. Carp. 7—15. Sem. 4—5. —

Species dubia, floribus vix notis.

3. MITREPHORA ? EXCELSA (H. f. et Th.) — H. et Th. l. c. —

F. rigide coriaceis obovato-oblong. abrupte acuminat. b. cordatis

subt. dense fulvo-furfuraceis, cym. abbrev. axillarib. 2—3 fl., bracteolis rotundat. imbricat., florib. parvulis. —

Uvaria excelsa Wall. Cat. 6477.

Hab. in peninsula Malayana, ad Penang. — Arbor (ex scheda Wallich.) excelsa. F. 6—8 p. lg., 2—3¾ l. p. vix ¼ p. Cymae vix ¼ p. lg. tomentosae. Fl. albi. Sep. fulvo-villosa b. subcohaerentia, petala exter. et inter. crasse coriacea.

4. MITREPHORA MACRANTHA Hsskl. — Hasskarl in Retzia I. p. 116. —

F. grandib. ovato-oblongis aut oblongis, brevit. acuminatis, b. cordatis, dein coriaceis glabris, peduncul. terminalib., oppositifol. brevib., paucifl., carpell. oblongis pedicellatis polyspermis, fl. grandibus.

Hab. Javae occid. silvas montanas. — Arbor mediocris, coma elliptica dense foliosa etc.

Sect. III. *ANONEAE* (Endl. gen. pl. p. 833).
(Hook. et. Th. Fl. Ind. I. 91.)

Carpella in fructum multilocularem cohaerentia.

4723. ANONA *L.*
(DC. Prodr. I. 83. — Walp. Ann. II. 20.)

Sectio: *ATTA.*

1. ANONA SQUAMOSA (L. Sp. 757.) (Walp. Rep. I. 88 n. 23). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 115. —

F. membranac., junior. pubesc. subt. glaucis oblongo-lanceolat. acuminatis acutis v. obtusis b. acutiusculis, pedunc. unifloris subsolitariis, fructu ovato-globoso v. conico, areolis convexo-prominentibus viridiflavis v. glaucescentib. ex Mart Fl. Br. Anon. —

W. et A. Prodr. I. 7. — Roxb. Fl. Ind. II. 657. — Wall. Cat. 6490. —

In hortis ubique culta, et saepe in dumetis subspontanea, praes. provinc. australior.

2. ANONA RETICULATA (L. Sp. 757), (Walp. Rep. I. 88 n. 24.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 115. —

F. membranac. subt. scabriusculis oblong. aut oblongo-lanceolatis acuminat. basique acutiusculis, pedunc. lateralib. 2—4 confertis, fructu cordato-ovato obtuso, cortice scabriusculo crasso fusco v. subrubello, leviter pentagono-reticulato, areolis planiusculis, seminib. nigricantibus.

Roxb. Fl. Indic. III. 657. — DC. Prodr. I. 85. — Bl. Fl. Jav. Anon. 108; Wall. Cat. 6489. — W. et A. Prodr. I. 7; Bot. mag. t. 2911, 2912. — Mart. Flor. Bras. Anon. 15. — Rheed. Malab. III. t. 30. 31. —

Hab. in hortis culta, hinc inde subspontanea.

3. ANONA HUMILIS Spruce et Benth. — Spruce and Bentham in Hook. journ. Kew garden misc. III. 113. —

Trunco humili frutescente, ramulis pedunculis venisq. folior. subtilit. ferrugineo-strigillosis, fol. elliptic. v. obovato-oblong. cuspidatis membranac. praeter venas glabris, pedunculis lateralib. solitariis minute bracteolatis, sepalis minimis acutis, petalis subaequalib. rhomboideis acuminatis, b. demum in unguem contractis, tenuib. subtilit. pubesc. —

Frutex 3 pedalis. F. breviter petiolata, 4—6 p., latiora quam in icone *A. tenuiflorae* Mart. depicta, caeterum iis subsimilia. Pedunc. ½ p. v. paulo longiores. Sep. linea breviora, angusta acuta saepe decidua (v. deficientia?). Petala alba, quam in *A. te-*

nuiflora, minora et latiora, vix 6 lin. lg., distincte acuminata et in unguem b. contracta, medio late rhomboidea et concava. Stam. numerosissima. — Hab. in Brasilia septemtrionali. —

4. ANONA (GUANABANI) SESSILIFLORA; (ex collect. Spruc). Benth. Kew garden journ. V. 8. —

Arborea, ram. glabr. v. strigillosis, f. (subpedal.) oblong. v. obovali-oblong. cuspidatis, b. in pet. brevem angustatis, rigide membranac. supra glabr. subt. strigillosis, fl. 1—3-nis, subsessilib., sep. ovatis acutiusc., pet. rotundat. crassis acutiusc. dense sericeis, interiorib. vix breviorib. —

F. 3—4 p. l., acumine pollic. Bract. parv. orbiculatae. Fl. aperti poll. diam. Petala intus per tot. part. concavam glabra, ap. ut extus sericea. Torus glab. Anth. numeros., subsess., 1 lin. lg. Ovar. glabra. In littore austr. fl. Rio Negro, ad confluentiam cum flum. Solimoes.

4724. **ROLLINIA** *St. Hil.*

(Walp. Rep. I. 90. II. 748. — Walp. Ann. II. 20.)

1. ROLLINIA RESINOSA, Spruce mss. — Bentham. Kew journ. bot. V. 9.

R. glaucescens Miq. stirp. Surim. 108 (1851) (Walp. Ann. II. 20 n. 1), non Sond. Linnaea XXII. 557. (1849). (Walp. Ann. 813. n. 1).

Arbor parva ex Matinho, pr. Barra do R. Negro, — cortice atro, glaucescente paululum griseo-punctato; florib. aromatic. foliisque fricatis odorem gravem resinosam exhalantib., unde nomen cepit cl. Spruce. Planta a Miquel. bene descripta, cujus nomen haud libenter supprimo, jam a Sondero ad speciem ex provinc. Minas Geraes proditum. — Planta et in Guiana haud rara videtur esse.

4722. **DUGUETIA** *St. Hil.*

(Walp. Rep. I. 85.)

1. DUGUETIA LONGICUSPIS; (ex collect. Spruciana). — Benth. Kew garden misc. V. 9.

Ramul. cano-tomentos., f. ang. oblong., lg. cuspidatis, b. rotundat. supra glabr. subt. lepidotis pallescentib., pedunc. breviss. lateralib. solitar., bract. minutis, petal. (pollic.) ovatis cano-tomentosis calyce duplo longiorib. —

Aff. *D. Quitarensi* et (ex descr.) *D. Spixianae*, distinguitur ramulis, petiolis, costa pag. inferioris, et florib. tomento breviss. incanis. F. 6—8 p. lg., $1^1/_4$—2 p. l., ap. in acum. pollic. contracta, rigidule membranac. Pedunc. circ. 2 l. lg. Sep. late ovata, acuta c. 6 l. lg. Petala obtusa, pallide purpurea. — Arbor parva ad lacum do Alexo prope ostium fl. Rio Negro.

Sect. IV. *XYLOPIEAE.*

(Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 91 et 114).

Petala interiora incrassata, triquetra.

MELODORUM *Dunal* (4713 pr. p. et 4717 pr. p.)

Hook. et Th. Fl. Ind. I. 115.

Unona § *Melodorum* Dunal DC. — *Uvaria* § *Melodorum* Bl. (excl. spec.) — *Polyalthia* § *Kentia* Blume.

Sep. 3 parva, b. plus minus coalita. Pet. 6 aest. biseriat. valvata; exter. convexa, inter. superne triquetra. St. indef., multiserialia, con-

nectivo ultra antherar. loculos linear. extrors. contig. in proc. oval. v. oblong. carnosum producto. Torus convexo-conicus. Ovaria numerosa, oblong., secus suturam ventralem multi- v. pluri-ovulata, rar. biovulata. Styli oblong — Frutices plerumque scandentes, folior. nervis subt. conspicuis obliq. rect. v. vix incurvis parallel., infloresc. terminali v. oppositifol., alab. triquetris tomentosis. —

Sect. *EUMELODORUM.*
Hook. et Th. l. c. 116.

Petala exter. anguste marginata. Ovaria strigoso-pilosa. Ovula numerosa. Semina non scrobiculata.

1. MELODORUM RUBIGINOSUM (H. f. et T.). —

F. oblongis obtusis v. acutis supra sparse puberulis secus costam et venas villosis, subt. pube minuta fulva tomentosis, panicula terminali pauciflora, pedicell. pollic., florib. magn., carpell. ovoideis pedicello aequilg. suffultis, seminib. numeros. oblongis laevibus.

Uvaria rubiginosa Alph. DC. mém. 26 (Walp. Rep. I. 76 n. 3). Wallich. Cat. 6465. — *Uv. nervosa* Wall. Cat. 6479.

Hab. in silvis Silhet, Chittagong, et Tenasserim. — v. v. — Frutex scandens, ramul. nigricantibus v. griseis. F. ten. coriac. 3—6 p. lg., 2—3 l., majora pedalia, 5 p. l., pet. $^3/_4$ p Fl. ax. solitarii v. plerumq. in panic. termin. 5—6 flor. congesti, dense fulvo-tomentosi. Pedic. pollic., bracteolati. Sep. lata vix lin. longa. Pet. exter. ultrapollic. ovali-oblong, interiora p. breviora in rostr. long. triquetr. producta. Carp. 5—10 v. plura, pollic. Sem. 2serialia, septis ten. separata; testa atro-fusca.

2. MELODORUM LATIFOLIUM (Dunal sub *Unona*). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 117. —

Unona latifolia (DC. Prodr. 91 n. 31). — *Uvaria latifolia* Blume Fl. Jav. Anon. 37 t. 15. 25 A (Walp. Rep. I. 78. 37). — *Uv. longifolia* Bl. Bijdr. 13. (Walp. Rep. I. 78. 37). — Wall. Cat. 9411. —

In penins. Malayana ad Malacca. —

3. MELODORUM LANUGINOSUM (H. f. et T.) l. c. —

F. lanceolat. v. oblongo-lanceol. b. rotundat. supra praeter costam fulvo-pubescent. glabris nitidis, subt. cum petiolo dense fulvo-lanuginosis, florib. paucis terminalib. v. oppositifol. magnis dense lanuginosis.

Uvaria lanuginosa Wall. Cat. 6454.

Malaya ad Penang, et Singapur. — v. s. — Frutex sarmentosus. F. 6—8 p. lg. $1^3/_4$—$2^3/_4$ l., pet. $^2/_3$ poll. Flor. 2—4 in racemo abbrev. congesti. Pedicelli $^1/_2$—1 p. lg. bracteolati. Sep. ovata $^1/_2$—$^2/_3$ p. lg. fulvo-toment. b. connata, pet. exter. $1^1/_2$—$1^3/_4$ p., crasse coriac., inter. vix breviora, superne elongato-triquetra. Stylus glaber. Carp. (immatura) 15—20 pedicello aequilg. suffulta, obt. rostrata, fulvo-tomentosa.

4. MELODORUM MANUBRIATUM (H. f. et T.) l. c. 118. —

F. oblong. v. oblongo-lanceolat. rigidis supra glaberrim. secus costam fulvo-pubescentib. subt. dense fulvo-tomentosis, florib. subternis fasciculatis mediocrib., carpell. lg. pedicellat. obliq. ovalib. obtus., fulvo-tomentosis. —

Uvaria manubriata Wall. Cat. 6456. — Cuming. No. 2339. —

Hab. in Malaya, vulgaris! — v. s. — Frutex scandens, ramosus foliosus. F. 3—5 p. lg., $1^1/_4$—$1^3/_4$ l., pet. $^1/_4$—$^1/_3$ p. Fl. oppositifol. v. ad ap. ramulor. fasciculati; ped. $^1/_2$—$^3/_4$ p. bracteolati. Sep. $^1/_4$ p. Pet. exter. obtusa interiora paullo breviora ovato-lanc. Stam. elong. connectivi processu subgloboso. Ovar. dense aureo-strigosa. Carp. immatura 6—7 dense fulvo-toment., pedicellis 2-pollic persistentes. Semina 5—6.

5. MELODORUM WALLICHII (H. f. et T.) l. c. —

F. ang. oblongo-lanceolat. plerumq. lg. acuminat. b. rotundat. distanter nervos. superne glaberr. subt. pallid. et sub lente praesert secus costam et venulas pube minutiss. adpresse puberulis, pedicell. fasciculat. pauc., florib. mediocrib., carpell. lg. pedicellatis. —

Uvaria bicolor Wall. Cat. 6466 non Roxb. —

In montib. Silhet, Khasia, subtropicis. — v. v. — Frutex alte scandens. F. 4—6 pollic., 1¼—2 l., pet. ⅓ p., ten. coriac. Pedunc. oppositifol. breviss. Pedic. 1—4, ½ p., b. bracteol. Sep. ext. toment. int. glabra, granulata. Pet. ovato-lanc., ⅔ pollic. exter. ext. fulvo-tomentosa, inter. glabra. St. et. ovar. *M. verrucosi.* Carp. immat. dense toment. oval. ¼ p., pedicellis pollic., augulat. suffulta, toro globoso insidentia. —

6. MELODORUM VERRUCOSUM (H. f. et T.) l. c. 119. —

F. oblongis v. lanceolat. crebre nervos. supra nitid. pube minuta puberulis secus costam subtomentosis subt. fulvo-pubescentib. secus nervos sericeo-villosis, florib. fasciculatis v. subracemosis plerumq. terminalib., alab. lat. obt. triquetr., carpell. lg. pedicellat. obliquis rostrat., valde rugosis. —

Hab. in montib. Khasia alt. 4—5000'. (Fl. Jun, Fr. Oct.) — v. v. — Frutex alte scandens. Ramuli grisei v. rufescentes. F. 3—5 p. lg., 1¼—2 l. pet. pollic. Fl. ad ap. ramulor. 1—5, solit., fasciculati, v. racemulum paucifl. folios. formantes, florib. infer. oppositifol. Pedicelli tomentosi, pollic., b. pluribract. et bracteolati. Alab. dense tomentosi. Sep. ¼ p., subpersistent. Pet. exter. ⅔—¾ p. lg. inter. paullo breviora. Process. connectivi magnus, ovalis. Tor. fr. glob. Carp. pulposa subglob., 2 pollic. obliq., obt. mucronata irreg. verrucoso-tuberculata, pedicellis 1½—3 pollic. crass. clavat. suffulta. Semina biserialia ¾—1 p. lg.

7. MELODORUM BICOLOR (H. f. et T.) l. c. —

Fol. oblongis v. oblongo-lanceol. tenuiter coriac. crebre nervos. supra praeter costam fulvo-pubescentem glabris subt. cum petiolo pil. cinereis v. fulvis lg. et adpresse sericeis, florib. fascicul. extraaxillarib. majuscul., carpell. glob. brevit. pedicellat. tomentosis. —

Uvaria bicolor Roxb. Fl. Ind. II. 662 non Wall.

H. in provinc. Silhet et Assam, et secus basin Himalayae in montib. inferiorib. Sikkim. (v. v.) — Frutex scandens. F. 4—10 p. lg. 1¾—3¼ l, pet. ¼—⅓ p. lg. Pedic. 1—3 dense toment., 1—1½ p. lg., b. bracteati et med. bracteolati. Fl. fere pollic., laxe lanuginosi, sep. ovata, pet. exter. ovato-lanc. inter. paullo breviora, ap. breviter triquetra. St. et ovar. M. verrucosi. Carp. diam. pollic., pedic. crasso ¼—⅓ poll. Sem. c. 8, biserialia, atrofusca, nitida, immarginata.

8. MELODORUM FULGENS (H. f. et T.) l. c. 120. —

F. ovato v. oblongo-lanceolat. b. rotundat. ap. in acumen lg. attenuatum productis, rigide coriac. supra parce puberul. subt. cum petiolo pube brevissima molliter fusco-seric., florib. parv., tomentos., axillarib. vel ramulos terminantib. subracemosis. —

Uvaria fulgens. Wall. Cat. 6482. — *Myristica Finlaysoniana.* Wall. Cat. 6793.

Hab. in penins. Malayana: ad Malacca et Singapur. — v. s. — Frutex verosimiliter scandens. F. 3—4 p. lg., 1¼—1½ l., pet. ¼—⅓. Flores plerumque versus apic. ramulor. congesti. Pedicelli ¼—½ p., bracteati, bracteolis muniti. Sep. b. coalita; pet. exter. ovata ½ pollic. extus aureo-sericea, int. cinereo incana macula basilari (atropurpurea) inter. f. dimid. breviora. Stam. et ovar. M. Griffithii.

9. MELODORUM GRIFFITHII (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 120. —

F. ang. oblong. b. rotundat. ap. obtusiuscul. emarginatis rigide coriac.

supra praeter costam pubescentem glabris subt. cum petiolis rufo-pubescentib., pedunculis oppositif. v. in ramulo brevi axillari unifoliato subterminalib. brevissimis, pedicell. fasciculatis, florib. parvis. —

Hab. in prov. Tenasserim ad Mergui. Griffith. 790. — v. s. — Frutex alte scandens F. 3—5 poll. lg., 1¼ — 1¾ l., pet. ⅓ p. Pedunc. abbr. saepe vix lin. lg. Pedic. 2—5 v. plures, ¼ — ⅓ p. bracteati. Sep. oval., obt., tomentosa. Petala inter. ½ petal. exteriorib. breviora, apice triquetra. Stam. processu connectivi elongato. Ovaria dense aureo-strigosa. Fr. ignotus.

10. MELODORUM POLYANTHUM (H. f. et T.) l. c. 121. —

F. lanceol. v. oblong. b. acutis et in petiol. subdecurrentib. ap. acut. v. acuminat. rigide coriac. supra praeter costam pubescentem glabr. subt. pallid. pube molli brevissima, ope lentis tantum conspicua, incanis, florib. parv. in cymas oppositifol. congestis. —

Uvaria polyantha Wall. Cat. 6467.

Hab. Assam et Khasia, Silhet. — v. s. — Frutex verosimiliter, scandens. F. forma et magnitud. varia, 3—8 p. lg., 1¼—3 lata. Cymae oppositif. Pedunc. abbreviati interd. vix ulli. Fl. 3—7; pedic. brevissim. bracteatis. Sep. ovato-rotundata, pet. exter. ovalia ¼ p. lg. ext. toment. int. marg. et sub apice puberula, inter. conformia, f. dimid. minora. St. process. connectivi apiculata. Ovar. strigosa; fr. ignotus.

11. MELODORUM RUFINERVE (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 121. —

F. oblong. b. rotundatis ap. acut. v. obtus. utrinque glaberrim. subt. pallid., florib. oppositifol. fasciculatis.

Hab. in provinc. Silhet. — v. v. — Frutex alte scandens. F. 6—10 poll. lg. 2¼—4 l., tenuiter coriac., costa nervisque parallel., subt. in sicco rufescentibus. Fasc. fl. sess. v. breviss. pedunc., 2—7 flori. Pedicelli ¼ p. aureo-sericei. Alab. vix lin. lg. triquetri, seric. Sep. b. coalita. Stam. connectivo apiculato. Ovar. multi-ovulata. Torus convexo-conicus.

12. MELODORUM PRISMATICUM (H. f. et T.) l. c. —

F. ovalib. v. oblong. utrinque rotundat. ap. in acumen breve gracile subito productis rigide coriac. utrinque glaberr. supra lucid subt. pallid. (in sicco rufescentib.) florib. magn. axillarib. solitar. brevit. pedunculat., alab. elongato-triquetris, carpell. glabr. ovoideis. —

Uvaria prismatica Wall. Cat. 6455.

In Malaya ad Penang, Malacca, Singapur. — v. s. — Frutex scandens. F. 5—9 p. lg., 2½—4 l., pet. ¾ p. Pedunculi petiolo paullo breviores, bracteati. Sep. in cyathum late campanulat. vix ⅓ poll. diam. coalita, persistentia. Petal. exter. ultra 2 poll. lg., inter. ⅓—½ p. lg., ovata, acuta. Stamina cum processu brevi connectivi. Ovar. multi-ovulata. — Carp. (in specimine 1 visa) 4—5, 1½ pollic., ovoidea, semina biserialia. —

Sect. 2. *KENTIA* Blume in Fl. Jav. An. p. 71 (Polyalth sect.)

Pet. exter. marginib. valde incrassat. latissimis, intra medium tantum excavata. Ovar. glabra pellucido-glandulosa. Ovula numerosa v. defin. Sem. scrobiculata.

13. MELODORUM ELEGANS (H. f. et Th.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 122. —

F. oblongo-lanceolat. in acumen gracile obt. angustat; mucronatis b. plerumque rotundatis rigide coriac. subt. adpresse fulvo-pubescentib., pedunc. axillar. solitar. petiolum paullo superantib., florib. parv., carpellis parv. subglob. glabris, pedicello aequilongo suffultis. —

Uvaria elegans Wall. Cat. 6474 A. (non B.)
Hab. Malaya ad Penang. — v. s. — Frutex scandens ramosissimus. F. 3—4 p. lg. 1—1½ l., pet. ½ p. Pedunc. graciles, bracteolis 2—3 basi muniti. Sepala minuta basi cohaerentia, persist. Pet. exter. ½ pollic. ext. fulvo-seric. int. cinereo-incana, b. excavata, rubra, interiora plus quam dimid. minora. Stam. processu connect. brevi crasso ovali apiculata. Ovar. oblg. pellucido-glandulosa, stylo brevi. Ovula in axi 8—10 biserialia, in pulpa nidulantia. Carp. ½ p. lg. Semina 2—6 compressa obovata, atro-fusca. biserialia, scrobiculata.

14. MELODORUM PISOCARPUM (H. f. et T.) l. c. 123. —

F. ellipt. v. oval. b. rotundatis v. acutiusc. ap. angustat. obtusis saep. emarginatis rigide coriac. supra glabr. subt. pallid. pube minutiss. incanis, florib. axillar. solitar., alab. triquetro-subglobosis, carp. pisiformibus. —

Hab. in silv. prope Malacca. — v. s. — Frutex verosimiliter scandens ramosissim. F. 1¾—3 p. lg., 1¼—1¾ l., pet. ⅓ poll. Pedunc. ¼—½ p. b. artic. bracteati. Sep. oval. b. coalita, persist. Pet. exter. late oval. ext. auro-sericea, int. cinereo-incana, macula basilari, inter. dimid. breviora. Stam. processu subgloboso carnoso terminata. Ovar. ovulis in axi 2 superposit. Styli oblg. Carpella toro capitato umbellatim inserta, 4—8 v. plura, oval. v. globosa 2—3 l. lg., pedicello aequilg.; Sem. 1—2 plano-convexa, regul. foveolata, atro-fusca, margine rhaphe lata percursa.

4712. HABZELIA *Alph. DC.*

(Walp. Rep. I. 76.)

1. HABZELIA FERRUGINEA (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 124. —

F. lineari-oblong. acut. b. rotundat. subt. fusco-pubescentib., florib. axillar. solitar. —

In peninsula Malayana ad Malacca. Griffith! — Arbor. Ramuli vix rugulosi, cortice fusco, pubescentes demum glabrati, juniorib. cum omnib. part. novell. dense ferrugineo-tomentosi. F. 5—7 poll. lg. 1½—2 l., petiolo vix 2 lin. lg, coriac. rigida, supra glabra lucida, subt. pallide fusca, petiol., nervisque tomentosis. Pedunc. ½ poll. lg. pr. bas. squamul. minutis bracteolati, tomentosi. Sep. ovata. Pet. 1—1¼ pollic., fulvo-tomentosa. Ovar. dense ferrugineo-strigosa. Carp. 2 pollic. lg., laevia, glabra. Sem. oblg., testa spongiosa, uniserialia.

2. HABZELIA OXYANTHA (H. f. et T.) l. c. —

F. ovalib. v. oblong. abrupte acuminat. utrinque glaberr.; florib. axillarib. fasciculatis.

Uvaria oxyantha Wall. Cat. 6478.
In penins. Malayana ad Singapur. (v. s. in Herb. Linn. Soc.) — Arbor. Ramuli validi. F. 7—8 p. lg., 2½—3½ l., pet. ⅓ p., coriac., peduncul. petiol. paullo superantes. Sep. connata late ovata; petala griseo-puberula, 1¼—1½ p. lg., siccitate dorso costata. St. et ovaria H. ferrugineae.

4714. XYLOPIA *Lin.*

(DC. Prodr. I. 92. — Walp. Rep. I. 75.)

(4716.) *Coelocline* A. DC. mém. *Patonia* Wight Ill. 1. 8.

Hooker et Th. Fl. Ind. I. 124.

Sep. 3 b. (saepe alte) connata. Pet. 6 aest. biseriatim valvata elongata subaequilonga, crasse coriacea; exter. concava, marginib. plan.; inter. b. tant. excavata, superne triquetra. Torus conicus interne ex-

cavatus et ovar. includens, externe stam. gerens. Stam. indef. oblonga, antherar. loculis dorsalib. remotis, connectivo truncato capitato. Ovar. definita, 1—5, sericea, intra torum abscondita, oblong. v. ovalia, styl. elongat. exsertis in conum conniventib. ap. clavat. Ovula 2—6, secus suturam ventralem horizontalia. — Arbores forsan humiles, foliosae ramosae, fol. coriac. lucidis, florib. axillarib. solitar. v. fasciculat., alabastr. longis triquetris. — In India or. species *Xylopiae* tantum ad insulam Zeylaniam et ad peninsul. Malayanam restrictae esse videntur.

1. XYLOPIA MALAYANA (H. f. et T.) l. c. —

F. oblong. b. acutis obt. acuminatis glaberrimis, inflorescentia axillari subtriflora, pedicell. medio unibracteatis, ovariis 5—7.

Hab. Malacca. — v. s. — Arbor. Ramuli graciles, glabri, cortice fusco ruguloso, juniores vix puberuli. F. 3—5 poll. lg., 1½—2 l., pet. ¼ p., coriacea, firma laxe reticulato-venosa, areolis magnis, supra lucida, subt. (in sicco) brunnea. Pedunc. vix lin. lg., subtriflori pubescentes; pedicelli vix longiores. Alabastri strigosi, pubesc., vix semipoll., argute triquetri. Sep. majuscula acuta. Pet. exter. summo apice tantum triquetra. Ovaria dense et lg. albo-pilosa. Ovula 2.

2. XYLOPIA PARVIFOLIA (H. f. et T.) l. c. —

F. oblongo-lanceolat. acuminat. b. acut. utrinque glabr., inflorescent. axill. subtriflora, pedicell. bracteol. plurib. rotundat. imbricatis tectis, ovariis 5. —

Patonia parvifolia Wight. ill. 19. (Walp. Rep. II. 747 n. 2.) Hab. in Zeylania. — v. s. Arbor v. frutex floribund. Ramuli fulvo-pubesc., demum glabrati, fusci albo-punctati. F. 2—3 p. lg. ¾—1¼ l., pet. ½ p., crasse coriac., venul. creberr. reticulat. notata, supra nitida subt. pallida. Fasciculi florum subsessil.; pedic. breviss.; bracteola suprema calyci adpressa, rotunda v. reniform. Alab. ½ p. lg. fusco-sericei. Sep. ad med. coalita, acuta. Pet. utrinque pubesc. Ovula 4—6. — (Patonia Walkeri est spec. Diospyri.)

3. XYLOPIA NIGRICANS (H. f. et T.) l. c. —

F. ellipt. v. lanceolat., obt. acuminat. glaberr., flor. axill. solitar. v. ternis; bracteol. 1—2 minutis, ovar. 5. —

Hab. Ceilon. Thwaites! n. 615, 1038. — v. s. — Frutex. Ramuli graciles, foliosi, cortice ruguloso, albido, glabro; partes novellae puberulae. F. b. acuta, in sicco atro-viridia, ten. coriac. fors. undulata, subt. pallidiora, 3 p. lg., 1¼ l., pet. ⅕ p. Pedic. vix ¼ p., graciles bracteol. decid. Alab. ½ p. Fl. fere Xylop. parvifoliae, sed pet. exteriora fere ad ap. excavata, mucrone triquetro abbreviato. Ovula c. 4. — Carp. matura in sutura ventr. dehiscunt seminaque in pulpa rubra nidulantia exponunt. (Teste Thwaites.)

4. XYLOPIA CAUDATA (H. f. et T.) l. c. —

F. oblongo-lanceolat. lg. et obt. acuminat. mucronulat. subt. sericeo-incanis, florib. minut. solitar. v. fasciculat., ovar 2.

Guatteria? caudata Wall. Cat. 6452.

Hab. in Malaya: Singapur. Wall.! Malacca Griff. — v. s. — Frutex ramosissimus. Ramuli stricti gracillimi. F. 1¾—2¼ p. lg. ⅔—1 l., pet. vix 2-lineari. Pet. utrinque sericea subaequilonga, ¼ pollic. Ovar. 2 in sutura ventrali biovulata. Styli ex toro lg. exserti. Carp. 1—2, vix ½ pollic. Semina 2 superposita.

5. XYLOPIA CHAMPIONII (H. f. et T.) l. c. 126.

F. ellipt. glabr. subt. sub lente sericeo-puberul., peduncul. axill. solitar. abbreviat., alab. oblong. obt., fusco-seric., petal. exter. latiuscul. obtus., ovario solitario quadriovulato. —

Hab. in Zeylania Gardner! Champion! — v. s. — Arbor. Ramuli graciles. F. 3—4½ p. lg. 1—1¾ l., pet. vix ¼ poll. tenuiter coriac. Pedunc. v. 2 lin. lg. bracteas 2—3 minutas gerentes. Sep. in cyath. trilobum coalita. Pet. ext. ½—⅔ pollic. crassa, concava, inter. ⅓ brevior. Ovar. lg. pilosum. Fruct. (ex icone cl. Champion) breviss. pedicellat. oblong. 1¾ poll. Semina 4 ex icone videntur arillata.

Sect. V. *GUATTERIEAE.*
(Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 91.)

Petala planiuscula v. b. tantum excavata.

CYATHOCALYX *Champ.*

H. et Th. Fl. Ind. I. 126.

Sepala 3, in cyathum tridentatum coalita. Pet. 6 aest. biseriat. valvata, b. concava, circa genitalia constricta, superne plana, coriac. Torus depresso-conicus, concavus. Stam. indef., ang. cuneata, ap. truncata, dorso antherifera. Ovar. unicum, toro concavo part. inclusum, oblong. superne angustatum. Stigma magn., peltat., rotundat. Ovula in sut. ventrali indef., biserial. — Arbores, f. glabr. lucid., florib. terminalib. et oppositifol. solitar. v. fasciculat. — (Hac genus a Centurione Britannico Champion in Herb. Hookeriano breviter destinctum est.)

1. CYATHOCALYX ZEYLANICUS (Champ. mss. in herb. Hook.). — Hook. et Th. l. c. 127. —

F. oblongo-lanceol., pedunculis 1—3 fere pollic., petal. lineari-oblongis.

Hab. in Zeylania, alt. 1—3000'. Walker! Gardner! ad Handtani, Kandi, et Narawelle Galle, Champion! et in Tenasserim ad Mergui, Griffith! — Arbor. Ramuli laeviusculi atro-fusci, adulti glabri, jun. aureo-pubesc. F. 6—10 p. lg. 2—3 l. pet. ½ p., utrinque glaberrima. Sep. in cyathum truncatum ¼ p. alt. ½ p. diam. coalita, dentib. 5 rotund. fusco-sericea. Pet. 2½ p. lg. fusco seric., obt. ½—⅔ p. l. Ovarium obsc. costat. glabr. Fruct. (ex spec. Griffith) l. oval. utrinque obtusiss., 1½ p. lg. plusquam poll. l., subtorulos. glaber aromaticus. Sem. biser. 8—10. Testa laev. Albumen ruminatum.

4720. ARTABOTRYS *R. Br.*

(Walp. Rep. I. 80.)

1. ARTABOTRYS ODORATISSIMUS (R. Br. in bot. reg. t. 423 non Bl.) — Hook et Th. Fl. Ind. pag. 128. — (Walp. Rep. I. p. 80. n. 1). —

F. oblongo-lanceolatis glabris utrinque acutis, pedunc. 1—2 flor., petalis fere aequilatis, lamina plana oblongo-lanceol., ovariis pauc. glabr., carp. oblongis obt. acuminatis. —

Wall. Cat. 6415! — *A. hamatus* Bl. Fl. Jav. Anon. 60 t. 29. 31 C. — *Uvaria hamata* (DC. Prodr. I. 90 n. 15.) —

Hab. in Zeylania et Malaya forsan indigenus in hort. saepiss. cultus. — Frutex elegans ramulis sarmentosis, cortice albo-punctato. Fol. 2—8 p. lg. 1—2 l., in acumen lg. obtusiusc. producta, ten. coriac. Pet. 1—1¾ p. lg., fusco-sericea, demum glabra. Carp. 2—2½ p. lg. —

2. ARTABOTRYS ZEYLANICUS (H. f. et T.). — Hook. et Th. Fl. J. I. 128.

F. oblong. acut. v. obt. acuminat. utrinque glabr., peduncul. pluriflor., pet. fere aequilatis, lamina plana lanceolata dense fulvo-tomentosa, ovar. numerosis tomentos., carp. obovat., mucronat.

Hab. in Zeylaniae silv. — v. s. — Frutex alte scandens, cortice ruguloso, brunneo glabro F. nerv. crebr. reticulat. 4—6 p. lg. 1½—2½ l. pet. v. 2 lin. l. Pedunculi oppositif. Pedic. ½ p., bractea oblg. suffulti, et b. bracteol. plurimis muniti. Sep. ext. dense fusco-toment. Pet. cinnamomea tomentosa, exter. 1¼ p. lg. crasse coriac. inter. pollic. lg. Ovar. numerosa dense villosa, stylo subulato apiculata. Torus vix convexus, in fr. subglob. fusco-tomentoso, cicatricibus magnis notatus. Carp. granulata, strigoso-tomentosa, ⅔—½ p. lg.

3. ARTABOTRYS CAUDATUS (Wall. Cat. 6417.) l. c. 129. —

F. oblongo-lanceolat. b. acut. in acum. lg. obtus. abr. acuminat. utrinque glaberr., petalor. lam. plana e b. quadrata ang. lineari. —

Hab. in montib. Silhet. Wall. — v. s. — Frutex alte scandens. Ramuli rugulosi, cortice atro-fusco; partes novellae fusco-puberulae. F. 3—5 poll. lg. 1⅓—2 l. pet. 2 lin., ten. coriac., utrinque lucida. Ped. normal. plurifl. Sep. acuta. Pet. 1⅓ p. lg. fusco-strigosa, inter se fere conform.; inter. paullo angustiora.

4. ARTABOTRYS BURMANNICUS (A. DC. mém. 36.) l. c. (Walp. Rep. I. p. 81 n. 4.)

F. oblong. in acum. gracile productis, subt. rufo-hirsutulis, petalor. laminis triquetris, filiformib. subulatis, cinereo-pubescentib. —

Wall. Cat. 6418.

Hab. Ava — Mergui — v. s. — Frutex scandens, ramulis striatulis. F. 3—7 p. lg. 1—2½ l. pet. v. 2½ lin. Pedunculi oblique oppositif. plerumque 1 flori. Pet. ut in A. suaveolente sed lamina triquetra. Carpella obovato oblg. ¾ p. lg.

5. ARTABOTRYS SUAVEOLENS (Bl. fl. jav. An.) Hook. et Th. l. c. — (Walp. Rep. I. 81. n. 3.)

Wall. Cat. 6416.

In silvis densis Silhet. in Malaya ad Penang et Malacca. — Frutex alte scandens. F. tenuiter coriac. 3—5 p. lg. 1—1½ l. pet. vix ¼ pollic. Flores in fasciculos plurifloros congesti, bracteis decid. suffulti, flavidi suaveolentes, ½ p. lg.

CANANGA *Rumph, non Aubl.* (DC. Prodr. I. 90.)

Hook. et Th. Fl. Ind. I. 129.

Sep. 3. Pet. 6 aest. aperta, biserialia longa, linearia, aequalia. St. numerosa, linear., connectivo ultra anther. dorsal. in process. carnosum ovatum acutum producto. Torus convexiuscul. med. subconcavus. Ovar. oblong. in styl. anguste oblong. sens. attenuata. Ov. numerosa biseralia. Stigm. subcapitata, ope gelatinis inter se subcoalita. — Arbor excelsa floribunda.

1. CANANGA ODORATA (H. f. et T.) l. c. —

F. ovato-oblong. lg. attenuatis plerumque obliq. margine undulatis, pedunc. axill. 2—4 flor. —

Roxb. Fl. Ind. II. 661. — Wall. Cat. 6457. — W. et A. Prodr. 1. 8. — Blume Bydr. 14 fl. jav. Anon. 29 t. 9 14 B. — *Unona odorata* (DC. Prodr. I. 90. n. 18.* — *Uvaria Cananga* Vahl. — *Uvaria farcta* Wall. Cat. 6460. — *Uvaria axillaris* Roxb. Fl. Ind. II. 667. — *Uvaria Gaertneri* (DC. Prodr. I. 88. n. 3.) — *Unona leptopetala* (DC. Prodr. I. 91 n. 30). — *Unona velutina* Blume fl. jav. An. 31. non Dunal nec Roxb. — *Unona velutina* Gaertner fr. II. tab. 114. f. 2.

Hab. Ava — Tenasserim — in tropicis utriusque orbis frequentissime culta. — Arbor excelsa.

4717. UNONA *Linn.*

Sect. *DESMOS* Dunal
(DC. Prodr. I. 91.)

Petala 6, carpella inter semina constricta.

1. UNONA DUMOSA (Roxb. Fl. Ind. II. 670.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 131. —

Scandens fol. obovat. v. ovalib. b. cordat. supra glabr., subt. dense tomentosis, peduncul. extra-alaribus gracilib. pendul., petal. obovat. spathulat. ap. angustat. carp. 2—3-articulat. —

Wall. Cat. 6429.

Hab. in prov. Silhet. Fl. Ap. Fr. Octbr. — Frutex dumosus, scandens. F. 3—5 p. lg. $1^1/_2$—$2^1/_2$ l. pet. vix $^1/_4$ p., juniora utrinque pubescentia. Pedunc. 1—$1^1/_2$ p. lg., tomentosi, bracteola ovata tomentosa $^1/_4$ p. lg. muniti. Sep. semipollic. Pet. tenuia, nervosa, glanduloso-punctata, utrinque adpressa, pubesc., exter. f. 3-pollic. lg., 1—$1^1/_2$ p. l., b. in unguem latum angustata, inter. paullo breviora et angustiora. Torus medio depress. Ovar. 3-ovulata. Stigma breve, obovatum.

2. UNONA DUNALII (Wall. Cat. 6425.) Hook. et Th. l. c. —

Scandens, fol. oblong. v. oblongo-lanc. submembran. utrinque glabr. v. subt. sparse et adpresse pubescentib., pedunc. axillar. v. terminalib., petal. e b. lata lanceolat.; carpell. 1—3-articulatis. —

Hab. Concan; in silv. Chittagong ad montem Sitakund, et in penins. Malayana ad Penang. — v. v. — Frut. scandens, cortice griseo rugoso. F. 3—$4^1/_2$ p. lg., $1^1/_4$—$1^3/_4$ l. pet. pubescente $^1/_4$ p. Pedunc. $^1/_2$—$1^1/_4$ p. pubesc. infr. med. bracteol. 1—3 minutis muniti. Fl. pallide flavescentes, suaveolentes. Sep. lata ovata $^1/_3$ p., acutiuscula. Pet. nervosa subglabra, exter $1^1/_2$ p. lge $^1/_2$ p. l. inter. paullo minora. Torus parum elevatus, vix excavatus, inter ovar. lge et dense strigosus. Ov. 4—6. Pedunc. fructus interd. 4 p. Torus globos., pisiform. Carp. 10—15, pedicello $^1/_4$—$^1/_2$ pollic. adpr. fulvo-strigoso. Articuli 1—3 saepe solitarii, rugulosi, ovales, ultim. acutus v. mucronatus.

3. UNONA ZEYLANICA (H. f. et T.) l. c. 132. —

F. elongato-lanceol. submembranac. utrinque glabr. v. subt. vix puberul., pedunc. axillar. brevib., petal. oblong. lanceolat. acut., articulis fructus 1—4.

Hab. in Zeylania alt. 2—3000' — v. s. — Arbor? Ramuli graciles, grisei v. nigricantes, rugulosi, glabri, partes novellae pubesc. F. b. acuta 5—8 p. lg. $1^1/_4$—2 l. superne nitida, subt. pallida glaucesc.; pet. $^1/_2$ p., glabri. Pedunc. solitarii v. bini, interd. supra-axill., graciles $^1/_2$—$^3/_4$ p, b. squamellati. Sep. oblg. lanceol. ext. puberula 2 l. longa. Pet. coriac., glabra; exter. pollic. $^1/_4$ l. inter. $^2/_3$ p., angustiora. Stam. latissima, abbrev. Ovula 2—4, in gelatina immersa. Torus superne parum excavat., in fructu globos. Carp. 10—20 (immatura) pedicello 2 lin. lg. Articuli 1—4, glabri, rugulosi, ultimus apiculatus.

4. UNONA LAWII (H. f. et T.) l. c. –

F. oblongo-lanc. tenuit. coriac. supra sub lente sparse puberulis (demum glabratis) subt. glauc. pubescent., pedunc. suboppositifol. gracilib., petal. ang. linearib., carp. 1—3-articulatis. —

Hab. in silv. Malabar, Wight! — Concan, Law! — v. s. — Ramuli graciles, foliosi, junior. pubescentes. F. basi rotundata, $2^1/_2$—$4^1/_2$ p. lg. $^3/_4$—$1^1/_2$ l., pet. $^1/_5$ p. pubescente. Pedunc. pubesc. pollic. med. bracteam ovatam 1—2 l. lg. gerentes. Sep. $^1/_3$

pollic. Pet. ext. 2½ p. lg., vix ¼ p. l. e b. rotundata linearia, tenuiter coriac. inter. 1¼—1½ p. lg. sericeo-pubescentia. Ovar. 2—3 ovulata. Tor. convexus med. depresso-concavus. Carp. indef. pedic. ¼ poll. suffulta, articul. 1—3 ovali-oblg. nigricantib., ultima mucronata.

5. UNONA DISCOLOR (Vahl. symb. II. 63 t. 36.) l. c. p. 133. —

Fol. oblong. oblongo-lanc. v. lanceol. b. rotundat. v. cordatis rar. acutis, ap. plerumque acutis, supra glaberr. nitid. subt. glauc. glabr. v. sparse pubescent., pedunc. extra-axillarib., petalis e b. lata lanceolatis ap. obtusiuscul. sericeis v. subglabr., carp. 1—6-articulatis.

DC. Prodr. I. 91 n. 24. — A. DC. mém. 28. — Wall. Cat. 6420 excl. B. E. F. Roxb. Fl. Ind. II. 669. — Blume Fl. Javae Anon. 53; W. et A. Prodr. I. 9. — *Unona Chinensis* (DC. Prodr. I. 91). — *Unona Amherstiana* A. DC. mém. 28. Wall. Cat. 6424. — *Unona laevigata* Wall. Cat. 6428. — *Unona biglandulosa* Bl. Bijdr. — *Unona undulata* Wall. pl. As. rar. III. 256. — *Unona Roxburghiana* Wall. Cat. 6423 B. (non A.) — *Unona Lessertiana* (DC. Prodr. I. 90 n. 17). — *Desmos Chinensis* Lour.! —

α. *pubiflora:* f. late lineari-oblong. acum., saepe 5—7 p. b. cordat. florib. seric. (Unona discolor, Auctor.).

β. *laevigata:* f. oblong. v. lanceol. plerumque 3—4 p., b. rotundat. florib. glabrescentib. (Unona Chinensis, Auct. — U. undulata, Wall).

γ. *pubescens:* f. subt. dense pubesc. secus costam tomentos. —

δ. *latifolia:* f. late ovalib. (Unona discolor β. bracteata Bl. Fl. Jav. An. t. 26, 31 A quoad folia).

Hab. per totam Indiam australiorem et humidiorem in silv. tropicis: Malaya, Tenasserim, Ava, Chittagong, Sikkim, secus basin Himalayae; Concan, Orissa, Carnatica; Zeylania (v. v.) — Frutex v. arbor mediocris. Rami divaricati, nigro-fusci, tuberculis albis conspersi; part. novell pube aureo fuscescente subsericeae. F. 2—8 p. lg. 1—2½ l., pet. vix ¼ p. Pedunc. graciles 1—2 p. lg., infra med. bracteam oblg. v. lanc. 1—3 lin. lg. (rarius foliaceam 1—2 poll.) deciduam gerentes. Fl. solitar., nutantes sordide virentes, demum flavesc. v. ochroleuci. Sep. b. vix coalita, membran., punctis glandulosis conspersa, sericeo-pubesc. v. subglabra, ovato-lanc. acuta ½ p. Petala demum 2 p. et ultra, inter. angustiora et plerumque paullo breviora. Stam. oblg. antherar. locul. inaequalib., interiorib. breviorib., connect. in process. oval. producto. Torus depress., med. aliquot excavatus. Ovar. 5—6 ovulata. Pedunc. fructifer saepe incrassat. Tor. incrassatus glob. Carp. plurima, pedicell. ⅙—1 p. lg. Articuli l. oval., 1—6, pisi magnitud. utrinq. obtusi, ultimus apiculatus, rugulosi, demum baccati, viridi-purpurascentes.

6. UNONA DESMOS (Dunal. Anon. 112). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 134. —

Arborea? f. oblong. v. lin.-oblong. b. rotundat. ap. acut. v. acuminatis subcoriac., rigid. subt. pubesc., peduncul. extra-alaribus elong. gracillim. nutantib., pet. ovato lanc., carpell. 1—5 articulatis.

Unona Cochinchinensis (DC. Prodr. I. 91 n. 26). — *Unona pedunculosa* A. DC. mém. 28. (Walp. Rep. I. 77 n. 15). Wall. Cat. 6422. — *Unona discolor*. Wall. Cat. 6420. E. F.

Hab. Ava, Tenasserim et Malaya.

Sect. *DASYMASCHALON* Hook. et Th.

Petala 3, 1 serialia, interior. plane deficientib. Carp. inter semina constricta.

7. UNONA LONGIFLORA (Roxb. Fl. Ind. II. 668). Hook. et Th. l. c. —

Fruticosa, fol. lg. petiolat. oblong. v. lin-oblong. magnis membranac. utrinq. glaberr. supra nitid. subt. glauc., pedunc. axill. 1 flor., petal. longiss. lin-lanceol., carp. 1—4-articulatis. —

Wall. Cat. 6419.

Hab. Assam! Khasia infra 3000', Silhet, Chittagong. — (Fl. Apr., Maj., Fr. Octbr.) — Frutex ramosus. F. 6—15 p. lg., 2—4 l., pet. incrassato, cylindrico $1/2$—$3/4$ p., punct. pellucid. creberr. notata. Pedunculi pluribracteati, bracteis linearib. minutis, superne graciles apice subclavati, longitudine valde varii 1-plerumque 4—10 pollic. Alab. elongati 4—6 poll. lg. Sep. 3 rotundata reniform. vix 2 lin. lg. Pet. 3 quorum 2 saepiss. in unum coalita, plano-convexa, crasse coriac. ap. contorta, laev., glabra, b. $1/2$—$2/3$ p. lata ext. aurantiaca v. ex aurantiaco viridescent. interne flavida. Ovar. 2—4 ovul. Stigm. pubesc., recurva. Tor. ap. truncat. Carp. numerosa, toro dilatato cylindrico inserta, pedic. $1/4$—1 p.; articuli 1—4, $1/3$—$2/3$ p. lg., terminal. apiculatus.

8. UNONA DASYMASCHALA (Bl. Fl. Jav. Anon. 55 t. 27). Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 135. —

Arborea? fol. breviss. petiolat. obovato-oblong. b. cordatis subt. glaucis, peduncul. axill. gracilib., petal. lineari-lanceolat., carp 1—7- articulatis. —

Alph. DC. mém. 28. cfr. (Walp. Rep. I. p. 77. 13). — Wall. Cat. 6421. — *Uvaria discolor* Wall. Cat. 6420 B. — *Uvaria Alphonsii* Wall. Cat. 6426.

α. *Blumei:* ramulis glabris, f. subt. glabr. v. sub lente sparse puberulis.

β. *Wallichii:* ramulis fulvo-tomentosis, f. subt. dense pubescentib., siccis purpureo-glaucis.

Hab. Ava, Tenasserim, penins. Malayana. — v. s. — F. oblonga 5—9 p. lg. 2—4 l., coriacea opaca supra glabra. Petiolus incrassatus 1 lin. lg. Pedunc. penduli juxta basin bracteola minima lin. munita. Sep. $1/4$ p. late ovata, mucronata. Petal. plana coriac. f. 3 uncias lg., juniora ext. pubescent. int. longitudinaliter carinata. Torus convexo-trunc. Ovar. 6—7 ovul. Carp. pedic. $1/4$ p. stipitata; articulis oblg. strigoso-pilosis, demum glabrescentib., ultimo apiculato.

Sect. *PSEUDO-UNONA* Hook. et Th.

Petala 6. Carp. inter semina non constricta.

9. UNONA PANNOSA (Dalz. in Hook. Kew. misc III. 207). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 135.

F. ovato-lanc. obt. acuminat., florib. axillar. subsessilib., pet. oblongo-lanc. villos., carp. ovoid. laxe pilosis. —

Uvaria mollis Wall. Cat. 6475.

Hab. in montib. Concan — Malabar. — Fl. Aug. Octbr. — (v. s. in hort. Lin. Soc. et in herb. Wight.). — Arbor. F. pallida, $2^{1}/_{2}$—4 p. lg. $3/4$—$1^{1}/_{2}$ l. pet. vix 2 lin. lg., pellucido-punctata, coriacea. Sep. ext. villosa, ovata acuta 3 lin. lg. Pet. 1—2 pollic. b. unguiculata, interiora paullo angustiora. St. brevia cuneata; process. connectivi capitatus subtruncatus, Torus elevatus convexus dense aureo-strigosus. Ovar. 8—12 in styl. brevem angustata. Stygma depresso-capitatum. Ovula in axi 2—3. Torus fructus tomentosus. Carp. subsena v. abortu pauciora brevissime pedicellata, $2/3$ poll. lg. Sem. 1—3 magna; testa nitida laevi.

Species ob fr. ignotum dubiae.

10. UNONA PRAECOX (H. f. et T.) l. c. p. 136. —

F. lanceolatis acuminat. florib. in axill. folior. delaps. cum ramulo solitariis, longiuscule pedicellat. nutantib., petal. linearib. elongat. glabriusculis. —

Hab. Assam, Simons! — Fl. Febr. — v. s. — Arbor forsan humilis. Ramuli rugulosi, cortice griseo, in specimine suppetente florido f. adultis orbati, floribus una cum f. novellis e gemmis axillaribus evolutis. F. (novella) tenuia, incano-puberula 2—3 p. lg. ³/₄—1¹/₄ l. pet. vix ¹/₄ p. Pedunc. graciles, pollicar. cum ramuli tuberculo axillari piloso inserti. Sep. lineari-oblg. acuta membranac. ²/₃ p. lg. Pet. 2¹/₂—3 pollic. tenuissima. St. truncato-capitata. Ovaria glabra; stylo oblg., piloso. Ovula in sutura ventrali 2—3.

11. UNONA STENOPETALA (H. f. et T.) l. c. —

F. breviss. petiol. obovato-lanc. v. lineari-oblong. b. versus angustatis b. obtus. et oblique emarginatis, florib. secus ramos crassiores dense fasciculatis, petal. angustiss. linearib. angustatis.

In provincia Tenasserim ad Moulmein Lobb. — v. s. — Arbor? Ramuli graciles, junior. fusco-pubesc. F. acuminata 4—6 p. lg. 1¹/₄—1¹/₃ l. pet. vix lin. lg. Pedunculi in massam lignosam varie ramosam coaliti squamul. vestiti; pedicelli pubesc. ¹/₄—¹/₂ p., b. bracteolas 1—2 lanceolat. gerentes. Sep. basi subconnata, lg. angustata, ¹/₃ p. lg., ciliata ext. pubesc. Pet. 2—3 pollic. vix lineam lata, ext. sericeo-puberula; exter. b. parum dilatata, connata, obt. carinata; inter. paullo angustiora, b. remota. Ovaria 4—7, villosa oblg. Ovula 5 horizont.

Species dubiae.

12. UNONA CAULIFLORA (H. f. et T.) l. c. p. 137. —

F. lineari-oblong. v. lin-lanceol. breviss. petiol. b. rotundatis obtusis, floribus secus ramos fasciculatis, sepalis dense pilosis, petal. linear., sericeis. —

In penins. Malayana ad Singapur! — v. s. — Arbor? Ramuli dense fusco-tomentosi. F. 5—6 p. lg. 1¹/₄—1¹/₃ l., pet. vix lin. lg., incrassato tomentoso, tenuiter coriacea, nervis falcatis. Flor. in fasciculo pauciores quam in Un. stenopetala. Pedicelli pedunculo abbreviato lignoso ramoso inserti, ¹/₄ p. lg., tomentosi. Sep. ovata lanc. ¹/₂ pollic. Petal 2¹/₂ p. lg., ¹/₄ p. l., (ex sicco) laete rubra. Stam. indef. brevit. cuneata, truncata, antherar. loculis discretis. Ovaria ovalia dense albo-strigosa. Ovula in sut. ventrali 3—4.

4713. **POLYALTHIA** *Bl.*

(Walp. Ann. II. p. 18.) — Hook. et Th. l. c.

Polyalthia, §. 1, Blume Fl. Jav. An. 70. — (*Eupolyalthia* Bl.)

Sepala 3. Petala 6, biserial., ovata v. elongata coriac., plano-convexa, aest. valvata. St. indef., connectivo truncato-capitato; anth. linoblong. dorsalib. Torus apice truncatus, planus. Ovar. indef., oblong., in sut. ventrali prope b. biovulata. Styl. oblong. Carpella Guatteriae.

1. POLYALTHIA CINNAMOMEA (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 138. —

F. lanceol. b. angustatis cordatis breviss. petiolat. peduncul. extraalaribus unifloris, petal. oblong. acut. extus sericeis, carpell. glob. brevit. pedicellat. fusco-tomentosis. —

Guatteria cinnamomea Wall. Cat. 6444. — *Guatteria multinervis* Wall. Cat. 6445. In penins. Malayana ad Penang et Singapur. — v. s. — Arbor, ramis cinereis rugos. Ramuli fulvo-tomentosi F. 6—10 p. lg., 2—3½ l., pet. 2—3 lin lg., pubesc. incrassato', tenuiter coriac., superne glabra nitida secus costam puberulâ, subt. pubesc. secus costam nervosque tomentosa. Pedunc. solitar. v. bini fulvo-tomentosi ½ p., b. bracteol. 2—3 linearib. muniti. Sep. rotundata, acuta, pubesc. Pet. ⅔ pollic.; exter. paullo latiora crasse coriac. Ovaria dense strigosa. Torus fr. incrass. Carp. fere pollic., pedic. ⅓ p. lg., tomento denso longo intertexto fusco vestita. Semen erect. conforme; testa pericarpio coadunata; endospermio nitido tenui.

2. POLYALTHIA OBLIQUA (H. f et T.) l. c. —

F. subsessilib. lin-oblong. obt. acuminat. b. parum angustat. obt. cordat., pedunc. axill. 1-floris, pet. oblong. obtus. ext. sericeis, carpell. globos. pedicellatis. —

In penins. Malayana ad Malacca. — v. s. — Arbor, ramuli viminei. F. 4—6 pollic. lg. 1—1¾ l., pet. vix lineam lg., rigide coriacea glaberrima. Pedunc. ½—1 p. lg. Sep. rotundata pubesc. Petala ¼ p. lg. crasse coriac. Torus truncatus. Ovar. strigosa, subdef. Carp. atro-fusca, glabra, granulosa, pisi majoris magnitud, pedic. ½ p. lg.

3. POLYALTHIA CAULIFLORA (H. f. et T.) l. c.

F. brevit. petiol. lanc b. vix acut. ap. obt. acuminatis, pedunc. axillar. fasciculat. elongatis, petal. linearib. extus strigoso-villosis. —

Uvaria cauliflora Wall. Cat. 6176.

Hab. in penins. Malay. ad Singapur — v. s. — Arbor ramosiss. Ramuli graciles virgati. F. 3—6 p. lg., 1—1¾ l., pet. vix 2 lin. lg., coriac. firma, reticulato-nervosa. Pedicelli in axillis folior. delapsor. subterni, filiform. apice subclavati, 1½—2 p. lg., pubesc., ima basi bracteolis paucis squamaeformib. muniti. Sep. ovata acutiuscula, ext. adpresse pilosa. Petala pollic. aequilg.; exteriora paullo latiora. Torus cylindricus truncatus. Ovaria strigoso-pilosa. Fruct. ignotus.

4721. **GUATTERIA** *Rz. et Pav.*

(DC. Prodr. I. 93. — Walp. Rep. I. 81.)

1. GUATTERIA LITORALIS Bl. (Bl. Fl. Jav. 99 t. 49 A.). Hasskarl in Retzia I. p. 117. — Descriptionem valde incompletam Blumei celeberr. notis hisce paucis augmentare licitum mihi videtur: Fruticulus elegans (in horto fructib. undiq. tectus) vix 2½ ped. altus. Rami fastigiati nigrescenti-fusci, rimulosi, nitiduli. Petioli breves 1 lin. vix excedentes erecti, supra leviter sulcati, subt. convexi. F. oblgo-lanc. acuminata, b. attenuata, saepe inaequilatera, 3—5½ p. lg., 10—17 lin. l., integerr., marg. subreflexo, patentia, coriac., supra nitida atro-viridia, subtus pallidiora, nervo medio ibique valde acute prominulo, secundariis intra marg. arcu eleganti inter se cohaerentib. utrinq., inprimis subt. conspicuis. Fl. oppositifolii, nunc irregulariter laterales, parvi, virides, nutantes, plerumq. solitarii, hinc inde 2—3 nive; pedic. brevissimi. Calyc. sep. acuta, reflexa, supra b. dein decidua. Pet. viridia, exteriora multo minora ovata acuminata erecta, interiora plus quam 4-plo majora subrotundo-ovata, acuta inflexa, genitalia obtegentia, 2 lin. diam., atro-viridia glabra. Stamina plurima albescentia, truncata, vertice transverse oblga. Germina viridia et fructus vid. Bl. l. c., sed pedicelli pariter ac carpella glaberr., lucidi, miniati, 2 lin. lgi, teretes exsulci; carpella ovalia obtusa, b. haud angustata (nec attenuata purpurascentia Bl. l. c.); pericarp. intus carnosum; sem. 5 lin. longum, 3 lin. crassum. — Planta ex ditione „Bantam" in hortis bot. introducta.

2. GUATTERIA FRAGRANS Dalz. Dalzell in Hook. j. Kew gard. misc. III. 206. —

Fol. breve petiolatis elliptic. acuminat. b. obtusiusc. glabr. membranac. nitid., peduncul. axillarib. brevib. ramos. velutinis 5—12 floris, flo-

rib. pedicellat. fasciculat. ternis, pedicell. pollic. infra med. bractea cucullata obtusa caduca instructis. —

F. 7—9 p. lg., venae costal. numerosae, parallelae, subt. prominulae. Pedicelli pedunc. ramorum aeq. Cal. 3-partit.; segm. brevia, obtusa, ap. recurva, caduca. Pet. omn. aequilg., ang., lin., acuta, lutea, $1^1/_2$ p. Ovar. numerosa, dense tomentosa; ovul. 1 e b. loculi oriens. Fr. ovalis pollic. — Cresc. ad pedem jugi Syhadrensis prope Sivapore. Fl. Novbr. Flores fragrantes.

3. GUATTERIA LONGIFOLIA (Wall. Cat. 6442). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 139. (Walp. Rep. I. 81 n. 2). —

Foliis e basi lata longissime angustatis, florib. versus apicem pedunculi axill. racemosis, petalis elongatis, carpellis ovoideis.

W. et A. Prodr. I. 10. — Wght. ic. t. 1. — *Uvaria longifolia* Lam.; Roxb. Fl. Ind. II. 664. — *Unona longifolia* Dunal. Anon. 109; (DC. Prodr. I. 90. n. 19).

In sylvis Zeylaniae et Tanjor — per totam Ind. tropicam frequentissime culta (v. v. cultam).

4. GUATTERIA BIFARIA (Alph. DC mém.). Hook. et Th. l. c. — (Walp. Rep. I, 81. n. 4). Wall. Cat. 6447.

In Ava circa Prome, Wall.!

5. GUATTERIA CERASOIDES (Dunal. Anon. 28). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 139. —

Fol. lanceol. v. oblongo-lanc. subt pubescentib., pedicell. 1—3 ad apicem pedunculi axillaris tuberculiformis, petal. ovato-oblong. carpell. ovoid. apiculatis, longe pedicellatis. (DC. Prodr. I. 93 n. 5.)

Wall. Cat. 6436. — W. et A. Prodr. I. 10.

In montib. tropic. et subtrop. Bahar., Crissa, Dekhan, Maysor, Courtalam, et forsan totius Carnaticae. — v. s.

6. GUATTERIA PERSICAEFOLIA (H. f. et T.) l. c. 140. —

F. lanceol. acuminat. b. angustat. obliq., subt. sparse puberulis, pedicell. 2—3 fasciculat. pedunc. supra-axill. breviss. suffultis, petal. fere rodundat. exterior. minorib., carp. globosis. —

Hab. in Zeylania ad Narawelle, Champion! — Fl. Apr. — v. s. — Frutex. Ramuli grisei. F. plerumq. in acumen lg. gracile attenuata, 2—4 p. lg., $^2/_3$—$1^1/_4$ l., pet. vix lin. lg., coriacea. Pedunc. vix l. lg.; Pedicelli $^1/_4$—$^1/_2$ p. lg., fusco-pubesc. Fl. parvi. Sep. ovata, acuta, strigoso-tomentosa. Pet. crasse coriac., strigoso-pubesc.; exteriora sepalis duplo majora; interiora ext. fere duplo majora $^1/_4$ p. lg. Ovaria dense strigosa. Torus fr. parvus. Carp. 10 v. plura, pedic. vix lin., pisi magnitud., granulata, vix puberula.

7. GUATTERIA CORINTI (Dunal. Anon. 131). — Hook. et Th. p. 141. —

Prodr. I. 94 cfr. (Walp. Rep. I. p. 81. 2.) — Wght. ill. 1. 398. — *Guatt. acutifolia* Wall. Cat. 6438. (excl. D.) —

In Zeylania, Malabar, Tanjor et Courtalam. —

8. GUATTERIA JENKINSII (H. f. et T.) l. c. 141. —

F. oblongo-lanc. utrinque glaberr., pedicell. axill. plerumque solitar., petal. (magnis) ovato-lanc., carp. oblong., pedicellat. —

Hab. Assam — Silhet Malacca — (v. v.). — Arbor (forsan scandens) ramosiss. Ramuli stricti graciles; F. 4—7 p. lg. $1^1/_2$— 3 l., pet. $^1/_3$ p., tenuiter coriac. lucida. Pedic. (rarius bini) $^2/_3$— 1 p. lg. fulvo-tomentosi, b. bracteolis minutis stipati, med. et prope apic. bracteolam rotundat. v. oblg., deciduam gerentes. — Sep. $^1/_3$ p. lg. oval. ext. tomentosa. Pet. b. angustata, plana ten. coriac., ext. $1^2/_3$, int. $1^1/_4$ p. lg. ($^1/_2$ p. l.), juniora cinereo-incana, demum puberula tantum. Ovar. strigoso-pilosa. Tor. fr. glob., toment. Carpella apiculata, $^2/_3$ poll., pedic. aequilg., glabra, minute granulosa.

9. GUATTERIA COFFEOIDES (Thwaites mss.) l. c. —

F. lanc. v. oblongo-lanc. utrinq. glaberr., pedicell. axillarib. solitar., petal. lanc., carp. ovoid. obt. rostratis in pedicell. aequilg. attenuatis. —

In Zeylania, Thwaites! (Nr. 2503) v. s. — Arbor cortice cinereo rugoso glabro. — F. b. acuta v. rar. rotundata, tenuia, pellucide punctata, margine undulata obliq. nervosa, 4—7 p. lg., 1—2½ l., pet. ¼ p., pedic. axill. v. ad axill. folior. delapsor., pollic. b. articulati, bract. 2. 3 squamaeform. deciduis muniti. Sep. f. rotundata. Pet. coriac. pollicaria, interiora paullo longiora. Torus fr. glob. toment. Carp. granulosa, cinereo-puberula, ½ p. lg. —

10. GUATTERIA SIMIARUM (Ham. Wall. Cat. 6440). — Hook et Th. Fl. I. I. 142.

F. ovalib. vel ovat. valide costat., pedic. axill. 2—3 fasciculatis nudis, petal. lin.-oblong. obtus., interioribus longioribus. —

Hab. in Silhet, Assam infer. — v. s. — Arbor, cortice cinereo glabro. F. G. fragrantis sed minora utrinque glaberr. Pedic. graciles pollic., incano-puberuli. Petala glabra, interiora pollic., exteriora ⅓ minora.

11. GUATTERIA SUBEROSA. (Dunal. anon. 28.) l. c. —
(DC. Prodr. I. 93 n. 6.) — Wall. Cat. 6437. — W. et A. Prodr. I. 10.

In Zeylania, Carnatica, Orissa, Bahar, Bengal, Assam, Tenasserim. — Fl. Apr. Maj. — Frutex v. arbor parva. F. 2½—5 p. lg., 1—1¾ lata, pet. 1—2 lin. lg. Carp. pisum parv. magnit. aequantia. —

12. GUATTERIA NITIDA. (Alph. DC. mém. 41.) (Walp. Rep. I. 81 n. 7.) — Hook. et Th. l. c. —
Wall. Cat. 6439. —

In prov. Tenasserim ad Tavoy — in penins. Malayana ad insulam Singapur. — Arbor. Fol. 8—12 p. lg., 3—5 l. pet. ½ p. incrassato, nerv. conspic. parallel. obliquis rectiusculis. Pedic. pollic. prope b. articulatus, medio bracteola munitus. Sepala ad med. coalita, pubesc. subciliata, ½ p. lg. Pet. crassa intus ferrugin.-velutina, fere pollic., inter. paullo minora. Ovaria lineari-tetragona. —

13. GUATTERIA BIGLANDULOSA (Bl. Fl. Jav. An. 102. t. 21). — Hook. et Th. l. c. 143. —
(Walp. Rep. I. p. 82. n. 18.)

Hab. in Malaya ad Malacca. — v. s. — Caulis fruticosus. Ramuli nigricantes. F. 4—6 p. lg. 1½—3 l. pet. incrassato seric. vix ½ poll., b. rotundata v. acutiusc. marginib. prope petiol. glanduloso-incrassatis, recurvis; nervi validi, leviter incurvi; venatio Oxymitrae. Fl. ignoti. Pedunc. fructig. pollic. Carp. oblg., apiculata, atro-fusca, granulosa, sparse puberula, dem. glabrata. —

Spec. dubiae.

14. GUATTERIA COSTATA. (H. f. et. T.) l. c. —

F. oblong. vel ellipt.-lanc. acut. v. acumin. subt. praesertim secus costam sparse puberulis, pedicellis extra-alaribus solitar. abbreviatis. —

Hab. in Ava ad flumen Attran. — (v. sp. imperf.) — Arbor? F. rigida coriac. 5—6 p., 1½—2½ l., pet. ⅓ p., b. acuta supra saturate viridia, subt. argentea, nerv. prominentib, venulis transversis subconspicuis. Pedicelli ¼ p. Sep. in fr. persistentia, ovata b. coalita. Carp. non adsunt. —

15. GUATTERIA? PALLIDA (H. f. et T.) l. c.

F. oblongo-lanc. acumin. b. rotundat., florib. monoicis secus ramos subsessilib. fasciculat. minutis, fasciculis oppositifol., carp. oblong. brevit. pedicellatis. —

Hab. in prov. Silhet secus b. montium Khasia. — v. v. — Frutex divaricato-ramosus.

Ramuli rugulosi glabri. F. 6—8 p. lg., $1^1/_4$—$2^1/_2$ l., pet. $^1/_4$ p. incrassato, tenuiter coriac. pallide viridia utrinque glaberr. subt. micantia et fere argentea, nerv. arcuatis remotis; Flores supra tubercula lignosa fasciculati. Sep. aest. imbricata, ciliata. Petala 6. — Mas.: Stam. supra columnam central. conicam sessilia, indefinita. — Foem.: ovaria numerosa toro cylindrico inserta, b. staminib. effoetis suffulta, oblg., dense sericea, stigmate subsessili. Ovula 2? e b. erecta. Carp. numerosa, $^3/_4$ pollic., pedic. $^1/_3$ pollic. —

16. GUATTERIA PTEROPUS; Benth. (ex Spruce collect.) — Benth. Kew garden miscell. V. 8. —

Glabrescens, f. elliptico-oblong., cuspidat. costat. b. abrupte contractis et secus petiol. decurrentib., pedunc. 1—3-nis glabriusc. infra med. articulatis, sep. ovatis, petal. obovato-oblong. ferrugineo-tomentosis.

Arb. gracilis, 20 ped., ramuli fusci novelli tenuiss. ferrugineo-tomentelli. F. $^1/_2$ ped., c. 3 p. l., consistent. rigide membranacea. Ped. 8—9 lin. lg., bract. minutae squamaeformes. Sep. 2 lin. lg. obtusiusc. Petala (an perfecte evoluta?) 5 l. lg., undulata, prim. ferruginea, dein canescenti-tomentella, in vivo roseo-virescentia. Bacc. haud visae. — In silva littoris septemtrion. flum. Amazonae, ad confluentiam fl. Rio Negro. —

4710. ANAXAGOREA *St. Hil.*

(Walp. Rep. I. 80.)

1. ANAXAGOREA BREVIPES, Spruce collect. — Bentham. Kew journ. bot. V. 8.

F. oblong. cuspidat. coriac., peduncul. solitar. (bifloris) fructiferis petiol. breviss. excedentib., folliculis tenuiter lepidotis. —

Arbor parva (20 ped.). F. 6—8 p. lg. c. 2 p. l., pet. vix 2 lin., longiusc. cuspidata, b. rotundata, consistentia quam in caeter. specieb. multo firmiore, venis minimis pellucidis. Fl. .... Pedunc. fructif. c. 3 l. lg. Cal. parv., infra fructus patens. Receptac. et folliculi iis A. phaeocarpi a Martio depictis similia. Ovar. ultra 12, follic. tamen abortu saep. paucior., c. stipite pollic. v. paulo longiores, in vivo (teste Spruceo) lutei stipite coccineo, in sicco castanei. — In silva pr. Barra do Rio Negro. —

2. ANAXAGOREA ZEYLANICA (H. f. et T.). (4719.) — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 144. —

F. oblong. v. lineari-oblong. abrupte et obt. acuminatis b. acutis, florib. solitar. oppositifol., stamin. omnib. conformib., ovar. 1—4 ovalioblongis. —

Hab. in Zeylania — v. s. — Ramuli rugulosi, scabridi. F. membranac. utrinque glaberr. subt. pallidiora, secus costam scabrida, 3—6 p. lg., $1^1/_4$—$1^3/_4$ l.; pet. $^1/_4$ p. Pedicelli abbreviati. Flor. diam. $^3/_4$ poll. Sep. late ovalia. Petala oval. exter. crasse coriac. inter. tenuiora. Antherae fere sessiles, stylus ovali-oblg. Carp. spathulata, stipite late compresso, $1^1/_2$ p. longa, mucronata. —

4713 b. OXYMITRA *Bl.*

(4713.) *Polyalthiae* § *Oxymitra* Bl. Fl. Jav. Anon.

1. OXYMITRA LATIFOLIA (H. f. et T.). — H. et Th. l. c. 145.

F. ovalib. v. obov., obtusiss. b. cordatis, pedunculis med. unibracteatis. —

Hab. in ins. Penang. — v. s. — Frutex scandens. Ramuli validi, punctis minutis albis conspersi, juniores dense ferrug.-tomentosi. — F. 6—12 p. lg., 4—7 p. l., pet. $^1/_2$ p., coriac. rigida, subt. dense pubescentia, sec. costam nervosque ferrugineo-tomentosa. Pedicelli $^1/_3$—$^1/_2$ pollic. bracteolati. Sep. rotundata, b. coalita. Pet.

exter. tomentosa, verosimiliter $1\frac{1}{2}$ pollic., sed in specimine imperfecta, interiora late ovata vix $\frac{1}{2}$ p. lg. Ovaria dense aureo-pilosa. —

2. OXYMITRA UNONAEFOLIA (H. f. et T.) — H. et Th. l. c. 146. —

F. oblong. in acumen gracile abrupte product. subt. valde glauc. utrinque glaberr., carpell. br. pedicellatis oblong., apiculatis. —

Guatteria unonaef. (A. DC. mém. 41.) — (Walp. Rep. I. 81. n. 6.) — Wall. Cat. 6435.

In. prov. Tenasserim ad Tavoy. — v. s. — Frutex scandens. F. 5—7 p. lg., 2—3 l., pet. vix $\frac{1}{4}$ p., submembranac. Ped. fructif. $\frac{1}{3}$ p. lg. Sep. in fr. persistentia. Carpella 5—6 oblg., utrinque obt. cum mucrone, pedicell. pubesc. 0,2 lin. lg. suffulta. —

3. OXYMITRA GLAUCA (H. f. et T.) — H. et Th. l. c. 146. —

F. oblong., acut., v. obt. utrinque glaberr., subt. valde glaucis, carpellis ovoideis utrinque obtusis.

Hab. in ins. Penang, penins. Malayanae. — v. s. — Frutex verosimiliter scandens. F. 3—5 p. lg., c. 2 p. l., pet. $\frac{1}{3}$ p., b. rotundata. Pedunculi fructif. pollic., graciles. Carpella numerosa, atro-fusca, pedic. aequilg. suffulta, $\frac{1}{3}$ p. lg, glabra. —

4. OXYMITRA FORNICATA (H. f. et T.) — H. et Th. l. c. 146.

F. lanceol. v. oblong. lanc. subt. glauc. cinereo-pubesc., pedunc. medio bracteatis, petal. oblongo-lanc. nervosis, carpell. anguste oblong., mucronatis.

Uvaria fornicata Roxb. Fl. Ind. II. 662. — *Uvaria Roxburghiana* Wall. Cat. 6423 A. (nec B.)

Hab. in Assam, Silhet, Mergui. — Fl. Maj. — v. s. — Frutex scandens. F. 4—6 p. lg. 1—$1\frac{3}{4}$ l., pet. $\frac{1}{3}$ p. tenuiter coriac. rigida. Pedunc. $\frac{1}{3}$ p. subclavati, bractea oblonga. Sep. $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ p. Pet. exteriora 2-pollic., inter. $\frac{1}{3}$ pollic. Carp. adpresse fulvo-tomentosa, $\frac{2}{3}$ p. lg., pedicello brevi crasso (vix lineam lg.) suffulta. —

PHAEANTHUS *Hook. f. et Th.*

Hook. et Th. Fl. Ind. I. 146.

Sep. 3, elong.-triangularia, parva. Petala 6; exter. parva, sepalis conform. et aequal.; interiora multo majora, crasse coriac. plana, aest. valvata. Stam. linear., connectivo trunc.-capitato, anther. lin-oblong. dorsalib. remotis. Ovar. lin-oblong. 8—12 v. plura, ovulis solit. v. binis, suturae ventr. infra med. insertis adscendentib. Styl. oblong., int. sulcatus. — Arbor? floribus extra-alaribus.

1. PHAEANTHUS NUTANS (H. f. et T.). — Hook. et Th. l. c. 147. —

F. oblong. v. lanc. subt. pubesc., florib. longe pedicell., petal. interiorib. ovato-oblong. longitudinaliter costatis. —

Uvaria nutans Wall. Cat. 6481. — *Uvaria tripetala* Roxb. Fl. Ind. II. 667. — *Uvaria ophthalmica* Roxb. mss. in herb. Linn. soc. — Don gen. Syst. I. 93. — (Walp. R. I. p. 76 n. 7). —

Hab. in penins. Malayana ad Malacca et Singapur. — v. s. — F. 4—6 p. lg. $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{4}$ l., pet. $\frac{1}{3}$ p., tenuiter coriacea. Pedunc. oppositif. v infra-foliac. ferrugineo-toment., 1—2 p. prope b. articulati, ibique bracteas parvas gerentes, in axill. interd. alabastr. minutos foventes. Pet. exter. $\frac{1}{4}$ p., inter. $\frac{3}{4}$—1 p. lg., convexo-plana, sulcis 5 profundis exarata. Ovar. strigoso-pilosa. —

Sect. VI. *SACCOPETALEAE.*
(Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 91.)

Stamina laxe imbricata.

4712. **MILIUSA** *Lesch.* (Alph. DC.)
(Walp. Rep. I. 74.)

Hyalostemma Wall. Lindl. (4729.)
Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 147.

Fl. dioici v. hermaphr. Sep. 3 minuta pet. 6; exter. minuta, sepalis fere conformia; inter. multo majora, ten. coriac. aest. valv., serius cohaerentia. Stam. indef., toro cylindrico inserta, in dioicis tot. torum tegentia, in hermaphr. pluriserialiter circa ovaria imbricata. Antherae extrors. oval. subdidymae, biloc., connectivo vix apiculatae. Ovar. lineari-oblong., stylo oblongo terminata. Ovula 1—2, rar. plura, suturae ventrali inserta. — Arbores. — (Quum Hyalostemma tantum numero ovulorum a Miliusa distinguatur, Hyalost. Wallichiana tamen et H. macrocarpa haud increbre 2 ovula ostendunt, ambo in unum genus constrinximus. —)

1. MILIUSA MONTANA (Gardner mss. in herb. Wight. et Hook.. — Hook. et. Th. Fl. Ind. I 148. —

F. ovato v. oblongo-lanc. plerumque acut. glabriuscul., pedunc. solitar. fl. hermaphr. aequantib. v. paullo superantib., sep. et petal. exterior. glabriusculis ciliatis, toro strigoso-piloso. —

Guatteria montana Moon. Cat. ex Gardn. et Wight.

β. *major:* f. dupl. major., carp. globos. sessil. glabr. atro-fuscis, minute granulat. pisi magnitud. —

Wall. Cat. 6433 C.?

Hab. in Zeylaniae montos., alt. 2—3000′, ut videtur vulgaris. — β. in Zeylania Malabar et Maysor. — v. s. — Frutex ramosissimus. F. ovata, forma et magnit. valde varia, in var α. 1—2 p. lg. ½—¾ l., pet. breviss. Pedunc. b. pluribract. Sep. acuta petal. exter. dimid. breviora. Fl. ⅔ p. lg. Pet. inter. coriac. nervosa acuta glabriusc. Ovaria subglabra, late ovalia toro circa b. ovarior. albo-piloso, caeterum glabro strigoso-piloso inserta. Ovula 2. Stigma ovale. —

2. MILIUSA INDICA Lesch. in A. Dec. mém. p. 36. (Walp. Rep. I. 74. n. 1.) — H. et Th. I. c. —

Ramis tomentosis, f. elliptic. plerumque obtus. subt. pubescentib., pedunc. abbrev., fl. hermaphr., sep. petalisque exterior. incan., pet. interior. ovat. pil. stellatis pubesc. sessilibus. —

Wall. Cat. 6433. A. et B.

In montib. Travancor ad Courtalam. — Fl. Apr. — v. s. — Frutex foliosus. F. ten. coriac. 2—2½ p. lg., ¾—1¼ l., pet. vix lin. lg. — Fl. ¾ p. lg. Petala exter. sep. aequilg., duplo latiora. Ovaria plerumque 2 ovulata. —

3. MILIUSA ZEYLANICA (Gardn. in Herb. Wight.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 149.

Ramul. pubesc., fr. oblongo-lanc. subt. adpresse puberul., pedunc. abbrev., fl. hermaphr., sepal. petalisque ext. pubescent., petal. interior. lin-oblong. —

Hab. in Zeylania alt. 2—3000′. — v. s. — Arbor parva. F. coriacea b. saepe obliq.

2 — 4 p. lg., 1 — 1½ l. pet. 2 lin. Pedunc. b. pluribract. Sep. et pet. exter. fere aequal. pilosa, molliter ciliata. Pet. interiora quam in caeteris specieb. angustiora. Ovar. numerosa. Ovula plerumque 2. Fr. ignot. —

4. MILIUSA WIGHTIANA (H. f. et T.). — H. et Th. l. c. —

Ramul. glabriusculis, f. ang. oblongo-lanc. v. lin-oblong. obt. acuminat. b. acut. utrinque glabr., pedunc. florib. duplo longior. gracilib., florib. polygamo-dioicis?, carp. globos. granulat. glabr. pedicello aequilg. suffultis.

In montib. humidiorib. penins. austr. pr. Courtalam. — Fl. Jul. Aug. — v. s. — Arb. parva. F. tenuit. coriac., lucida, 3—4 p. lg. ¾—1 l. pet. breviss. Pedunc. ¾—1 p. lg. Flores magnitud. eorum M. montanae. Sep. et pet. exteriora minuta, reflexa. Pet. interiora oblg. ext. puberula. Torus glaber. St. (in fl. uno) 1 serialia, longiora et majora 9. in caeter. specieb. Ovaria numerosa, glabra, ovali-oblg., ov. 1. sutur. ventrali inserto. Styl. oblg. —

5. MILIUSA WALLICHIANA (H. f. et. T.). — H. et Th. l. c. —

F. elongato-oblong. lg. acumin. glabr. lucid., pedunc. elg. bracteis plurib. lineari-subulat. sparsis munitis, florib. polygamo-dioic., sepal. petalisq. exterior. subaequalib. lg. linearib. pubescentib. toro fructifero ap. tant. carp. gerente, brevit. strigoso, carp. numerosis transv. ovalib., seminib. 1—2.

Hab. in silv. Assam, Silhet et Cachar, et in montib. Khasia a b. ad alt. 4000'. — Fl. Septb. — Novbr. — v. v. — Arbor parva. F. b. parum obliq. 3 — 6 p. lg. ¾ — 1¾ l., pet. vix 2 lin. Pedunculi solitar. v. gemini axillares v. paullo supra-axill. et terminal., 1 — 1½ p. lg., graciles substricti. Stam. in flore foemin. pauca, effoeta 1 serialia, 4 — 10 (an semper ?). Sep. ¼ p. Pet. inter. fere pollic., secus margines incana. Stam. in flore masc. capitulum globos. formant., toro oblg. superposita. Ovar. oblg. glabra, stylo oblg. apiculata. Carp. foliae minoris magnitudine, b. subumbilicata, pedicello aequilg. suffulta. —

6, MILIUSA ROXBURGHIANA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 150. —

F. oblong. v. lg. oblongo-lanc. abrupte acum. subt. mollit. toment. v. pubescent., pedunc. pubesc. flori aequilg., bract. 2—3-lineari-subulat. munitis, flor. dioic., carp. torum toment. oval. omnino tegentibus, pedic. lg. suffultis oblong., glabr. granulosis.

Hyalostemma Roxburghiana Wall. Cat. 6434. (Walp. Rep. I. p. 91 n. 1.). — *Guatteria globosa* A. DC. mém. 43. (Walp. Rep. I. p. 81. n. 5). — Wall. Cat. 6448. —

In silv. tropicis et subtropicis, Sikkim, Assam, Khasia, Silhet, Tenasserim, Chittagong. — v. v. — Arbor parva. F. forma et magnitud. sicut indumento valde varia, 3 — 7 p. lg., 1 — 2 l., pet. c. lin. lg., Fl. axill. saepe fasciculati. Carp. pedic, ¾ p. lg., subobliqua. Sem. 1 — 2, dum 2 plano-convexa. —

7. MILIUSA MACROCARPA (H. F. et T.). — H. et Th. l. c. —

F. oblong. v. lanc. b. acut. lg. acumin. glabris, florib. ignot., carpell. numeros. oblong. glabr. lg. pedicell., seminib. 1—2.

In silvis densis Sikkim alt. 5 — 6000' (v. v.). — Arbor verosim. parva. F. 5 — 9 p. lg., 1½ — 2¼ l., pet. 2 lin. Pedicelli fruct. stricti, superne incrassati, bipollic. Torus fusco-strigosus. Carp. ¾ p. lg., pedicell. compressis aequilong. suffulta. Sem. solitar. v. bina, et tunc carpella duplo majora. —

8. MILIUSA VELUTINA (H. f. et T.). — H. et Th. l. c. 151. —

F. ovat. v. oblong., b. cordat. utrinque velutino-tomentosis, pedunc. extra-alaribus, pedicello elong. dense tomentos. ebracteat., florib. (hermaphrodytis) ext. dense tomentosis, carp. pubescentib. brev. pedicellat.

Uvaria velutina (DC. Prodr. I. 88 n. 8). — *Uvaria villosa* Roxb. Fl. Ind. II. 661. — *Gualteria velutina* A. DC. mém. 42. (Walp. Rep. I. p. 81. 10. — Wall. Cat. 6441. —

In silvis siccis Bengaliae occid. et Bahar secus basin montium. — Garhwal in silv. pr. Kheri secus basin Himalayae copiose! et in Ava ad Taong-Dong et secus ripas flum. Atran. — Fl. Mart. Apr. — v. s. — Arb. F. 3—6 p. lg. 1³/₄—4 l., pet. ¹/₁₀ p. Pedicelli 3—6, 2—4 p. lg. graciles. Carpella baccata, sicca ¹/₂ pollicar., pedicello ¹/₄ p. suffulta. Semina 1—2. — (Fide Roxb. fructus spec. illius fructib. cerasorum valde similes apparent.) —

4712/₁. SACCOPETALUM *Benn.*

(Walp. Rep. I. 74.)

1. SACCOPETALUM LONGIFLORUM (H. f. et T.). Hook. et. Th. Fl. Ind. I. 151. —

F. ovali-oblong., v. oblongo-lanc. acuminat. supra glabr. subt. adpresse puberul., flor. brevit. pedicell., petal. elong. filiform. ap. subclavatis.

In Bengal. super. ad Purneah, veros. in silv. dens. Terai dictis secus b. Himalayae. — v. s. — Arb. fors. excelsa. F. 8 p. lg., 3 l., pet. ¹/₃ p. ten. coriac. Fl. ad axill. fol. delapsor. solitarii, pedic. ¹/₄ p. Sep. oblg. 2 l. lg. Pet. inter. oblg.-lanc., obt., 1¹/₃ p. lg., b. subsaccata. Torus dense albo-villos. Ovar. albo-strigosa, numerosa. Ovula c. 10. Styli ovario f. duplo longior., gummi exudantes. Carp. subdef., subglob., diam. 1—1¹/₄ p. pedic. ³/₄ p., crasso antice sulcato suffulta, atro-fusca. —

2. SACCOPETALUM TOMENTOSUM (H. f. et T.). H. et Th. l. c. 152. —

F. ovalib. v. ovato-oblong. acut. utrinq. pubesc. v. (juniorib. saltem) subt. tomentosis, pedicell. elong. gracilib., petal. oblong., obtus., styl. ovalibus.

Uvaria tomentosa (DC. Prodr. I. 88. n. 5.). — Wall. Cat. 6472. — W. et A. Prodr. I. 8. — Graham Cat. Bomb.

In montib. Coimbator, Concan, Orissa, Bahar, et in Nipalia centr. in silv. sec. b. Himalayae pr. Gorakpur. — Fl. Apr. Maj. (v. s.). — Arbor. Ramuli rugulosi, cortice griseo, junior. fulvo-toment. F. 4—6 p. lg., 2¹/₂—3 l., pet. ¹/₄ p. b. rotundata v. cord., ten. coriac., opaca subt. pallida. Pendunc. oppositif., abbrev. 1—2 lin., 1—2 flori. Pedic. 2—3 p. lg. Sep. lin—oblg., 2 lin. lg. Pet. inter. oblg., obt. ext. puberula, int. incano-toment. Tor. dense albo-villosus. Ov. late oval., 4—6 ovulata. Carp. 5—15, subglob. poll., pedic. ¹/₂—¹/₃ p., dense fulvo-tomentosa. Sem. 3—4, in pulpa nidulantia. —

ALPHONSEA *Hook. f. et Th.*

(Hook et Th. Fl. Ind. I. 152.)

Sep. 3 rotundata. Pet. 6 subaeq., aest. biseriat. valvata, ovata. Torus alte hemisphaericus. St. indef. pluriserial. Ovaria 1—10 (rariss. solitaria) plerumq. conum ultra stam. lg. eminentem formantia, lin-oblong., subangulata, strigoso-pubescentia, ovula in sut. ventr. indefin. biserialib. Styl. oblong. v. depressus. — Arbores interd. procerae, f. crasse coriac. nitid., florib. in fasciculos oppositifol. congestis, parvis. — (Ad honorem *A. Decandollii* genus dedicatum.)

1. ALPHONSEA VENTRICOSA (H. f. et T.). — H. et Th. l. c. —

F. oblong. v. lin-oblong., pedicell. longiusc. med. bracteolatis, carpellis lg. pedicellatis.

Uvaria ventricosa Roxb. Fl. Ind. II. 658. — Wall. Cat. 6453. —
In silv. provinc. Chittagong. — v. v. — Arbor excelsa. Ramuli grisei rugosi glabri, junior. cum omnib. partib. novell, ferrugineo-tomentosis. F. 6—10 p. lg., 1½—4 p. l. pet. v. ¼ p., coriac. firma. Pedunc. breviss., plerumque vix ulli; pedicelli numerosi, ½—1 p. lg., b. bractea et med. bracteola squamaef. munita. Fl. e viridescente albi odorati. Sep. b. coalita ext. pubesc. Pet. utrinq. fulvo-toment. subtrapezoidea, ¾ p. lg. b. saccata. Ovaria 10; stylo oblg. Carp. 4—8, baccata, ovoidea v. subglob., tomentosa, 1½ pollic., pedicello poll. Sem. 4—8, biserialia. —

2. ALPHONSEA LUTEA (H. f. et T.). H. et Th. l. c. 153. —

F. ovali-oblong., pedic. abbrev., carp. laevib. breve pedicellatis.

Uvaria lutea (DC. Prodr. I. 88 n. 4.) — (non Wall. nec. W. et A.) — *Alphonsea Russelii* Wall. Cat. 6464. —
In montib. Orissa — Silhet — Ava. — (v. s.) — Arbor excelsa. F. 3—4 p. lg. 1½—2½ l., pet. vix ¼ p. Flor. in fasciculos opposit. multifl., sessil. v. breviss. pedunculatos congesti. Sep. decidua. Pet. vix ½ poll. ovata, exter. paullo majora. Ovaria c. 10. Carp. 4—6 brevissime pedicellata, laevia, fulvo-puberula, pulposa, matura laete flava. Sem. 3—6. —

3. ALPHONSEA ZEYLANICA (H. f. et T.). — H. et Th. l. c. 153. —

F. lanc. v. ellipt. lanc., florib. in fascic. paucifl. congest., carpell. verrucosis pedicellatis.

Uvaria lutea α W. et A. Prodr. I. 8 (excl. syn.). Wight Cat. 28. — *Guatteria acutiflora* Wall. Cat. 6438 D. —
In Zeylaniae montosis alt. 2—3000' — in montib. Travancor ad Courtalam. — (v. s.) — Arbor ramosiss. fol. Ramuli graciles, virgati. — F. b. acuta, saep. longiss. acum., 2¼—4 p. lg., ⅔—1¼ p. l., pet. gracili ¼ p., coriac. Pedunc. extra-alares, interd. oppositif., vix ¼ p. Pedic. 1—3, ½ pollic., b. bractea minuta muniti Petala ⅔ p. ext. puberula. Ovar. 5 stylo depresso. Tor. fruct. magnus. glob. Carp. subglob., toro lateraliter inserta pedicello crasso ¼—½ p. obliq. inserta, fulvo-tomentosa (pulposa?). Sem. 4—6, uniserialia, hilo oblongo conspicuo. —

4730. **EUPOMATIA** *R. Br.*

(Walp. Rep. I. 92.)

1. EUPOMATIA LAURINA R. Br. bot. of terra Austr. p. 65, Atlas t. 2. — Curtis bot. mag. tab. 4818. — Hab. secund. cl. Brown in silvis coloniae „Port Jackson“, planta of bot. mag. tab. 4848, missa ex loco. „Pine Apple Place“. — cfr. l. c. pl. descr,

Ordo V. SCHIZANDRACEAE *Bl.*

(*Menispermaceae spuriae* DC Prodr. I. 104. — Walp. Ann. II. 20.)
(Hook. et Th. Fl. Ind. p. 82.)

Flores unisexuales. Sep. et pet. hypogyna ternatim v. quinatim pluriserialia, aestivatione imbricata. St. definita v. indefinita, toro depresso v. conico inserta. Filam. libera v. plus min. coalita. Anth. adnatae, biloculares, plerumque varie heteromorphae. Ovaria indefinita, in capitulum obl. v. subglobos. coalita. Ovula in sutura ventrali 2—3, amphitropa v. fere campylotropa. Baccae dissepimento spurio transverse bi- (rarius tri-) loculares, dispermae. Semina superposita, reniformia, in pulpa nidulantia; testa laevis, crustacea; alb. copiosum, oleosum, embryo minutissimus. — Frutices scandentes, volubiles, glaberr., ramulis elg., junior. b. squamis gemmae persistentib. stipatis, f. integris integerr. v. dentatis, florib. plus minus conspic. pellucide punctatis. — Illius ordinis recta positio nullo dubio proxima est ordini Magnoliacearum inter Magnoliaceas et Anonaceas.

4731. **KADSURA** *Juss.*

(DC. Prodr. I. 83. — Walp. Rep. I. 92. V. 15.)

1. KADSURA ROXBURGHIANA (Arn. in Jard. Mag. Zool. bot. II. 516.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 83. —

Fol. oval. v. oblongis carnosulis, filam. monadelphis, ovariis biovulat.

Kadsura Japonica Wall. tent. Nap. 12 (non Juss. nec alior.) — *Kadsura Japonica* Wall. Cat. 4987 A. B. partim (specim. dextr.) 4985 B. — *Uvaria heteroclita* Roxb. Fl. Ind. II. 663. (Walp. Rep. V. 15. 1).

In Assam et Silhet; in montib. Khasia a basi ad alt. 5000'; et in vallibus calidiorib. Sikkim. — Fl. Maj. Jun. — Frutex alte scandens, trunco diam. pollic. et ultra. Cortex rugosus. Ramuli laeves annulati, basi interd. squamis stipati. F. cum caule articulata, acuta v. acuminata, integerrima v. remote et obscure denticulata, 3—6 poll. long. 1½—3 l., pet. ½ p. Pedunculi petiolum duplo superantes, crassiusculi, b. squamis gemmaceis persistentib. suffulti, et infra medium bracteas 4—6 ovatas minutas gerentes. Fl. diam. semipollic. Sep. rotundata. Pet. rotundata, convexa, carnulosa, interiora minora. Fil. basi in columnam centralem cylindricam coalita; exteriora pauca, superne brevit. libera, crassa, cylindrica, ap. in connectivum carnosum late cuneatum subtruncatum dilatata; superiora usque antheras coalita. Anth. lineari-oblong., connectivo lateraliter adnatae, long. dehisc. Baccae in capitul. globosum diam. 1—2 p. congestae, cuneato-subglobosae, pisi magnit. Sem. 1—2.

2. KADSURA WIGHTIANA Arn. (Walp. Rep. I. 92 n. 4). Hook. et Th. l. c. 81. — Wight. Cat. n. 2478.

F. late ovalib. obt. acuminatis b. cuneatis, filamentis discretis, ovariis 3-ovulatis. —

In Zeylania, alt. 2—3000'; Malabar. — Frutex scandens, glaber, cortice rugoso fusco. Ramuli abbreviati (an semper?) F. basi cuneata, integra v. vix denticulata, subt. pallida, 2—3 pollic. lg. ½—2 l., petiolo ½ p. — Pedunc. axill., validi, petiolum vix superantes, bracteis pluribus squamaeformib. oval. deciduis. Sep. inaequalia, parva. Pet. 9, oval. obtusa, interiora minora. Baccae K. Roxburghianae.

4732. SPHAEROSTEMA *Bl.*

(Walp. Rep. I, 92. V. 15.)

§. 1. Filament. basi monad., ap. liberis.

1. SPHAEROSTEMA GRANDIFLORUM (Bl. Fl. Jav, Schiz. 17). — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 84 —

F. ovato- v. oblongo-lanceolatis acuminat. b. acutis remote denticulatis, peduncul. lax. elongatis, toro fructus elongato crasso carnoso. —

Kadsura grandiflora Wall. tent. fl. Nap. p. 10 t. 14. — (Walp. Rep. V. p. 15. 2). Wall. Cat. 4985. A. partim, specim. dextrum, (non B. nec C.).

In Himalaya temperata, alt. 7—10000': a Simla! ad Bhotan! — Fl. Maj. Jun.

2. SPHAEROSTEMA ELONGATUM Bl. (Walp. Rep. I. 92 n. 3). Hook. et Th. l. c. 85. —

Fol. ovatis acutis v. acuminatis basi cuneatis, pedunculis elongatis filiformib. toro fructus vix carnoso brevi. —

Sphaerostema grandiflorum Wall. Cat. 4985. A. ex part. (spec. sinistrum) C.

In Himalaya orient. temperata: Nipal, Sikkim, et in montib. Khasia alt. 5—6000'. — (Fl. p. totam aest.) — v. v. — Rami fusci, rugosi, verruculosi. Ramuli laeves, glaucescentes, b. squamis persistentibus stipati. F. saepe lg. acuminata, subt. pallida v. glauca, 3—4 pollic. lg. 1½—2 l., petiolo 1—1½ p., rubescente. Pedunc. axill., saepe prope basin ramuli ad axillas folior. delapsor. plures, pseudo-fastigiati, petiolos duplo superantes, basi squamulis 1—2 subulatis muniti, caeterum nudi v. interd. medio unibracteolati. Flor. diam. ⅔ poll. flavidi. Sep. parva inaequalia. Petala plerumque 6 ovata carnulosa, margine membranacea, interiora majora. Stam. Sphaerostemae grandiflorae v. Kadsurae Roxburghianae. Torus fructus 2—3 pollicaris. Baccae grani piperis magnitudine, substipitatae, globosae, superne cicatrice lineari longiuscula notatae.

§. 2. Filam. in globum coalitis, anth. circ. 15, alveolis androecii longit. adnatis, bilocul., longitud. dehiscentibus.

3. SPHAEROSTEMA PROPINQUUM (Bl. Fl. Jav. Schiz. 16). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 85.

Fol. ovato-lanceolat. b. rotundatis v. cuneatis ap. longa acuminatis, pedunculis petiolos subaequantibus, toro fructus elongato parum incrassato. —

Wall. Cat. 4986, 4987. B (spec. sinistr.). Hook. bot. mag. t. 4614. — *Kadsura propinqua* (Wall. tent. Nap. p. 11 t. 15). (Walp. Rep. V. 16 n. 3). — *Sphaerostema pyrifolium* Blume Fl. Jav. Schiz. p. 16 tab. 4? (Walp. Rep. I. p. 92 n. 2).

Lemaire jardin fleur. II. pl. 201. — Sphaerostema (nec Sphaerostemma ut scribunt nonnulli (στεμμα-, corona, nec stamen).

4. SPHAEROSTEMA AXILLARE Bl. (Walp. Rep. I. 92 n. 1). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 86.

Foliis lanceolatis longe acuminatis basi rotundatis v. cuneatis, pedunculis plerumque brevissimis, toro fructus filiformi abbreviato. —

In montib. Khasia, alt. 4—5000'. — Fl. p. tot. aestatem.

Ordo VI. MYRISTICACEAE.

Ordinem Myristicacearum hoc in loco omnino praetermitto, quia celeberr. Decandollius in tom. XIV. Prodromi sui, qui tomus jam sub praelo esse affirmetur, ordinem hunc se elaboraturum promisit. — De Myristicaceis Indiae orientalis multa invenies in Flora Indica auct. Hooker et Thomson t. I. p. 156 et seqq. (1855); de Myristicaceis vero Americanis in synopsin celeberr. Bentham in Hook. journ. kew garden miscell. V 1—9.

Ordo VII. MONIMIACEAE *Lindl.) Tulasne.*

(Endl. gener. pl. p. 313.)

Ludov. Renati Tulasne monographia Monimiacearum c tom. VIII. Archives du mus. d'hist. natur. pp. 273—436 c. tab. X. (XXV—XXXIV). — Parisiis 1855.

Tulasne l. c. p. 289. — affinitatum disquisitio: Repudiatis Laurineis et Urticeis, qui Monimiaceas nostras in Rosinearum consortio admittere noluerint, affininatis supra obiter notatae memores, ad Anonaceas forsitan revertentur. Quadam e fructib. ducta similitudine Mollinedias Anonaceis eleutherocarpis, Endlichero primum suadente (gen. pl. p. 314.), conjungi, seminis fabrica ex alterutra parte copiosissime albuminosi necessitudinem confirmante, non omnino negaverim. — (Tul. l. c. p. 432.) — Monimiacear. omnium (Monimiarum et Atherospermearum) c. Schizandraceis et affinibus (ex ordinib. dialypetalis ac hypogynis) analogia, novissimis his temporib., Rob. Wight, Jos. Hooker et Thom. Thomson, viris illustribus, item accepta est., cui autem assueta indubiaque plantar. ordinis nostri perigynia summopere repugnat. Notae ex earum semine albuminoso corculoque minimo ductae majoris momenti auctorib. citatis habitae sunt; mihi contra positio, numerus et symmetria omn. partium floralis apparatus sinceras Monimiacear. affinates tutius indicare videntur. (cfr. Arn. in magaz. of Zool. and bot. tom. II. (1838) p. 546—47; nec non Hook. et Thoms. Fl. Ind. tom. I. (1855) p. 165.) —

Tul. l. c. p. 290. — geographica distributio: Citriosmae et Mollinediae varias Americae tropicae regiones, insulas et continentes, valles montesq. dispersae et copiosissimae incolunt; et terris autem asiaticis africanisq. exules videntur. Utrum enim Mollinediae australasicae americanis jure consocientur, nec ne donec melius innotescant., non plane liquet. Laureliae contra chilensi sociam peregrinam sed pariter australem, nempe novo-Zeelandicam, merito adsciscendam fore olim compertus

est R. Cunninghamus fraterq. Boldea, genus monotyp., Laureliae sempervirentis R. et Pav. patria consors. Similiter extra tropicos vigent Hedycaryae et Atherospermata quae late, ut ferunt, per silvas Australiae or., Tasmaniae et Novae-Zeelandiae, a gradu 33 trans aequatorem ad 43, ni fallimur, disperguntur. Reliq. genera terrae calidiores alunt. Amborae enim Monimiaeque hactenus notae in Comoris et Mascarenis ins. nec non in Madagascaria proveniunt, areamq. septentrionem versus gradu 10 v. 12, in austrum autem 35 circ. definitam tenere aestimantur. Monimiaceas Asiaticas, praeter Kibaram, arborem Javanensem, admodum ignoramus.

MONIMIACEAE, *Tulasne.*

Tulasne monographia Monimiacear. Paris 1855.

URTICAR. genera Juss., Gen. pl., (1789) p. 401. —

URTICACEARUM (c. *Monimiearum*) et NYCTAGINEARUM (a. *Calycanthearum*, b. *Atherospermearum*) genera, H. G. L. Reichenbach Uebers. d. Gewächse tom. I. 84. 85. —

MONIMIEAE Juss. in ann. Mus. Par. tom. XIV. (1809) p. 133, et in Lexic. sc. nat. tom. XXXII. (1824) p. 450. — A. Rich., élem. de bot., ed. V. (1833) part. II., p. 228. — Bartling Ord. nat. pl. (1830) p. 91 et 103. —

MONIMIEAE et ATHEROSPERMEAE Rob. Br. Gen. remarks ... on the bot. of terra Austr. p. 91 (in Flinders itin. ad terr. Austr. tom. II. p. 553). — *Monimiaceae* et *Atherospermaceae* Lindl., Introduct. to bot. ed. 2. p. 188 et 189.; veget. Kingd. 1846 ord. 99 et 100 p. 298 et 300.

MONIMIACEAE Endl. gen. pl. 1836 — 1840 p. 313 et 1378. — A. Rich. élem. de bot. ed. VII. (1846), p. 665. — Schnizl., Iconogr. fasc. IV. tab. 105.

Arbores v. *frutices*, utplurimum semper virentes et ex omni parte grate odori s. aromatici; ramis oppositis aut verticillatis; f. oppositis ternis v. quaternis, rarissime alternis simplicibus, integerr. v. dentatis, petiolatis exstipulatis, saepissime glanduloso-punctatis, glabris sericeis tomentosis (e pilis solitariis, fasciculatis v. stellatis) aut lepidiferis; gemmis axillarib., solitariis v. plurib. superpositis, rarissime perulatis.

Flores apetali, vulgo diclines, monoeci v. dioeci, rariss. androgyni, solitarie axillares, racemosi v. cymoso-paniculati, panic. saepe dichotomo-scorpioidea; anthemiis caeterum modo axillarib. tuncque solitariis aut geminis, modo terminalib., quandoque etiam e truncis annosis ortis, fasciculatis; bracteis bracteolisque vulgo exiguis et cito caducis, interdum amplis et involucri sortem flori suppeditantibus.

Perig. calyciforme et late apertum, v. urceolatum atque in fauce pl. m. constrictum et quidem velo angustissime pervio clausum, rarius capsuliforme, lanceolatum v. lagenae speciem referens, jam integrum persistens accrescensq., jam contra supernam partem circumscissam ut calyptram cito dimittens, sepalis (dentibus, lobis) utplurimum minimis, nunc definitis, sc. 4 decussatis, nunc numero variis (5—8 aut plurib.), semper in alabastro imbric., spiram contractam (nempe cyclum 1 v. plures contiguos) s. laxiorem, aut verticillos bimembres decussatim superpositos sistentib., vulgo inter se inaequalib. aut vix aequalib., internis tenuiorib., et nonnunquam petaloideis, omnib. arescentib. v. accrescentib., rarius caducis; cavernula perigonii glabra v. sericea,

uniloculari v. septis anastomosantib. in loculos pervios divisa, parietib. crassis, carnosis aut tenuatis, liberis v. cum ovariis coalitis.

Androeceum: Stamina numero indefinita et vulgo copiosissima, nunc, sc. ap. Monimiaceas diclines, totam perigonii paginam indivisam vestientia, nunc illius faucem tantummodo tenentia, stipatissima, inter se autem semper libera, introrsa v. extrorsa, erecta v. introrsum curvata, breviter exserta v. tota inclusa, plerumq glaberr., interd. tamen tomentosa, pollinifera omnia v. pro p. in staminodia commutata; filam. linearib. exilibusq. v. membranac-dilatatis et petaloideis, elongatis v. brevissimis et quidem subnullis, modo nudis exappendiculatis, modo appendicib. 2 crassis capitatis discoideis v. membranaceis, pr. basin aut in medio, instructis; anth. continua, 2-loba, ovata, elliptica, reniformi, oblonga v. lineari, utplurimum tota fulcimini adnata, rarius partim libera, modo rimis 2 parallelis discretisque v. confluentib. dehiscente, modo valvas 2 discretas aut partim coalitas, e basi ap. versus solutas erectasq., s. a latere connectivo continuas et late expansas dimittente; polline pulvereo, luteo, e granulis sphaericis v. ovatis, levibus aut tuberculosis, 1-locularib. et liberis.

Staminodia staminibus ordine interiora, alia filamenta ananthera imminuta, alia mentita petala; quaedam antheras dimidiatas gerentia.

Gynaeceum: Carpidia ovato-oblonga v. linearia, copiosissima, numero indefinita, 1-locularia et singulatim 1-ovulata, inter se libera intimisque perigonii parietib. inserta (sessilia), rarissime in iisd. parietib. maxime incrassatis tota nidulantia et c. illis coalita; stylis lge. linearib. ap. integris tenuatisq., liberis v. partim inter se aut simul c. calycis fauce angustata coalitis. Ovulum ovatum v. obovatum prorsus anatropum, erectum v. pendulum, funiculo quasi indistincto.

Fructus singuli, modo ex drupis constipatis, perigonio accreto carnoso v. subexsucco ac pene ligneo inclusis, aut receptaculo aperto insidentib., sessilib. aut breviss. stipitatis, modo ex acheniis calyce itidem accreto, sed tenui membranaceo v. suberoso, immersis sessilibusq., perigonio cujuslibet naturae debito tempore varie scisso, expanso fructusque inclusos prodente. Drupae nunc subexsuccae, nunc pulpa carnosa glandulis odoris foeta et nonnunquam succo saturate colorato scatente donatae, styli reliquiis onustae v. stigmatis sessilis vestigio terminali s. laterali signatae; putamine aut corneo tenuiq., aut ligneo v. osseo, leve aut scrobiculato et varie asperato. Ach. e nucleo ovato, exiguo, styloq. persistente lineari-terminali v. nonnihil laterali longiss. aristato, et lata copiose longeque piloso-sericea.

Semen in drupis a putamine discretum, in acheniis contra pericarpio tenui adnatum; tegminib. membranaceis tenuissimis et siccis. Albumen majorem totius molis seminis partem sistens, carnosum, licet quandoque, ut videtur, parce oleosum, colore albidum, luteolum v. cinnamomeum (saltem arefactum). Embryo rectus, axin perispermii tenens, saepiss. minimus et quasi abortivus, e radicula (caudiculo) tereti hilo proxima et cotyledonib. 2-ovatis v. orbicularibus, applicatis aut divaricatis; gemmula inconspicua. —

Etsi longe abest quin copia generum Monimiacear. tanta adhuc evaserit ut botanico inquirenti, ne tironi quidem v. minimam difficultatem moveat, expedit tamen, volente caeterum legitima consuetudine, eorum clavim synopticam diagnosi praecedenti supponere.

Conspectus s. clavis generum:

MONIMIACEAE.

- I. SICYOIDEAE:
  - fr. drupaceis c. perig. coalitis; *(Amboreae.)* . . . . 1. *Ambora* Juss.
- II. DRUPACEAE:
  - fr. dupaceis liberis; *(Monimieae.)*
    - calyce accreto inclusis; *(Cryptocarpae.)*
      - ovulo pendulo . . . . 2. *Monimia* P. Th.
      - ovulo erecto . . . . 3. *Citriosma* R. P.
    - nudis, perigonio amoto, destructo; *(Gymnocarpae.)*
      - filam. brevissim. exappexdiculatis;
        - anth. numerosis glabris . . . 4. *Mollinedia* R. P.
        - anth. paucis . . 5. *Kibara* Endl.
        - anth. numeros. pubentib. . . . 6. *Hedycaria* Forster.
      - filam. longis 2-glandulosis . . . . 7. *Boldea* Juss.
- III. ACHAENIOPHORAE:
  - fructib. siccis, ach.; *(Atherospermeae.)*
    - calyce fructifero capsulam mentiente, lanceolato v. lagenaeformi . . . . 8. *Laurelia* Juss.
    - calyce fructifero urceolato-poculiformi
      - connectivo truncato . 9. *Atherosperma* B.
      - connectivo ligulato . 10. *Doryphora* Endl.

Genus 7 a. HORTONIA Wght. inter *Monimieas gymnocarpas* et inter *Atherospermeas* intermedium, utramque cohortem *Monimiacearum* conjungens, collocandum. — Tul. in app. op. cit. p. 425. —

Tribus I. *SYCIOIDEAE s. AMBOREAE.*

(Endl. gen. pl. p. 313.

Tulasne l. c. p. 295. — Fl. dioeci v. monoeci. Anth. longitrorsum rimatae. Ovar. in ipsis perigonii crassisimi parietib. sepulta, totaq. adnata. Ovulum pendulum. Drupae in parenchymate natali nidulantes.

2014. **AMBORA** *Juss.*

Tulasne l. c. p. 295.

TAMBOURE - CISSA Flacurt.

TAMBOURISSA Sonner. — Gmelin syst. nat. Lin. II. 16. — Endl. gen. pl. suppl. IV. p. 56.

MITHRIDATEA Commers, msc. — Schreber gen. pl. Lin. — Willd. sp. pl. Linn. gen. 24. — Spreng. syst. — W. Bojer Hort. Maurit. (1837) p. 290 n. 764.

AMBORA Juss. gen. pl. — Ann. du mus. t. XIV. p. 130. — Poiret in Lam., enc. bot. t. VII. p. 565, Illustr. des genr. t. 784. — Endl. gen. pl. p. 313 n. 2014.

TAMBOUL Poir. in enc. bot. tom. VII. (1806) p. 565. —

Fl. diclines, dioeci v. rar. monoeci.

Masc. Perig. globosum ellipsoideum v. ficiforme, prorsus clausum, in vertice obtusissimo brevissime et vix conspicue ob dentes 4 coalitos (aut saltem arctissime imbricatos et vix discretos) mucronulatum, nec non praeterea quandoque nonnihil depressum s. excavatum (ut videtur), e parietib. carnosis crassissimis et utrinque vulgo glaberrimis factum, temporeq. debito 4—6 fid. v. partitum, divisuris inaequalibus patulisque. Stamina innumera multifario stipatissimoque ordine pagin. perigonii internam ab imis penetralib. ad ostiulum usque diu impervium vestientia, glaberr., pl. m. extrorsa, introrsum porrecta saepiss. arcuata; filamento lineari crasso tereti eglanduloso brevissimo aut subnullo, in connectivum crassum obtusum truncatum v. longius acuteque protractum continuo abeunte; anth. ellipticae v. linear., obtusae, emarginatae v. mucronatae lob. 2 aequalib., connectivi lateralib. parallele impositis, anguste linearib. rimaque media et longitudinali hiantib., rimis ejusd. antherae prorsus discretis v. ultra connectivi apicem convenientibus; polline aureo. Carpidiorum vestigia nulla. *Foem:* Perig. pateriforme s. discoideo-globosum, ore lato circulari integerrimo et plane nudo v. obsolete angusteq. limbato apertum, e pariete carnoso crassissimo carpidiaque innumera immersa s. nidulantia fovente factum, et in pagina interna glaberrima, stylis horumce ovariorum emersis, conico-linearib. brevib. et simplicib. totum asperatum aut quasi spinis horridum. Carpidia singula ovato-globosa e membrana c. parenchymate ambiente coalita, 1-locularia et 1-ovulata; ovulo globoso e summo loc. brevis funiculi ope pendulo, anatropo, micropyle supera. Fructus (syconus, Mirbelio) carnoso-lignosus s. suberosus, crassus e perigonio maxime accreto, anguste aut late concavato et in pariete incrassato drupis numerosis foeto. Drupae ovato-acutae et compressae v. tereti - ellipsoideae obtusaeque; pulpa (arillo, Poiret) parcissima saepius aurantia (ut videtur); endocarp. modice incrassato, corneo v. submembranaceo et utrinque levissimo. Sem. pendulum drupae formam referens; testa membranacea tenuis ut pellicula, glabra haud aegre scissilis solubilisq., rhaphe crassa lineari, seminis longitudinem aequante, chalazaque terminali ampla oblonga et in-

fuscata signata; albumine carnoso-oleoso firmo totamq. seminis molem facile sistente. Embr. dicotylis, rectus, inversus, in b. seminis acutata nempe juxta hilum collocatus, centralis brevisque; caudiculo tereti, obtuso; cotyledonib. late ellipticis, utrinque obtusissimis, et pag. superna totis applicatis.

Arbores fruticesve Mascareni, f. opp. aut rariss. alternis, integerr.; fl. axillaribusve terminalib., solitariis, racemosis v. paniculatis.

1. AMBORA QUADRIFIDA Poir. (Tul. l. c. p. 297). —

Glaberr., f. opp. petiolatis oblongis et obtusis; fl. masculis axillarib. v. racemosis; antheris oblongo-ellipticis obtusissimis, rimis distinctis v. confluentibus. —

Tambourissa quadrifida Sonner. — Gmel. Syst. n. Lin. — *Mithradatea quadrifida* W. sp. pl. Lin. — *Ambora qnadrifida* Poir. enc. meth., Bot. t. VII; Illustr. des genr. t. 784.

Oritur in terris Mauritaniis et Borbonicis nec non, monente Sonneratio, in Madagascaria, (Tambourissa, Tamboure-scissa vernacule nuncupatur). — Planta feminea deest in phytothecis Parisinis. Fructum a Mauritaniis Pomme de Singe vocari Sonneratius refert Florum natura diclinis eum fugit.

2. AMBORA LEPTOPHYLLA Tul. l. c. p. 298 t. XXV. —

Ramis adultis glabris; fol. opp., amplis, ovato-oblongis, acutis, tenuib. et utrinque glabris; petiolo longo gracilique; fl. axillarib. v. racemosis; staminib. lin.-acutis, rimis saepius discretis. —

Ambora leptophylla Tul. in ann. sc. nat. ser. 4. tab. III. p. 29. —

Provenit in silvis insularum Comorensium, Mayotte (Bois du Calais) et Anjouan (Bovinii herbar. propr. n. 3133.) (Herb. mus. Par. et Jalbert.).

3. AMBORA AMPLIFOLIA (Tul. l. c. p. 299). —

Glaberrima, f. oppositis, saepe confertis, ovato- v. elliptico-oblongis, acutis, amplissimis, in acie planis, brevissime et valide petiolatis; fl. caulinis, confertis, breviter racemosis; antheris ellipticis obtusissimis, integris, rimis convenientibus. —

Mithridatea amplifolia Bojer hort. Maurit. p. 290 et ms. in herb. mus. Vindob. — *Tamboure Cissa* Flac. hist. de la grande isle de Madagasc. p. 139 n. 69, c. icone (?). —

Nascitur in nemoribus montosis ins. Mauritiae ubi bois Tambour et pomme Jacot vulgo audit. In silvis dictis du quartier du grand Port, montem du Pouce velantibus, florifera Augusto mense 1851 beato Bovinio obvia est. — Flores in diversis anni temporibus, secundum arboris stationes, prodeunt, ait Bojerius.

4. AMBORA FICUS (Tul. l. c. p. 300). —

Ramis recentib. fulvo-tomentellis; f. oppositis, ternis v. dissociatis, oblongo-lanceolatis, acuminatis in acie planis, graciliter et longiuscule petiolatis; florib. masculis ficiformibus, crassissimis; antheris longe linearib., acutis, rimis discretis connectivoque brevioribus. — Fl. foeminei desiderantur.

Ambora Ficus Tul. in ann. sc nat. tom. cit. p. 30.

Arbor haec, monoeca in schedis anonymis dicta, in silvis Javae insulae, Leschenaldo autore, viget. — Herb. mus. Paris. et Berol.

5. AMBORA PURPUREA Tul. l. c. p. 301 (tab. XXIV). —

Glaberrima, ramis exilibus; f. oppositis, oblongo-lanc., obtuse acuminatis, graciliter petiolatis, subaveniis, in acie nonnihil revolutis, sub-

coriaceis; florib. femin. solitarie terminalib.; fructu purpureo. — (Fl. masculi desiderantur.)

Ambora purpurea Tul., in ann. sc. nat. l. c. —

Frutex 1—2 orgyalis. — Nascitur in ins. Sanctae Mariae Madecassium (Bernerii herb. n. 262). Ibidem Bovinio occurrit anno 1847; fructus maturos simul et flores nondum explicatos mense Martío ferebat. Bovinii herb. propr. n. 1729. — Herb. Mus. Paris.

6. AMBORA RELIGIOSA Tul. l. c. p. 301 (tab. XXVII). —

Glaberrima, f. oppositis, elliptico-oblongis obtusissimis, marg. nervosis et revolutis, admodum coriaceis; florib. masc. breviter confertimque racemosis, femineis saepius solitariis; antheris ovato-acutis, integris.

Ambora religiosa Tul. in ann. sc. nat. l. c. —

Frutex 2-orgyalis. — Oritur, ait Commerso (in schedis), in Madagascaria insula. Beato Bovinio occurrit in collib. circa oppidulum Sanctae Mariae, loco dicto Amboudi-folathre, Novembri (1851) fructifera. Silvas riparias et ins. Nass-bé, Madagascariae vicinam, item incolit, floresq. masculos Julio et Octobri profert. In Borbonicis terris etiam crescere cl. Richardo, horto botanico coloniae nostrae praefecto, existimatur. — Herb. mus. Paris. — Madecasses, Commersone auctore, quid religiosi huic arbusculae tribuunt et propterea cum illius ramis frondescentib. sepeliri volunt. —

7. AMBORA TETRAGONA (Tul. l. c. p. 302). —

Glaberrima, ramis tetragonis et in angulis subulatis; f. oppositis, anguste oblongis v. lanc., florib. masculis breviter racemosis, subsessilibus.

Ambora tetragona, Bov. in sched. et herb. priv. — Tul., in ann. sc. nat. tom. c. p. 30. —

Oritur, Commers. Bovinioq. auctorib. in ins. Mauritiana (bois du quartier du grand Port). — Herb. mus. Paris et Jalb. —

8. AMBORA TAMBURISSA (Tul. l. c. p. 303). —

Glaberrima; f. oppositis, amplis ovato-acutis, basi rotundatis vel cordatis, crassis, coriaceis, in acie planis, fructib. subsessilib., solitarie axillarib., crassissimis lateque apertis. — Genitalia mascula non suppetunt. — Arbor. —

Ambora Tamburissa Bovn. in sched. ms. — *Mithridatea Tamburissa* Boj. hort. Maurit. p. 290 (excl. synon.).

Fructifera occurrit beato Bovinio in silva Madecassium Lafondrou dicta, pr. Sanct. Mariam, martio 1847 (herb. pr. n. 1728). Crescere dicitur a Boierio in udis et opacis silvar. Madagascariae, Mauritii nec non insular. Comorensium. — Arbora et Bois Tambour Madecassium est. — (Herb. mus. Paris). —

9. AMBORA ELLIPTICA (Tul. l. c. p. 304). —

Glaberrima, f. oppositis, late ellipticis, obtusissimis, in acie planis, coriaceis; fructib. solitarie axillarib., breviter pedicellatis, crassis late apertis. — (Flores utriusque sexus desiderantur.)

Ambora elliptica Tul. in ann. sc. nat. tom. cit. p. 31. —

Arbor provenit in insula Borboniae quas fluvius dictus des Galets nascens aluit. Julioque fructus maturare Bovinio dicitur. — (Herb. mus. Paris et Jalbert.) —

10. AMBORA SIEBERI (Tul. l. c. p. 301). —

Floribus masculis crassis et laxe paniculatis, paniculis amplis dense velutino-tomentosis, luteo-fulvis; antheris ovato-elongatis v. ellipticis, obtusis, integris, rimis distinctis. —

Ambora tomentosa Sieb. mss. in suopte herb. Maurit. p. II. n. 316 — non Boryo. — *Ambora Sieberi* Tul. in ann. sc. nat. l. c. —

Nil suppetit nisi arboris paniculae masculae, quarum natura ab omnibus congenerib.

facillime distinguitur. — Crescit in ins. Mauritiana, ait Sieb. l. c. — (Herb. Mus. Vindobon. et Berol.) —

11. AMBORA ALTERNIFOLIA: (Tul. l. c. p. 305). —

Glaberrima, fol. alternis, late ellipticis; fl. masculis caulinis, ficiformibus. —

A congenerib. omnib. propter f. alterna ita recedit ut nonnisi dubitanter (suadente caeterum Bovinio, in schedis) inter eas admiserim. — Provenit, auct. Bov., in ins. Mauritiana ad radices montis du Pouce dicti, supra campos quos Moka vocant coloni, floretque Octobri mense. — (Herb. mus. Paris.) —

Exstant praeterea in herb. mus. Paris. Amborae dubiae nec nisi speciminib. admod. mancis, fl. destitutis, nobis notae, scilicet:

12. AMBORA OBOVATA (Tul. in ann. sc. nat. l. c.). —

Glaberrima, f. oppositis saepe dissociatis et propterea sparsis, late obovatis, acutiusculis, inferne attenuatis, longiuscule petiolatis, subcoriaceis, subt. exiliter venosis, ac in margine integerrimo nonnihil revolutis.

Cresc. ait Bovin. in ins. Mauritio (bois du Pouce).

13. AMBORA VESTITA (Tul. l. c. p. 306). —

Arbor dioeca, ramis teretib. dense fulvo-tomentosis (pilis simplicib., vagis, dense implexis); f. oppositis, elliptico-lanceolatove oblongis, brevissime et acute acuminatis, b. cuneatis, marg. integerrimo revolutis utrinque in costa venis, (paucis, laxis) petioloque brevi fulvo-tomentosis.

Provenit, ut opinor, in ins. Borbonia, vernaculeque bois gilet audit. — E genere excludatur, Mythridatea cymosa Willd. (mss., in suopte herb. n. 66. — Steud., nomencl. bot. ed. altera (1841) p. II. p. 151), floribus cymosis terminalib., f. acutis (W.); plantam Willdenovianam ad Rubiaceas ducendam libentius arbitrarer. —

Tribus II. *MONIMIEAE s. DRUPACEAE* Tulasne.

Tulasne monog. Monimiac. p. 307.

MONIMIEAE R. Br. in Flind. itin. ad terr. Austral. t. II. p. 553.

MONIMIACEAE, subordo I. MONIMIEAE (exclusa *Ambora*) Endl. Gen. pl. p. 313. — Lindl. veget. Kingd. p. 298.

MONIMIEARUM, CALYCANTHEARUM, ATHEROSPERMEARUM genera, Reichbch. Uebers. d. Gew. Reichs. p. 84 et 85.

AMBOREAE (exclusa *Ambora*) Ach. Rich. elém. de bot. ed. VII. p. 666.

Fl. diclines, dioeci v. monoeci. Antherae rimis longitudinalib. aut valvulis (adscendentib. v. explicato-patentibus) dehiscentes. Ovaria libera. Ovulum erectum v. pendulum. Drupae aut perigonio integro, accreto, carnoso facto, Rosaeque hypanthium mentiente inclusae aut nudae, perigonio partim amoto v. destructo nec incrassato, semper autem liberae.

Sect. I. *MONIMIEAE CRYPTOCARPAE.*

Ovaria gravida in perigonio occultata, nec nisi maturis seminibus tegmen calycinum exuentia. —

A. *Ovulo pendulo.*

2015. **MONIMIA** *(Thouars) Tulasne.*

II. *MONIMIA* (*Monimia a Monima*, uxore *Mithridatis*, derivatur, ait *Thuarsius.*) Tul. monogr. l. c. tab. XXIX.

MONIMIA THOUARSIO, hist. d. végét. des îles Austr. d'Afriq. 1806 p. 21 et 31 tab. VII. — Willd. sp. pl. Lin. — Poiret in Lam. encycl. — Spreng. syst. — Endl. gen. pl. p. 314. n. 2015. suppl. IV. p. II. p. 56. — W. Bojer hort. Maurit. p. 289 n. 763.

EUGENIAE sp. Poir. in encycl. meth.

MYRTI sp. Spreng. Syst. veget. tom. II. p. 487.

Flores diclines, dioeci. *Masc.* Perigonium e parietib. crassissimis, initio ovatum clausumque, postea autem irregulariter 4—6 partitum et floriforme, divisuris vix aequalib. et patenti-reflexis, fauce haud constricta, interna vero pag. tota dense setifera. Stamin. innumera universum parietem perigonii ab imis penetralib. ad summas usque divisuras stipatissimo ordine vestientia, velantia, libera, introrsa, glabra subaeq.; filam. teretib. brevib. ima b. et a latere 2-glandulosis, glandulis oppositis s. geminis, disciformi-globosis et brevissime pedicellatis, sed propter angustias loci saepiss. deformib., nempe trigonis subdimidiatis aut sessilibus; antheris subcordato-quadrilateris, ap. obtusissimo integris, summo fulcimini continuis, 2-lobis, lobis sulco discriminatis, singulis valva crassa primodum clausis tandemq. eadem a latere interno soluta et explicata, late apertis ac penitus evacuatis, anth. tota tunc membranam planam v. extrorsum concavam late suborbicularem et nervo medio prominente (connectivo gibbo) signatam referente; polline e granis globosis. Carpidiorum vestigia nulla. Foem..: Perig. ovato-globosum s. potius urceolatum, nempe ostiolo angusto brevissime 4—6 dentato (dentib. acutis erectisq.) pervium, atque e parietib. crassissimis intus dense setiferis factum. Carpid. s. ovaria 6—8 glaberrima, linearia, b. scilic. latiss. (dilatata) in perigonii pariete sessilia, subitoq. in stylum aequalem ap. integrum nec incrassat. continua abeuntia, inclusa aut brevissime exserta, inter se admodum libera, 1-locularia et 1-ovulata, ovulo anatropo, ovato-acuto, pendulo. Fructus bacciformis et oculatus (perigonii dentib. haud mutatis superstib.) e perig. carnoso facto ac tandem lacerato-dehiscente nec non drupis 4—8 subexsuccis liberis totisq. diu reconditis; haecce ovatae ob mutuam pressionem acute trigonae aut diversimode angulosae, acutatae et stylo exilissime lineari superstite terminatae; epicarpio tenuissimo pellucido et glaberrimo; mesocarpio (pulpa) parco (colorato et gigartino, fide Thouarsii) glandulisq. olentib. copiosissime scatente, putamine osseo, crasso, extus scrobiculato, int. autem laevi, caniliculoque angustissimo vasis funiculi primum, postea verum radiculae embryonis viam praebente, in ap. perforato. Semen ovato-acutum; testa tenuissima, membranacea, rhaphe lineari semen longitud. aequante, chalazaque late orbiculari et fusca notata; albumine carnoso-oleoso crassissimo et suaveolente. Embryo centralis, rectus admod. exiguus, e caudiculo subancipite putaminique summo et pervio proximo, nec non cotyledonib. duabus oppositis subellipsoideis, obtussissimis, aequalib. (caudiculo breviorib.) et late divergentibus. — Frutices Mascareni (inconditi, ait Thouarsius) piloso-tomentosi

(pilis simplicibus, fasciculatis v. lepidiformibus) f. integerr., oppositis, scabris; fl. racemosis aut paniculatis; anthemiis axillaribus.

1. MONIMIA OVALIFOLIA Th. (Tul. l. c. p. 309). —

Fol. obovatis, b. cuneatis, supra asperis, lepidiferis, et in marg. anguste revolutis.

Monimia ovalifolia P. Th. op. cit. p. 22 tab. VII. f. 1. — Poir. in encycl. meth. — Willd. spec. pl. Linn. t. IV. p. 2. p. 648. — Bojer, op. cit. p. 289. —

Nascitur in montib. ins. Mauritianae, ped. 12 statura vix excedit, auctore Thouarsio. Pl. feminea florifera beat. Bovin. in limine superiore silvarum ad radices cacuminis dicti du Pouce Septembri 1849 obvia est; ibidem floriferam reperit cl. Bojer, a Martio mense in Aprilem usque. — (Herbar. mus. Paris, Jalbert., Vindobon. et Berol.) — Planta masc. in herbariis omnib. quae penes me sunt desideratur. —

2. MONIMIA ROTUNDIFOLIA Th. — Tul. spec. p. 310. (Tab. XXIX). —

F. late orbicularib, non nihil cordatis, supra piloso-asperis, nec in acie revolutis, antheris rubentibus, eglandulosis. —

Monimia rotundifolia P. Th. op. c. pp. 21 et 35 tab. VII. f. 2. — Poir. in encycl. meth. et in lex. sc. nat. tom. XXXII. p. 450, tab. 290. — Willd. Sp. pl. — Bojer l. c. — *Ambora tomentosa* Bory., voy. dans les princip. îles d. mers d'Afrique (1804) t. I. p. 317 et tom. III. p. 82 tab. 13 (pl. masc.) non autem Sieber. — *Eugenia villosa* Poir. in encycl. meth. bot. suppl. tab. III. p. 124, n. 51. — *Myrtus villosa* Spreng. syst. veget. tom. II. p. 487. —

Oritur in montib. demissioribus ins. Mauritianae, nec non in ins. Borbonia. Stirpis mas et fem. simul beato Bovinio accurrerunt in regionib. excelsis dictis du Baucan-Launay. (Herb. propr. n. 1120). — In Borbonicis montib. nonnisi ad altitud. D—DC hexapodum supra Oceani rip. crescere dicitur (cfr. Thouars l. c.) — (Herb. mus. Paris. (mas et femina); Berol.) —

3. MONIMIA CITRINA (Tul. l. c. p. 311). —

Fol. ovato-orbiculatis subcordatis, utrinque mollit. tomentosis, subtus citrinis, in acie planis; antheris copiose glandulosis, pallidis. —

M. citrina Tul., in ann. sc. nat. ser. IV. tom. III. p. 32. — Provenit in terris Mauritianis, nec non in ins. Borbonica, floresq. masc. Julio mense explicat. — (Herbar. mus. Paris.) —

2017. **CITRIOSMA** *Rz. et Pav. (Tul.)*

B. *Ovulo erecto.*

III. *CITRIOSMA.*

Tul. l. c. p. 311. tab. XXVIII—XXX.

SIPARUNA Aubl. Pl. de la Guyane t. II. p. 864. — Crüger in Linnaea tom. XX (1847) p. 113 et in ann. sc. nat. ser. 3 tom. VII. p. 376.

CITROSMA R. et Pav. Fl. Peruv. et Chil. Prodr. (1794), p. 134. tab. 29. Syst. veget. Fl. Per. et Chil. t. 1 (1798) p. 263. Endl. gen. pl. p. 314 n. 2017. Enchir. bot. p. 195.

LEONIA MUTIS, msc. fide Bonplandi in sched. (cfr. Herb. Kuth., in mus. Berol. sub *Citriosma grandiflora* H. B. K.)

CITRISENE et CITRIOSMA *A. Hilario*, in sched. (nunc e thesaur. mus. Bot. Paris.)

CITRIOSMA Tul., in ann. sc. nat. ser. 4 t. III. (Majo 1855) p. 32.

Fl. diclines, monoeci v. dioeci, apetali, virentes v. sordide flavi vulgoque exigui. Perig. utriusq. sexus calyciforme, globoso- v. obconico-urceolatum, in limbo 3—6 partitum, rarius in partes plures divisum, divisuris ovatis, oblongis v. semi-orbicularib., quandoque etiam dentiformib. saepiusq. mediocris magnitud., in fauce autem pl. min. constrictum et velo praeterea nunc angusto, nunc contra late extenso nec nisi poro medio angustissimo pervio instructum, clausum, intimis parietib. glabris, externis vero utplurimum tomentosis; masculum tenuius, 1-loc. et ore multo latiore apertum; foemineum e parenchymate crassissimo factum intusq. septis diversimode invicem occurrentib. et coalitis in loculos inaeq., sursum pervios v. clausos simpliciq. aut duplici serie circinatim ordinatos partitum. Stam. numero maxime varia, modo pauca, sc. 4—6, et veluti definita, modo plura, nempe 8—24, et admodum indefinita, internae perig. paginae, sub fauce multifarioq. ordine, v. in ipso illius fundo et quasi fasciculatim inserta, omnia introrsa et plerumq. magnitud. inaequalia, intimis enim minorib. et reconditis, exteriorib. plus min. exsertis; filam. saepius petaloideis, sc. late membranac., ovatis v. lin-ellipticis, interioribus omnium angustissimis, exteriorib. fortasse nonnunq. anantheris v. polline perfecto destitutis, omnib. vulgo plane liberis, interd. contra (in florib. oligandris) marginib. coalitis v. quidem in columellae fistulosae sortem veluti mutatis, staminib. proinde diadelphis v. monadelphis factis; anth. exiguis, antico summi sustentaculi parieti singulatim totis adnatis, ovato-acutiusculis, 2-lobis (lobis autem, ut videtur, 1-locularib.), valvatimq. dehiscentib., operculo enim totius antherae a b. ad ap. pedetentim soluto, recurvo persistente, jamque nonnisi b. brevit. emarginato, jam e contrario ac saep. fortassis, alte bipartito, lobis etiam quandoque ad verticem usq. ab invicem liberis; polline luteo ex utriculis globosis. Ovaria simplicia staminum instar numero varia, 4—20, singula in singulis perig. foeminei loculis solitarie recondita, plane sessilia et quidem parieti ambienti dorso frequenter adnata, glabra v. rarius sericeo-pubentia, ovato-elongata, nonnihil introrsum curvata, singula in stylum praelongum sensim desinentia, 1-loc. et 1-ovulata; styl. omnib. simplicib., perigonii oscillum fasciculatim petentib., breviter exsertis, nuncq. inter se prorsus liberis, nunc contra aut spiraculi parietib. adnascentib., aut in columellae speciem exstantis apiceque penicillatae coalitis. Ovulum obovatum, rectum, in fundo carpidii sedens, sc. erectum, glaberr., anatropum, rhaphe exili totam ejus longitudinem tenente ac ventri seu antico acutatatoque carpidii lateri respondente, chalaza quamobrem apicali, micropyle autem hilo proxima imumque carpelli marginem tangente. Fr. bacciformis e perigonii calyculo, occluso, incrassato, carnoso factus, sepalis haud mutatis coronatus, drupisque totidem farctus quot carpidia maturuere. Drupae singulae subexsuccae ovato-globosae, acutae et subancipites; epicarpio tenuissimo, pulpae parcissimae imposito, bacce tamen, quum in summa drupa (nempe in imis styli vestigiis), tum in ejus dorso multo crassiore et quasi tota e granis vix cohaerentibus aureis suaveolentibus composita; putamine pallido, osseo v. subfragili, extus scrobiculis abunde exsculpto obtuseque echinato, int. contra admodum laevi, et in partes 2 s. valvas aequales germinationis tempore discedente. Semen obovato-globosum, deorsum acutiusculum, tegmine tenui papyraceo et aegre distrahendo coopertum, albumine carnoso oleoso luteoloque integram seminis molem quasi sistente. Embr. perexiguus, vix oculo inermi conspicuus, in albumine extimo juxta hilum lin-punctiformem latitans, e radicula tereti aut ancipiti-compressa brevique et cotyled. 2 aequalib., obovato-rotundatis v. acutiusculis, brevissimis, late ab in-

vicem discedentibus valvisque putaminis contrariis constans. — *Citriosmae*, frutices aut arbusculae statura humiles inter tropicos orbis novi omnes gignuntur, silvas alsas littoraque rivorum praediligunt et odore grato quem ex omni parte spirant insigniuntur. Eorum f. simplicia denticulata v. integerr., opposita terna v. quaterna, glandulis odoris semipellucidis scatent. Fl. in cymas geminatim axillares (gemma interposita) semel aut repetitis viribus dichotomas et propter abortus iteratos saepius deformes s. asymmetricas, unisexuales v. androgynas, ordinantur, foemineis basim anthemiorum bisexialium, masculis autem verticem tenentibus. —

A. *Dioecae, eleutherandrae; perigonio haud echinato:*

1. *Tomentosae.*

1. CITRIOSMA ERYTHROCARPA (Tul. l. c. p. 314). —

F. obovatis acuminatis eroso-dentatis et longiusculo petiolatis; anthemiis foemineis brevib., 1—3 floris, perig. divisuris 5—6-amplis, oblongo-acutis et patentib.; fructu subobliquo, rubro (vivo).

Citrosma Erythrocarpum Mart. ms. in schedis et herb. Monac. — *Citriosma Erythrocarpa* Tul. in ann. sc. nat. l. cit. p. 32.

Oritur in silvis Brasilianis Copoes dictis prope Itu provinc. S. Pauli, nec non in montib. Organensibus haud procul a Sebastionopoli. — Fl. fructusque simul profert Januario mense. — (Herbar. mus. Parisini, Lessertiani et Monacensis.) —

1. CITRIOSMA OLIGANDRA (Tul. l. c. p. 315). —

Ramis asperulis, luteo-virentibus, f. breviter petiolatis, oblongis v. lanc., acute acuminatis, crenatis s. denticulatis; anthemiis masc. exilissimis, erecto-patentib., brevib., ramosis et multifloris, fl. exiguis 1—2-andris; femineis breviorib. 1—3-floris, perigonio dense luteo-tomentoso.

Citriosma oligandra Tul. ann. vol. cit. p. 32. —

Provenit in silvis Brasiliae Sebastianopolitanae; florifera et fructif. mense Martio. — (Herb. mus. Paris., Lessert., Monac. et Vindob.) —

3. CITRIOSMA CUJUBANA (Tul. l. c. p. 317).

F. obovato- v. elliptico-oblongis, breviter acuminatis, b. cuneatis, rotundatis aut quidem cordatis, minute et obsolete denticulatis; anthemiis masc. gracilib., petiolo brevi duplo circ. longiorib. dichotomis patentissimis, ap. deflexis, sursum versus dense multifloris, fl. exiguis; perigonii tandem late aperti dentib. 4—5 breviss., velo longius producto; staminib. externis nonnihil exsertis; anthemiis femineis contractis et demissis, perig. dentibus triangulari-acutis, antice glaberrimis et nigrescentib.; stylis liberis. —

Citrosma Cujabanum Mart., ms. in herb. pr. et sched. — *Citriosma Cujabana* Tul. ann. vol. cit. p. 33.

Provenit in Brasiliae mediae provinc. Goyazana, sc. in agro Cujabensi, in provincia Fodinarum etc. — (Herb. mus. Paris., Monac. et Berolin.)

4. CITRIOSMA PLEBEJA (Tul. monogr. p. 318).

Cinereo-tomentosa; f. oppositis, obovato-ellipticis, minute serratis, breviter petiolatis, anthemiis masculis brevibus, ramosis, multifloris; fl. exiguis; perigonio brevissimo, 5—6 dentato, velo tenui et penetralib. simul glabris atque glanduloso-punctatis; staminib. 6 vix exsertis. —

Citriosma plebeja Tul. in ann. sc. nat. vol. cit. p. 33.

Arbuscula biorgyalis dioeca in Brasiliae provincia dicta Fodinarum; silvarum primae-

var. sub umbra medio Decembri (1816) florentem vidit ill. Aug. Hilarius (Herb. n. 56.) (Herb. mus. Paris.)

5. CITRIOSMA LANCEOLATA (Tul. mon. p. 319).

Luteo-virens; f. longe lanceolatis, acutissimis, obsolete et minutissime denticulatis, brevit. petiolatis; anthemiis (masc.) brevissimis, pendulis, contractis et multifloris; perig. dentib. aequalib. erectis, brevibus et obtusatis, margine autem glabro subbreviore pariterque glanduloso-punctulato; staminib. 6—8 inclusis, rectis. —

Citriosma lanceolata Tul. Ann. l. c.

Arbor dioeca in Brasiliae mediae provincia dos Minas Geraes dicta. (Gardneri herb. n. 5179.) (Herb. mus. Vindobon.) — C. Apiosycae Mart. (sub. n. 8 descriptae) proxima est, sed f. lge. lanc., anthemiisque contractis sufficienter distinguitur. Filam. summa staminum extrorsum non reclinantur, sicuti videre est in C. Cujubana Mart., glandulisq. pellucidis insigniter scatent.

6. CITRIOSMA ESTRELLENSIS (Tul. monogr. p. 320).

Ramis sordide rufo-tomentosis, foliosis; f. ovatis, obovatis oblongisve, acutis v. brevissime et saepius obtuse acuminatis, minute obsoleteque eroso-denticulatis, utrinque dilute et molliter rufo-tomentosis; anthemiis brevib. patenti-demissis et rufo-tomentosis masculis ramosis ac densifloris, femineis simplicib. paucilorisq; perigonii dentib. brevissimis et utrinq. tomentosis, staminib. carpidiisq. 4—6; stylis in veli angustiis brevissime coalitis, ultra liberis et divaricatis. —

Citriosma Estrellensis Tul. in ann. sc. nat. l. c.

Frutex orgyalis, dioecus in sepib. et saxis humentibus montium (Serra d'Estrella) provinciae Brasiliensis Sebastianopolitanae. — (Herb. mus. Par. et Berol.)

7. CITRIOSMA RUFICEPS (Tul. monogr. p. 320).

Ramis subtetragonis initio rufo-velutinis, postea sordidis et punctato-asperulis; f. opposit., ovat., brevit. acuminatis, eroso-denticulatis, utrinque velutino-tomentosis, novellis nitide rufis; pet. rufo, tereti; pedunculis (femineis) brevissimis, erectis, 1—3 fl., perig. ruf. lobis 5—6 amplis ovatis et tomentosis, veli ostiolo e duplici canaliculo, stylis 5—8 liberis, divaricato-exsertis. —

Citriosma ruficeps Tul. ann. vol. c. p. 34.

Frutex dioicus in Brasil. meríd., eumque primus reperit Sellowius. — Herbar. mus. Berol.)

8. CITRIOSMA APIOSYCE (Tul. monogr. p. 322 tab. XXVIII.)

(Ab ἄπιος, pyrus et συκῆ, ficus, derivatur.)

Ramis hornis molliter tomentosis, f. amplis, oblongis v. oblongo-lanc., acuminatis, acutis, b. attenuatis rotundatis aut quid. subcordatis obsol. et vage crenatis v integerr.; pet. longo gracili; anthemiis brevib., mollit. tomentosis, masc. repetito-dichotomis (ramulis patenti-divaricatis), femin. paucifloris. —

Citriosma apiosyce Mart., in herb. et sched. mss. — Tul. in ann. sc. nat. l. c.

Frutex dioecus bimetralis frequens occurrit in agro Sebastianopolitano Brasiliae, floresque aestate et autumno. — Arbuscula quae vulgo apud Brasilianos Cidreirà audit, odorem citreum s. potius quasi Menthae citratae v. Melissae late grateque spargit. — (Herb. mus. Par., Monac., Vindobon., Berol., Lessert. et Webbiani.)

9. CITRIOSMA PELLITA (Tul. mon. p. 323).

Tota densissime rufo-tomentosa, f. ternatim verticillatis, obovatis; anthemiis femineis paucifloris, brevib. et erectis; perig. dentib. late ovatis, vix acutatis et utrinque tomentosis. —

Arbuscula dioeca c. biorgyalis crescit in silvis udis provinc. Bolivianae Enquisivi, ad altid. 1500—3000 metrorum supra Oceani ripas., floresq. virentes Decembri mense explicat. — (Herb. mus. Paris.)

10. CITRIOSMA ASPERA (Tul. mon. p. 324.)

Tota luteo-fulvo-tomentosa; f. oppositis, oblongis obtusatis, b. rotundato-emarginatis, vix conspicue denticulatis (denticulis apicatis) et brevissime petiolatis; racemis femin. breviss., paucifloris; perigonii urceolato-poculiformis dentib. 5—7 brevibus et obtusis, velo autem crasso lato et ore prominulo pervio; stylis 8—10 liberis, vix exsertis.

Citrosma aspera R. et Pav. in sched. mss. — *Citrosma tomentosa* eorumd. (ut videtur), in syst. veget. Fl. Peruv. et Chil. p. 265.

Frutex dioecus, 4-ulnaris in Peruviae nemorib., circa Chinchao, Muña, Pillao, floresque Aug. et Septbr. — (Herb. Lessert. et Webb.)

11. CITRIOSMA POLYANTHA (Tul. mon. p. 326).

Sordide denseque albido-tomentosa; f. amplis, obovato-lanc., breviter petiolatis et minutiss. crenulatis; pedunc. pedicellisq longis et flexuosis; lobis calycinis 6—8, ovatis, amplis, erectis, velamine angusto et occultato; filam. crassis, latissime ovato-acutis, subeglandulosis. —

Citriosma polyantha Tul. ann. vol. cit. p. 35.

Arbuscula seu frutex dioecus; nascitur in provinc. Boliviana dicta Sancta Crucis Andinae, floresq. luteolos mense Sept. ineunte explicat. — (Herb. mus. Paris.)

12. CITRIOSMA ERIOCALYX (Tul. monogr p. 327).

Tota dense fulvo- v. aureo-tomentosa, f. opp., amplis, late ovatis, acuminatis, b. abrupte cuneatis, grosse eroso-dentatis; racemis brevib.; laxe paucifloris; limbo perigonii amplo, 4—6-lobo, lobis late rotundis, obtusissimis, antrors. quidem tomentosis, veloque anguste pervio; staminib. 6; ovar. 10—12, stylis extremis liberis, f. exsertis. —

Citrosma limoniodora, River ms. in herb. Paris. — *Citriosma eriocalyx*, Tul. ann. l. c. —

Frutex dioecus in terris Peruanis, v. gr. circa Chinchao. — (Herb. mus. Par.)

13. CITRIOSMA GESNERIOIDES (Tul. mon. p. 328).

Fulvo- v. cinereo-tomentosa; f. oppositis, amplis ovatis v. ovato-oblongis, acuminatis, utrinq. tomentosis, anthemiis iterato-dichotomis, brachiis longis divaricatis apiceq. laxifloris; lobis calycinis ovato-oblongis, acutatis, antice glabris veloque; stylis 5—6 longe coalitis, ultra conum altiusculum exsertis, et sursum versus dissociatis. —

Citrosma gesnerioides H. B. K. nov. gen. et sp. pl. t. II. p. 172.

Arbor dioeca, in Andib. Quinduensib. Novae Granatae; in monte Quindiu ad alt. 2400 metr. — (Herb. Mus. Par. et Ber. [herb. Kunth.])

14. CITRIOSMA MACROPHYLLA (Tul. mon. p. 329).

Fulvo-tomentosa; f. oppositis, late ovatis v. ovato-ellipticis, acuminatis, obs. dentatis, superne in venis, postice ubique fulvo-tomentosis, pube intricata e pilis fasciculatis aut solitariis, petiolo tereti; racemis brevibus et paucifloris; perigonii ovati et densissime hirto-tomentosi lobis 4—6 oblongis v. late ovatis; staminib. 6—8; stylis 12—15, in extremo apice liberis, loculamentis fertilib. reticulatis. —

Citrosma macrophyllum H. B. K. l. c. t. II. p. 172. — *Citrosma pyricarpum* Poepp. et Endl. n. gen. pl. tom. II. p. 48 (?) — R. et Pav. Syst. veg. Fl. Per. et Chil. I. p. 264 (?).

Arbor dioeca, oritur, Kunthio auctore, in Andib. Quinduensib. Nov. Granatae ad alt. usque 1280 hexapod. — Fl. Septbr. — (Herbar. mus. Par. et Berol.)

15. CITRIOSMA LIMONIODORA (Tul. monogr. p. 330).

Ob tomentum aureo-fulva; f. oppositis, amplis obovatis, late ellipticis v. lanceolatis, acuminat., b. rotundato-cordatis et breviter auriculatis, in acie eroso-dentatis, ac supra tandem glabratis; peduncul. masc. brevib., subsimplicibus et veluti umbelliferis; perigonii parcissime pubentis lobis 3—6 late ovato-acutis; staminib. 5—6 vix exsertis. —

Citrosma limoniodora R. et Pav. ms. in herb. Webb. — *Citrosma dentatum* Poepp. et Endl. nov. gen. et spec. tom. II. p. 48 (fide herb. Berol.) — R. et Pav. syst. veget. fl. Per. et Chil. t. I. p. 264 (?).

Arbor dioeca, nascitur in Peru, nec non in provincia Brasiliae bor. Maynas alto dicta. — (Herb. mus. Paris., Lessert., Webb. et Berol.)

16. CITRIOSMA AMAZONUM (Tul. monogr. p. 332).

Fulvo-pubescens, f. ternis, saepe dissociatis, oblongis obtuse et breviter acuminatis, b. cordatis, exiliter petiolatis, utrinq. pubescentib., antice autem (adultis) minute punctato-scabriusculis obscurisq., subtus contra mollib. et cinereis; anthemiis quasi fasciculatis, brevib. ac paucifloris; perig. masculi dentib. s. crenis obsoletis, feminei latiorib. et semiorbiculatis; staminib. 5—8, brevissime exsertis; carpidiis numerosissimis, stylis in ore angusto brevissime coalitis. —

Citriosma asperula Tul in ann. sc. nat. vol. c. p. 35.

Arbor dioeca in Brasilia Amazonicae provinc. Maynas alto dicta. (Poeppig herbar. n. 1961.) — Specim. femin. exstant in herb. mus. Paris.; feminea simul et masc. vidi in h. botanico Berolin.

17. CITRIOSMA SESSILIFLORA (Tul. mon. p. 333).

Tota hirsuto-tomentosa, fulvo-lutea; f. oppositis, ovatis v. ovato-ellipticis, breviter et obtuse acuminatis, b. rotundatis, obsolete denticulatis, breviter petiolatis; fl. femin. glomeratis et subsessilibus; perigonii limbo nullo, ore prominente; loculamentis numerosissimis, interioribus sterilib.; ovariis circiter 20, glaberrimis, stylis ap. versus breviter coalitis. —

Citrosma sessiliflorum H. B. K. nov. gen. et sp. pl. II. p. 174. — *Citrosma tomentosa* Bnplnd. ms. in herb. Knth. — non R. et Pav.?

Frutex dioecus, crescit in radicib. montis Quindiu Novae Granatae, ad alt. 680 hexapod. Fl. Septbr. — (Herb. Mus. Par. et Berol.)

18. CITRIOSMA NEGLECTA (Tul. mon. p. 334).

Ramis hispido-tomentosis fulvisq., f. oppositis ternisve, elliptico-oblongis, utrinq. cuneatis, obtuse stipatoque ordine serratis, crassis, amplis, opacis, adultis supra glabris, subtus autem dense sordideque tomentosis; anthemiis petiolo dense tomentoso subaequalib., validis erectis, saepius dichotomis, multifloris, subglabris; perig. masculi globoso-urceolati crassique dentib. latis et obtusissimis; staminib. 40—50 v. plurib., totis inclusis, introrsum arcuatis denseq. imbricatis. —

Citrosma tomentosa W. ms. in suopte herb. sub. n. 18497 (saltem pr. p.) — non R. et Pav.? — *Citriosma neglecta* Tul. in ann. sc. natur. tom. cit. p. 36.

Frutex dioecus in agro Loxensi Peruvianorum proveniens (Bonpl. herb. n. 3361.) — Fl. feminei desiderantur. —

2. *Pubentes.*

19. CITRIOSMA SUAVEOLENS (Tul. mon. p. 335).

Hirtella, tomento pallido; f. ternis v. quaternis, obovato-lanc., brevit.

acuminatis, deorsum longe attenuatis, eroso-dentatis, petiolo valido; anthemiis (femineis) validis simplicibus longis paucifloris mox glabratis et divaricatis, fl. magnis, sep. amplis ovato-rotundatis et obtusissimis, velo late perforato. —

Citriosma suaveolens Tul. ann. l. c.

Arbuscula, 3—4 metra alta dioeca, provenit in silvulis udis convallium regionis Cuzcensis, haud procul ab oppido S. Anna Peruanorum. — (Herb. mus. Paris.)

20. CITRIOSMA RIPARIA (Tul. mon. p. 336).

Ramis sparsim piloso-hirtellis; f. oppositis ternisve, obovato- v. oblongo-lanc., brevit. acuminatis, b. obtusis, subt. tomentosis et aureofulvis; petiolo exili, brevi, hirtello; anthemiis fulvellis, gracilib., geminis aut fasciculatis, simplicib. v. bifurcis, pedicellis gracillimis; fl. femineis 4—6-gynis. —

Citriosma riparia Tul. ann. l. c. —

Arbor dioeca Mexicana, secus fluviorum aut rivulorum litora in locis udis et temperatis ad altitud. 1300 metr. ascendit. — (Herb. mus. Par. et Lessert.) — Fl. aurantiacos odorem citreum spirantes a Julio in Septbr. usque explicat. —

21. CITRIOSMA GLABRESCENS (Tul. mon. p. 337).

Tandem glabrata f. oppositis, late ovatis v. ovato-oblongis, acuminatis, b. obtusis, petiolatis, obs. crenulatis; anthemiis parce lepidiferis, brevissimis paucifloris; perig. femineo 8—10-gyno, limbi dentib. rotundatis, velo et parietib. internis punctato-glandulosis; stylis staminibusque vix exsertis. —

Citrosma glabrescens Presl. bot. Bem. p. 110. (Walp. Ann. I. p. 572 n. 2.)

Arbor dioeca et suaveolens, crescit in ins. Martinica Antillarum (Sieb. Fl. Mart. Herb. n. 284 ♀ et 286 ♂). — (Herb. mus. Vindobon. et Berol.) — Multo longius a *C. gesnerioide* H. B. K. recedit quam Preslio videbatur. —

22. CITRIOSMA ANDINA (Tul. mon p. 338).

Mox glabrata, f. amplis breviter et obtuse acuminatis, b. rotundatis, obsolete crenulatis; anthemiis masculis simplicibus, brevib. et paucifloris. —

Citriosma Andina Tul. ann. l. c.

Arbor dioeca in Andibus Oaxacensib. Novae Hispaniae, ad alt. usque 1000 metror., fl. odoros et luteos aestate pandit. — (Herb. mus. Paris.)

23. CITRIOSMA LAGOPUS (Tul. mon. p. 339).

Ramis parce hirtellis (ob pilos simplices); f. oppositis, obovato-oblongis, brevit. acuminatis, b. obtusis et obs. auriculatis, caeterum subintegerr., utrinque glabris (adultis); pet. mediocri, antice peculiariter et densissime rufo-tomentoso, scopuliformi, anthemiis (masculis) brevissimis et paucifloris; perigonii limbo dilatato, crasso obsolete crenato; velo anguste pervio; staminib. vix exsertis. —

Citriosma Lagopus Tul. ann. vol. cit. p. 37.

Arbor dioeca in montib. Quinduensibus Novae Granatae (Gudotii herb. n. 5). — Herb. mus. Par. — Stirps propter petiolor. vestitum unilateralem facillime inter congeneres dignoscitur. —

24. CITRIOSMA CHIRIDOTA (Tul. mon. p. 340).

Ramis parce tomentoso-asperis; f. oppositis, obovatis v. obovato-lanc., brevit. acuminatis, b. cuneatis et in acie revolutis, initio denticulatis postea subintegerrimis, nervis infernis petioloque integro fulvo-tomentosis; racemis brevib., simplicib. v. dichotomis, patentib., gracilibus, pauci-

floris, parce et sordide tomentosis; perigonii late aperti limbo angustissimo, obtusissime 5—6 dentato, velo autem lato; staminib. 5—6 vix exsertis; styl. 8—10 brevissimis. —

Citriosma chiridota Tul. ann. l. c. —

Frutex dioecus secus fluvium Brasiliae bor. quem Rio Uaupès (aut Ucayari) dicunt, pr. oppidulum Panuré; floretque autumno. (R. Spruce herb. n. 2778.) — (Herb. mus. Par. et Lessert.) — Proxima Citriosmae Lagopodi. —

25. CITRIOSMA SUBINODORA (Tul. mon. p. 341).

Ramis trigonis, novellis hispidulis; f. ternis, obovato-oblongis v. oblongo-lanc., acutiusculis subintegerrimis, brevissime petiolatis, mox utrinq. glaberrimis, fere eglandulosis, venis utrinq. prominulis, anthemiis (masculis) brevissimis, hispidulis denseq. multifloris; perigonii calyciformis lobis 5—6 anguste semiorbicularib., velo autem lato; staminib. 5—6, inclusis, liberis. —

Citrosma subinodora R. et Pav. Syst. veg. Fl. Peruv. et Chil. t. I. (1798), p. 265.

Frutex dioecus, 2 orgyalis, cresc. in silvis Peruanis circa Chacahuassi, floretq. Octbr. et Novbr. — (Herb. Lessert. et mus. Webb.) —

3. *Hirto-pilosae.*

26. CITRIOSMA KUNTHII (Tul mon 342).

Hispido-tomentosa, pilis subsolitariis (simplicib.) et aureo-fulvis; f. amplis, brevit petiolatis, ovato v. obovato-oblongis, acuminatis, acutis, b. rotundis et auriculatis, caeterumque dentatis, dentib. obtusissimis; anthemiis (femineis) paucifloris et brevib., perigonii limbo brevi, crasso, 5—6 crenato v. subintegerrimo, anticeq. glaberrimo. —

Citrosma grandiflorum H. B. K. nov. g. et sp. pl. II. 172. — *Citriosma Kunthii* Tul. ann. l. c.

Arbor dioeca, apud Novo-Granatenses, in silvis alsis terrae Hondensis indigena. — (Herb. mus. Par., Lessert., et Berol.) — Nomen Kunthianum „grandiflora" errore innixum non mutare non potui, cum caeteroquin flores stirpis de qua agitur neutiquam solito majores forent. —

27. CITRIOSMA MUTISII (Tul. mon. p. 343).

Ramis teretibus sparsim fulvo-hirtellis, pilis stellato-fasciculatis; f. ternis, ovato- v. lanceolato-oblongis, acuminatis, acutis, b. rotundato-emarginatis, utrinq. in venis (reticulato-prominentib.) parce hirtellis, obsolete crenatis v. eroso-serratis, et supra bullatis, petiolo hispido-tomentoso brevique; anthemiis (femineis) geminis, longis, simplicib. aut bifurcis, laxifloris, florib pedicellatis ac fulvo-tomentosis; perigonii vulgo octogyni dentib. 5—6 amplis et obtusis.

Citrosma oblongifolia W. (part.) ms. in suopte herb. n. 18499. — *Citrosma Mutisii* H. B. K. nov. g. et sp. II. p. 170. — *Leonia triphylla* Mutisio, ms. (fide Bonpl. in sched.)

Frutex dioecus Novae Granatae prov. Bogotensis. — (Herb. mus. Par. et Berol.) —

28. CITRIOSMA OVALIS (Tul. mon. p. 344).

Ramis saturate rufo-tomentosis, tomento e pilis subsolitariis; f. oppositis v. ternis, ovato-ellipticis v. elliptico-oblongis, obtusis v. acute acuminatis, b. rotundis et saepius cordatis, utrinque (praesertim in venis) rufo-pilosis, petiolo brevi et dense rufo-tomentoso; racemis gracilib. confertim paucifloris, petiolo duplo longiorib. et subglabris; perigonii (masculi) mox glabrati dentib. amplis; staminibus 6—8.

Citrosma ovalis R. et Pav., Syst. veg. Fl. Per. I. 266.

Frutex 2 orgyalis et dioecus provenire dicitur in montib. frigidis imp. Peruani. Fl. Aug. et Septbr. — (Herb. Lessert. et Webb.)

29. CITRIOSMA FOLIOSA (Tul mon. p. 345).

Ramis dense foliosis, novellis fulvo-tomentosis (pube fasciculata), adultis subglabratis, f. oppositis, oblongis, acutulis, b. rotundatis, obs. minuteque duplicato-dentatis s. crenatis, initio subt. mollit. tomentosis, dein pro maxima parte glabratis; ped. brevissimis 1—3 floris, fl. exiguis, perigonii (feminei) dense fulvo-tomentosi limbo angusto, carnosulo, glabro et 5—6 dentato, velo autem crasso ac in medio conico-tubuloso, stylis 5—8, exilibus, liberis. —

Citriosma foliosa Tul. in ann. sc. nat. vol, c. p. 38.

Frutex dioecus Brasiliae meridionalis, circa oppidulum Yparrena. — (Herbar. mus. Berol.)

4. *Lepidotae.*

30. CITRIOSMA LEPIDOTA (Tul. monogr. p. 347).

Tota lepidota, lepidib. latis et subintegris; f. oppositis, ovato. v. lanc.-oblongis, acuminatis et obsolete denticulatis; venis praeter mediam et secundarias inconspicuis, anthemiis (femineis) longis, simplicib. aut bifurcis, in ap. laxe paucifloris; florib. longe pedicellatis, lobis calycinis amplis, obtusis; ovariis glaberr.; stylis extremis liberis, exsertis. —

Citrosma lepidota W. in suopte herb. n. 18500. — H. B. K. n. gen. et sp. pl. II. 470. —

Arbor dioeca in saxosis temperatis Andium Novo-Granatensium ad. alt. 780 hexapod. — Fl. Septbr. — (Herb. mus. Par. et Berol. [Wild. et Knth.])

31. CITRIOSMA GUDOTIANA (Tul. mon. p. 348).

Lepidifero-tomentosa, lepidib. ciliatis; ramis gracilib.; f. oppositis v. ternis, ovato v. lanc.-oblongis, acuminatis, argute dentatis, breviter petiolatis; anthemiis femineis simplicibus aut bifurcis, laxe paucifloris; florib. longe pedicellatis; lobis calycinis 5—6, obtusissimis, patentissimis, imo et reflexis; ovariis 6—8 nonnihil pilosis; stylis liberis et exsertis.

Citriosma Gudotiana Tul. in ann. sc. nat. ser. 4 t. III. p. 38.

Arbor dioeca in montib. Quinduensibus Novae-Granatae, locis dictis la Palmilla (testante b. Gudotio) et alto del Machin (Lindenii herb. n. 1055), ubi ad altitudinem usque 2800 metror. pertingit. — (Herb. mus. Paris. et Lessert.)

5. *Glabrae.*

32. CITRIOSMA LAURIFOLIA (Tul. mon. p. 349).

Glaberrima; f. oppositis aut ternis, obovatis v. elliptico-oblongis, obtuse acuminatis, integerrimis v. obs. serratis, postremo subcoriaceis, antice nitidis et in marg. revolutis; petiolo brevi, ciliato; anthemiis simplicib. aut dichotomis, laxifloris; perigonii tenuis limbo subnullo, velo autem amplo; staminib. 6 longe exsertis, erectis. —

Citrosma oblongifolia W. (pr. p.) ms. in suopte herb. sub. n. 18499 (mus. Berol.) — non R. et Pav.? — *Citrosma laurifolium* H. B. K. nov. gen. et sp. II. 171.

Frutex dioecus Novo-Granatensis, inter saxa ad alt. 740 hexapod. pr. Ibague. — Fl. Septbr. — (Herb. mus. Par. et Berol.)

B. *Dioecae eleutherandrae, perigonio femineo echinato.*

33. CITRIOSMA PETIOLARIS (Tul. mon. p. 350).

Glaberrima, ramis obtuse tetragonis, crassis et laevibus, f. quaternatim verticillatis, lanc.-oblongis, breviter acuminatis, deorsum attenuatis, longe petiolatis, grosse serratis, ac utrinque venosis; pedunculis (femineis) geminis v. solitariis, subsimplicib. et quam petiolis plus dimidio breviorib.; pedicellis longis gracilib. et quasi umbellatis; perigonii echinati dentib. 5—6 oblongo-linearib.; stylis 3 - 6 liberis longeque exsertis.

Citrosma petiolare H. B. K. nov. g. et sp. II. 171.

In temperatis Andium Quinduensium apud Novo - Granatenses, floretq. Septbr. mense. — (Herb. mus. Paris. et Berol. [herb. Knthii.])

34. CITRIOSMA MURICATA (Tul. mon. p. 351).

Densissime fulvo-tomentosa; f. ternatim verticillatis, longe lanc., acutis, petiolatis, minute serratis, supra praeter costam glabris, subt. ubique dense tomentosis; cymis (femineis) simplicib., 3—7 floris; florib. longiuscule pedicellatis; perigonio dense echinato et mox glabrato, echinis crassis brevibus obtusisq.; limbi lobis oblongis; stylis 4—7 crassis et divaricato - recurvis.

Citrosma muricata R. et Pav. Fl. Peru et Chil. Prodr. tab. 29. — Syst. veg. Fl. Peruv. et. Chil. t. I. (1798). p. 265.

Frutex 3-orgyalis, dioecus, in terris Peruanis circa Muña et Acomayo. Fl. Majo — Septbr. — (Herb. mus. Paris. et Lessert.)

35. CITRIOSMA ECHINATA (Tul. mon. p. 352).

Tomentoso-lanata, f. oppositis, ovato- v. lanc.-oblongis, acuminatis, b. cuneatis v. rotundatis, minute serratis et utrinq. bullato-rugosis; anthemiis femineis paucifloris petioloque breviorib.; perigonii echinis longe linearib. et in vertice piliferis; limbi lobis ovato-oblongis, obtusatis; anthemiis masc. graciliorib.; staminib. 6—8. —

Citrosma viburnoides W. ms. in suopte herb. sub. n. 18498 (pl. femin. fructif.) — *Citrosma mollis* ejusd., ibid. n. 18496 (pl. masc.) — non Knth. — *Citrosma echinatum* H. B. K. nov. gen. et sp. II. 173.

Arbor dioeca in Andibus Quinduensibus Novae - Granatae. — (Herb. mus. Par., Berol. [Wilden. et Knth.] et Lessert.)

36. CITRIOSMA BUDDLEIAEFOLIA (Tul. monogr. p. 353).

Ramis dense tomentosis; f. oppositis, late ovato-ellipticis, acuminatis, petiolatis, supra villosis, villis simplicib., postice dense tomentosis, pilis fasciculatis; petiolo longiusculo et densissime tomentoso; perigonii masc. dentib. brevibus et vix acutis, feminei late ovatis et obtusis, utroque echinato ac tomentoso; staminibus 15—20, carpellis 4—5; stylis exsertis, divergentibus. —

Citrosma buddleiaefolium Benth. Pl. Pl. Hartw. (Walp. Ann. I. 572 n. 1.)

Frutex dioecus 8—10 pedalis in provincia Quitensi Peruanorum. — (Herbar. mus. Paris.) — Ovaria 7. c. occurrere, ait Benth., ego vere 4 v. 5. tantummodo numeravi.

37. CITRIOSMA APICIFERA (Tul. monogr. p. 354).

Aureo-pilosa, pilis conferto-fasciculatis; f. oppositis, late obovatis, acuminatis, b. cuneatis, grosse serrato-dentatis, tenuib., antice sparsim pilosis (pilis vulgo simplicib.) postice autem apicib. conspersis; anthemiis masc. brevib. patentib. et 3-brachiatis; perigonii 6—8 andri lobis totidem amplis, antice glabris, veloque.

Citriosma apicifera Tul. in ann. sc. nat. s. 4. III. 38.

Arbor dioeca in provincia Pastoensi imperii Aequinoctialis. — (Herb. Lessert.)

38. CITRIOSMA BIFIDA (Tul. mon. p. 355).

Ramis exilibus et tomentellis; f. opp., oblongo-lanc., acuminatis, in costa superna petioloque antico dense fulvo-tomentosis, caeterum parce tomentosis; anthemiis (femineis) gracilib., ex integro tomentosis, nunc simplicib., nunc semel aut semel atque iterum bifurcis, semper laxiuscule multifloris, fl. subsessilib. et secundis, perigonio anguste pervio, limbo veloque subnullis, carpidiis 3—4 sericeis; stylis subextremis brevissime coalitis; fructu echinato, tomentoso. —

Citrosma bifidum Poepp. et Endl. gen. nov. II. p. 48.

Arbuscula dioeca, orgyalis in silvis primaevis provinc. Brasil. Maynas dictae, fl. Mart. (Herb. mus. Par. et Vindob.)

C. *Dioecae, synandrae.*

39. CITRIOSMA MOLLICOMA (Tul. mon. p. 356).

Rufo-tomentosa, f. amplis longiusc. petiolatis, ellipticis, oblongis v. obovato-lanc., brevit. acuminatis, b. attenuatis, integerr. v. obs. denticulatis, utrinque mollit. pubentib., in venis autem dense tomentosis, anthemiis brevib. et paucifloris; perig. campaniformis limbo lato, repando, integerrimo v. obs. 5—6 crenato; staminib. 4 velum excedentib. et monadelphis. —

Citrosma mollicoma Mart. ms. in herb. et sched. — Tul., in ann. sc. nat. l. c. — *Citrosma dentata* Poepp. ms. in herb. mus. Vindobon. — non R. et Pav.—

Arbor dioeca in nemorib. primaevis Brasiliae bor. sc. in prov. del Rio Negro et in prov., Maynas alto, dicta. — Anthemia masc. femineaque in iisd. ramis non occurrunt qua propter arborem fore dioecam arbitratus sum; qua de re tacet (saltem in schedulis quae penes me sunt) ill. collector Martius. — (Herbar. mus. Monac. et Vindobon.)

40. CITRIOSMA MOLLIS (Tul. monogr. p. 358. tab. XXIX.).

Tota dense molliterque tomentosa ac fulvo-virens; f. opp., late ovatis v. ovato-ellipticis, acuminatis b. rotundatis, obs. denticulatis, breviterque petiolatis; anthemiis masculis iterato-dichotomis et multifl., femineis subsimplicib. multo breviorib. ac paucifl.; perigonio ext. undique tomentoso, limbo maris angustissimo subnullo et integerrimo, feminae contra ampliato, repando, integro v. obsolete crenato; staminib. 5, diadelphis; ovariis 20—25 glabris; stylis summis liberis et breviter exsertis. —

Citrosma molle et *C. dubium* H. B. K. n. gen. II. 173 et 174. — *Citriosma pyricarpa* W., in suopte herb. n. 18495 — non R. et Pav. (?) —

Frutex volubilis et odoratissimus oritur circa Hondam et S. Annam Novo-Granatensium, nec non pr. Combayma. — (Herb. mus. Par. et Berol.)

D. *Monoecae, eleutherandrae, stylosae* (stylis exsertis longe coalitis).

41. CITRIOSMA POEPPIGII (Tul. mon. p. 359).

Parcissime minuteque in ramis et foliis lepidifera v. prorsus glabrata, f. oppositis, amplis, elliptico- v. obovato-oblongis, acuminatis b. rotundatis, integerrimis ac brevit. petiolatis; anthemiis geminatis brevissimis, subsimplicib., 5—8 floris, luteo-tomentosis; perigonii obconici et qua-

dripartiti divisuris late ovatis, obtusissimis et late tomentosis; velo conico, tomentoso; loculis numerosis; stylis in columnam exsertam coalitis. —

Tetratome lepidota Poepp. et Endl. nov. g. et sp. II. 47 (fide herb. Berol.). — *Citriosma Poeppigii* Tul. ann. l. c. p. 39.

Arbor in regione Brasiliae boreali-occidentalis, Maynas dicta. — (Herb. mus. Vindobon. et Berol.)

42. CITRIOSMA GUIANENSIS (Tul. monogr. p. 361).

Ramis initio rufo-tomentosis, postea glabratis; f. oppositis, amplis, ovato-oblongis v. ellipticis, brevit. acuminatis, b. rotundis, integerrimis, utrinque tandem glabratis; petiolo brevi; anthemiis 1- v. 2-sexualib., rufescenti-cinereis, subsimplicib., patentissimis, petioloque 2—3-plo longioribus; perig. masculo late aperto, staminib. crebris exstantib.; femineo globoso obtusissimo obs. 4—6 crenato v. integerrimo, velo conico prominente; carpidiis 8—12.

Siparuna Guianensis Aubl. pl. de l. Guyane II. 865. t. 333. H. Cruegerio, in Linn. XX. (1847) p. 113, et ann. sc. nat. ser. 3 t. VII. (1847) p. 376. — *Citrosma glabrescens* Mart. ms. in herb. et sched. — non Presl. — *Citrosma oblongifolium* Spreng. ms. in herb. Berol. — non? R. et Pav.

Arbuscula monoeca per vastissimas Americae tropicae tractus late diffunditur. — (Herbar. mus. Paris., Monac., Vindobon., Berol., Lessert.) — Formas inter innumeras duae praestantiores, praeter modo descriptam typicam, paucis discerni queunt sc.:

β. *nuda:* saepius ut videtur dioeca, ramis exilib.-foliosis et cito glabris; f. oblongo- v. elliptico-lanc., acutis, b. brevit. attenuatis, 10—15 centim. longis 4—6 centim. latis, postice sparsim et minutissime lepidigeris, moxque admodum glabratis, anthemiis femin. crassis, parce lepidotis, aureo-rufulis, laxe 3—8 floris et patente demissis; perig. (femineo) pyriformi, obtusissimo, parce lepidifero, brevissimeq. 4-dentato, dentib. inaequalib., obtusissimis, crassis et imbricatis; velo conico, pubente totoque incluso; carpidiis 10—12.

Citriosma oblongifolia Leand. do Sacr. ms. in herb. mus. Par.

Crescit in Bras. regione Sebastianopolitana, et in provincia Fodinar., nec non Victoriam inter et Bahiam. —

et γ. *divergentifolia:* vulgo monoeca, ram. foliosis, lepidifero-tomentosis, sordide rufo-luteis, et tandem glabratis, f. coriac. elliptic. v. ovato-oblong., brevit acuminatis v. attenuato-acutis, b. obtusis, breviss. petiolatis, patentissimis, 7—10 centim. lg., 3—5 centim. l., initio utrinq. lepidifero-tomentosis rufisque, adultis autem supra glabratis (nitidis) et supra parce lepidifero-tomentosis ac decolorib.; anthemiis subsimplicib., erecto-patulis et dense multifl.; fl. circinato-secundis, primum subcapitatis et albido-tomentosis; perigonio globoso obtusissimo atque 4—6 dentato, dentib. obsoletis aut perexiguis, velo maris subnullo, feminae conico acuto et dentes excedente, carpidiis 6—8.

Angelina divergentifolia Pohl., ms. in herb. mus. Vindob. — *Citriosma oligocarpa* Mart. ms. in herbar. suopte et sched. —

Oritur in variis Brasil. trop. tractib., v. gr. in prov. dos Minas geraes, Ceara et Piauhy. Provenit etiam in Guiana Anglica. — (Herb. mus. Par., Monac., Vindob., Berol.)

43. CITRIOSMA CAMPORUM (Tul. monogr. p. 363).

Ramis foliosis, sordide rufo-tomentosis, tandemq. glabratis; f. oppo-

sitis, brevissime petiolatis, oblongo-ellipticis, brevit. acuminatis, b. rotundis, integerrimis, adultis supra glabris, postice autem tomentosis et rufulo-cinereis; anthemiis brevissimis, paucifl., patentissimis v. demissis et sordide tomentosis; fl. exiguis; perig. globoso, subrostellato, anguste pervio, obs. 3—6-crenulato; staminib. subinclusis.

Citriosma camporum Tul., in ann. sc. nat. ser. 4 t. III. 39.

Arbuscula 1—3 metra alta, monoeca in campis apertis secus flumen Tocantins Brasiliae centralis indigena. — (Herb. mus. Paris.) — Habitum prae se fert *C. Guianensis* γ *divergentifoliae*.

44. CITRIOSMA REGINAE (Tul. monogr. p. 364 tab. XXX.).

Ramis crassis et saturate rufo-tomentosis; f. oppositis, brevit. petiolatis, longe ovato-ellipticove oblongis, acuminatis, b. rotundis, in costa superne rufo-tomentosis, postice pallidis itidemque tomentosis; anthemiis longiusculis, erectis adpresse tomentosis, a b. ad ap. confertifloris, semel aut semel atque iterum dichotomis; fl. femin. subsessilib. ac rufis, masc. multo longius pedicellatis et cinereis; perigonio masculo late aperto integroque, feminео anguste pervio; staminib. 6 inclusis, crassis; carpellis vulgo 4, sericeis.

Citriosma Reginae Tul. ann. l. c.

Arbor monoeca in Brasilia (Herb. Lessert.). Specimen adumbratum in herbario quondam olim a Brasilia ad Josepham, Napoleonis magni uxorem, misso repertum est, nunc in phytotheca Lessertiana continetur. —

45. CITRIOSMA CRISTATA (Tul. monogr. p. 366).

Ramis initio minutissime lepidotis, tand. glabratis; f. oppositis, amplis oblongo-lanc., acuminatis, integerrimis, adultis utrinq. glaberrimis et subcoriac.: racemis crass. et lepidotis; fl. omnib. longe pedicellatis masc. confertissimis et 12—15 andris; perig. ore integro, masculi lato, feminei 8—10 gyni angustissimo; stylis brevissime exsertis.

Citrosma cristatum Poepp. et Endl. nov. g. II. 47. t. 164. — *Citrosma macrophylla* Mart. ms. in suopte herb. et sched.

Arbuscula monoeca, c. biorgyalis Brasiliae borealis prov. do R. Negro, ad margines silvarum; viget etiam in Guiana Gallica. — (Herbar. mus. Paris., Monac., Vindobon., Berol.) —

46. CITRIOSMA CUSPIDATA (Tul. monogr. p. 367).

Ramis exilib., teretib., initio lepidib. admodum velatis et argyrorufulis; f. oppositis, brevit. petiolatis, oblongo-lanc., longe et anguste cuspidatis, supra glaberrimis, postice parcissime lepidiferis aut penitus glabris, racemis confertifloris, abunde lepidiferis; fl. femineis paucis et subsessilib.; perig. masculo longe pedicellato, 4—6 crenato, et late aperto, staminib. 4—6 brevissimis carnosisque.

Citriosma cuspidata Tul. in ann. sc. nat. tom. cit. p. 40.

Arbor monoeca in Guiana Batava (Hostm. herb.). — (Herb. mus Paris., Lessert, et Webb.) —

47. CITRIOSMA DECIPIENS (Tul. monogr. p. 368).

Abunde lepidifera; f. oppositis, amplis, ovalib., ovato-oblongis aut sublanc., acute acuminatis, b. attenuatis, integerr., petiolatis et supra tandem glabratis; anthemiis simplicib. v. bifurcis et laxifloris; fl. utriusq. sexus longiuscule pedicellatis, et patenti-demissis, masculis minorib. paucis supremis veloque destitutis, femineis autem velo anguste conicofistuloso instructis; perigonii limbo calyptriformi oreque integro pervio:

staminib. 4—6 decussatis, brevissimis, totis inclusis; carpid. 12—15 rufo-sericeis; stylo unico, ex omnib. coalito, longiuscule exserto.

Conuleum Guyanense A. Rich., monogr. Elaeagn. in Act. soc hist. nat. Par. tom. I. (1823) pp. 391 et 406, tab. XXV. (fig. C. analytica malefida, neutiq. vero congrua.)

Arbuscula monoeca in silvis Guianae Gallicae (Herb. mus. Par. et Webb.).

Species mihi ignotae (Tul. monogr. p. 370—372).

48. CITRIOSMA DISCOLOR (Poepp. et Endl., nov. g. et sp. tom. II. (1838) p. 47.)

Monoeca, f. oppositis, oblongis, attenuato-acuminatis, b. obtusis, integerrimis, glaberr., supra nitidis, subt. in costa ob pubem stellato-lepidotam scabridis; ramulis anthemiisq. pariter lepidotis; pedunculis axillarib. geminis, abbreviatis et multifloris, superiore masculo; pedicellis cymosis; perigoniis pentagynis, tandem monocarpis.

Crescit frequens circa Egam Brasiliae bor. — occidentalis.

49. CITRIOSMA THECAPHORA (Poepp. et Endl. op. cit. tom. II. p. 48).

Monoeca, f. oppositis, longe petiolatis, obovato-oblongis, acuminatis, b. acutis, remote denticulatis, supra glabris, subtus (ramulisque et inflorescent.) stellato-pubescentib.; racemis axillarib., numerosis, fasciculatis; perigoniis masculis ovato-urceolatis et decandris (?), femineis trigynis ac tandem monocarpis.

Nascitur in silvis primaevis provinc. Bras. Maynas dictae, fl. Decbri.

50. CITRIOSMA RADIATA (Poepp. et Endl. vol. cit. p. 48).

Monoeca, f. opp., longe petiolatis, obovato-ellipticis, acutis basi cuneatis, denticulatis, supra scabro-pubescentibus, subtus (petiolis ramulisq.) dense ac molliter tomentosis; racemis axillarib., numerosis, fasciculatis; perigoniis masculis ovato-urceolatis; fructib. depressis. —

(*Citrosma tomentosa* R. et Pav. ?)

Viget cum praecedente itemq. Decembri floret.

51. CITRIOSMA BRASILIENSIS (Spreng. syst. veg. tom. II. p. 545).

F. oppositis, oblongis, utrinq. attenuatis, denticulatis et subtus stellato-pubentibus; ramis teretib.; calycibus aggregatis, 4-carpis. —

Brasiliae indigena est et a Sellowio lecta.

52. CITRIOSMA GLABRA (Spreng. l. c.).

F. oppositis breviter petiolatis, oblongis, utrinq. attenuatis, glaberrimis, subt. discoloribus, parallele venosis, ac rare dentatis; pedunculis ternis, trifloris, abbreviatis.

In Brasilia viget et a Sellowio reperta est. Ad Mollinediam potius spectare videtur.

53. CITRIOSMA PYRICARPA (R. et Pav. syst. veg. Fl. Chil. tom. I. p. 264).

F. oblongo-ovatis, acuminatis, b. excavatis, dentatis, staminib. 6—8.

Stirps 3-orgyalis, silvatica et Peruana, a Jun. in Aug. usque ad rivulos floret.

54. CITRIOSMA DENTATA (R. et Pav. l. c.).

F. obovato-ovalib., acuminatis, b. excavatis, duplicato-dentatis; staminib. 4—5.

Frutex 4-ulnaris in nemorib. Peruvianorum.

55. CITRIOSMA TOMENTOSA (R. et Pav. op. cit. I. 265).

F. oblongo-ovatis, serrulatis, tomentosis, staminibus 10—12.

Frutex 4-ulnaris, praecedentium comes. — Fl. Aug. et Septbr. — Eadem est verosimiliter, ut jam dixi, ac *C. aspera* auctor. laudatorum (cfr. n. 10).

56. CITRIOSMA OBLONGIFOLIA (R. et Pav. t. cit. p. 266).

F. oblongis acuminatis, integerrimis; staminibus plurimis. —

Frutex 3-ulnaris, e silvis Peruanis (Chacahuassi), fl. Septbr. Octbr. — Ad *Citriosmam Guianensem* Aubl. (sub Siparuna) accedere videtur.

Species maxime dubiae: (Tul. monogr. p. 372).

57. CITRIOSMA ALTERNIFOLIA (Spreng. syst. veg. t. II. p. 545).

F. alternis, oblongis, obtusis, integerrimis, subtus villosis; calycibus subsessilib., aggregatis et 4-carpis.

Crescit ut perhibent in Brasilia et Sellowio obvia est.

58. CITRIOSMA PANICULATA (Spreng. l. c.).

F. alternis, oblongis, opacis, glabriusculis, acutis, integerrimis; ramulis teretibus, ferrugineo-tomentosis; pedunculis paniculatis elongatis.

Provenit in terris Brasilianib., Sellowio auct.

E genere excludantur: (Tul. monogr. p. 372).

1. CITRIOSMA SCHOTTIANA Spreng, quae Mollinedia Brasiliensis Schottio mihiq. est.
2. CITRIOSMA DIMIDIATA ejusd. ms. in herb. Mus. Berol. (Herb. Sellow. n. 1383). — Quae ad Laurineas utique spectat. Stirps est fortassis eadem quae sub C. paniculatae citato cognomine locum obtinuit in syst. veget. tom. II. p. 545.
3. CITRIOSMA SELLOI ejusd., Syst. veg. II. 545, quae Mollinedia Gardnero (sub Tetratome) mihiq.
4. CITRIOSMA TRIFLORA ejusd. op. c. II. p. 544, quae Mollinedia triflora mihi.
5. CITRIOSMA UMBELLATA ejusd. l. c p. 545, quae Mollinedia umbellata mihi.
6. CITRIOSMA TOMENTOSA Spreng., ms. in herb. mus. Berol. (non R. et Pav.) quae Symplocos est (Sellowii herb. n. 1694).

MONIMIEAE GYMNOCARPAE

(Tul. mon. p. 373—413.)

Ovaria virginea aut recens foecundata jam nuda.

Antheris hippocrepicis, rim. confluentib.

IV. (2017/$_1$ et 2019/$_1$) *MOLLINEDIA**) Tul. mon. p. 373.

(Walp. Ann. I. 572 sub nom. Tetratome.)

(Tab. XXXI—XXXIII.)

MOLLINEDIA R. et Pav. Fl. Per. Prodr. (1794) p. 72 t. XV; Syst. I. 142.

TETRATOME Poepp. et Endl. nov. g. et sp. t. II. (1838) p. 46. — Walp. Ann. I. 572. — H. Cruerger in Linnaea tom XX. p. 114—115.

TETRATOME et MOLLINEDIA Endl. gen. pl. p. 1378 n. 2017/$_1$ et 2019/$_1$. Suppl. II. p. 35 et Suppl. IV p. II. p. 56.

---

*) Genus dicatum viro nobili Fr. de Mollinedo qui superiore saeculo exeunte, de re herbaria apud Matritenses bene meritus est.

Flores diclines, dioeci, apetali. Perigonium utriusq. sexus in ore cruciatim quadrifidum s. 4-partitum, divisuris 2 exterioribus oppositis integerr., interiorib. totidem vulgo a prioribus dissimilib. nempe in appendicem introflexam et saepius dentato-repandam protractis; lobis 4 multo rarius subaequalib.; masculum globos., obconicum v. turbinatum, subquadrangulare integrumque, anthesi peracta, decidens; femineum urceolatum nempe b. maxime dilatatum et in collum angustatum desinens, quandoque contra late cylindrico-campanulaceum nec ore angustiore apertum semper vero, ut videtur, post anthes. nonnihil supra b. circumscissum, parte superstite instar receptaculi deplanati et anguste marginati ovaria gravida cingente, suffultiente. Stam. numerosiss. (32-40) v. pauciora (12—24) totam perigonii intimam paginam sub fauce (nunquam constricta) vestientia, stipatissima, alterno multiplicique ordine distributa, sessilia, libera extrorsaque; filam. brevissimis, crassis et in connectivum subito abeuntibus; antheris ovato-hippocrepicis, obtusissimis, 2-lobis, lobis seu bursis hinc sulco partim discretis, illinc autem (a tergo) deplanatis, vertice conjunctis simulque rimo communi (antica v. laterali) hippocrepica late apertis, parietib. crassiusc. et integris persistentib.; pollini luteo v. nitidius aureo, pulvereo, granulisq. globosis et simplicibus composito. Ovaria vulgo numerosiss., exigua, cuneiformia, confertissima sed inter se cujuslibet adglutinationis expertia, exteriora quidem plane enim libera nec perigonii parietib. latere adnata, cuncta receptaculo insidentia, in vertice dilatato glabra, styloque brevi tereti rigidulo centrali nec ap. incrassato v. partito singulatim terminata, intus 1-locularia et 1-ovulata; ovulo anatropo, ovato, recto, e summo loculo pendulo et glaberrimo. Fructus ovariis pauciores, itidem sessiles (aut subsessiles) et ovati, maturi drupacei, glabri aut pubentes. Epicarpium tenue; mesocarpium crassitudine vulgo mediocre; endocarpium item tenue, crustaceum utrinque laeve et fragile. Semen loculum implens; testa tenui, hilo lato rhapheque lineari notata; albumine crassissimo, firmo, vix oleoso et canaliculo centrali angustissimo corculumque fovente perforato. Embryo teres, linearis, rectus, e caudiculo longo, cotyledonibusq. duabus multo breviorib., ovato-obtusis, aequalib., tenuib., planis, et facie antica sibi invicem applicitis. — Arbores fruticesve in America tropica vulgatissimi, paucissimi Australasici, f. oppositis ternisve, simplicib., exstipulatis, parce remoteque serratis, pubentib. glabrisve, utplurimum eglandulosis et inodoris; anthemiis terminalibus v. solitarie axillarib., singulis e cyma triflora (v. abortu 1- aut 2-fl.) unica, aut plurib. in racemos modo breves corymbosq. mentientes modo elongatos et ap. frondiferos digestis, caeterum decussatis aut ternis et in cujuslibet bracteae (foliive) axilla solitariis. — (Genus quod recentiore tempore a cl. Poepp. et Endl. Tetratome salutatum audiimus. Tetratome quidem super floris femin. structura non parum a Mollinedia recedere videtur; characteres vero, qui illi de hoc argumento adscribuntur, a stirpe, ni me omnia fallunt, peregrina, nempe a sola Tetratome lepidota Poepp. et Endl., quam Citriosmae jure vindicant, imprudenter desumpti sunt.) —

A. *Americanae* (Tul. mon. p. 375—399).

1. MOLLINEDIA OVATA (Tul. mon. p. 375).

Ramis novellis minutissime sericeo-pubentib., pallidis: f. oppositis, late ovato-ellipticis, breviter acuminatis, acutis, b. rotundatis, ultra mediam aciem remotissime serratis aut totis integerrimis, posticeque

parcissime puberulis; cymis masculis minute sericeo-pubentibus; perigonii divisuris internis longe appendiculatis; staminib. copiosis; receptaculo femineo et carpidiis argyreo-sericeis.

Mollinedia ovata R. et Pav. Syst. veg. Fl. Peruv. I. 143.

Frutex dioecus 2 orgyalis oritur in terris Peruanis pr. Chinchao nec non c. Egam Amazonum in prov. Maynas Bras. bor.-occident. — (Herb. mus. Lessert. et Vindob.)

2. MOLLINEDIA REPANDA (Tul. mon. p. 376).

Saturate dense rufo-tomentosa; f. oppositis, amplissimis, late ovato-ellipticis, breviter aut obs. acuminatis, bullato-repandis, adultis superne admodum glabratis; petiolo brevi et tereti; cymis fructiferis brevib.; receptaculo dense rufo-tomentoso; drupis subsessilib. tandemque glabratis; putamine ligneo.

M. repanda R. et Pav. Fl. Peruv. et Chil. t. I. p. 142.

Arbor 4-orgyalis et dioeca nascitur in silv. Peruanis circa Chinchao. Fl. Majo—Aug. Fruct. maturi colore lacte purpureo manus et lintea tingunt, ait Ruizius. — (Herb. Webb. et Berol.).

3. MOLLINEDIA BRASILIENSIS (Tul. mon. p. 377.).

Ramis oppositis, novissimis dense tomentosis, fulvis v. cineraceis, f. oppositis, amplis, ovatis obovatis aut oblongo-lanc., brevit. acuminatis, remote crenato-serratis, utrinque primum tomentosis et dein antice glabratis; pet. brevi ac tomentoso; pedunc. femineo valido, longo, unifloro; flore crasso, ovariis innumeris tomentosis; drupis sordide fulvo-sericeis partimque glabratis; receptaculo integerrimo, valde reflexo et cineraceo-pubente.

Mollinedia Brasiliensis Schott, ms. in herb. Vindob. et suopte herb. n. 5940. — *Citrosma Schottiana* Spreng. Syst. veg. t. IV. p. II. (cura post. — 1827) p. 407.

Frutex humilis, dioecus in montib. Brasil. meridionalis dictis Serra Tingua et Serra dos Orgaos, haud procul a Sebastianopoli. — Fruct. Maj. —

4. MOLLINEDIA GRACILIS (Tul. mon. p. 378).

Ramis exilibus, novellis tomentosis et cinereo-fulvis; f. oppositis, ovatis v. lanceolatis, acute acuminatis, b. cuneato-attenuatis, serratis, tenuib., utrinq. primum adpresse sericeo-pubentib., pallidis et brevit. petiolatis; fl. cinereo-sericeis; cymis masc. longe pedunculatis, solitariis v. in paniculam brevem decussatim digestis; femin. solitariis; carpidiis sericeo-tomentosis.

M. gracilis Tul. in ann. sc. nat. ser. 4. tom. III. 41.

Frutex dioecus et 2-metralis crescit in silvis altis montium Estrellensium pr. Magé prov. Sebastianopolitanae Brasil. — (Herb. mus. Par.)

5. MOLLINEDIA CINEREA (Tul. mon. p. 380).

Ramis novellis molliter brevissimeque tomentosis et cineraceo-fulvis; f. oppositis, late ellipticis, brevit. acuminatis, b. subrotundatis, postice cineraceo-pubentib., antice demum glabratis, serratis breviterque petiolatis; cymis masculis trifloris subcorymbosis et cineraceo-fulvis, pedunculis pedicellisque crassis; perigonii lobis internis in appendicem repandam fimbriatam maxime introflexam occultatamque singulatim productis, externis autem integerrimis et acutatis. — Fl. femin. desunt. —

Tetratome cinerea Gardn. in Hook. Lond. journ. of bot. tom. IV. p. 136 (saltem videtur). — Walp. Ann. tom. I. 573. — *Citrosma Selloi* Spreng. Syst. veg. II. 545 (f. herb. Berol.). — *Citrosma ovalis* Spreng. in eod. Herb. Berol. — non R. et Pav. —

Frutex dumosus in terris Brasilianis, circa oppidulum Nazareth dictum et in montib. Organensib. — (Herb. mus. Par., Lessert, Webb., et Berol.).

6. MOLLINEDIA FLORIBUNDA (Tul. mon. p. 381).

Ramis novellis dense fulvo-tomentosis adultis glabratis; f. oppositis, obovato- v. oblongo-lanc., acuminatis, remote serratis v. crenato-serratis, primum utrinque sericeo-tomentosis diluteque fulvis, subinde antice ex toto, postice autem pro parte glabratis; paniculis masculis dilute fulvo-tomentosis gracillimis, brevib. et 2—8 brachiatis, brachiis decussatis patentissimis longis ac 3-floris, fl. cinereo-sericeis; staminib. 24—28.

M. floribunda Tul. ann. l. c.

Arbor sempervirens in Brasilia, v. gr. in reg. Entre dos Morros dicta. — (Herb. Mus. Vindob.).

7. MOLLINEDIA RACEMOSA (Tul. mon. p. 382).

Ramis novellis cinereo-puberulis; f. oppositis ternis quaternisve, oblongo-lanc., longe attenuato-acutis, ap. versus remote serratis, adultis utrinque glabris; venis secundariis prominentib., remotissimis; cymis ternis, longe racemosis et cinereo pubentibus; fl. lateralib. refracto-demissis; bracteis bracteolisq. longe linearib. et patenti-demissis. — (Fl. femin. desiderantur).

Tetratome triflora Poepp. et Endl. nov. pl. g. t. II. p. 46 tab. 163. — *Tetratome racemosa* Schlecht., in Linn. t. XX. p. 114.

Frutex circ. 3-metralis in fruticetis montanis Peruviae orientalis. — Fl. Decbr. —

8. MOLLINEDIA IBAGUENSIS Tul. monogr. p. 383 (tab. XXXI).

Ramis novellis hirto-tomentosis sordideq. fulvis, adultis penitus glabratis; f. oppositis, ovato- v. lin-oblongis, longe acuminatis, acutis, remote serratis, adultis utrinq. glabratis; petiolo incrassato, tereti et tuberculato-rimoso; cym. masculis brevit. racemosis, fulvo-sericeis; bracteosis, femin. depauperatis,. solitariis et demum glaberr., fructibusque; staminibus c. 24.

M. Ibaguensis Tul. ann. l. c.

Arbor in locis frigidis Novae Granatae, haud procul a Chachaputo agri Ibaguensis. — Fl. Novbr. — (Herb. mus. Par. et Webb.). — Non differt fortassis a Mollinedia lanceolata R. et Pav. (Syst. fl. Peruv. et Chil. I. 143) hujusce autem diagnosis evulgata perquam manca, dubiis solvendis suppeditare nequit.

9. MOLLINEDIA LONGIFOLIA Tul. monogr. p. 383 (tab. XXXI).

Rubiginoso-tomentosa; f. longe lin-lanceolatis, acutis remote serratis, superneq. glabris aut cito glabratis; cym. masculis trifloris, brevit. pedunc., terminalib. et paniculatis; fl. subsessilib.; perig. divisuris brevib., subaequalib., internis membrana angusta et integerrima limbatis; receptaculo fructifero utrinq. tomentoso; fructib. parce et adpresse sericeis. —

M. longifolia Tul., in ann. sc. nat. l. c.

Arbor in agro Sebastianopolitano Brasiliae australis. — (Herb. mus. Par. et Berol.) — Fl. masc. inaperti alabastra quarundam Eugeniar. v. Myrciarum mentiuntur.

10. MOLLINEDIA MACRANTHA (Tul. mon. p. 386).

Ramis adultis glabris; f. oppositis ternisve, breviter elliptico - lanc., acuminatis, parce et remote ultra mediam aciem denticulatis, adultis superne glabris, subtus autem sparsim pubentib.; cymis (masc.) trifloris, totis fulvo - tomentosis, quasi in umbellam digestis, singulis longe pedunculatis; perig. crasso subgloboso et alte 4-partito, lobis subaequalib.; staminib. numerosissimis. — (Fl. feminei desiderantur.)

M. macrantha Tul. in ann. sc. n. l. c. p. 42.
Frutex dioecus in silvis editis agri Bogotensis, pr. Fusagasuga Novae-Granatae, ad alt. 1,100 hexapod. — Fl. Dcbr. — (Herb. mus. Par.)

11. MOLLINEDIA CAMPANULACEA (Tul. monogr. t. 387).

Ramis exilib. et fulvo-tomentosis; f. (novellis saltem) pariter vestitis, elliptico-lanc., longe acuminatis, ac in ap. modice serratis, cymis (femin). 1-fl. et fulvo-tomentosis, ped. gracili sub. ap. 2-bracteolato; perig. amplo, campaniformi, brevit. 4-lobo, lobis obtusiss. et nonnihil inaequilongis; ovariis numerosis ac pubenti-sericeis. — (Flores masc. desiderantur.)

Mollinedia campanulacea Tul. ann. l. c.
Arbuscula dioeca in silvis praealtis mont. Quinduensium ap. Novo-Granatenses. — Fl. Decbr. — (Herb. mus. Paris.)

12. MOLLINEDIA NIGRESCENS (Tul. monogr. p. 388).

Ramis adultis glabris, teretib.; f. opp., lanc., longe et acute acuminatis, b. attenuato-acutis, remote serratis, mox utrinq. glaberr.; venis omnib. praeter mediam peculiariter exilibus; cymis (masc.) trifl., brevit. pedunculatis, arescendo nigricantib.; bract. bracteolisq. squamiformib., ovato-rotundis, aridis caducisque; perigonii utrinq. glabri lob. internis liguliformib. truncatis et subintegris, externis autem vix acutis. — (Fl. femineos videre non licuit.)

Mollinedia nigrescens Tul. ann. l. c.
Arbor dioeca in Nova-Hispania Oaxacensi, pr. Tenejapa, flores luteos Augusto mense explicat. — (Herb. mus. Par. et Webb.)

13. MOLLINEDIA LAURINA (Tul. monogr. p. 389).

Ramis adultis glaberr., novellis sericeo-fulvellis; f. opp., oblongis v. lanc.-oblongis, acutis remotissime ultra medium denticulatis, amplis, demumq. glaberrimis; cym. luteolo-sericeis, solitariis v. breviter racemosis racemo frequenter in ramum foliiferum superne mutato; perigonii divisuris externis obtusissimis, integerrimis et in medio antico nervatis; internis autem latioribus et ligula tenui, lacero-dentata, longa, cristaque v. nervo antice destituta terminatis; staminib. 24—28.

Mollinedia laurina Tul. ann. sc. nat. tom. cit. p. 43.
Arbor nascitur in agro Cayennensi Guianae Gallicae. — (Herb. mus. Par., Webb. et Berol.)

14. MOLLINEDIA VIRIDIFLORA (Tul. monogr. p 390).

Ramis teretib. dem. glabratis; f. oppositis, petiolatis, obovato- v. elliptico-oblongis, acute acuminatis, b. cuneatis, in ap. remote parceque serratis, adultis utrinq. glaberr.; cymis (masc.) 4 confertim decussatis in b. innovationum, luteolo-sericeis, trifl.; perig. dentib. externis integris et vix acutis, internis angustiorib. ac in ligulae sortem introflexam, repando-laceram anticeque cristatam productis; staminib. circ. 24 exiguis et aureis. — (Fl. femin. desiderantur.)

Mollinedia viridiflora Tul. in ann. sc. nat. l. c.
Frutex dioecus in jugis orientalib. Andium prov. Mexicanae Oaxacensis, ad alt. 1500 hexapod. — Fl. Junio. — (Herb. mus. Par.)

15. MOLLINEDIA PELLUCENS (Tul. mon. p. 391).

Glaberrima; ramis exilib.; f. opp., ovato-ellipticove lanceolatis, acute acuminatis, supra med. obs. remote grosseque dentatis, v. integerr.,

tenuissimis, minutissime et copiosiss. glanduloso-punctatis, breviterq. petiolatis; cymis modo solitariis, modo paucis paniculatis, singulis patentissimis et rigidulis; perig. masculi coriacei lateque calycini lobis latis brevib. et subaequalib.; staminib. 20—24.

Xylosma racemosum Spreng. (fide cl. Otto in herb. Berol.) — *Mollinedia pellucens* Tul. l. c.

Frutex dioecus in Brasil. merid. v. gr. circa Sebastianopolim. — (Herb. mus. Berol., [exdono mus. Berol.] et Jalbert.)

16. MOLLINEDIA NITIDA (Tul. monogr. p. 392 tab. XXXII).

Tota glaberrima, f. opp., ovato-lanceolatis, utrinque longe attenuato-acutis, breviter petiolatis, nitidis, et in ap. remote denticulatis; venis secundariis pari modo exilibus; anthemiis terminalib., brevissimis, e cymis 4 confertim decussatis; pedunculis pedicellisq. longe exilib.; bract. bracteolisq. perexiguis; perig. (masculo) globoso, tenui, 4-fido, divisuris subaequilongis; staminib. 16—24, laxis. —

Tetratome elliptica Gardn. in Hook. journ. of bot. I. 530 n. 162. (f. herb. Webb.) — *Mollinedia nitida* Tul. in ann. sc. nat. l. c. p. 43.

Arbuscula dioeca in agro Sebastianopolitano. — Fl. Aug. — (Herb. mus. Par., Webb., Vindob., et Berol.)

17. MOLLINEDIA LIGUSTRINA Tul. monogr. p. 393 (tab. XXXIII).

Glaberrima, f. opp., obovato-lanc., in petiolum brevem attenuatis, acutis v. brevit. lateq. acuminatis, subcoriaceis, antice nitidis, inferne subtilit. venosis; anthemiis (masc.) folio multo breviorib., axillarib. v. terminalib., singulis e cymis trifloris, solitariis v. decussatim paniculatis; perigonii lobis oblongis, obtusis, calyculo multo longiorib., inappendiculatis, externis internos nonnihil excedentib.; staminib. 24 sessilibus. — (Fl. feminei desiderantur.)

M. ligustrina Tul. ann. sc. nat. l. c. p. 44.

Frutex dioecus in Brasilia merid. — (Herb. mus. Berol.)

18. MOLLINEDIA TRIFLORA (Tul. mon. p. 394).

Ramis novellis dilute fulvo-tomentosis, annosorum cortice suberoso rimoso et pallido; f. oppositis, obovato-oblongove-lanceolatis, acutis v. acute acuminatis, breviter petiolatis, integerr. aut vix dentatis, utrinque initio pubentib. ac tandem glabratis; cymis masculis trifloris et brevibus, femineis unifloris ac paulo longiorib., fulciminibus omnium dilute fulvo-tomentosis; perigonio utriusque sexus minute sericeo aut subglabro, divisuris subaequalib., externis obtusissimis, staminib. 12—16; ovariis pallide sericeo-tomentosis receptaculoque.

Citrosma triflora Spreng. veg. II. 544 et ms. in herb. mus. Berol.

Frutex dioecus sempervirens in Brasil. merid., v. gr. in montib. dos Orgaos, haud proc. a Sebastianopoli. — (Herb. mus. Berol., Vindob. [ex herb. Schuch.] et Par.).

19. MOLLINEDIA CLAVIGERA (Tul. mon. p. 396).

Ramis gracilib., novellis dense fulvo-tomentosis, adultis glabratis; cortice tenui; f. opp., obovato- v. rhombeo-lanc., acutis v. acute acuminatis; ultra medium remote dentatis, quandoque etiam integerr., in acie subtiliter revolutis, et initio sericeo-tomentosis, pube fulva vix conspicua et lente evanida; cymis femineis trifloris ac fulvo-tomentosis, pedicellis clavatis; perigonii utriculiformis dentib. internis obtusissimis et exappendiculatis. —

M. clavigera Tul. in ann. sc. nat. l. c.

Frutex dioecus et sempervirens cresc. in prov. S. Pauli Brasiliae meridion. — (Herb. mus. Berol. et Par.

20. MOLLINEDIA UMBELLATA (Tul. mon. p. 397).

Ramis gracilib. et dense rufo-tomentosis; f. opp.; longe lanc., acuminatis, acute serratis, breviter petiolatis, adultis glabratis posticeque prominenti-nervosis, racemis femineis paniculisq. masculis similiter paucifl. et umbelliformibus; fl. longe pedicellatis, patentissimis et pubenti-cinereis; lobis perigonii masculi subaequilongis, dentib. feminei pariter brevissimis et aequalib.; carpellis receptaculoque dense fulvo-sericeis. —

Citrosma umbellata Spreng. syst. veg. II. p. 545, et ms. in herb. mus. Berol. —

Arbor dioeca in Brasilia meridionali. — (Herb. mus. Berol.)

21. MOLLINEDIA ELEGANS (Tul. mon p. 398).

Ramis admodum exilibus, novellis fulvo-tomentosis, adultis autem glabris; f. exiguis, opp., rhomboideo-lanc., utrinq. longe acutatis, ultra medium grosse et remote serratis, adultis utrinq. glabris; cymis masculis gracillimis et sericeis; perig. globosi et exigui divisuris externis elliptico-rotundatis, interiorib. multo latiorib. et ligula angusta ac repando-lacera terminatis; staminib. 8—12. — (Flores feminei desiderantur.)

M. elegans Tul. in ann. sc. nat l. c.

Frutex dioecus in prov. Brasiliana Sancti Pauli et etiam propius Sebastianopolim repertus. — Herb. mus. Par. et Berol.)

B. *Australes.*

22. MOLLINEDIA HÜGELIANA (Tul. monogr. p. 399).

Ramis oppositis ternis v. fasciculato-verticillatis, novellis fulvo-tomentosis et asperis; f. opp. ternisve, oblongis v. oblongo-lanc., acutis, serratis v. duplicato-dentatis, coriac., subt. dense reticulatimque prominenti-venosis et citrinis, adultis glabratis; fl. femineis racemosis, longe pedicellatis et parce pubentib.; racemis definitis v. in frondes abeuntibus. —

M. Hügeliana Tul. in ann. sc. nat. tom. cit. p. 45.

Arbor dioeca in saltibus Novae-Hollandiae or., testantib. viro nob. Hügelio (in herb. mus. Vindob. et suopte herb. n. 19, sub Ochna) et beato Cunninghamo. — (Herb. mus. Vindobon.) — Stirps haec et insequens, ambae patria consortes, a Mollinediis Americanis, quibuscum non modo infloresc. sed etiam floris, feminei apprime, structura conveniunt, nonnihil eo discrepant, quod drupae suae singulae stylo (maxime imminuto) laterali instar fructuum Hedycariae terminentur et propterea quadamtenus uncinatae evadant, dum praeterea endocarp. membranaceum subsistit, ita ut fructus naturam baccae quodam modo induat. Stamin. numerus in fl. masculis paucissimis qui suppetunt, prae ditissimo, ut solet, Mollinediarum androceo, admodum parvus est.

23. MOLLINEDIA MACROPHYLLA (Tul. mon. p. 401).

Glaberr., ramis dichotomis, ternatis, levissimis, coloreque citrinis; f. oppositis, coriaceis, amplis, breviter petiolatis, late ellipticis v. oblongis, breviter et acute acuminatis, remoteque serratis, dentib. exilib. et pungentib.; racemis paucifloris.

Hedycarya macrophylla All. Cunn. ms. in mus. herb. Vindobon. 1818 et in ann. of nat. h. I. 215. — *Mollinedia macrophylla* Tul. ann. l. c.

Arbor v. arbuscula dioeca, in silvis inperviis et opacis Novae-Holland. or. haud pro-

cul a maris littorib., secus fluvios, et in dumetis maritimis et montosis circa Morton-Bay ejusd. regionis. — (Herb. mus. Par. [spec. Leichard.] et herb. Vindob.)

Species non visae: (Tul. monogr. p. 402.)

24. MOLLINEDIA LATIFOLIA Poepp. et Endl., nov. g. ac. sp. pl. I. p. 47 (sub Tetratome). —

Arbor humilis f. ellipticis, ap. serratis, subtusq. decolorib.; pedunculis masc. axillarib., solitariis, erectis et trifloris; perigonio turbinato-campanulato et crasso; staminib. 32.

Provenit circa lacum Egensem Brasil. bor., in silvis, fl. Novbr. — Omnino congener est *M. racemosae* Schlechtd. (Tetratomes triflorae Poepp. et Endl.), et fortassis eadem atque *Mollinedia ovata* R. et Pav.

25. MOLLINEDIA LANCEOLATA (Ruiz. et Pav. Fl. Peruv. et Chil. tom. I. p. 143).

Frutex 2-orgyalis f. oppositis ternisve, lanceolatis et superne dentatis. —

Nascitur in silvis Peruanis, circa Chinchao, fl. a Majo in Julium usque. —

36. MOLLINEDIA TOMENTOSA Tul. (Benth. pl. Hartweg. p. 250 [sub Tetratome]).

Frutex 8—12 ped., ramulis sordide ferrugineo-tomentosis; f. ellipticis v. oblongis, acuminatis b. rotundatis, supra medium remote denticulatis, subt. tomentosis et ferrugineis; pedunculis masc. trifl., femineis unifloris, cunctis tomentosis; perigonii masculi turbinati, tomentosi et fere 3-linearis, lobis crassis, externis ovato-acutis, internis appendice denticulata auctis; fructib. maturis glabris.

(Cfr. Walp. Ann. I. 572 n. 2.)

Nascitur in Peruviae silvis Popayensibus. — Accedit, ni fallor, ad *Mollinediam macrantham* nostram aut potius *M. repandam* R. et Pav.

E genere excludatur: (Tul. mon. p. 403.)

MOLLINEDIA LEPIDOTA Poepp. et Endl. nov. gen. et sp. tom. II. p. 47 (Tetratome), quae *Citriosma Poeppigii* mihi est (Citriosma n. 41).

2016. KIBARA *Endl.*

(Kibara vox Sundensis est, ait Hasskarl.)

V. KIBARA.

(Tul. monogr. p. 403.)

BRONGNIARTIA Blume, Bijdr. tom. II. p. 435 — non Knth. —

SCIADICARPUS Hasskarl, in Flora L. (1842) Beibl. II 20 et in suo Cat. pl. hort. Bogor. alt. (1844) p. 86.

KIBARA Endl. gen. pl. p. 314 n. 2016 Suppl. III. p. 64. Suppl. IV., p. II. p. 56 — Hook. et Thoms. Fl. Ind. t. I. (1855) p. 165. —

Perigonium (receptaculum Blumeo) turbinatum, coriac., b. bibracteolatum, in ore squamis 4 connatis subclausum, int. obsitum staminib. v. ovariis (fl. aut masculis aut femineis ecalyculatis et apetalis, ait Blumeus). Stam. circit. 5—7; filamentis brevib.; antheris ap. adnatis. Ovar. plura pyramidata et uni-ovulata; stigmate obtuso ac sessili. Baccae receptaculo fisso et convexiusculo insidentes, divaricatae, 1-sper-

mae. Album. carnosum, embryo inversus. — Kibarae genus super arbore Javanensi exstructum ad Mithridateam accedere Blumeo dicitur, sed ni fallor, multo proximiorem cum Mollinedia demonstrat necessitudinem, ita quidem ut vix ab ea dissimile existimem. —

1. KIBARA CORIACEA (Tul monogr. p. 404).

Procera, f. ovato- v. elliptico-oblongis, acuminatis, remote dentatis, amplissimis subcoriaceis, brevit. petiolatis tandemque glabratis; fl. femineis aurantiacis. —

Brongniartia coriacea Bl. Bijdr. II. p. 436. — *Brongniartia macrophylla* Anonym. in herb. mus. Vindob. — *Sciadicarpus Brongniartii* Hassk. l. c. nec non in suis pl. Jav. rar. (1848), p. 209 n. 134 (c. locupl. descr.) — *Kibara Blumei* Steudel nomencl. bot. (1840) p. 846. — *Kibara coriacea* Hook. et Thoms. Fl. Ind. I. p. 166. —

Arbor procera frequens viget in montib. Javae Ins. (Salak, Parang, etc.); provenit etiam et in silvis penins. Malaccensis (cfr. Hook. et Th. Fl. Ind. l. c.). A Novembri in Martium usq. apud Javanos floret et vernacule Kibara (quo nomine arbores variae, ut ajunt, designantur) audit. — (Herb. mus. Vindob.)

2. KIBARA CHARTACEA Bl. — Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 89. —

F. chartaceis elliptico-oblongis (9—14 p. longis, $3\frac{1}{2}$—5 l., pet. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ p.) acuminatis vers. ap. repando-serrulatis utrinq. glabris; coenanthiis simpliciter racemosis.

var. *apiculata:*

F. ovalib. v. elliptico-oblong. (8—13 p. lg., $3\frac{1}{2}$—6 l.) acutis v. brevit. apiculatis vers. ap. repandis v. repando-serrulatis. — Cum varietate in Sumatra.

3. KIBARA OBTUSA Bl. — Bl. l. c. p. 89. —

F. chartac. ellipticis (3—4 poll., $1\frac{1}{2}$—2 p. l., pet. 5—6 lin.) obtusis v. retusis integerr. v. ad ap. repandis glabris in nervo medio subt. puberulis; coenanthiis simplicit. racemosis v. subumbellatis.

In Celebes.

Spec. non satis cognita.

4. KIBARA CUSPIDATA Bl. — Blume l. c. p. 89. —

F. coriaceis ovalib. ellipticisve ($\frac{3}{4}$—1 ped., 4—$7\frac{1}{2}$ p. l., pet. $\frac{3}{4}$ p.) obtuse cuspidatis vers. ap. repando-serratis v. serrulatis supra glabris subt. puberulo-scabridis.

In Sumatra.

Antherarum rimis discretis.

(Tul. monogr. p. 405 — p. 413.)

VI. **HEDYCARYA** Forst.

(Tul. mon. p. 405.)

— Walp. ann. bot. I. p. 573. — Endl. gen. pl. p. 314 et 1378 n. 2018, Suppl. II. 35 et IV. p. II. p. 56. — D. Hook. Fl. nov. Zeeland. (bot. of the antarct. exped.) tom. I. (1852) p. 218.

CRINONIA Banksio, ms. (e schedula herb. mus. Vindob.)

ZANTHOXYLI sp. Ach.: Rich. ess. d'une Fl. de la nouv. Zélande (voy. de l'Astrol.) p. 291 tab. 33. —

Fl. diclines, dioeci, apetali: Masc.: Alabastrum glob., obtusissimum. Perigonium calycinum e phyllis 8 ovato-oblongis, majusculis, duplici serie ordinatis, 4 scilicet angustiorib. interiora totidem partim initio tegentib., cunctis sub anthesi expansis, receptaculi lati et poculiformis

margine continuis et utrinq. aequo modo pubentibus tomentosisve. Stamina 20—40 receptaculum totum multifario densoque ordine vestientia, prorsus sessilia, inclusa, nunc extrorsa, nunc antrorsum v. ex utroque latere spectantia, erecta et nonnihil introrsus curvata (exteriora imprimis), latiuscule linearia v. triangulari-elongata (e b. latiore sensim attenuata), subacuta, obtusa s. veluti truncata, singula e connectivo crassiusculo et membranaceo, lobisque (sacculis) 2-linearib. huic aequilongis, discretis v. contiguis et longitrorsum lateq. debito tempore hiantibus; polline luteolo, e granulis liberis. Fem.: Perigonium e receptaculo late expanso et poculiformi v. peltato-disciformi, et sepalis 8—10 perexiguis, ovato-acutis, inter se subinaequalibus aut manifeste inaequalib. (5—6 majorib., cum reliquis alternantib.) disciq. margini insertis, area tomentosa v. pubente. Ovaria numerosa (20 circ.), in receptaculo toto velato stipatissima, obovato-globosa v. breviter subrhombea (angulato-obconica s. obverse pyramidata), stylo crasso, brevi aut longiusculo, indiviso centralique terminata, primitus omnino sessilia atque glaberrima v. sericeo pubentia. Ovulum in quolibet carpidio uniloculari solitarium, ovato-acutum v. ellipsoideum, e summo pariete fertili pendulum, anatropum et glaberrimum, micropyle supera. Drupae subexsuccae, brevit. stipitatae, leves, ovatae, subuncinatae (stylo nonnihil laterali facto), atque in receptaculo quadamtenus accreto et reflexo divergentes; epicarpio tenuissimo; mesocarpio carnoso; endocarpio corneo, modice incrassato et utrinque levi. Sem. inversum, obovatum, totum fructus loculum replens ac testa tenuissima pallida glabra fragilique involutum, rhaphe lin., seminis longitudinem aequante; chalaza late circulari, vix v. nequaquam infuscata. Alb. crassissimum, subexsuccum (ut videtur), facileq. totam seminis molem sistens. Embr. centralis, rectus, semine brevior., e caudiculo (supero) tereti aequali longoque et cotyledonib. 2 aequalib., tenuissimis, ovatis v. ellipticis, et arctissime sibi invicem facie antica adplicitis. — Arbores Australasiae vicinarumque terrar. indigenae, semper virentes, f. opp., simplicib. et dentatis; fl. racemosis v. cymosis, anthemiis vulgo axillaribus. — Fructus maturos solius H. dentatae Forst. in botanicis reperi.

1. HEDYCARYA DENTATA (Tul. mon. p. 406).

Ramis recentib. fulvo-tomentosis; f. lanc.-oblongis, remote serratis, initio ab utraque pag. dense fulvo-tomentosis, et postea glabratis; anthemiis tomentosis, fulvis; staminib. introrsis et tomentosis carpidiisque. (Cfr. Walp. Ann. I. p. 573 n. 1.)

Hedycaria arborea Joann. et Georg Forst. gen. pl. p. 128 tab. 66 (64). — *Hedyc. dentata* G. Forst. Fl. ins. austr. Prodr. p. 71 n. 379 et ms. in mus. Paris. — D. Hooker Fl. Nov. Zeeland. I. p. 218. — *Hedycaria dentata* et *H. scabra*, Cunningh. ms. in herb. Vindob. et in ann. of nat. hist. I. p. 215 et 216 n. 336 et 337. —

Cresc. in variis Nov. Zeelandiae regionib., videlicet ad sin. bor. quem Insularum dicunt. Rivor. littora ut ajunt praediligit. — (Herb. mus. Par. Lessert. Jalbert, Webb. Vindob. et Berol.) — H. scabra Cunn. (ms. in herb. mus. Vindob. et in ann. of nat. hist. t. I. p. 216) ab H. dentata Forst. non differre mihi videtur nisi indumento s. tomento copiosiore et saturatius ferrugineo quum ramis foliisq. novellis, tum in fl. — In Nova-Zeelandia secus rivum Keri-keri crescere dicitur. Ad H. dentatam Forst. et ab Hooker in Fl. Novae-Holland. refertur.

2. HEDYCARYA CUNNINGHAMI (Tul. mon. p. 408).

Ramis novellis parce sericeis, cineraceis; f. oblongo-lanc., minute

v. grosse dentatis, primitus cineraceo-sericeis, demum hinc et hinc glabratis; subt. vero utplurimum pallentib.; anthemiis subglabris; staminib. vix pubentib., extrorsis; carpidiis glabris. —

H. angustifolia Rich. Cunningh., ms. in herb. mus. Vindob., anno 1834, et in ann. of nat. hist. I. 215. —

Arbor dioeca circa sinum Jacksonianum in prov. Cumberland. Nov.-Holland. or., nec non in declivib. et anfractib. montium ejusdem regionis qui coerulei dicuntur. (Herb. mus. Par. et Vindob.) — Stirps est Hedycaryae dentatae Forst. legitima congener; haud aegre ab ea distinguitur f. subt. concolorib., vestitu albido-sericeo parciss. et evanido, staminib. comperte extrorsis et glabris, carpidiisque similiter pube subdestitutis aut quidem glaberrimis. — Quod nomen a beato Cunningh. arbori impositum mutaverim, ignoscant, quaeso, artis herbariae magistri, etenim quoad folior. formam ab Hedycarya dentata Forst. non longe recedit, ejusq. criterium potius in vestitu et anthemiorum natura versari videtur.

3. HEDYCARYA RACEMOSA (Tul. monogr. p. 409 tab. XXXIV).

Ramis initio cineraceo-tomentosis v. fulvellis; f. ovatis v. oblongo-lanceolatis, integerr., recentibus sparsim piliferis, racemis masc. laxe multifloris; fl. crassis et cineraceo-tomentosis; perigonii divisuris latis, limbatis ac fornicato-introflexis; antheris puberulis. — (Femina desideratur.) —

H. racemosa Tul. in ann. sc. nat. ser. 4 tom. III. (majo 1855) p. 45.

Arbor dioeca crescit in Nova-Hollandia. — (Herb. mus. Par. et Vindob.) — Recedit ab Hedycaryis supra descriptis structura perigonii cujus dentes 4—5 eodem ordine instruuntur, initioque mirum in modum fornicato-introflexi nec imbricati deprehenduntur.

4. HEDYCARYA HIRSUTA Spreng. (syst. veg. II. 546). — sc. *H. Bengalensis* (f. Roxb.), species maxime dubia est:

Fol. ovato-oblongis sinuato-crenatis, utrinq. hirsutis et b. biglandulosis.

Specim. quaed. exstant in herb. mus. Vindobon. quib. schedula adjicitur sic inscripta: „W. n. 1830. *Hedycarya dentata* Sp. pl. — *H. hirsuta* Spreng. — Lam ill. tab. 827 — Cresc. in Nova-Zeelandia. — Herb. Portenschlag."

Sistunt plantam certe ex Euphorbiacear ord.; synonimon contra Willdenow. et Lamarkianum in notula citata ad H. dentatam Forst. supra descriptam sine dubio spectant.

2019/1. VII. **BOLDEA** Juss.

(Tul. monogr. p. 410. tab. XXXI.)

Sic dicta a vernaculo cognomine Boldo, s. Boldu. Boldea ap. generis conditorem legitur; posteriores, vocali mutata Boldoa scripserunt. —

BOLDEA Juss. in ann. du mus. tom. XIV. (1809) p. 134. et in lexic. sc. nat. tom. XXXII. (1824) p. 452.

BOLDOA Endl. gen. pl. p. 1378 n. 2019. Suppl. II. p. 35. et IV. p. II. p. 56. — Gay Fl. Chil. tom. V. p. 351.

Fl. diclines dioeci. Masculis: calyx ellipsoideo-globosus, utrinque (inapertus) obtusissimus, subter limbum plerumq. 5-partitum cyathoides, capax et in fauce vix aut nonnihil constrictus, divisuris ovatis obtusissimis inaequalib. et imbricatis, duabus tribusve plane externis, cunctis utrinq. tomentosis. Corolla (vix sincera) calycis fauci inserta, vulgo e petalis 7-inaequalib., obovato- s. lin-oblongis, obtusissimis, primitus imbricatis, in dorso medio pl. min. tomentosis, nec sepala quibusc. pro parte alternant, excedentibus. Stam. numerosissima (circ. 40) totum calycis interni parietem pilosum stipato ordine vestientia, introrsa et in-

trorsum curvata nec non penitus libera et glabra; filam. longis, supra medium utrinque glanduliferum (glandulis deformib. et ampliato-deplanatis) teretibus exilibusq. infra autem dilatatis et liguliformib.; antheris rubentib., ovatis utrinq. retusis, imo dorso affixis (continuis) et 2-lobis, lobo utroque medio longitrorsum sulcato, tempore debito rimoso; polline e globulis discretis. Ovarior. vestigia nulla. Femineis: Calyx a masculino parum dissimilis ac saepius de specie tantummodo 4-partitus, divisura enim quinta (intima) petalum mentiente; fauce angustiore. Petala (si petala dicere licet) 10—12 maxime inaequalia, duplici triplicive laxoque ordine in calycis fauce et pariete setoso inserta; exteriora petalis maris consimilia, sc. obovato-oblong. et obtusissima, interna autem multo breviora, occultata, lin-lanc. v. anguste rhomboideo-acuta, et stamina commutata simulantia. Stamina fertil. nulla. Ovaria 3—4 ovato-elongata, b. rotundata in imo calyce confertim sessilia et tota recondita, stylum brevem, glabrum, geniculatum obtusum integrum nec incrassatum singulatim exserentia, cuncta aequalia, tomentosa, admodum libera, unilocularia et 1-ovulata; ovulo anatropo, carpidio conformi, sc. ovato et in rostrum longum rectumque abeunte, pendulo et glabro; micropyle hiloque in summo rostro tenuato, chalaza autem in adversa crassiore et obtusissima parte sitis. Fructus drupacei exsucci, calycis laceri et irregulariter dimidiati cupula haud ampliata ut receptaculo insidentes, ovato-acuti, glabrati venisque reticulatim impressis notati; epicarpio et mesocarpio cohaerentib. tenuibusq.; endocarpio (maturo) crassissimo, osseo, ext. sulcato-tuberculoso, introrsum autem levi et ap. versus anguste pertuso. Seminis totum putaminis loculum replentis et obovato-acuti (penduli) testa pallida membranacea tenuissimaque; perisperm. crassissimum, oleoso-carnosum et siccatum luteo-fuscum, meditullio dilutius colorato. Embr. exiguus et prope seminis basin sub summo tenuiq. at spissato s. in corticis modum indurato albuminis strato totus latens (intrarius); cotyledonib. 2 planis longe elliptico-acutulis et divergentissimis; radicula crassa brevi tereti obtusa et supera, nempe putaminis foramini (quo funiculi vasa transierunt) proxima. — Genus hactenus monotypum, a confamiliarib. Americanis structura perigonii polyphylla, phyllis etiam de specie duplicis naturae, nec non antherar. fabrica bene distinctum; Mollinediae propter calycem demum circumscissum, ovaria nudata ovulumq. pendulum multo propius quam Citriosmae accedit.

1. **BOLDEA FRAGRANS** (Tul. monogr. p. 412 tab. XXXI).

Bolda, arbor olivifera Fevill. — *Peumus Boldus* Molin. — *Peumus fragrans* Pers. et Spreng. — *Ruizia fragrans* Pav., Endl. monogr. pl. tab. XXI. — *Boldoa fragrans* Gayo. — Lindl. in bot. reg. tom. 31. tab. 57. et in veget. Kingd., p. 298 (icon analyt.). —

Arbor 2—4 orgyalis et quod excedit, frondosa, sempervirens et aromatica, ramis novellis sordide tomentosis tactuq. asperulis, adultis glabratis. F. opp., ovata v. ovato-elliptica, utrinque obtusa, brevit. petiolata, crassa marg. revoluta, utrinque et sparse initio pilosa, mox autem superne glabrata, pilis brevib. patulis ac super prominentias exiguas quibus pagina utraq. asperatur stellatim fasciculatis. Anthemia utriusq. sexus axillaria v. saep. terminalia, singula e panicula mediocri, pauci-ramosa et albido-tomentosa; pedunculis secundariis oppositis cymose trifloris v. abortu 1-floris; bracteis bracteolisq. exiguis et cito caducis. Flores albi et grate odori. Fruct. maturi (luteolo-virentes) pulpam submucosam sapidamq. largiuntur; putamem nigrum dicit Fevillaeus. — Nascitur in montib. et collib. apricis imp. Chileni centralis et maritimi. Boldo et Bolda vernacule audit, varioque inservit usui. Fl. Jul. et Aug. — (Herb. mus. Par., Lessert., Jalbert., Vindobon. et Berol.)

4733/1. HORTONIA *Wight.*

(Tul. Monimiac. monogr. p. 425.)

Hortonia utique locum inter Monimieas gymnocarpas merito reposcit; staminum enim structura Boldeam (Monimiae e cryptocarpis respondentem), universaque genitalium femineorum fabrica Mollinediam, Kibaram aut Hedycaryam imitatur, Atherospermeis autem propter fl. polygamos staminaq. appendiculata accedit, ita ut Monimiacearum utramq. cohortem media conjungere videatur.

Endl. gen. pl. Suppl. II. p. 107 n. 4733/1. — Walp. Rep. II. p. 748. — D. Hook. et Thoms. Fl. Ind. I. p 166. —

1. HORTONIA FLORIBUNDA (Tul. monogr. p. 426.) — (Walp. Rep. II. 748 1.) —

F. oblongis v. oblongo-lanceolatis, acuminatis, acutis subtusque abunde et reticulatim prominenti-venosis, fructib. crassis. —

H. floribunda Wght. Cat. ms. n, 2467, et ic. pl. Ind. or. vol. VI. (1853) p. 14 tab. 1997. — *H. acuminata* Wght. ibid. tab. 1998 fig. dextra (saltem veresimll.) — *H. floribunda* var. α. acuminata Hook. et Th. l. c. —

Hab. in silvis editiorib. ins. Zeylaniae. — Fl. Apr. Maj. — (Herb. mus. Par.)

2. HORTONIA OVALIFOLIA (Tul. monogr. p. 428).

Foliis ovatis v. ovato-oblongis, obtusis v. obtuse breviterq. acuminatis, coriaceis, in margine revolutis, subtusq. parce venosis; fructib. minorib. —

H. ovalifolia Wght, ic. pl. Ind. or. tab. 1998. fig. sin. — *H. floribunda* var. β. ovalifolia Hook. et Th. vol. cit. p. 166.

Cresc. in Zeylaniae occid. monte dicto Adams Peak, fl. Mart. — (Thwaites herb. Peradenic. n. 159.) — (Herb. mus. Par.).

ATHEROSPERMEAE s. ACHAENIOPHORAE (Tul. m. p. 414-424).

(Endl. gen. pl. p. 314. — Bartl. ordin. nat. pl. p. 104. [excl. Citriosma]).

Flores diclines dioecique aut monoeci, v. bisexuales simulque ut plurimum polygami. Antherarum valvae circumcirca solutae, ascendentes. Ovulum erectum. Achenia plumosa in perigonio accreto, tandem arido varieq. fisso recondita.

VIII. LAURELIA *) Juss.

(Tul. mon. 414 et seq.)

PAVONIA Ruizio, fl. Peruv. Prodr. et Syst. — Endl. gen. pl. p. 315 n. 2021; Suppl. II. p. 35. Suppl. IV. p. II. p. 56 — non Cavan. —

LAURELIA Juss. in ann. d. mus. XIV. (1809) p. 134. — Endl. gen. pl. p. 1378 — Gay fl. Chilena V. 353 — Dalt. Hook., fl. of New Zealandt. I. part. III. (1852) p. 218.

Fl. modo-diclines, dioeci vel monoeci, modo androgyni ac polygami. Maris perigonium e phyllis 5—12 tenuib., imbricatis, b. lata brevissime et saepe quidem vix ac ne vix coalitis, externis 2—4 breviorib. ovato-

*) A voce Laurel colonis Chilensib. ad designandam Pavoniam sempervirentem Ruiz., generis prototypum, usitata.

acutis et densius tomentosis, interiorib. ellipticis utrinque obtusissimis subaequalib. et concaviusculis (intimis praesertim). Stam 5—12 libera, sepalis (magnitud. variis) nunc aequilonga nunc contra duplo breviora, saep. quadamtenus inter se inaequalia (interiora nempe minora et angustiora), imo perigonio, sc. ejus fauci ac tubo brevissimo et calyculiformi simulq. receptaculo, piloso-tomentosis nec in una eademq serie inserta, erecta, introrsa; filam. crassis, planis, dilatatis, linearib. hinc et illinc aureo-tomentosis v. pubentib., praetereaque glandulis geminis (i. e oppositis) ovato-globosis glabris et sessilib. aut brevissime stipitatis infra mediam aciem instructis, antheris glaberrimis (vivis purpureis), ovato-acutis, summo sustentaculo angustato continuis, totis nimirum dorso adnatis, crassis et bilobis, lobis discretis singulisque valvatim dehiscentib., valvis autem ovatis superne attenuato-acuminatis et a b. ad ap. tempore debito solutis; polline aureo (saltem videtur). Ovarior. vestigia nulla. Perigonium femineum v. androgynum ex tubo crasso, ovato-lanceolato v. lageniformi, constans, capsulae sortem anguste apertae mentiens, phyllis sparsis distantib., numeroque 8—12, v. pauciorib. (5—6) in orbem digestis onustum, ab interno pariete copiose pilosum v glabrum, ovariisq. longe linearib., exilissimis, sericeo-pilosis et vix exsertis fartum. Ovaria plane sessilia, singula in stylum (nonnihil lateralem) gracillimum apiceque haud incrassato integrum desinentia, 1-locularia et 1-ovulata; ovulo lineari, anatropo erectoque. Fructus e perigonio nudato v. sepalis arefactis coronato, incrassato, suberoso facto tandemque in segmenta 2—4 inaequalia longitrorsum diviso s lacero, lateque aperto; nec non ex ach plurimis linearib., stylo superstite continuo terminatis et ab omni parte longissime sericeo-pilosis, pilis patulis ac dilute fulvis. Achaenii uniuscujusque paries admodum tenuis (nec ligneus), semini maxime haerens et testae membranaceae vices agens; albumen carnoso-oleosum, crassum; embr. centralis, brevis, rectus, e caudiculo tereti hiloque proximo et cotyledonib. 2 ovato-lanc., aequalib. ac sibi invicem antica facie applicitis. — Arbores praealtae, quidquam pinis super praestantia mutuantes, grate fragrantes, terras Australes et Americae et orb. veteris, nempe plagas Chilenses simul et Novam Zeelandiam incolentes, f. oppositis. coriaceis, crenatis v. dentatis et florib. paniculatis.

1. LAURELIA SEMPERVIRENS (Tul. monogr. p. 416).

Dioeca, interdumque, (ut ajunt) monoeca; perigonii feminei sublanceolati sepalis dissociatis et remotis.

Pavonia sempervirens R. et Pav. — *Laurelia aromatica* Poir. — Spreng. Syst. — Gay fl. Chil. — *Laurelia crenata* Poepp. pl. Chil. exs. coll. III. n. 135. (in herb. mus. Vindob. et Berol.).

Arbor nunc dioeca, nunc, ut refertur, monoeca, decora, 40-ulnaris v. quid. major, sempervirens et ex omni parte fragrans (odore foeniculaceo), ramis opp. primitus fulvo-tomentosis, subinde penitus glabratis; f. oppositis, ovato-oblongove lanceolatis, serratis, coriac., petiolatis, adultisq. nitide glaberr. et subaveniis (costa autem prominente); paniculis (quandoque racemis) masc. multifloris brevib. et fulvo-tomentosis, anthemiis autem femineis depauperatis; sepalis feminae dissociatis et distantibus. — Frequens in silvis Chilenis usque ad 8000′ alt. supra oc. — Fl. Octbr. — Decbr. vulgoque Laurel (inter Hispanos) audit. — (Herb. mus. Par., Webb., Berol. et Vindob.). —

2. LAURELIA NOVAE ZEELANDIAE (Tul. monogr. p. 417). —

Dioeca, monoeca v. polygama; perigonio fructifero lageniformi; sepalis ejusdem paucis terminalib. et confertis. —

Laur. Novae Zeelandiae. All. Cunningh., in ann. of. nat. hist. I. p. 381 n. 354 — Dalt. Hook. Fl. Nov. Zeeland. tom. 1. p. 218 tab. 51 (icon exim.).
Arbor procera, 150 ped. nimirum alta, corticeque albido tecta; ramis foliiferis opp., crassis, alternis, vicibus inter nodos maxime dilatatos compressis, initio parce pubenti-sericeis, cito ant. glabratis. F. opp. obovato-rotundata, ellipsoideo-lanceolata aut subrhombea b. longiuscule in pet. 5—8 millim. lgm. attenuata, 35—55 millim. lg., 25—35 mill. l., grosse alteque serrata, a tergo primitus parce minuteq. aureo-sericea, brevi autem glabrata, venis prominulis. Fl. racemosi racemis solitarie alarib. v. terminalib. parce pubentib., bracteis caducis; pedicellis 4—6 millim. lgis. Perig. mere masc. rosaceum, exiguum e sepalis 5 subaequalib., ovatis obtusissimis, initio imbricatis subinde patentibus, ima basi brevissime cohaerentib., hinc et hinc ac praesertim in ventre medio pubenti-sericeis, staminaq. 8—10 aequalia, consimilia, fauci calycinae et receptac. angustiss. insidentia ac tota inclusa foventib. Perig. androgynum lge lageniforme, e parietib. crassis ext. parce pubentib. int. autem glabris fabricatum, sepalisq. multo tenuiorib. 5—6, in orbem contigue insertis, aequalib., ovato-acutiusculis, utrinq. densissime luteolo-sericeis, patulis v. (exsiccando) introflexis coronatum. Stam. 10—20 summae fauci multiplice serie adnata, sepalis breviora glabraq.; externa 5—8 pollinifera androceum floris pure masc. aemulantia; interiora autem attenuata, paulo breviora et ananthera s. bursiculas vacuas sterilesq. gerentia; filam. linearib. antheriferis, ima b. biappendiculatis, appendic. s. glandulis discoideo-globosis exiguis rugosis et brevissime pedicellatis; anth. apicalib., admod. continuis, ovato-acutis, imo et quasi introrsum rostratis, introrsis plerumque integrisque; valvis e b. ad ap. circum circa solutis. Carpid. 10—15 in imo receptac. fasciculatim sessilia, ovato-lanc., singula in stylum praelgum teretem faucemq. calycis pertingentem continuo abeuntia, et tota lge pilosa. Fr. e perig. suis in parietib. maxime incrassato, suberoso facto, sepalis androceoq. orbato, tandemq. hinc, folliculi instar, aut hinc et inde soluto v. late rimoso, nec non ach. lge linearib. et de more plumosis. — In Novae Zeelandiae ins. septemtrionali et circa coloniam Wellingtonianam. Vernacule Towairo et Pucatea dicitur. — (Herb. mus. Par., Webb. et Vindobon.)

IX. **ATHEROSPERMA** *) Billard.

(Endl. gen. pl. p. 314. n. 2020 et suppl. IV. p. II. p. 56.)

Tul. mon. p. 418 tab. XXXIV.

Fl. nunc diclines et monoeci (fortassis quandoque dioeci), nunc androgyni, semperq. bibracteati; bract. opp., modo ovato-acutis, cymbiformib., sub ipso fl. contigue insertis, primodum valvatim connatis et florem totum includentibus, posteaq. autem dissociatis, modo multo minorib. s. dentiformib. citiusq. caducis. Marib.: perig. subcorollinum, amplum, e phyllis tenuib., venosis imbricatis vulgoq. octonis et duplice serie insertis, 4 nempe externis crassiorib., a tergo dense piloso-sericeis, ellipticis obtusisque v. late ovato-acutatis, intimis autem subglabris, cum priorib. (latiorib.) alternantib., iisdemq. aequalib. v. quadamtenus longiorib., cunctis in receptaculum breviter calyciforme et subdeplanatum inferne coalitis, anthesis tempore erecto-patentib. et, ut videtur, marcescentibus. Stam. 8—16 et quidem plura, perigonii fauci et parietib. imis s. receptaculo ipsi sericeo-pilosis inserta, inter se subaequalia sed sepalis multo breviora, omniaque extrorsa et pollinifera; filamento cujuslibet staminis lato, submembranaceo, (crasso autem et glandulis odoris scatente), obovato v. spathuliformi, in ap. quandoq.

*) E vocib. ἀθὴρ, (spica s. arista spicae) et σπέρμα (semen) pr. achaen. aristata. —

recte truncato et digono, b. verum (vix pubente aut prorsus glabra) appendicib. 2 anticis (antherae instar extrorsum spectantib.), modo sublanceolatis, nonnihil falci- s. cultriformib. patulisque, modo crassiorib. et subglobosis stipato; anthera late obovata v. subquadrilatera, continua, glaberrima et biloba, lobis discretis singulisque valva ovato-acutata et a b. ad ap. tempore suo circum circa soluta primitus occlusis, valvis revoluto-erectis et persistentib.; polline dilute aureo e granulis liberis et sphaericis. Carpidiorum vestigia ut plurimum nulla. *Fem.*: perigonium masculino quoad phylla octona solita haud dissimile, squamis autem intimis (staminodiorum sortib.) numerosissimis, forma variis crassis, rigidis, antice glaberr., postice setoso-sericeis, triplici v. quadruplici serie spissoque ordine insertis et inter se inaequalib. (externis reliquis majorib., interiorib. omnium minimis) semper instructum, praetereaq. in parte integra s. calycina multo magis ampliatum. Stam. antherifera nulla. Carpidia plurima imis perigonii parietib. stipatissime inserta, sessilia, longe linearia, nempe e nucleo (capsula) ovato, exiguo et in stylum gracilem, rigidulum, longissimum simplicemq. abeunte facta, longe setifera, unilocularia et 1-ovulata; ovulo obovato-elongato, anatropo, recto et e b. capsulae assurgente, funiculo vix conspicuo; stylis superne infuscatis, fasciculato-exsertis (liberis autem nec coalescentib.), longe pilosis singulisq. stigmate lineari, exili, pallido, glaberr. flexuosoque ut cirrho terminatis, stigmatib. istis post anthesin caducis, stylis autem persistentib. Androgyni flores e partib. utriusq. sexus modo descriptis simul et squamulis s. staminodiis, stamina sincera a carpidiis dividentib., constantes. Fructus e perigonio ampliato in parietib. incrassato, late aperto, licet in fauce nonnihil constricto et urceolato facto, sepalis latiorib. tunc destituto, squamis autem internis, ut videtur accretis et radiatim patentib. ornato, nec non ex achaeniis innumeris ob villos molles diluteque fulvos quibus laxe tota vestiuntur quasi plumosis. Achaenii uniuscujusq., formam carpidiis privam (auctam) referentis, membrana tenuis fulva et materie odora scatens; capsula sessili, ellipsoideo-globosa, semini contento arctissime adnata, atque in stylum b. nonnihil geniculatum et obliquum transeunte. Albumen carnoso-oleosum, molle, sordide luteum, totamq. seminis molem ferme sistens. Embr. perexiguus, teres rectus, prope hilum s. seminis sessilis basin centralis, homotropus, e caudiculo in cotyledones 2 ovato-acutas late divaricatas brevissimasque hinc partito. (Char. fruct. a solo Ather. moschato Labill. deprompsi.)

1. ATHEROSPERMA MOSCHATUM (Tul. monogr. p. 420).

Ramis fulvo tomentosis; f. anguste lanc.; remote serratis v. integerrimis ac subt. cineraceis; fl. magnis, tomentosis, unisexualib. et solitarie axillarib.

Ath. moschata Labill. nov. Holl. pl. spec. II. 74 tab. 224. — Lindl. veg. Kingd. p. 300 (ic.) — *Cryptocarya glaucescens* Anonym., in herb. Vindob. (Herb. Hook. n. 531 et 857).

Arbor monoeca, decora, praealta (150'), viget frequens in nemorib. Tasmaniae et Australiae extratropicae orientalis. — (Herb. mus. Par., Webb., Vindob. et Berol.) — Atherospermum moschatum Labill. sui gener. typus est v. spec. primaria; insequens ad normam quadantenus alienam fictum est.

2. ATHEROSPERMUM MICRANTHUM (Tul. monogr. p. 421 tab. XXXIV.)

Ramis adultis glaberrimis; f. oblongo-lanc., serratis et glabris (adultis saltem); fl. exiguis, paniculatis, androgynis extusq. subglabris. — (Fructus desiderantur.) —

Ath. micranthum Tul. in ann. sc. nat. ser. IV. tom. III. p. 46.
Arbor hermaphrodita in Nova-Hollandia orientali, circa sinum Jacksoni. — (Herb. mus. Par. et Vindob.) — Universa floris, licet exigui nec bracteis involuti, fabrica cum Ath. moschato Billard. congruit, sed ad Doryphoram (infra descript.), ob solitam utriusq. sexus organor. sub iisdem tegminib. societatem, aptius fortassis accederet, ni stamina brevissima ac quaviscunque ligula s. appendice destituta magis obstarent. Atherosperma, ni fallor cum Doryphora adeo connectit ut hujusce genericum discrimen inde summopere minuatur. Caeterum ab utraque stirpe propter anthemiorum structuram et bracteas exiguas recedit.

X. DORYPHORA *)

(Tul. Monogr. Monimiac. p. 422.)

ATHEROSPERMATIS sp., All. Cunningh. ms. anno 1818.

LEAROSA Reichenb. nomencl. n. 2612. (fide Endl. gen. pl.).

DORYPHORA Endl. gen. pl. p. 315 et 1378 n. 2022. — Iconogr. pl. tab. X. (anno 1838).

Fl. androgyni et bracteati, bracteis cito caducis. Alabastrum oblique ovato-lanc., longe acutum, et ab omni parte cinereo-sericeum. Perig. corollinum e phyllis 6 majusculis, ovato-lanc., acutis integerrimis, aequalib. aut vix inaequilongis, utrinque sericeo-pubentib., ante explicationem arctissime imbricatis, ac serie duplici ordinatis, 3 nimirum exteriorib. ac dense sericeis, internisque totid. cum priorib. alternantib., simili modo imbricatis et parcius pubentib., cunctis in infundibulum angustum ac breve (e parietib. crassis int. dense stupeo-setosis fulvisque) inferne coalitis, moxque ab hujus vasculi crasso margine solutis et caducis. Stam. numero vix definita, plurima, nempe fertilia vulgo 6—8, sterilia circiter totidem (4—6) interiora, nec non bene multa (8—12) squamulas longe lineares et inferne densissime tomentosas (parastemones) sistentia, cuncta calycis fauci et parietib. intimis inserta; pollinifera extrorsa, 3 sc. (omnium exteriora), sepalis externis, totidem vero internis opposita; reliqua stam. s. staminodia varia multifario et interiori ordine distributa; filam. antherif. singula b. late membranacea et ab utroque latere in auriculam ovatam obtusulam patentem ac seipsis nonnihil longiorem producta, qua propter formam litterae V usurpantia, ultra autem subito angustata (connectivum facta) dente lunulato ac horizontali utrinq. aucta et in ligulam anguste praelongam (sepala subaequantem) protracta; antherae uniuscujusq. lobi aequales, ovati protuberantes, amboque valva tempore debito a b. ad ap. soluta (tuncque erecta et persistente) quasi operculo tecti; polline pulvereo pallidoque. E staminodiis alia staminum fertilium formam 2-auriculatam (imminutam) aemulantur et simili glabritie pollent, sed loculis polliniferis destituuntur; alia interiora (duplici serie vulgo inserta) multo breviora consistunt, appendicib. carent atque sqamulas linear. s. ligulas densissime fulvo-tomentosas et in filamentum exilissimum glabrumque superne attenuato-desinentes referunt. Carpidia 6—8 v. pauciora (aut etiam plura sec. Endl.) in imo perigonii calyculo admodum sessilia, constipata, libera, ovato-obtusa aut sub-conoidea, singulaque stylo nonnihil laterali, longe lineari, dense piloso, recto et in stigma filiforme glabrum longumque abeunte instructa. Ovulum .... — Arbor novo-Batava, Atherospermatum faciem referens. Doryphorae genus ab Atherospermatum primaria specie nonnisi florib. androgynis,

*) Genus ob appendicem praelongam qua stamina Doryphorae Sassafras coronantur sic cognominatum.

staminib. liguliferis, styloque obliquo discriminatur. Ab Atherospermate micrantho nostro propter connectivum ultra bursas polliniferas longe productum duntaxat discrepat.

1. DORYPHORA SASSAFRAS (Tul. monogr. Monim. p. 421).

Atherosperma Sassafras Cunningh. ms. in herb. mus. Vindob. 1818. — *Doryph. Sassafras* Endl. Iconogr. pl. t. X. — Lindl. veget. Kingd. p. 300 (ic.). — Arbor 8—10 orgyalis, ramis novellis parcissime aureopubentib., subtetragonis et in nodis dilatatis, adultis teretib., glabris corticeq. fusco et ruguloso tectis. F. opp., ovato-oblongove lanc. vix acutata obtusave, inferne in pet. (8—10 millim lg.) attenuata, in acie remote serrata (dentib. mucronulatis, sinub. autem obtusis), 4—7 cent. lg., 2—3 centim l., mox utrinq. glaberrima et nonnihil coriac.; venis omnib. praeter costa aequo modo exilib. et postice reticulato-prominulis. Gemmae axillares aureo-sericeae sessiles solitariae v. geminae, superna priore evoluta. Cymae triflorae in summis ramis solitarie alares et erecto-patulae; pedunculo subtetragono parce sericeo-pubente, cito glabrato, valido, 10—15 mill. lg. et ex ap. incrassato bracteas 4 contigue decussatas agente; bract. inferis s. internis ovato-acutis, crassis cymbiformib., initio valvatim connatis supernasque s. interiores multo tenuiores (simul et flores 3) prorsus velantib., cunctis mox deciduis; fl. singulis pedicello tereti, 4—6 mill. lg. denseq. cineraceo-sericeo suffultis. — Nascitur in silv. maritim. et in montib. Australiae or. — (Herb. mus. Vindobon.) —

MATTHAEA *Bl.* *)

Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 89.

Fl. dioici. Coenanthium depresso-turbinatum, ore serie duplici squamular. 4 oppositar. subclausum. *Masc.* Stam. 4, inclusa; filam. brevissima; anth. ovoideae, bilocul., loculis rima longitud. dehiscentib. *Fem.* Ovar. plurima, inclusa, pressione angulata, 1-locularia. Ov. unicum pendulum, anatr. Stigma sess., subclavatum. Drupae carnosae pedicellatae, angulatae, coenanthio sub grossificatione transverse fisso, dem. discoideo-convexo carnoso umbellatim insidentes, monospermae. Semen inversum. Embr. in axi albuminis carnosi rectum; cotyled. parvis, planis, radicula clavata, supera. — Frutex Archipel. Indici; f. oppositis, brevit. petiolatis, oblongis v. oblongo-lanc., acuminatis, integerrimis v. ad ap. remote serrulatis glabris; coenanthiis axillarib., fasciculatis v. subumbellatis. —

1. MATTHAEA SANCTA Bl. — In Sumatra, Borneo, caet. —

*) Genus in honorem dicatum Matthaeo de Sancto Josepho, Neapolitano, delineatori celeberrimo Horti Malabarici.

Ordo VIII. MENISPERMACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 95 [exclusive Lardizabaleis et Schizandreis]. — Walp. Ann. I. 17. II. 20. III. 830.)

CONSPECTUS TRIBUUM *Menispermac. Ind. or.*

Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 176.

A. Semina albuminosa.

a. Cotyledones divaricatae (Heteroclineae, Miers).

Cot. patent. divaric. . . . . I. *Coscinieae.*

Cot. lateralit. divaric. . . . . II. *Tinosporeae.*

b. Cotyled. appositae.

Ovaria 3 v. plura . . . . III. *Cocculeae.*

Ovaria solitaria . . . . IV. *Cissampelideae.*

B. Semina exalbuminosa . . . . V. *Pachygoneae.*

CONSPECTUS GENERUM *Menispermacear. Ind. or.*

Hook. et Th. Fl. Ind. I. 176.

I. COSCINIEAE . . . . 1. *Coscinium.*

II. TINOSPOREAE.

A. St. 6, monad.; anth. circa disc. peltatum horizontales.

Putamen antice planum . . . . 2. *Aspidocarya.*

Putam. ant. excavatum . . . . 3. *Parabaena.*

B. St. 6, libera . . . . 4. *Tinospora.*

C. St. numerosa monadelpha anth. in globum coalitae 5. *Anamirta.*

III. COCCULEAE.

A. Album. ruminatum; ovar. indef. . . . . 6. *Tiliacora.*

B. Album. homogen. ovar. 3—6.

a. Putaminis cavitates laterales, intern. lamina ossea tectae . . . . 7. *Limacia.*

b. Putamin. cavitat. later., externae nudae

Stylus simplex . . . . 8. *Cocculus.*

Styl. bipartit. . . . . 9. *Pericampylus.*

IV. CISSAMPELIDEAE.

Fl. masc., sep. lib.; fl. foem. sep. 3. . . . . 10. *Stephania.*

Fl. masc., sep. lib.; fl. foem. sep. 1. . . . . 11. *Cissampelos*

Fl. masc., sep. coalita; fl. foem. sep. 2. . . . . . . 12. *Cyclea.*

V. PACHYGONEAE.

Petala 6 . . . . 13. *Pachygone.*

Petala 0 . . . . 14. *Fibraurea.*

Genera dubiae tribus, fructu ignoto.

Stam. 6 libera . . . . 15. *Tinomiscium.*

Stam. ad med. monadelpha . . . . 16. *Pycnarrhena.*

Tribus I. *COSCINIEAE.*

H. et Th. Fl. Ind. I. 177.

Pet. sepalis majora, parum imbricata. Album. irreg. ruminatum. Radicula supera a hilo remota. Cotyl. magn. patent. divaricatae.

(4692.) I. COSCINIUM, *Colebrooke.*

(Walp. Rep. I. 95.)

PEREIRIA Lindl.

Char. emend.: Sep. 6 rotundata, bractea 1 conformi stipata. Petala 3, sepal. majora, patent., elliptica, aest. par. imbricata. Mas.: Stam. 6 exter. (petalis alterna) libera, inter. ad med. monadelpha. Filam. cylindrica; anth. adnatae, ovales, exterior. unilocul., inter. didymae bilocul. Foem.: Stam. 6 abortiva. Ovar. 3—6, subglob., styl. subulat. reflex. — Drupae globosae, carnosae. Putamen crassum osseum, intus processum globos. et spongios. continens; pedic. osseo basi putaminis inserto. Sem. externe visum subglobos., intus cavum et circa process. condyliform. convolutum. Testa tenuis laevis. Album. oleosum, carnosum, hinc (quo latere hilum spectat) plicis podospermii v. membranae exterioris seminis ruminatum. Embryo f. rectus; radic. parva cylindrica supera, apicem drupae spectans. Cotyled. tenuiss., rotundat., marg. irregul., divaricatae, undulatae, secund. Gaertner foraminib. crebris perforatae, vel fide Miers profunde sinuato-laciniatae. — Frutices alte scandentes etc.

1. COSCINIUM FENESTRATUM (Colebr. in Lin. tr. XIII. 65). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 178.

F. fere rotundat. b. cordatis v. subtruncat. subt. flavido-tomentosis, petiolis (nisi in plant. juniorib.) vix peltatis, capitulis in axillis umbellatis. —

Lemaire jard. fleur. IV. pl. 426. — Miers in Hook. bot. mag. t. 4658 et in pharm. journ. XII. 185. — *C. Wallichianum* et *C. Wightianum* Miers in Taylors annals ser. 2. VII. 37. — *Menispermum fenestratum* Gaertn. (DC. Prodr. I. 103). Roxb. Fl. Indic. III. 809. — *Cocçulus Blumeanus* Wall. Cat. 4971 part. — *Pereira medica* Lindl. fl. med. p. 370. — *Cissampelos convolvulacea*, α. et β. Moons cat. p. 70. (cfr. Hook. bot. mag. l. c.)

In Zeylania, in penins. (loco non indicato). — Penang? — v. s. — Frutex alte scandens. F. ampla b. subcordata coriac. 5—7 p. lg. et f. aequilata, juniora oblongo-deltoidea, peltata. Petioli 3—5 p. Capitula florum diam. ½—⅔ p. in axillis v. ad axill. folior. delapsor. fasciculata. Fl. subsess., virides, fulvo-tomentosi. Petala rotundata, acuta, patentia. Drupae 1—3, calyce petalisque persistentib. stipatae, subglob., villosae, diametr. f. pollicares.

2. COSCINIUM BLUMEANUM (Miers in Tayl. annals ser. II. VII. 37). Hook. et Th. l. c. 179.

F. crasse coriac. ovalib. v. oblong. peltatis acuminat. v. obtus. b. truncatis v. subcordat. subt niveo-toment., capitulis in axill. racemosis.

Cocculus Blumeanus Wall. Cat. 4971 excl. B. part. — Malaya: ad Penang et Singapur.

Frutex alte scandens. Caules dense lanato-tomentosi infra lanam fusci, striati. F. 7—12 p. lg., 3—6 l., pet. 3—5 p., supra atro-viridia glabra, lucida. Racemi fulvo-toment.; validi, 3—4 p., pedunculis capitulor. f. pollic. Fl. masc. ut in C. fenestrato.

Tribus II. *TINOSPOREAE.*

H. et Th. Fl. Ind. I. 179.

Sep. 6. Petala 6, sep. minora, rar. 0. Ovar. 3. Drupae styli cicatrice subterminali v. fere basilari notatae. Putamen antice planum v. excavatum v. processu interno munitum. Semen amphitropum, rarius anatropum, albumin. Embryo axilis. Radicula supera, styli cicatricem spectans. Cotyled. lateralit. divaricatae, tenues.

II. **ASPIDOCARYA** *(H. f. et T.)*

H. et Th. Fl. Ind. I. 180.

Sep. 6—12, ovali-oblong., inter. sens. latiora. Petala 6 cuneato-obovata, sepalis breviora. Mas.: Stam. in columnam central. cylindric. ap. antheras 6 horiz. gerentem coalita. Foem.: Stam steril. 6, clavata. Ovar. 3, oblong.; stigm. subcapitata. Drupae pulposae, oblong. cylindricae, putamine compresso, dorso argute carinato, ventre haud excavato. Sem. pendul, oblong., antice rhaphe conspicua notatum. Album. carnos. Radic. brevis, hilo terminali approximata. Cotyled. rectae, planae, oblg., tenuissimae, obliq., b. divaricatae, dein parall., marginib. opposit. tantum se invicem obtegentes. — Frutex scandens, petiol. cum caule pseudo-articulatis, prope b. debilib. subtortis, florib. in panic. racemiform. elongatas subcompos. axill. dispositis. —

1. ASPIDOCARYA OVIFERA (H. f. et Th.) Hook. et Th. l. c.

F. rotundato - v. ovato - cordat. subpeltat. abrupte et lg. acuminat. subt. ad nervos pilosis.

In Sikkim. exteriori subtropico alt. 1—5000'. Fl. Maj, fr. Jul. — v. v. — Frutex alte scand. F. 4—6 p. lg., 3—6 l., petiolo f. aequilg., b. cordata, lob. rotundatis v. subtrunc. rar. subsagittat., b. 5-nervia, caeter. penninervia. Paniculae 4—8 pollic. fulvo-pubesc. bract. minutis munitae. Fl. in ordine majusculi, viridescentes. Sep. ciliata. Petala obt. v. emarg., concava, marginib. infra med. incrassatis involut. Columna stam. petal. aequilonga. Anther. prof. 4-lob., bilocul. Ovar. in spec. omn. destructa. Drupae pollic. laeves, lateritiae, edules, sapore dulci, gynophoro breviss. insidentes. Put. valde compress. lignosum. Semen plano-compressum, oblg.

III. **PARABAENA** *Miers.*

H. et Th. Fl. Ind. I. 181.

Sep. 6 carnulosa, oblong. f. aequal. Pet. 6 sepal. dimid. breviora, cuneato-triloba v. obovata. Mas. Stam. monad., columna centr. cylindr.; anth. 6 in capit. subglob. coalitae, transv. dehisc. Foem. Stam. ster. 6, cylindr. Ovar. 3., styl. subul. recurvis. Drupae oval. styli cicatrice subtermin. Putamen superne rostratum, dorso tuberculis acicularib. fragilib. exasperat., antice prof. excavatum. Sem. peltatum, circ. putaminis processum internum involutum. Album. copiosum, carnos. homogen. Embryo curvatus. Radicula supera lg., styli cicatricem spectans. Cotyled. ovatae, divaricatae, in loculis diversis album. sitae. — Frutices scandent. lactescent., inflor. axill. dichotome cymosa. —

1. PARABAENA SAGITTATA (Miers in Tayl. ann. ser. 2. VII. 39). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 181.

F. oblong. abrupte acum. rar. obtus. b. sagittatis lob. obtus. v. acutis. —

P. oleracea, *P. heterophylla* et *P. ferruginea* Miers l. c. — *Cissampelos sagittata* Ham. ex Wall. Cat. 4983. — *C. oleracea*. Wall. Cat. 4981.

In dumetis subtropic. Nipaliae orientalis, Sikkim, Assam, Khasia, Chittagong. — Fl. Jun., Jul. — v. v. — Frutex scandens. Ramuli sulcati, glabriusculi v. molliter pubesc. F. 4—8 p. lg., 2—4 l., pet. 3—4 p., primordialia argute sinuato-dentata, caetera integerr., profd. cordata v. sagittata, b. 5—7 nerv., caeter. penninerv. Cymae axill. v. p. supra-axill., plerumq. binae, pluries dichotomae, multiflorae bracteatae. Fl. minuti, pallidi pubescentes. Drupae pulposae, viridescentes, succo viscido scatentes, ovales, laeves (in sicco rostratae).

IV. TINOSPORA *Miers.*

(Hook. et Th. Fl. Ind. I. 182.)

Sep. 6, biserial., inter. majora, oval. v. obovata, membranac. Pet. 6, sep. interiorib. minora, obovata v. cuneata. Mas.: St. 6, fil. cylindr., crassa ap. subclavata; anth. bilocul., locul. obliq. adnat. lateralib. Foem.: stam. steril. 6, clavata, carnosa. Ovar. 3, gynophoro convexo insident. Stigm. lacera. Drupae 1—3, carnosae, dorso convexae, ventre plan., styli cicatrice subtermin. notatae. Putamen rugos., dorso carinat., ventre levit. excavat. Podosperm. in cavitatem project., levit. bilobum, intus cavum. Sem. circa podosperm. convolutum. Album. carn., oleos., antice laminis transversis ruminatum. Embr. subcurv. Radic. supera cylindr.; cotyl. ovatae, divaricatae, in loculis diversis album. segregatae. — Frutices scandentes, petiol. b. articulati.; b. versus incrass., racemis elong. axill. v. terminalibus. —

1. TINOSPORA TOMENTOSA (Miers. in Tayl. ann. ser. 2 VII. 38). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 183.

F. subtrilob. subt. tomentosis.

Cocculus tomentosus Colebr. in Lin. tr. XIII. 59. Wall. Cat. 4956. — *Menispermum tomentosum* Roxb. Fl. Ind. III. 813.

In dumetis Bengaliae, Ava. — Fl. Febr. Mart. — v. s. — Frutex alte scandens, cortice cinereo, pustulis scabris tecto. F. rotundato-cordata, antice repanda, v. pl. min. triloba, utrinq. tomentosa 3—6 p. lg., et f. aequilata. Petioli fol. f. aequantes, toment. Racemi solit. v. fascicul., plerumq. simplices, florib. in axill. bractear. fasciculatis. Fil. clavata. Anth. bilobae. Drupae 1—3, pisi major. magnit., subglob., laeves, aurantiacae (descriptio desumpta est ex Roxburgh.).

2. TINOSPORA MALABARICA (Miers. in Tayl. ann. ser. 2 VII. 38). Hook. et Th. l. c.

F. cordato-ovatis subt. dense v. tenuiter pubescentibus.

Menispermum Malabaricum Lam. Willd. — *Cocculus Malabaricus* DC. Prodr. I. 97. Wall. Cat. 4969. — *Rheede Malab.* VII. t. 19.

In Malabaria — Concan — in Bengalia versus b. Himalayae Sikkimensis — in montib. Khasia a b. ad altitud 4000' et in prov. Chittagong. — v. v. — Frutex scandens, cortice cinereo; partes novellae pil. albicantib. obsitae. Pet. teretes b. incrass., pilosi. F. cordiform., acumin.; subt. lanuginosa superne pilis subaspera septemnervia, 3—6 p. lg., et f. aequilata. Racemi fol. longitud. Fl. virides. Drupae maturae corallini ruboris.

3. TINOSPORA CRISPA (Miers. in Tayl. ann. ser. 2 VII. 38). Hook. et. Th. l. c.

F. cordato-ovatis v. oblong. acuminatis glabris, staminib. b. cum petal. cohaerentib., anther. tetragonis. —

Menisperm. crispum Lin. spec. 1468. — *Menisperm. verrucosum* Roxb. fl. ind. III. 808. — *Fleming* in Asiat. res. XI. 171. — *Cocculus crispus* DC. Prodr. I. 97. Wight. et A. Prodr. I. 12 in adn. — Hassk pl. jav. rar. p. 166. — *Colebr.* in Linn. tr. XIII. 60. — *Cocculus verrucosus* Wall. Cat. 4966 A. B. (non C. E.) — *Cocculus coriaceus* Bl. Bijdr. 25.

Hab. Silhet. — Pegu. — v. s. — Frutex alte scandens, partes novell. glabrae. F. ovali-oblg. b. levit. cordata, lob. distantib. interd. sagittatis, integerr. v. repanda utrinque glabra, 2—6 p. lg. 1—4 l., pet. $^1/_3$ breviorib. Racemi ad axill. fol. delapsor. secus caules vetustior., solit. v. fascicul.. elg. 4—8 p. Fl. 2—3 in axilla bracteae carnosae, pedicellati, virides, campanulati, 2 lin. lg. Drupae pallide aurantiae. v. flavae, olivae magnitud. —

4. TINOSPORA CORDIFOLIA (Miers. in Tayl. ann. ser. 2 VII. 38). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 184.

F. cordat. glabr., staminib. liber., antheris ovali-oblong.

Menispermum Malabaricum β. Lam. Dict. IV. 96. — *M. cordifolium* Willd. Roxb. fl. ind. III. 811. — *Cocculus cordifolius* (DC. Prodr. I. 97). — Colebrooke in Linn. tr. XIII. 62. Wall. Cat. 4955. W. et A. Prodr. I. 12. W. ic. t. 485, 486. — *Cocculus convolvulaceus* (DC. Prodr. I. 97.) — *C. verrucosus* Wall. Cat. 4966. C. D. E. (non A. B.)

Per Ind. tropic. in dumetis vulgar.: in Zeylania — Carnatica; Malabaria, Maysor, Dekhan, Concan, Orissa, Bengalia, Assam, Bahar. — Fl. p. totum annum. — v. v. — Frutex alte scandens; partes novell. glabrae. F. 2—4 p. lg. et lata, pet. f. aequilg. Racemi plerumq. axill. solitarii, fol. saepe long. superantes, simplices v. b. subcompositi, bracteati. Fl. flavi; masc. fasciculati, foem. plerumq. solitarii, glabri. — Drupae cerasi parvi magnitud., rubrae, pulpa glutinosa foetae. — (Secund. Ainslie et Wight. T. cordifolia et T. crispa remedia tonica adhibentur.)

V. **ANAMIRTA** *Colebrooke.* (4693).

1. ANAMIRTA COCCULUS (W. et A. Prodr. I. 446). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 185.

F. cordatis glabris. —

Anamirta paniculata Colebr. in Linn. tr. XIII. 52, 66. — *Menispermum Cocculus* Lin. sp. 1468. — Gaertner fr. t. 70 fig. 7. — Wall. As. res. XIII. — Roxb. fl. ind. III. 807. — *Menispermum heteroclitum* Roxb. fl. ind. III. 817. — *Cocculus lacunosus* DC. Prodr. I. 97. — *C. tuberosus* DC. Prodr. I. 97. W. et A. Prodr. I. 11. Wall. Cat. 4954. Colebr. in Lin. t. XIII. 63. — *C. populifolius* DC. Prodr. I. 97. Decaisne Tim. 95.

In Zeylania, Malabar, Concan, Orissa, Khasia, Assam. — v. v. — Frutex alte scandens. F. exacte cordifolia v. ovalia b. cordata seu truncata, b. trinervia caeterum penninerv.; 4—8 p. lg., et aequilata v. paullo angustiora. Petioli 2—6 p. Paniculae e ramis crassiorib. pendulae, pedal. v. $1^1/_2$ ped. ramosae; ramuli 1—2 p., multifl. Fl. glabri, majusculi, diam. f. $^1/_4$ p. Sep. decidua. Gynophora $^1/_2$ p., lignosa. Drup. glabrae $^2/_3$ p. nigricantes, sapore (ex Roxb.) pessimo.

Tribus III. *COCCULEAE.*

,H. et Th. Fl. Ind. I. 186.

Ovaria 3 v. plura. Drupae obovatae v. hippocrepif., styli cicatrice f. basilari, plus m. lateraliter compressae, cavitate semini subcylindrico conformi. Embryo in albumine parco axilis; cotyled. appositae, elongatae. —

VI. **TILIACORA** *Colebrooke.* (4687.)

H. et Th. l. c.

Sep. 6 biserialia, exter. multo minora, inter. ovalia, aest. marg. vix imbricata. Petala 6 minuta, cuneata. Mas.: Stam. 6; fil. cylindr. subcompressa; anth. adnatae, introrsae, biloculares. Foem.: Ovar. 9—12 stylo brevi subulato apiculata, gynophoro brevi insidentia. Drupae pedicellatae, obovatae, lateraliter subcompressae, prope b. styli cicatrice notatae. Putam. tenue lignos. obsc. costatum, utrinq. sulco notatum. Sem. uncinato-incurv. Testa tenuiss. Album. oleos, endospermii plicis membranaceis ruminatum. Embr. semen f. longitud. aequans. Radic. cylindrica. Cotyled. carnosae, plano-convexae. — Frutic. alte scand., infloresc. axill. panic., petiol. gracilib. b. articulatis. —

1. TILIACORA ACUMINATA (Miers. in Tayl. ann. ser. 2 VII. 39). Hook et Th. Fl. Ind. I. 187.

F. ovatis acuminatis glabris. —

Tiliacora racemosa Colebr. in Linn. tr. XIII. 53, 67. — *Menispermum acuminatum* et *M. radiatum* Lam. Dict. IV. 101. — *M. polycarpum* Roxb. fl. ind. III. 816. — *Cocculus acuminatus* (DC. Prodr. I. 99). W. et A. Prodr. I. 12. Grah. Cat. Bombay. — *C. radiatus* (DC. Prodr. I. 99). — *C. polycarpus* Wall. Cat. 4958 (excl. K. L.). — *C. Bantamensis* Bl. Bijdr. 26. Rheede malab. VII. tab. 3.

Per totam Indiam tropicam et calidam, in Zeylania, Singapur, ad Concan, Orissa, in planitie Gangetica, in Bengalia, ad Oude! — v. v. — Frutex alte scandens. F. 3—6 p. lg., 1½—3½ l., pet. ½—1 p., tenuia, margine undulata et subrepanda. Paniculae axill. interd. fere pedales, rami pollic., foem. subsimplices 1-flori, masculi ap. 3—7 fl. Bracteae oblg. v. subulatae. Fl. flavi. Drupae rubicundae ½-poll.

VII. **LIMACIA** *Lour.* (4687.)

Limacia et Hypserpa Miers.

H. et Th. l. c.

Sep. 6 biserialia, exteriora minora. Pet. 6 sepal. inter. multo minora, auriculata, stamina amplect. Mas. St. 3—9; fil. cylindr. v. clavata. Anth. biloc., loculi later. v. subextrorsae, adnatae, longit. dehisc. Foem. St. steril. 6, clavata. Ovar. 3, gynophoro breviss. insident. Styli breves, compressi. Drupae obovat. v. reniform. Putam. vix tuberculat., laterib. convex., intus praeter cavitatem seminiferum locul. 2 lateral. vacuos continens. Sem. elong. cavitati conforme. Cotyl. semicylindric., latitudine radiculam cylindric. vix superantes. — Frutices scandentes, petiol. simplic., florib. paniculatis.

1. LIMACIA TRIANDRA (Miers. in Tayl. ann. ser. 2. VII. 43). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 188.

F. oblongo-lanc., acut. glabr., panic. raceformibus folio breviorib., florib. triandris.

Menispermum triandrum Roxb. fl. ind. III. 816. — *Cocculus triandrus* Colebr. in Linn. tr. XIII. 64. (Walp. Rep. I. 94 n. 21). Wall. Cat. 4962, 4959 C., 4958 L.

Hab. Malaya ad Penang — Pegu pr. Prome. — v. s. — Frutex scandens. F. 2—4 p.

lg., ¾—1½ l., pet. ½ p.; Paniculae ½—1½ p. ramuli bract. minutis stipati, abbrev. 3—5 flori. Flores flavi minutiss. Stam. 3, sepalis exterior. oppossita, fil. carnosa, cuneato-oblonga, erecta. Anth. biloc., locul. divaricatis.

2. LIMACIA OBLONGA (Miers. in Tayl. ann. ser. 2 VII. 43). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 189.

Caule fulvo-pubescente, f. oblong. v lanc. utrinque glabris, panic, elong. petiolos pubesc. long. superantib., plerumque folio brevioribus.

Cocculus oblongus Wall. Cat. 4963.

In Malaya ad Singapur, — Malacca — et Penang. — v. s. — Frutex alte scandens. F. tenuit. coriac., 3—8 p. lg., 1—4½ l., pet. ⅔—1½ p. b. pseudo-articulato. Paniculae elong. paullo supra-axill., foemin. solit., masculae plerumque 2—3 superpositae graciliores, 3—8 pollic. fulvo-pubescentes Sep. exter. minuta, inter. crassa, ext. tomentosa, late ovalia, apiculo inflexo, aest. subvalvata.

3. LIMACIA VELUTINA (Miers. in Tayl. ann. ser. 2 VII. 43). Hook. et Th. l. c.

Caule velutino, f. late ovalib. v. ovali-oblong. subt. v. utrinque fulvo-tomentosis, paniculis petiolos subaequantib. pauciflor., stam. 6, drupis obovatis.

A. Gray Bot. Wilkes exp. I. 40. — *Cocculus velutinus* Wall. 4970.

Berberis vulgaris var. macroacantha, Gussone, Fl. Prodr. fl. Sicul. I. 426. — *B. Aetnensis* Presl., fl. Sicula I. 28; R. et S. VII. 2; B. *Aetnensis* Moris., fl. Sardoa I. tab. 5. — *B. Kunawarensis*, Royle? illustr. 64.

δ. var. *brachybotrys:* Ramuli robust. saep. glaucis, f. vix coriac. ½—1½ p. obovatis lanceolatisve aristatis spinuloso-serrulatis integerrimisve, racem. abbrev. multifloris subcorymbosis. —

Berberis brachybotrys Edgeworth, in Linn. soc. tr. XX. 29.

ε. B. vulgar. var. *Cretica:* fruticulus humilis v. prostratus, robustus dense ramosus, f. parvulis ½ — 1 p. rigide coriac. angulat. spinuloso-serrat. v. lobatis obovat. cuneato-lanceolatisque margine incrass. nervis conspic., racem. elong. abbreviatisve.

Berberis cretica Lin. spec. pl. 472. DC. Prodr. I. 106. — *B. cretica* Thunb. fl. Jap. I. 146; Sibth. fl. gr. t. 342. — *B. vulgaris* var. australis Boiss. in ann. sc. nat. ser. 2 XVI. 371. — *B. Thunbergii* DC. Prodr. I. 106.

In Himalaya praecip. occident. temperata et subalpina, rar. in orient.; in montib. Beluchistan — α. *normalis*. Kashmir, Kishtwar, 5—10000'. — β. *Crataegina*. Balti et Kashmir alt. 8—10000'. — γ. *Aetnensis*. In Him. temp. et subalp., a Simla usq. ad Balti vulgatiss., alt. 6—12000'. — δ. *brachybotrys*. iisdem locis alt. 6—12000'; Sikkim. — ε. *Cretica*. Garhwal, Kunawar. Kashmir. alt. 9—11000', Balti 10000'. — Fl. vere. — v. v.

8. BERBERIS HISPANICA Boiss. et R. Boissier et Reuter pugill. (pl. nov., 1852. p. 1.

Fruticosa humilis dumos intricatissimos formans, spinis flavidis divaricatim tripartitis f. aequantib. v. superantib., f. minutis coriaceis subelevato-nervosis marginatis obovatis v. cuneato-ellipticis subsess. obtusis mucronatis saep. integerrimis rar. remote dentatis dentib. brevib a b. lata triang. subulato-spinescentib., racem. corymbosis subsess. paucifl. nutantib., pet. obovatis obtusis, fr. caeruleis stigmate brevit. stipitato-peltato superatis.

Berberis vulgaris var. australis, voy. bot. Hisp. p. 15.

Hab. in reg. alp. omn. mont. Granatens.

9. BERBERIS ARISTATA (DC. syst. veg. II. 8). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 222.

F. valde coriac., plerumque persistent. obovat. oblong. lanceolatisve venos. varie grosse spinuloso-serratis integerrimisve acut. obtus. aristatisve sessilibus v. in petiol. angustatis, florib. racemos. subpaniculat. v. subcymosis pendulis suberectisve, baccis stylo brevi stigmateq. parvo terminatis. —

α. *normalis:* f. amplis obovat. oblong. ellipticisve acutis aristatisve (1—3 p.) apic. vers. hic illic spinuloso-dentatis, utrinq. viridibus v. subt. glauc., racem. composit. multifl. v. subcorymbos., florib. magn., pedicell. rubris glaucisve.

B. aristata DC. Prodr. I. 106; Hook. exot. fl. t. 98. — *B. aristata* Royle ill. 64; Wall. Cat. 1474 et 1475 ex parte. — *B. tinctoria* Lesch. in mem. mus.

IX. 306. — *B. tinctoria* W. et A. Prodr. 1. 16; Deless. ic. sel. II. t. 2. — *B. tinctoria* Wight. ill. I. t. 8.; van Houtte fl. des Serres. VI. t. 75. — *B. tinctoria* Lindl. et Paxt. fl. g. I. 18 f. 5; Wall. Cat. 1476. — *B. Chitria* Ham. mss.; Ker in bot. reg. t. 729; Don, Prodr. 204. — *B. angustifolia* Roxb. hort. Beng. 87.

β. *floribunda:* f. obovato-oblong. lanceolatisve integerrimis v. varie spinuloso-serratis subt. glaucis v. concolorib., florib. racemosis umbellatisve, pedunc. saep. elong. simplic., pedicell. breviusc. elongatisve, interd. valde glaucis.

Berberis floribunda et *B. petiolaris* Wall. mss. sub 1474. — Don syst. gard. I. 115. — Lindl. in Penny Cycl. IV. 261. — *B. aristata* Wall. herb. 1474 ex p. *B. affinis* et *B. cerataphylla*. Don syst. gard. — *B. coriaria* Royle mss.; Lindl. in bot. reg. N. S. XIV. t. 46. — *B. umbellata* Lindl. in bot. reg. 1844 t. 44, non Wall. mss.

γ. *micrantha:* foliosa, f. valde coriac. obovato-lanceol. lanceolatisve (1—3 p.) grosse spinuloso-dentatis; racemis elong. nutantibus, florib. parvis.

Wall. Cat. 1474

Hab. per totam Himalay. temperat., a Bhotan usque ad Kunawar, alt. 6—10000′; et in montib. Nilghiri et Zeylaniae, alt. 6—7000′. — α. *normalis*. vulgatiss. a Nipalia ad Sirmur, sed non in Sikkim visa. β. *floribunda*. Kumaon et Garhwal, alt. 7700—9500′ Simla 9000′, Kunawar. γ. *micrantha*. Nipal, Garhwal, Sikkim alt. 9000′ Bhotan.

10. BERBERIS UMBELLATA (Wall. Cat. sub 1475). (Walp. Rep. I. p. 102 n. 9 et V. 19 n. 1). Hook. et Th. Fl. Ind. 224.

Ramulis gracilib. virgat., f. plerumq. deciduis obovatis submembranac. varie spinuloso-serratis in pet. angustat., subt. glaucis concoloribusve, pedunc. elong., fl. paucis lg. pedicellat. pendulis subumbellatis, baccis oblongis, stigmate subsessili discoideo.

B. aristata Bot. mag. t. 2549. — *B. aristata* Wall. Cat. 1474 ex parte. — Lemaire jard. fleur. II. misc. p. 62 c. xylogr.

In Himalaya temperata et subalp., alt. 9—11000′: Bhotan; Sikkim, in vallib. interiorib., Nepal; Kumaon et Garhwal. — Fl. vere. — v. v. — Frutex virgatus, 8—10 ped., ramis gracilib. sparse folios. F. ½—2 p. lg, vix coriac. Fl. et fr. B. vulgaris, sed infloresc. diversa. Baccae fusco-rubrae.

11. BERBERIS ASIATICA (Rxb. in DC. syst. II. 13). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 224.

Cortice pallido, spinis mediocribus parcisve f. multoties brevioribus, f. duris lacunoso-reticulatis orbiculatis obovatis obovato-lanceolatisve grosse sinuato-spinos. integerrimisve subt. glaucis, pedicell. dense confertis v. in racemum disposit., ovario lagenaef., stylo subelong., baccis ovoideis stylo distincto.

DC. Prodr. I. 107. Roxb. fl. ind. II. 182. — Wall. Cat. 1477 (excl. syn. B. tinctoriae). — *B. hypoleuca* Lindl. hort. soc. journ. II. 246. c. ic. xyl.

In Himalayae vallib. exter, siccis: Bhotan, Nipal; Kumaon et Garhwal, alt. 3—7500′ Afghanist.; monte Parasnath prov. Bahar, alt. 3500′. — Fl. Febr. Mart. — v. v. — Frutex robustus, 3—6 ped. Spinae pro genere parvae 3—5 crures. Baccae rubrae v. nigrae magnitud. variae.

12. BERBERIS LYCIUM (Royle ill. 64). (Walp. Rep. I. 102 n. 12). Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 225.

Royle in Linn. Soc. tr. XVII. 94.

In apricis Himalayae subtropicae et temper. vulgaris: Garhwal. 3500′ — Simla 3—9000′, Jamu 3—4000′, Kishtwar 2500—9000′, Kashmir 5000′. — Fl. Apr. Mai; fr. Jun. Jul. — v. v. — Fruticulus rigidus. Fruct. violaceus, 2—4-spermus.

§ 2. *pedicelli fasciculati, uniflori.*

13. BERBERIS WALLICHIANUS (DC. Prodr. I. 107). Hook. et Th. fl. ind. 225.

Sempervirens, spinis gracilibus 3—8 fidis, f. fasciculatis, late orbiculari- v. oblongo-elliptic. lanceolatisve, utrinq. acuminatis varie grosse spinuloso-serratis utrinque lucid., pedicell. plurim. aggregat. brevib., bacca stigmate subsessili terminata.

α. *atroviridis:* ramulis angulatis, f. 1½—4 p., lanc. vel ang. obovatis spinuloso-serratis.

B. atroviridis. Wall. mss. — *B. Wallichiana* Wall. pl. As. rar. III. 23 t. 243. — Lindl. et Paxt. fl. gard. I. 79 f. 58. — Don. Prodr. 204. Wall. Cat. 1478.

β. *microcarpa:* ramis angulatis v. prof. sulcatis, f. ut in var. α. sed interd. integerr., bacc. parv. elliptico-oblong. vix pulposis, stylo brevi stigmateq. parvo terminatis.

γ. *latifolia:* f. late obovatis, elliptico-oblongisve 1—2 p., florib. ut in var. α.

δ. *pallida:* f. ang. lanc. 2—3 p., spinuloso-dentatis subt. pallidis glaucisve, fasciculis paucifloris.

In silvis Himalayae temperat. mediae et orient. et montib. Khasia. — α. Nipal; Sikkim alt. 8—10000', Bhotan — β. Khasia, alt. 5—6000' — γ. Sikkim alt. 10000' — δ. Bhotan. — Fl. vere. — v. v.

Hook. in bot. mag. tab. 4656. — Lemaire jard. fleuriste III. pl. 287.

14. BERBERIS INSIGNIS (H. f. et T.). Hook. et Th. fl. ind. I. 226.

Sempervirens, ramulis saepiss. inermib. subteretibus, f. solitariis binisve amplis br. petiolat. ellipt. v. lin-lanceol. utrinque lucid. spinuloso-dentatis, spinulis divergentib., pedic. confertis crass. brevib., baccis ovoid. stigmate sessili.

In vallibus humidis Himalayae temperatae: Bhotan — Sikkim et Nipal. orient. alt. 7—10000'. — Fl. vere. — v. v.

Frutex 4—6 ped. ramosus virgatus. F. alterna subremota, rar. bina, rariss. fasciculata et spina imperfecta suffulta, laetiss. viridia, nitida, valde coriac, sinuato-dentata, dentib. spinos. patentib., fol. Ilicis Aquifol. referentia, 3—7 p., petiol. brevi cum ramulo articulata. Fl. 3—20 fasciculati, pedicell. curvis. Perianthium coriaceo-carnosum. Pet. bifida. Stam. breviuscula. Bacc. nigrae ⅓ p., pulposae, stylo breviss., stigmate parvo. 2—4 spermae, carne aureo.

15. BERBERIS ULICINA (H. f. et T.). Hook. et Th. Fl. Ind. 227.

Fruticulus glaucus robustus horridus, spinis validis tripartitis b. latis, f. fasciculat. spinis aequilongis lin-lanc. cuneatis obovatisque pungentibus, marginib. incrassatis, florib. parvis breviss. pedicellatis dense congestis, ovar. subglandulosis, ovulis 4, baccis parvis.

In Thibetia occid.; Nubra in petrosis aridis, alt. 14—16000'. — Fl. Jul., Aug.; Fr. Septbr. — v. v.

Fruticulus 1—2 ped., Ulicem referens, conferte folios. et creberr. spinos., glaucesc., ramis strictis crass. — Spinae rigidae validae, patentes, b. elg. crassa subdilatata. F. ½ p. v. coriac. rigida, conferta, omnia conform. utrinque uni-bispinuloso-dentata v. rar. lobata. Fl. inter f. densiss. fascic., parvi vix ½ p., aurantiaco-flavi. Petala bifida; stam. brevia; ovar. obscure glandulos., 4-ovulatum. Baccae brevit. pedicellat., nigrae glaucae; stigmate sessili; seminib. 1—4.

§. 3. *pedicelli solitarii, rariss. bini, unifl., rariss. biflori; sepala exteriora majuscula, interdum interioribus majora.*

16. BERBERIS ANGULOSA (Wall. Cat. 1475 in parte). Hook. et Th. l. c.

Ramis sulcatis novellis puberulis, spinis 3—5 fidis, f. parvis obovatis obovato-lanceolatis aristatis integerr. v. sinuato-dentatis marginib. incrass. minute puberulis, pedicellis validis curvis f. longioribus, florib. majusculis nutantibus, sepalis exteriorib. interiora aequantibus, baccis 5—7-spermis, stigmate sessili v. stylo brevi.

β. pedicellis fasciculatis, interd. bifloris.

In Himalaya temperata; Nipal, Sikkim, 11—13000′ — β. Sikkim alt. 10000′. — Fl. Jun. Jul.; fr. Septbr. — v. v.

Frutex 4-ped., e b. ramosus; ramis strictis, patulis foliosis, ramulis crass. saepe pubesc., novell. subtomentosis; spinis 3—5 fidis, interd. dorso puberulis, fol. longioribus brevioribusve. F. 1—1½ p., fasciculata, sessil., obovata, coriacea, plerumq. integerr. nunc spinuloso-sinuata v. dentata, papill. minim. puberula, nervis subparallelis. Pedic. solitarii (in var. β. fasciculati et interd. divisi), validi, glanduloso-puberuli. Fl. majusculi, flavi. Sep. exter. ampla. Pet. sepal. paulo minora, integra. Stam. brevia. Baccae globosae v. late oblg. ⅓—½ p. lg., pedic. incrass. curvo pendulae, stylo brevi terminatae, rubrae, edules.

17. BERBERIS MACROSEPALA (H. f. et T.) Hook. et Th. Fl. Ind. I. 228.

Humilis, glaberr., ramul. sulcatis, spinis tritid. gracilibus, f. obovato-oblong. grosse spinuloso-dentatis, coriac. marg. incrass., pedicell. gracilib., florib. majusc., sepal. exterior. interiora aeq., baccis magn. ovoid. polysperm. stigmate sessili.

In Himalaya temp. interiori: Sikkim, alt. 12—13000′. — Fl. Jun.; fr. Novbr. — v. v. — Fruticulus 2—4 ped., ramis patentib. Spinae gracil., fol. aequilg. v. brevior. F. fasciculata ½—1 p. lg., crasse marginata, subt. plerumq. glauca. Pedicelli graciles, glaberr. curvi. Fl. majusc. Baccae ½—¾ p. lg. rubrae. Semina 6—10, latiuscula, compressa.

18. BERBERIS CONCINNA (H. f. mag. t. 4744). Hook. et Th. l. c.

Fruticulus ramosiss., ramul. gracilib., spin. gracilib. 3-fidis, f. obovat. spinuloso-dentat. marg. incrass. subt. albo-glaucis, pedicell. gracilib., sep. exter. interioribus dimid. minoribus, baccis magn. oblong. polysperm. stigmate sessili.

? β. *caespitosa:* frutic. 6—8 uncialis caepitos, f. irreg. subangulato-lobatis spinuloso-dentatisve.

In Himalaya alp. in vallib. interiorib.: Sikkim alt. 12—13000′. — Fl Jun., fr. Novbr. — var. β. Kumaon 12500′, Garhwal. 9—10000′. — Fruticul. 1—3 ped., plerumq. terrae adpress., ramis rubris erect. patentib. prostratis v. demissis sulcatis gracilibus. Spin. fol. aequilg. v. brevior. F. ½—¾ p. lg. marg. incrass., subt. valde glauca albida, interd. qnasi albo-picta. — Pedic. graciles, f. longiores. Fl. mediocres. Baccae pendulae, ⅓—¾ p. lg., compressae, oblg., polyspermae, stylo nullo, seminib. parvis. — v. v. —

Species novae in hort. cultae:

19. BERBERIS SULCATA C. Koch et Bouché in app. ind. h. Berol. 1854.
B. heterophylla hortor.

Ramuli stricti, sulcati, angulati; folia oblonga, basi cuneata, in petiolum brevem attenuata, ramulorum sterilium latiora, omnia duriuscula, praeter basin setuloso-ciliata;

spinae latiusculae, pugioniformes, simplices vel basi trifidae, fasciculo foliorum duplo triplove breviores; racemi unilaterales, patentissimi, elongati, densi, fructiferi recurvati; flores pedicellos patulos aequantes. — Frutex elatus, 8—10 pedalis, ramis et ramulis strictioribus; folia fasciculorum magnitudine inaequalia, majora 1¼ poll. longa, 6 lin. lata, acutiuscula, pallide viridia, opaca, subtus subglaucescentia, ramulorum sterilium 1—1½ poll. longa, 8—10 lin. lata, basi subito cuneata, autumno rubescentia; spinae ramorum fertilium majores, brunnescentes, margine tumidae, antice planae, postice carinatae, subreticulatae; racemi patentissimi, ad unum latus spectantes, multiflori, breviter pedunculati, 2—2½ poll. longi, 1—6 lin. lati, oblongo-lineares; petala rotundata, integra, aurea; baccae oblongae, dimidio longiores quam latae, pedicellum lin. 4 longum longitudine aequantes, cinnabarinae; pedunculus communis et pedicelli maturitatis tempore rubescentes. — Species omni ratione elegans, jam diu in horto botanico culta, haud aegre ab affinibus *B. vulgari* L. et *lucidae* Schrad. distinguenda ramis sulcatis et angulatis, strictis, nec curvatis et patentibus, racemis multifloris patentissimis, nec erectis et curvatis, et floribus patulis, nec patentissimis. *B. lucida* Schrad., species optima, sed neglecta, praeterea foliis membranaceis, saturate viridibus et nitidis a nostra, aeque ac a *B. vulgari* L. differt. *B. vulgaris* β. *heterophylla* Wierb. in Flora XXV. 266 a *B. lucida* Schrad. non differre videtur.

20. BERBERIS GUIMPELI C. Koch et Bouché l. c.

B. canadensis Gu. O. et H. Abb. d. fr. Holzart. I. p. 79 t. 63, nec Pursh. — *B. sinensis* Tausch in Flora XXI. p. 721, nec Desf.

Frutex humilis, ramis recurvatis, gracilibus, brunneo-rubentibus, teretiusculis aut elevato-striatis; folia oblongo-spathulata, integra, membranacea, subtus glaucescentia; spinae brunneae, basi trifidae, fasciculis foliorum multo breviores; racemi subunilaterales, foliis duplo longiores; flores pedicello gracili duplo triplove breviores, patentes; baccae oblongae, coccineae. — Species quoad folia, flores et fructus pulcherrima, vix 3 pedalis, ramis plerumque eleganter recurvatis, racemis dense obsitis; folia supra opaca, viridia, 1—1¼ poll. longa, 4—5 lin. lata, acuta, integerrima, raro remote denticulata, ramorum sterilium erectorum majora, oblonga, breviter cuneata, denticulata, saepe 1½—1¾ poll. longa et 8—10 lin. lata; racemi patentissimi, leviter recurvati, 2 poll. lgi, 6—8 lin. lati, pedunculo foliis paululum breviore praediti; pedicelli 5 lin. longi, tenues, initio virescentes, denique rubescentes; petala rotundata, integerrima, aurea; baccae coccineae, oblongae dimidio longiores quam latae, (in icone Guimpeli oblongo-lineares, duplo longiores quam latae). — Jam diu in horto botanico culta, alibi in hortis rara, sed magnopere commendanda. Differt a *B. canadensi* Pursh (*B. dentata* Tausch), specie vix a *B. emarginata* Willd. distincta et optime in flora boreali-americana auctoribus Torrey and Gray descripta, sicut in illustrationibus generum florae Americae borealis auctoribus Sprague et Gray I, t. 31 depicta, habitu humiliore, ramis rubescentibus recurvatis, floribus longius pedicellatis. *B. sinensis* Desf. frutice elatiore, ramis erectis sulcatis et racemis erectis discrepat. Nostrae proxima est *B. spathulata* Schrad. (*B. canadensis* Tausch), quae habitu elatiore, ramis griseis et floribus breviter pedicellatis distinguitur.

21. BERBERIS SINENSIS Desf. cat. h. Par. p. 158; Wats. dendr. brit. I. t. 26.

B. monosperma hort., nec R. et P.

Frutex erectus, ramis patulis, sulcatis, brunneo-rubentibus; folia oblongo-spathulata, integerrima, ramorum sterilium dentato-serrata et densiora, nitentia, subtus pallidiora; spinae brunneo-rubentes, simplices aut trifidae, fasciculo foliorum duplo breviores; racemi patentissimi, leviter recurvati, subunilaterales, folia duplo plerumque superantes; pedicelli graciles, inferiores longiores, floribus multiplo, supremi duplo longiores; baccae oblongae, sanguineae. — Frutex 5—6 pedalis, valde varians; rami patuli, racemis plerumque dense obsiti; folia diversa, ramorum sterilium magis membranacea, breviora, pollicaria, 6—7 lin. lata, oblongo-cuneata, margine praeter basin dentato-serrata, reliqua intensius viridia 1¼ poll. longa, 4—5 lin. lata, acuta, interdum densius congesta et minora; racemi multiflori, supremi breviores, interdum basi foliorum

fasciculo carentes, inferiores saepe elongati, plerique bipollicares, 8—12 lin. lati; pedicelli inferiores ad decimum circiter plerumque 6 lin., superiores 4 lin. longi, patentes, raro patentissimi; petala rotundata, emarginata; baccae oblongae, longitudine latitudinem paululum superante. — Species pulchra ab affini *B. spathulata* Schr. haud aegre differt ramis erecto-patulis, sulcatis, brunneo-rubescentibus et floribus longius pedicellatis.

Icones addendae.

BERBERIS TRIFOLIATA Hartw. (Walp. Rep. II. p. 749 n. 2; V. p. 19).
Paxton fl. gard. II n. 333, xylogr. fig. 168.

BERBERIS DARWINII Hook. (Walp. Rep. V. 19 n. 4).
Hook. in bot. mag. tab. 4590. — Hook. Ic. pl. VII. tab. 672. — Moore Gard. mag. et bot. 1851 p. 129 c. ic. — Lindl. et Paxt. fl. gard. 1851 tab. 46. — — Planch. in van Houtte fl. d. s. VII. p. 47 c. tab. — Lemaire Jard. fl. II. pl. 111.

4810. LEONTICE *Lin.*

(DC. Prodr. I. p. 109. — Walp. Ann. II. 23.)

1. LEONTICE LEONTOPETALUM (Lin. spec. pl. 448). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 229.
DC. Prodr. I. 109. — Ledeb. fl. Ross. I. 81. — Griffith. Itin. notes in Affghan. journ. n. 235.
In montibus Afghanistan — Beluchistan. — Fl. vere.

4806. PODOPHYLLUM *Lin.*

(DC. Prodr. I. 111. — Walp. Ann. II. 22.)

1. PODOPHYLLUM EMODI (Wall. Cat. 814). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 232.

Pedunculis supra-axillaribus, floribus hexandris.

Podoph. hexandrum Royle ill. 61 (Walp. Rep. I. 100 n. 2). — Decaisne in Jacq. voy. bot. 11 t. 9.

In Himalaya interiore temperata et subalpina: Sikkim 10—14000'. Nipal — Kumaon etc. 9—14000', in Kashmir ad alt. 6000' descendens. — Fl. Apr., May. — v. v. — Herba scapigera. — Bacca oblg. v. elliptica 1—2 poll., rubra, carnosa, edulis, seminibus dense farcta.

Ordo XII. CABOMBEAE *Rich.*

(*Hydropeltideae* DC. Prodr. I. 112. — Walp. Ann. II. 24.)

Endl. ord. 186 p. 901. — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 246.

5024. CABOMBA *Aubl.*

(DC. Prodr. I. 112. — Walp. Ann. II. 24.)

5025. BRASENIA *Schreb.*

(DC. Prodr. l. c. — Walp. Ann. l. c.)

1. BRASENIA PELTATA (Pursh. fl. bor. Am. II. 389). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 246. Torr. et Gr. Fl. N. Americ. I. 55. (Walp. I. 105 n. 1). — *Hydropeltis purpurea* (DC. Prodr. I. 112). — *H. purpurea* Rich. in ann. mus. XVII 230 t. 5 f. 22. — Griff. Itin. not. p. 180.

Khasia pr. Nonkrem et ad Ioowye alt. 4500'. Bhotan ad Santagoung pr. Panaka alt. 6000'. — Fl. aestate. — v. v.

Ordo XIII. NELUMBIACEAE *Salisb.*

(DC. Prodr. I. 113, *Nymphaeacearum* trib. I. — Walp. Ann. II. 24.)

5026. NELUMBIUM *Juss.*

(DC. Prodr. I. 113. — Walp. Ann. II. 24.)

NELUMBIACEAE *(H. et Th.)*

(*Nelumboneae* DC. Prodr. I. 113.)
Hook. et Th. Fl. Ind. I. 247.

Sep. 4—5 imo toro inserta, decidua. Pet. plurima, multiseriata, libera decidua. Stam. plurima, cum petal. imo toro multiplici serie inserta; filam. supra anth. in appendic. product.; anth. introrsis, loculis adnatis. Torus carnos. obconicus, apice lato truncato. Ovar. plurima, (foveolis apicis plani tori singillatim basifixis (?)) unilocularia; stigmate discoideo subsessili. Ovulum solitarium v. 2 collateralia, suspensum, funiculo filiformi parieti ovarii affixo; rhaphe dorsali. Nuces subglobosae, stylo superatae, coriaceo-corneae, e tori foveolis semi-emersae, longitud. obscure dehiscent. Semen invers., testa spongiosa; embr. exalbuminosus orthotrop. Cotyled. crasse carnosae, plumulam diphyllam valde evolutam foventes, petiolis inflexis vagina stipulari inclusis; radicula brevissima. — Herb. rhizomate elong. horizontali, fol. long. crasse petiolat., lamina peltata integerr. nerv. radiantib. marginibus vernatione involutis, floribus amplis. —

1. NELUMBIUM SPECIOSUM (Willd. spec. pl. II. 1258). (DC. Prodr. I. 113). Hook. et Th. Fl. Ind. 248. (Walp. I, 105 n. 5. Walp. Ann. II. 24 n. 2).

Floribus albis roseisve.

Ledeb. Fl. Ross. I. 83; W. et A. Prodr. I. 16. — Roxb. Fl. Ind. 647; Wight. ill. t. 9. — *N. Asiaticum* Rich. Ann. mus. XVII. 249 t. 9. — *N. Indica.* Poiret Dict. IV. 453. — *Cyamus Nelumbo* Smith, exot. botan. I. 59. t. 31—32. — *C. mysticus* Salisb. ann. bot. II. 75.

Per totam Indiam calidam divulgatum, sed saepe (an semper?) introductum: In Kashmir in lacu pr. urbem alt. 5300', vulgare! — Fl. tempore pluvioso. — v. v.

2. NELUMBIUM CODOPHYLLUM Raf. (DC. Prodr. I. 114 n. 3). Trécul. Ann. sc. nat. ser. IV. t. I. p. 291.

Ordo XIV. NYMPHAEACEAE *Salisb.*

(DC. Prodr. I. 113. [excl. trib. I.] — Walp. Ann. II. 24.)

Planchon traité des *Nymphaeac.* Ann. sc. nat. ser. III. 19 p. 19.

Conspectus sectionum et generum diagnosticus.

Ordo *NYMPHAEACEAE.*

Carpella plura in ovar. complete pluriloculare concreta. Ovula plura laterib. loculi cujusvis undique affixa. Sem. albuminosa, albumine farinaceo; embryone minuto sacculo proprio (membrana amniotica incrassata) induto, in fovea albuminis superficiali sub micropyle locato.

Tribus I. *NYMPHAEEAE* Pl.

Calyx 4-phyllus. Pet membranac., dorso non mellifera. Semina arillata. F. stipulata.

Subtribus A. *EURYALEAE* (Endl. g. pl. p. 899).

Torus (s. receptac.) ultra ovar. ei adnatum in annulum sepala, petala staminaq. gerentem productus. (Inde ovar. vulgo inferum.) — Herbae aculeis horridae.

Genus 1. VICTORIA.

Stamina extima intimaq. sterilia, fertilium connectivo ultra antheram producto. — Herbae Americanae; tropic., giganteae. F. supra inermia. Fl. versicolores, primum candidi, demum roseo-purpurascentes, anthes. nocturna. —

Genus 2. EURYALE.

Stamina omnia fertilia. Anth. muticae. — Herbae Asiaticae, intra v. extra-trop. F. utrinq. aculeata. Fl. violacei, anthes. matutina.

Subtribus B. *EUNYMPHAEEAE.*

Torus ovarium ei adnatum pl. min. vestiens, b. calyce et corolla, inde ad ap. staminibus obsessus. (Ovar. vulgo propt. calyc. superum.) — Herb. inermes amphigeae, trop. et extratrop., praesert. hemisphaerae bor. Fl. albi, rosei, purpurei v. cyanei, anthes. nocturna v. diurna.

Genus unicum NYMPHAEA.

Tribus II. *BARCLAYEAE* (Endl g. pl. p. 900).

Cal. 5-phyllus, propter ovar. inferus. Pet. membranac., dorso non mellitlua. Torus ultra ovarium ei adnatum in annulum petala staminaq. gerentem productus. (Vulgo ovar. propter calycem superum.) Semina exarillata. — Herba Asiatica, tropica, inermis. —

Genus unicum BARCLAYA.

Tribus III. *NUPHAREAE* Pl.

(*Nupharineae* Endl. ex parte.)

Cal. 5- v. rar. 6-phyllus. Pet. squamif. crassa, dorso sulcis mellifluis insculpta (fide Salisb.). Ovar. a toro plane liberum (vulgo superum). Sem. exarillata. — Herb. inermes, amphigeae, extra-tropic., hemisph. borealis. F. exstipulata. Fl. flavi, anthes. diurna.

Genus unicum NUPHAR.

Tribus I. *NYMPHAEEAE* Pl. l. c. p. 19.

Subtribus A. *EURYALEAE* Pl. l. c.

(Endl. gen. pl. p. 899.)

5019. **VICTORIA** *Lindl.*

(Walp. Rep. I. 107. — Walp. Ann. II. 24. III. 814)

Bot. Reg., ann. 1838, app. 13. — Endl. gen. n. 1519. — Hook. bot. mag. tab. 4275 — 78. — R. Br. Proceed. of the Linn. soc. May 7 (1850). — Henfrey in the gard. mag. of bot. May 1850 p. 225 c. ic. — Planch. v. Houtte Fl. des serr. Mars 1851. — Hook. Vict. regia in fol. 1851.

1. VICTORIA REGIA Lindl. Planchon Ann. sc. natur. ser. III. tom. 19 p. 25.

F. discolorib. (subt. vinoso- s. violaceo-purpureis), sep. parcissime et brevit. aculeatis, antheris filamento breviorib., bacca diam. ad extremum ovario 3-pollicari, aculeis mediocre confertis ad extremum 4 lin. longis armatis, seminib. magnitudine. Pisi minoris, recentibus viridib., postea obscuriorib. subbrunneis.

Hab. Guiana Angl., in flum. Berbice et Roupounouni, Schomburgk. ann. 1837 — 42. ? Boliviae distr. Moxos, in paludib., juxta fluvios Mamoré (Haenke ann. 1801), Rio das Madeiras d'Orbigny, ann. 1832) et Jacouma (Bridges ann. 1846). — Brasil. prov. Matto-Grosso, in flum. Rio de Barbado.

Victoria regia Lindl. l. c.; Hook. bot. mag. tab. 4575—4578, et monogr. excl. syn. *V. Cruziana* et *Euryale Amazonica*, — *V. Amazonica* Sowerby (pr. parte. — *Nymphaea Victoria* Schomburgk olim in litter.

2. VICTORIA AMAZONICA Planch. — Planchon l. c. p. 26.

Ovario aculeis creberrimis densissimis majorib. 7—9 lin. longis (minorib. interspersis) siccitate stramineis obsito, sep. oblongis b. levit. contractis extus ad ap. usq. aculeis 3 — 5 lin. longis sparsis, antheris filamento multo longioribus.

Hab. in fl. Amazonum; pr. Santarem (Para). R. Spruce (Apr. 1850), in herb. Webb. — Prope Ega Poepp. (1832).

Victoria Amazonica Planch. revue hortic. 15. Fevr. 1853. — *Euryale Amazonica* Poepp. ex Endl. — *Victoria regia* Hook., plurim. auctor. (pr. parte).

Species hactenus ab auctorib. c. *Victoria regia* Guyanensi et Boliviana perperam confusa, a qua differt.: antheris respectu filamenti multo longiorib., aculeis ovarii densissimis duplo et ultra longioribus, sep. ad ap. usque hinc inde longiuscule aculeatis.

3. VICTORIA CRUZIANA d'Orb. — Planchon in Ann. sc. nat. ser. III. t. 19 p. 27. —

Foliis utrinq. viridibus, bacca (in reg. natali) diametr. 5 pollic., seminib. magnitudine pisi majoris, globosis nigris.

Hab. Paraguay.

Planchon in van Houtte Fl. des serres VI, 210 et VII 53.

Victoria regia Hook. et alior. (pr. p.), non Lindl. Species imperfectissime nota, seminibus nigris, globosis nec ellipsoideis, drupam Celtidis Australis magnitudine aemulantib., a *Victoria regia* diversa.

5018. **EURYALE** *Salisb.*

(DC. Prodr. I. 114.)

Planch. in Ann. sc. nat. ser. III. tom. 19 p. 28.

1. EURYALE FEROX Salisb. (DC. Prodr. I. 114). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 245.

Roxb. pl. Corom. III. t. 244.; Bot. mag. t. 1447; Planchon in Ann. sc. nat. ser. III. tom 19 p. 29. — *Euryale Indica* Planchon l. c. — *Anneslea spinosa* Roxb. Fl. Ind. II. 573. — Planchon in van Houtte fl. des serr. VIII. p. 79. c. tabb. 2.

In paludib. Chittagong, Bengaliae orient.; in provinc. Oude planitiei Gangeticae superioris; Kashmir. — Flor. hieme et vere. — v. v. — Rhizoma breve. F. ovalia v. orbicularia, 1—4 ped. diam. supra viridia, subt. puberula, laete purpurea v. rubra. Fl. 1—2 poll. lg. Sepal. et ovaria aculeis horrida. Bacca 2—4 unc. diam. Sem. magnit. pisi parvi, v. cerasi; testa crassa, laevi, v. subrugosa.

Subtribus B. *EUNYMPHAEEAE* Planch. l. c.

5020. **NYMPHAEA** *Neck.*

(DC. Prodr. I. 114. — Walp. Ann. II. 25.)

Hentze Ann. sc. nat. ser. III. 18. p. 376. 79. — Planch. l. c. vol. 19 p. 30—31.

Calyx 4-phyllis, foliol. imo toro v. axi floris crasso, urceolato, ovario ei adnatum plus min. induenti insertis, liberis, aestiv. generum praecedentium. Pet. plura (normalit. 12 v. 20 v. rarius 28) obsc. 2-3-4 seriata, tori b. inserta, interiora sens. minora, in stam. abeuntia, omnia aestiv. imbricata. Stam. numerosa (normaliter 40 v. 48 v. 56 v 64) obsc. 5-6-7-8-seriata pseudo-verticillis inter se imperfecte alternis, nor-

maliter 8-meris: filam. libera: anth. biloculares, connectivo lineari ultra eas saepe producto intus adnatae, loculis rima long. dehiscentib. Ovar. normaliter 8 v. 16-merum, loculis compressis, parietib. lateralib. ovuliferis, vertice discoideo v. cupulato circa tuberculum centralem radiatim stigmatico, radiis stigmatiferis ultra fasciam stigmatico-papillosam, 1-sulcam, in processum (parastigma, nob.) epapillosum productis. Ovula crebre in mucilagine nidulantia, anatropa, directione varia. Bacca spongiosa, interd. calyce persist. tecta, superficie cicatricib. insertionis petalor. staminumq. notata, matura subito a b. irregularit. rumpens. Sem. numerosa, in pulpa mucilaginosa nidulantia, arillo sacciformi ap. aperto, pulposo, plane involuta; testa crustacea, int. lacunosa, sub germinat. ope embryotegae scutelliformis circa micropylen valvatim aperta; endopleura membranacea; embryone intra sacculum amnioticum crasse membranaceum in ap albuminis farinosi locato, minuto, lentic.-subgloboso, cotyled. crassiusc., intus concavis, marg. sibi invicem applicitis, plumulam crassam foventib., radicula punctiformi, vix conspicua. — Herbae per regiones temperatas et calidas totius orbis late diffusae, natantes etc.

Conspectus sectionum generis:

§ 1. LOTOS. DC. (Planch.)

Sep. insigniter nervosa! Stam. exteriora a pet. intervallo latiusculo distantia. Anth. exappendiculatae. Pollen laeve. Process. stigmatici longiusculi, cylindraceo-clavati.

Lotos DC. Syst. II. 49. excl. sp.

§ 2. CYANEA. DC.

Sep. tenuissime nervosa. Anth. processu connectivi longiuscule appendiculatae. Pollen laeve. Process. stigmatici plus minus breves.

Cynaea DC. Syst. II. 49.

§ 3. HYDROCALLIS Planch.

Sep. tenuiss. nervosa. Anth. extimae praesertim manifeste appendiculatae, intimae submuticae, omnium loculis connectivo angustiorib. Processus stigmatici longe cylindraceo-clavati.

Castaliae spec. DC.

§. 4. CASITALA DC. (Planch.)

Sep. tenuissime nervosa. Anth. muticae v. vix mucronulatae, loculis connectivo saep. latioribus. — Stirpes amphigeae hemisphaerae bor.; f. cordatis angustissime peltatis, integris v. obtuse repandis, subtus tenuiter venosis; florib. albis.

§ 1. *LOTOS.*

1a. NYMPHAEA LOTOS L. (Planch.). Planchon. in ann. sc. nat. III. 19 p. 33.

α. *Aegyptiaca* Planch.

f. glabrescentib. v. subt. parce puberulis, sep. ovato-oblongis, pet. obtusis, antheris omnib. filamento brevioribus. —

Nymphaea Lotus Linn.
In Aegypti inundatis.

β. *Ortgiesiana* Planch.

omni parte saepius major, sep. oblongis, antheris etiam extimis filamento longioribus.

Ludit 1. f. subtus parce puberulis v. glabresc. calycib. glabris, pet. acutis, staminib. b. purpureo-maculatis.

Nymphaea Lotus Guill. et Perott. — *N. dentata* Planch. van Houtte Fl. VI. — *N. Ortgiesiana* Planch. l. c. tom VIII.
Hab. Cordofan ad radices montis Arash-Cool, Kotschy.

2. f. subtus parce puberulis, sep. b. manifeste contractis, pet. obtusiusc., staminib. intus b. non maculatis. —

N. dentata Thonn et Schum. — Hook. bot. mag. t. 4. 257.
Hab. Guinea — Sierra Leone.

3. f. subt. dense pubescentib., calyce glabro v. puberulo. —

N. Lotus Paliss. Beauv. Fl. d'Ow.
Hab. Senegambia.

1b. NYMPHAEA LOTUS (Lin. Spec. pl. 729). Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 241.

F. argute sinuato-dentatis, sepalis oblong. obtusis 5—7-costatis, petal. lineari- v. ovato-oblong., filament. b. late dilatat., antheris inappendiculatis, stigmatis appendicibus cylindraceo-clavatis.

α. *Lotus:* f. subt. dense pubescentib. orbiculat. reniformibusve, lobis divergentib. approximatisve, florib. amplis rubris roseis albidisve.

N. Lotus, Delile. Fl. Aeg. tab. 60 f. 1. — *N. Lotus* DC. Syst. II. 53. — *N. rubra* Roxb. Fl. Ind. II. 576; DC. syst. II. 52. — Wght. et A. Prodr. I. 17; Wight. ill. I. t. 10; Andr. Bot. rep. t. 503; Bot. mag. t. 1280 et 1364. Wall. Cat. 7255. — *N. Devoniensis* Hook. bot. mag. t. 4665. — *N. edulis* DC. Syst. II. 52, Roxb. Fl. Ind. II. 578. Wallich. Cat. 7251. — *Castalia magnifica* Sal. Par. Lond. t. 14. — *C. mystica* Ann. bot. II. 73. — *N. semisterilis,* Lehm. über d. Gattg. *Nymphaea,* 23.

β. *cordifolia:* f. subt. dense pubesc. cordato-ovatis lobis divergentib., florib. mediocrib. alb. v. carneis.

γ. *pubescens:* f. subt. puberulis pubescentibusve, flor. minor. albis roseis rubrisve.

N. pubescens. Willd. sp. pl. II. 1154; DC. Prodr. I. 115; Blume Bijdr. I. 48; W. et A. Prodr. I. 17 et 447; Wall. Cat. 7256; Planch. l. c. 35. — *N. sagittata* Edgeworth in Linn. soc. tr. XX. 29.
α. et γ. per totam Indiam calidam vulgaris — β. Chittagong. — Fl. per totum annum.

1c. NYMPHAEA LOTUS Lin. γ. *pubescens* Hook. et Th. Fl. Ind. 241. — Hasskarl in Retzia I. p. 120—123.

α. *purpurea*: f. juniora rubro-fusca, 2—4 poll. lg. Fl. haud natantes erecti, purpureo-rosei etc.

β. *rosea:* Calyx 4-sepalus, extus viridis intus roseus. Petala 24, exteriora majora intensius colorata rosea. Genitalia lutea etc.

γ. *albiflora:* (N. thermali Lehm. affin.)

Flores haud nutantes erecti, diam. fere 5 pollic., pulchre albidi etc.

Habitant in insula Bali ex qua in hortos late sunt pervulgatae.

2. NYMPHAEA THERMALIS (DC. Prodr. I. 115). Planchon Ann. sc. nat. I. c. p. 35.

Glaberrima, f. orbiculato-peltatis (diam. 6—10 poll.) postice alte excisis marg. exserte sinuato-dentatis subt. nitore metallico violaceo-coerulescentib. maculis saturatiorib. sparsis, fl. diametro ad extremum 5-pollic., sep. oblongis obtusis 9—13 nerviis, pet. extimis 4-sepalis aequilongis extus roseis, seriei sequentis 6—8 inaequalib., minorib.; intimae paucis multo minoribus; staminib. plurib., appendicib. stigmaticis vittas papillosas longitud. excedentib.

(Char. ex icone stirp. in horto van Houtte cultae et e spec. spontaneo in herb. Deless.).

Habit. in fontibus tepidis Pecze, haud proc. ab urbe Grosswardein Hungariae. (Waldst. Kit.).

N. thermalis DC. Syst. II. 54 (excl. syn. Andrews). — Reichenb. Ic. fl. Germ. VII. 34 t. 71. — Planch. v. Houtte. Fl. des serr. VII. tab. 706—7. — *N. Lotus* Waldst. et Kit. pl. rar. Hong. I. 13 tab. 15 excl. syn. — Sims. bot. mag. tab. 797.

3. NYMPHAEA RUBRA Roxb. (DC. Prodr. I. 115. Walp. Rep. V. 20 n. 1).

Planch. in Ann. sc. natur. ser. III. 19 p. 36. — Planch. in van Houtte Fl. des serr. VI. — Lindl. in Paxt. flow. Gard. 1851 p. 65 c. ic. — Lemaire jardin fleuriste II. planche 173, 174.

§ 2. *CYANEA.*

4. NYMPHAEA VERSICOLOR Roxb. (DC. Prodr. I. 115. — Walp. Rep. I. 108). Planchon. Ann. I. c. p. 37.

5. NYMPHAEA GIGANTEA. Hook. in bot. mag. tab. 4647.

F. peltatis cordato-rotundatis b. fere ad petioli insertionem fissis crassis remote dentatis supra (siccitate) minutissime elevato-punctatis subt. rugulosis grosse elevato-reticulatis, ut videtur coloratis, floris amplissimi calyce tetraphyllo, petalis (coeruleis) numerosissimis, striato-venosis obtusis exteriorib. obovato-oblongis interiorib. lin-lanc., staminib. numerosiss. stigma totum tegentib., filam. brevib. omnib. filiformib., anth. curvatis exteriorib. apiculatis.

Patria Australia bor. orientalis in regione dicta „Wide Bay."
(sub nom. hortul. Victoria Fitzroyana.)

Planchon in van Houtte Fl. de serr. VII. tab. 751. — Lemaire jard. fleuriste III. pl. 240—241.

6. NYMPHAEA SCUTIFOLIA (DC. Prodr. I. 114).

Planchon in Ann. I. c. p. 38. — Planch. in v. Houtt. Fl. des serr. VI. tab. 615. — Paxton fl. gard. II. n. 463 xylogr. fig. 232.

7. NYMPHAEA BERNERIANA Planch. — Planch. in Ann. sc. nat. III. t. 19 p. 39.

Glaberrima, fol. cordatis anguste peltatis sinu aperto marg. obtuse sinuato-repandis immaculatis membranac., nerv. subt. prominentib., fl. diametro 4—5 pollic., sep. anguste oblongis inferne levit. contractis ap. attenuatis obtusis non lineolatis, petal. (coeruleis) 20—30 anguste oblongis inferne angustatis ap. obtusiusculis v. acutiusculis, staminib. valde numerosis extimis quam petala plus duplo breviorib., filamentis extimorum anthera vix duplo latiorib. et circ. triplo breviorib. b. vix dilatatis, stigmatib....

Hab. Madagascaria, Bern. in herb. Mus. Paris.

N. Berneriana Planch. in Rev. hort. fevr. 15. 1853.

8. NYMPHAEA EMIRNENSIS Planch. — Planchon. Ann. sc. natur. III. 19 p. 39.

Glaberrima, f. orbiculatis (diam. 5—6 poll.) anguste peltatis sinu aperto, marg. obtuse sinuato-repandis coriaceis immaculatis, nervis siccitate subt. impressis, fl. diam. circ. 3-poll. coeruleo, sep. oblongis obtusis non lineolatis, pet. circ. 12 anguste oblongis exteriorib. obtusiusculis, staminib. crebris exteriorib. quam pet. fere duplo breviorib., anther. linearib. filamentum valde dilatatum longitudine pluries excedentib., appendiculis extimorum 2—3 lin. longis.

Hab. Madagascariae prov. Emirna, Bojer in herb. mus. Par., sub nom. Nymph. coeruleae.

N. Emirnensis Planch. in van Houtte Fl. des serr. VI.

9. NYMPHAEA STELLATA (Willd. sp. pl. 1153). Hook. et Th. Fl. Ind. I. 243.

F. orbiculatis v. elliptico-orbiculatis, obtuse sinuato-dentatis integerrimisve, sepal. nervos. (sed non costatis), petal. lin-oblong., lanceolatisve acut. v. ap. angustatis, anth. lg. appendiculat., stigmatis radiis in cornua brevia productis inappendiculatis, seminib. substriatis.

α. *cyanea.* florib. mediocrib. non aut vix odoris.

Nymph. cyanea Roxb. fl. ind. III. 577. W. et A. Prodr. I. 17. — *N. cyanea* Wall. Cat. 7253 A. et D. — *N. stellata* β. bot. mag. t. 2058. Planch. ét. l. c. 40.

β. *parviflora.* florib. plerumq. minor. coeruleis.

N. stellata DC. Prodr. I. 115 n. 4.; Andr. bot. rep. t. 330. — *N. stellata* W. et A. Prodr. I. 17; Wall. Cat. 7253 C. et E. — *N. stellata* β? major, Planchon, études l. c.

γ. *versicolor.* florib. majorib. albis coeruleis carneis pallide purpureisve, staminib. perplurimis.

N. versicolor Roxb. hort. Beng. 41; Fl. Ind. II. 577. — *N. versicolor* Sims. bot. mag. t. 1189. Planch. ét. l. c. 39. — *N. versicolor* Wall. Cat. 7257. — *N. punctata* Edgew. in Linn. soc. tr. XX. 29. — *N. Hookeriana*, Lehm. über die Gattg. Nymphaea. — *N. Edgeworthii* Lehmann l. c. 7.

Per totam Indiam calidam vulgatissima. — Fl. p. tot. annum — v. v.

9a. NYMPHAEA STELLATA Willd. β. *parviflora* Hook. et Th. Fl. Ind. I. 243 β. — Hasskarl in Retzia I. p. 123.

F. ovato-subrotundis, subintegerr., profunde cordatis, lobis subacutis paullo divergentib., a b. loborum ad ap. 2 poll. longis, transverse 21 lin. latis, supra atro-viridib., subt. atropurpureis 7-nerviis, prominulis florib. ½-apertis lilacinis, diam. vix pollic., sep. 4 viridib. oblongo-lanc. acutis, lineolis atropurpureis striatulis, int. subcoloratis sublilacinis; petalis 8—9, calyce paullo longiorib., lilacinis oblongo-lanc. acuminatis 2-seratis, interiorib. angustiorib.; staminib. 12—14, exteriorib. longiorib., ap. brevit. appendiculatis (nec tam acute ac in N. stellata Willd.; Wght. Ic. I. 178); germ. 6-locul., loculis ∞-gemmulatis; stigmate peltato 6-radiato, rad. adscendentib., stigma cupuliforme formantib.

Hab. paludes ad litt. borealia Javae pr. Pekalongan, ubi legit Teysmann, ann. 1851, mense Octbr. floriferam.

10. NYMPHAEA GUINENSIS Thonn. et Schum. (Walp. Rep. I. 107 n. 9.)

? *N. micrantha*, Hook. bot. mag. t. 4535 non Guill. et Perrott. — Planchon, Ann. sc. nat. III. 19 p. 41.

Hab. Guinea, Thonning.

11. NYMPHAEA HEUDELOTII Planch. — Planchon. Ann. sc. natur. III. 19 p. 41.

Omni parte nana, glaberrima, f. (natantib.) cordato-suborbiculatis angustissime peltatis sinu postico angusto subclauso (in f. submersis membranaceis late aperto) marg. levit. repandis subt. purpurasc. violaceomaculatis, fl. parvis, sep. e b. ovata longiuscule attenuatis ext. violaceolineolatis, pet. 5—8 coerulescentib. acuminatis acutis calyce breviorib., staminib. 12—16 appendiculatis, anth. lin. filamento latiusculo 5—6 plo longiore, rad. stigmaticis 8—10 brevib. triangularib. acutis, bacca globosa, calyce breviore, seminib. ellipsoideo-globosis laevib. (non costatis).

Hab. Senegambia, in rivulis haud altis ditionis Fouta Dhiallon. — Heudelot n. 841 in herb. Paris.

N. Heudelotii Planch. l. c.

12. NYMPHAEA COERULEA Savigny (Planch.) (DC. Prodr. I. 114 n. 2). — Planchon Ann. sc. natur. l. c. p. 42.

F. elliptico-orbiculatis anguste peltatis postice alte excisis (auriculis acutis acuminatis saep. sinu acuto segregatis nunc b. invicem incumbentib.) margine saep. integris nunc parce obtuseq. repando-dentatis supra concolorib. subt. maculis violac. ornatis glabris, sep. e b. lata non plicata sens. attenuatis extus lineolis punctisq. violac. pictis, petal. (saep. 12—20) acutis inferne albis, superne azureis v. totis albis, staminib. (48—64) specie in phanlanges 12—16 radiantes quaternat. dispositis, connectivorum cuspidib. acutissimis, appendicib. stigmaticis brevib. e b. ovata in acum. brevissimum contractis, seminib. (in specim. Senegambiae) ellipsoid., lineis 10—12 papillar. in longum costatis.

? β. *concolor* Planch. fol. calyceq. immaculatis.

Aegyptus, Savigny, Delile Sieber (sub nom. *N. stellatae*). — *Cordofan*, Kotschy n. 167 (var. α.) n. 166 (var. β.) in herb. Webb. et Deless. — *Senegambia*, Lepr. et Perr. — *N. caerulea* Savigny (DC. Prodr. I. 114). — Planch. in van Houtte Fl. d. s. VII. t. 653. — *N. cyanea*, hortul. plurim. non Roxb. — *N. maculata* Thonn. et Schum. (Walp. Rep. I. 107 n. 5. 8.). — *N. rufescens*, Guill. et Perrott. (Walp. Rep. I. 107 n. 5). — *N. micrantha* Guill. et Perrott. (Walp. Rep. I. 107 n. 6). (Forma saep. depauperata) Lemaire Jard. fleur. I. tab. 52. — *N. poecila* Lehm. in Otto Hamb. Gart. u. Bl. Ztg. VIII. 371 (ex descr.) et in Ann. sc. natur. III. vol. 19 p. 362.

13. NYMPHAEA ABBREVIATA Planch. — Planchon Ann. sc. nat. l. c. p. 42.

Glaberrima, f. cordato-orbiculatis anguste peltatis coriaceis pl. min. repandis v. integris utrinq. violaceo-maculatis, sep. ovato-oblongis v. oblongis obtusis extus non lineolatis, pet. albis calyce brevioribus, staminib. appendiculatis, bacca glob. calyce breviore, seminib. globos. longitrorsum more *N. coeruleae* 10—12-costatis.

Senegambia, Lepr. et Perrott. in herb. mus. Par.

14. NYMPHAEA AMPLA DC. (Planch.). Pl. ann. sc. nat. l. c. p. 44.

Glaberrima, f. cordatis anguste peltatis, nervor. reticulo subt. pl. min. prominente, sep. anguste oblongis acutis saep. acuminatis ext. viridibus lineolis violascentib. pictis, pet. albis extimis interd. pallide flavo-virentib., staminib. exteriorib. quam interiora multo longiorib., anth. appendiculatis, appendicib. stigmaticis brevib. conicis acutis, seminib. minutis ellipsoideo-globosis longitrors. lineatim villosulis.

α. *Plumieri* Planch.

f. amplis ambitu irregularit. argute dentatis subt. purpureis

immaculatis nerv. valde prominentib. viridib., fl. albis diam. interd. 4—5 pollicari.

N. ampla DC. quoad syn. Plumieri. — Nymphaea f. circinnatis maximis acute crenatis, fl. albo, Plum. mss. 124 t. 4. in biblioth. mus. Paris. — *Castalia ampla* Salisb. pr. p.

Hab. ins. Caribeae. — Martinica — Jamaica.

β. *Hookeri* Planch.

f. minus coriaceis marg. pl. min. obtuse repando-sinuatis nunc subintegris, subt. purpur. utrinq. atro - violaceo - maculatis, fl. albis v. albo-flavescentib.

N. ampla Hook. bot. mag. t. 4469. —? *N. ampla* β. DC. —? *N. Rudgeana* G. F. W. Mey. primit. Esseq. 198. — *N. albo-viridis* A. S. H. voy. Diam. II. 425. — *N. speciosa* Mart. et Zucc. (Walp. Rep. I. 117 n. 13). — *N. trisepala* Gaud. recherch. organ. p. 83. — *N. flavo-virens* Lehm. in Otto Hamb. G. u. Bl. Ztg. VIII. 370 (ex descr.) et in Ann. sc. nat. ser. III. v. 19. p. 361.

Hab. America tropica insularis et continentalis.

γ. *Salzmanni* Planch.

f. parvis (diam. circ. 4 poll.) ambitu repando - sinuosis utrinq. indefinite violaceo-maculosis, nervis radiantib. 15 sat tenuib., fl. parvo (diam. circ. 2 poll.), petalis circ. 5.

N. sinuata, Salzm. exsiccat. — Hab. Bahia, (Salzmann) in herb. Webb. et Deless. An species distincta? — Potius tantum forma typi depauperata.

15. NYMPHAEA PULCHELLA (DC. Prodr. I. 115.) — Planchon, Ann. sc. nat. l. c. p. 46. Hab. Guayaquil, Ruiz et Pav., in herb. Lamb., nunc in herb. Webb.

Sepala extus lineolata, siccitate fusca.

16. NYMPHAEA ELEGANS Hook. — Hook. in bot. mag. tab. 4604.

F. suborbicularib. repando - subdentatis b. profunde usq. ad pet. insertionem bifidis nigro - maculatis lobis rectis sinu angusto, subt. purpureis, sep. 4 fusco-lineatis, pet. albis purpureo-coeruleo - tinctis, staminib. in phalangib. sub — 15 collectis, filamentis exteriorib. subpetaloideis, antheris exteriorib. appendiculatis, stigmate sub — 15-radiato. — Planchon, Ann. sc. nat. III. v. 19 p. 46. —

Lemaire Jard. fleur. II. planche 180.

Planta Mexicana a Dr. Wright detecta.

17. NYMPHAEA GRACILIS Zucc. (Walp. Rep. I. 107 n. 14). — Planchon Ann. sc. nat. l. c. p. 47.

17a. NYMPHAEA (CYANEA), sp. nova. Pl. — Planchon., Ann. sc. nat. III. 19 p. 55. Hab. in ditione Mexicana, Hartweg n. 1552 in herb. Deless. — Specim. pro descr. nimis imperfectum.

Affinis *N. gracili*, sed sep. immaculatis diversa.

NYMPHAEA MEXICANA Zucc. (Walp. Rep. I. 108 n. 17). Ad sect. *Castaliae* pertinere videtur.

§ 3. *HYDROCALLIS.*

18. NYMPHAEA BLANDA (Meyer?) Planch. — Planchon, Ann. sc. nat. l. c. p. 47.

Glaberrima, f. cordato-orbiculatis anguste peltatis marg. irregularit. repandis v. sinuosis (sinu postico nunc plane aperto, nunc auriculis

postice invicem incumbentib. clauso) subt. purpurascentib. (virentib. v. rufis) ad petioli insertionem nudis, calycis glaberrimi sep. oblongis obtusis, petal. interiorib. acutiusculis, stamin. primo intuitu multicorum antheris connectivo obtuso ultra eas brevissime producto angustiorib. 1 lin. latis, appendicib. stigmaticis e b. gracili in clavam subcircinnato-involutam crassiusculam incrassatis.

Hab. Guiana. — Martinica (Plumier).

?*N. blanda* Meyer (DC. Prodr. I. 116 n. 19). — ?*N. glandulifera* Rodsche observ. p. 76, ex Mey.

18a. NYMPHAEA BLANDA Hook. — Hook. bot. mag. 1851 sub 4823. (Ic. Nymph. Amazonum).

Glaberrima, f. suborbiculato-cordatis integris v. magis minusve sinuato-dentatis lobis obtusis subincumbentib. petiol. intra folium annulo villoso instructis, filamentis exteriorib. subpetaloideis, omnib. fertilib., antheris exappendiculatis, sep. petalisq. aequilongis obtusis, stigmatis processubus, (tot quot radii) longissimis teretib. clavatis, erecto-incurvis.

N. Amazonum, Mart. et Zucc. (Walp. Rep. I. p. 107); Lehmann über die Gattung Nymphaea n. 48; Planch. in Ann. sc. natur. ser. 3. tom XIX. p. 48. – *N. Lotus*, Lunan, Jam. II. p. 271. — *M. blanda?* Macfad. Fl. Jam. p. 19. — *N. foetida.* Gardn. mss. in herb. Braz. n. 2477.

19. NYMPHAEA AMAZONUM Mart. et Zucc. (Walp. Rep. I. 107 n. 15). Planch. Ann. sc. nat. III. 19 p. 48.

Gardner (e prov. Bras. Piauhy). — Blanchet (e lacu Cariaco prov. Bahiensis). Hostmann (e Guyana Batava). — *N. integrifolia* Salzmann exsicc in hort. Webb. et Deless. (e prov. Brasil. Bahia). — Hook. bot. mag. 1851 tab. 4823 (descr. Nymphaea blanda Hook.).

20. NYMPHAEA GOUDOTIANA Planch. — Planchon, Ann. sc. nat. l. c. p. 49.

Praeter villosum annulum ad petioli insertionem et ad b. calycis glaberrima, f. cordatis angustissime peltatis (diam. circ. 3—4 poll.) marg. levit. repandis subt. purpur. immaculatis, fl. magnitud. Nymph. albae, sep. oblongis, pet. circ. 15 — 18 interiorib. in stamina abeuntib. acutis, anth. linearib. quam in Nymphaea blanda duplo angustiorib., appendicib. stigmaticis e b. gracili clavatis.

N. Goudotiana, Planch. in rev. hort. fevr. 15. 1853. — Hab. Nova Granata, pr. Ibague, Goudot in herb. mus. Par. — (Affinis N. Amazonum Mart. et Zucc.).

21. NYMPHAEA LASIOPHYLLA Mart. et Zucc. (Walp. Rep. I. 107 n. 16). — Planchon, Ann. sc. nat. III. 19 p. 50.

22. NYMPHAEA GARDNERIANA Planch. — Planchon Ann. sc. nat. l. c.

Glaberrima, f. parvis (diam. circ. 2 poll.) peltatis orbiculato-hastatis ap. obtusis postice sinu triangulari late aperto excisis (auriculis acutiusculis v. obtusatis) marg. crispulis tenuib., nerv. radiantib. 5 subt. impressis, fl. diam. 2—3 poll., sep. oblongis cuspidatis acutiusculis, pet. circ. 16, extimis 4 saep. sepaliformib., caeteris minorib., omnib. praesert. intimis acutis, anth. linearib. extimis praecipue brevit. appendiculatis, interiorib. filamento longiorib., appendicib. stigmaticis 12—16 circ. ½ pollicarib., lin-clavatis.

Hab. Brasilia, in prov. Piauhy, Gardner n. 2476 in herb. Webb. et Deless.

N. Gardneriana Planch. in Rev. hort. 1853.

Species N. *oxypetalae* affinis sed tamen distinctissima.

23. NYMPHAEA OXYPETALA Planch. — Planchon, Ann. sc. nat. III. 19 p. 51.

Glaberrima, f. natantib. ignotis, submersis reniformi-lunatis membranac. ulvaeformib., undulato-sinuatis glabris, fissura postica late aperta ad petioli insertionem extensa, fl. diam. 3 — $3^1/_2$ poll., sep. e b. ovata v. ovato-oblonga exquisite caudato-acuminatissimis, ap. interd. tortilib., pet. 18—24 calyce breviorib. (extimis 4 saepe sepaliformib.) cuspidatis acutis (verisimilit. albis), staminib. numerosis, anth. linearib. exteriorib. manifeste et acutiuscule appendiculatis, appendicib. stigmaticis circ. 16—20, 6 — 8 lin. longis clavatis ap. saep. uncinatis. — Spec. insignis distinctissima.

Hab. in inundatis circa Guayaquil. n. 331. in herb. Deless.
N. oxypetala Planch. in Rev. hortic. 1853.

24. NYMPHAEA JAMESONIANA Planch. – Planchon, Ann. sc. nat. III. 19 p. 51.

Glaberr., f. sagittato - cordatis (radio antico et postico $2^1/_2$, laterali 2 poll. longis) anguste peltatis postice sinu triangulari pl. min. lato excisis (auricul. obtusiusc.) marg. crispulis membranac. utrinq. viridib. subt. lineis ramosis opegraphimorphis nigrescentib. sub lente conspicuis pictis fl. diam. circ. $2^1/_2$ poll., sep. oblongis pl. min. obtuse acuminatis, petal. 8—10 acutiusculis extimis 2—4 interd. sepaliformib., anth. linearib. plerisq. filamento lato breviorib., appendicib. stigmaticis 16 — 20, 2 — 3 lin. longis, lin-clavatis.

Hab. Guayaquil, Jameson n. 546 (1846) in herb. Webb. et Deless.
Species sicut affines oxypetala et Gardneriana, insignis.

---

25. NYMPHAEA sp. flore lilacino. Hasskarl in Retzia I. p. 123.

Descr.: f. inter minora, subrotunda cordata glabra integerr. aut subsinuato-repanda, diam. 2—$2^1/_3$ poll., supra laete virid., subt. subrubentia. Fl. suaveolentes, lilacini, per 2 dies consequentes aperti, $1^1/_2$ poll. diam. Cal. 4-sep.; sep. lanc. acuminata, ext. obscure viridia e lineolis sanguineis tenuissimis sparsis, 15 lin. longa, 4 lin. b. lata. Cor. primo erecta dein semi-expansa, 12-petala; pet. 3 - seriata, serierum diversar. paullo diversa; exteriora 4-oblongo-lanceolata acuminata, b. versus fere albida, vers. ap. lilacina, dorso calycina viridiusc. et lineolata, marg. tantum petaloidea; intermedia 4 subaequilonga et lata sed tota corallina; intima 4-lin-lanc. et paullo breviora. Stam. plus quam 30, supra antheras appendiculo lilacino, in staminib. serierum interior. breviori praedita, exteriora longiora. Stigma 12-radiatum; radii ap. suberecti.

Hab. in paludibus pr. Bataviam. Species magnitudine valde varians.

Sect. *APPENDICULATAE;* trib. *LEUCANTHAE*, Lehm.

1. *f. integerrimis; nerv. tenuibus.*

26. NYMPHAEA PARKERIANA Lehm. — Lehmann in ind. sem. hort. b. Hamb. 1853. (Ann. sc. nat. ser. IV. t. 1 p. 325.)

F. coriaceis, subpeltatis, suborbicularib., rotundato - obtusis, glaberr. integerrimis, subt. rubentib. immaculatis, b. profunde bilobis, lobis fere rectilineis ap. in acumen productis, supra (in sicco) punctis minutis sub

lente manifestis; sep. oblongis, obtusis, cor. candidam superantib.; staminib. breve appendiculatis elongatis, interiorib. fere filiformib.; stigmate 16—20-radiato; rad. elongatis incurvis ap. incrassatis.

Lehm. in Hamb. Gart. Ztg. IX. (1853) p. 529.
In Guiana Britannica, leg. Parker. ♃.

2. *f. manifeste dentatis, nerv. subt. prominentib.*

27. NYMPHAEA TUSSILAGIFOLIA Lehm. — Lehm. in ind. sem. h. Hamb. 1853. — (Ann. sc. nat. ser. IV. t. 1 p. 326.

F. coriaceis, subpeltatis glabris, cordato-subreniformib., acute dentatis, saturate viridib., immaculatis; lob. patentib., rotundato-obtusissimis, supra (in sicco) punctis minutis elevatis sub lente manifestis; calyce tetrasepalo, pet. exteriorib. breviore; petal. inaequalib., acutis, albidis, sens. in staminodia transeuntib.; staminib. breve obtuseq. appendiculatis, quam petala multo breviorib.; stigmate multi-radiato; rad. adscendentib., elongatis linguiformibus. — Hab. in lacu Chalcensi pr. Jotha regni Mexicani et ad fl. Amazonum. ♃.

Nymphaea sp. n. Planch. (Ann. sc. n. 3 sér. vol. 19 p. 56)? — Lehmann in Hamb. Gart. Ztg. IX. (1853) p. 530.

§. 4. *CASTALIA* DC. (Planch.).

Sepala tenuissime nervosa. Anth. muticae v. vix mucronulatae, loculis connectivo saepius latioribus. —

Stirpes amphigeae hemisphaerae borealis, f. cordatis, angustissime peltatis, integris v. obs. repandis, subt. tenuiter venosis, stipulis sect. tert., florib. albis, anthes. diurna.

§. a. *EUCASTALIA.*

Filamenta serieum internar. medio non dilatata. Pollen papilloso-echinatum. Processus stigmatici breves, cylindracei. Semina minuta. — Stirpes hemisphaerae bor., extratropicae.

§. b. *CHAMAENYMPHAEA.*

Filam. serieum internar. medio insigniter dilatata. Pollen superficie obsolete granulosum. Process. stigmatici ovato-oblongi, subcochleariformes, antheram mentientes. — Stirps Sibirico-Sinensis.

28. NYMPHAEA ALBA Lin. (Casp.) (DC. Prodr. I. 115 n. 14).

Nymphaeae albae varietates disposuit
Dr. Robertus Caspary in app. ind. h. Berol. 1855.

Granis pollinis aculeatis vel tuberculatis, operculo laevi; stipulis lanceolatis, anguste emarginatis, bicarinatis, omnibus liberis, punctum vegetationis rhizomatis longe superantibus, foliis cordato-ellipticis.*)

---

*) Quae diagnosis proponitur, ut Nymphaea alba facile a Nymphaea odorata Ait. distinguatur, cujus speciei character praecipue secundum specimina viva permagna in horto Borsigiano Berolini sub divo in aqua subcalida culta sic definiatur: *Nymphaea odorata* Ait. granis pollinis ubique aculeatis; stipulis subreniformibus, paululum oblique decurrentibus, obscure callose bicarinatis, late emarginatis, inferioribus longe sub puncto vegetationis rhizomatis relictis, rhizomati arcte appressis, foliis cordato-orbiculatis. — Flos Nymphaeae odoratae Ait. per totum tempus florendi forte et suavissime olet: flos Nymph. albae tantum primo die florendi paululum suaveolens.

Nymphaea alba L. Sp. pl. 1753 I. 510 et autorum plurimorum, e. g. DC. Syst. 1821 II. 56. Smith Engl. Fl. 1825 III. 13. Koch in Röhlingii Deutschlands Flor. 1833 IV. 28. Planchon Ann. sc. nat. 1853 III. Ser. XIX. p. 52. — *Castalia speciosa* Salisbury in Koenig et Sims. Ann. of bot. 1806 II. 72. — *Castalia alba* Link Handbuch 1831 II. 405.

Hab. Per totam Europam, in Sibiria et Algeria. Num in America boreali (Michaux et Nuttal) inveniatur, dubium.

Varietates:

I. MELOCARPA,

granis pollinis plerumque aculeatis, rarissime granulatis; staminibus longioribus, filamentis staminum intimorum antheris angustioribus, vel rarius antheram latitudinem aequantibus; carpellorum numero plerumque maiori, rarius minori, 8—24; radiis stigmatum plerumque unicuspidatis, flavis; germine sub disco stigmatico plerumque minus angustato et usque ad apicem staminibus tecto; fructu plus minus globoso, altius cicatricibus staminum tecto; nervis loborum folii, si in lineam rectam producas, plerumque divergentibus.

Hab. In Dania, Anglia, Gallia, Germania.

A) *DEPRESSA, fructu depresso-globoso;*

a) *chlorocarpa,* fructu virescenti:

Nymphaea venusta Hentze Bot. Ztg. 1848 p. 699. — Ann. sc. nat. III. Ser. XVIII. 377. — *Nymphaea rotundifolia* Hentze Bot. Ztg. l. c. p. 700. — Ann. sc. nat. l. c. p. 376.

Hab. in Germania in silva Hercynia et ad fl. Werra.

b) *erythrocarpa,* fructu rufescenti: *)

Nymphaea erythrocarpa Hentze Bot. Zeitg. 1852 p. 745. — Ann. sc. nat. l. c. p. 376.

Hab. in ostio fl. Albis.

*) *Coronata,* forma abnormis; parte superiori fructus cicatricibus staminum densius obtecta supra partem summam laevem torulose prominenti, fructu rufescenti.

B) *CIRCUMVALLATA, parte superiori fructus depresso-globosi cicatricibus staminum obtecta vallis instar partem summam laevem circumdanti.*

Hab. In locis nonnullis Germaniae.

C) *SPHAEROCARPA, fructu subgloboso;*

a) *chlorocarpa,* fructu virescenti;

α) *flava,* staminibus sulphureis.

Nymphaea alba L. Schkuhr Handbuch t. 142. — Sturm Deutschl. Fl. 1812 VIII. t. 30. — Hayne Arzneigew. 1816 IV. t. 35. — Curtis Fl. Lond. 1821 IV. t. 140. — Baxter Brit. phaenog. botan. 1837 III. 181 et 182. — Dietrich Fl. boruss. 1843 IX. t. 765. — Sturm Abhandl. d. naturh. Gesellsch. zu Nürnberg I. p. 143 t. III. fig. 8—13. Deutschl. Flora 1855 I. 96. t. 8. — *N. parviflora* Hentze Bot. Ztg. 1848 p. 700. Ann. sc. nat. l. c. p. 377. — *N. alba* Hentze (Linnaei?) Bot. Zeitg. 1852 p. 745 ss. Ann. sc. nat. l. c. p. 376.

Hab. Anglia (V. v. in loco natali). Germania. Upland in Schweden. (V. v. c.; misit cl. Hentze).

β) *splendens*, staminibus vitellinis (subaurantiacis).

N. splendens Hentze Bot. Ztg. 1848 p. 601. Ann. sc. nat. l. c. p. 376.

Hab. In locis nonnullis Germaniae.

b) *erythrocarpa*, fructu rufescenti.

Hab. In vicinitate urbis Berolinensis. — v. v.

**) *Cincta*, forma abnormis; parte superiori fructus cicatricibus staminum densius obtecta supra partem summam laevem torulose prominenti; fructu virescenti et rufescenti.

Hab. In agro Berolinensi.

D) *URCEOLATA*, disco stigmatico fructus profunde infundibiliformi fere usque ad medium fructus immerso.

N. urceolata Hentze Bot. Ztg. 1848 p. 698. — Ann. sc. nat. l. c. p. 377.

Hab. Frankfurt a M., Darmstadt, Hanau. (V. v. c.; misit cl. Hentze.)

II. OOCARPA,

granis pollinis granulatis; staminibus brevioribus; filamentis etiam staminum intimorum anthera latioribus; carpellorum numero minori, 6—14; radiis stigmatum plerumque tricuspidatis, rarius unicuspidatis, plerumque puniceis; germine sub disco stigmatico plerumque valde angustato et hic staminibus destituto; fructu ovato, parte summa plerumque late cicatricibus staminum destituta; nervis loborum folii, si in lineam rectam producas, plerumque convergentibus.

Omnes characteres var. oocarpae etiam in var. melocarpa rarius rarissimeve et vice versa inveniuntur, tamen in var. oocarpa pollen, quod in var. melocarpa aculeatum et granulatum est, nunquam aculeatum semper granulatum vidi; at haec differentia gradus non essentiae est: et in var. melocarpa stigma hucusque semper flavum, nunquam puniceum, tamen in var. oocarpa et puniceum et flavum inveni, quae differentia coloris contentus cellularum pilorum stigmaticorum nonnullorum levissima certe censenda.

N. *candida* Joh. Swatopluk Presl: Rostlinar. Pragae 1821 p. 10 t. 2 fig. 1—4; deliciae Pragenses. Pragae 1822 p. 224; Wseobecny Rostlinopis. Pragae 1846 p. 55. — Opiz Böheim's phanerog. und cryptog. Gewächse. Prag 1823 p. 65. — Ortmann Fl. von Karlsbad p. 256. — Koch Synop. 2. edit. p. 29. — Reichenb. Icon. fl. Germ. 1845 VII. t. 70.

Discussa tandem caligo, in qua fere mythica planta Nymphaea candida Presl hucusque involuta erat. Character ille specificus a Preslio propositus: „ovarium — infima tertia parte altitudinis suae petalis et staminibus obtectum," quem nec botanici Bohemici viri cll. Kosteletzky, Opiz, Ortmann, nec ulli alii unquam viderunt, non exstat, ne Presl ipse quidem eum videbat. Id quod e figura quarta tab. 2 operis illius Preslii, quod Rostlinar vocatur, in lingua Bohemica scripti, hucusque, ut videtur, in ceteris Germaniae partibus, excepta Bohemia, omnino ignoti, mihi Pragae a virr. cll. Kosteletzky et Weitenweber benigne praebiti, et, quod ad locum illum de Nymphaea candida agentem pertinet, a studioso medicinae J. Kalmus mihi in linguam germanicam translati, clarissime elucet. Qua figura germen representatum est, cuius pars inferior, rudimentis staminum petalorumque tectum, partem laevem superiorem staminibus destitutam altitudine longe superat, quamquam pars infima sublata est. Germen igitur Nymphaeae candidae Presl illa figura representatum characterem istum non exhibet, nec ullo modo a germine Nymphaeae illius differt, quae ubique in Bohemia invenitur et quam ipse ad Franzensbrunn, Falkenau, Ellnbogn, Comern, Teplitz, Pardubitz, Mellnik in locis natalibus, plurimis in piscinis et stagnis, quae pervadi, legi, quum aestate a. 1855 tantum, ut Nymphaeas Bohemicas perscrutarer, in Bohemiam profectus sim. Illa vero Bohemica Nymphaea nulla alia est, quam Nymphaea biradiata Sommer-

auer, quam bene e multis exemplaribus originalibus in herbb. obviis et e plantis vivis a Hausleutner e Zellersee in hort. botan. Berolin. translatis ibique cultis, a me per nonnullos annos examinatis, novi. Presl characterem illum erroneum verisimiliter proposuit, quum avellendo sepala, petala et stamina eorum partem basalem nimis longam reliquerit, ut ratio partis germinis liberae superioris, quam ad partem inferiorem partim rudimentis illis haud avulsis occultam praebuerit, nimis magna videretur.

N. biradiata Sommerauer Fl. 1833 p. 625 ff. — Koch Synop. 2. edit. p. 29. — Fries Summa I. 143. — Scheele Flora 1843 p. 305. — Reichenb. Icon. fl. Germ. 1845 VII. t. 69. — Garcke Fl. Nordd. p. 16. — v. Schlechtendal Bot. Ztg. 1852 p. 557 ff. — Hentze Ann. sc. nat. l. c. p. 377. — N. M. Semenow Bullet. de la soc. imp. d. Natural. de Moscou 1854 I. p. 226 ff. — Weiss Bonplandia 1855 p. 238. — *N. semiaperta* v. Klinggraeff Fl. v. Pr. 1848 p. 20. Nachtrag 1854 p. 5. — Garcke Fl. Nordd. p. 16. — Sturm Abhandl. d. naturh. Gesellsch. zu Nürnberg I. p. 143 t. III. fig. 1—7; Deutschlands Fl. 1855 I. 96. 6 et 7. — *N. neglecta* Hausleutner Bot. Ztg. 1850 p. 905 ff. — Garcke Fl. Nordd. p. 16. — Kelch Bot. Ztg. 1852 p. 421. — v. Schlechtendal Bot. Ztg. 1852 p. 557 ff. — Hentze Ann. sc. nat. l. c. p. 377. — Otto und Dietrich Allgem. Gartenzeitung 1853 p. 406. — *N. Kosteletzkyi*, Palliardi MSS. Index sem. hort. bot. Hamburg. 1852 p. 10. — Otto Hamb. Gart. und Blumenztg. 1852 VIII. 369. — *N. cubogermen*, Lorinser in litt. ad cl. M. Winkler.

Ovarium plantae, quam cl. Palliardi Nymphaeam Kosteletzkyi nominavit, non „villosum" sed pubescens, pilis brevibus uni-bicellularibus, praecipue supra linea insertionis petalorum et staminum obviis. Cl. Lehmann ipse mihi tria germina Nymphaeae Kosteletzkyi 1854 benigne praebuit, cl. Palliardi plantas vivas amic. Dr. Aschersonio, quas mihi tradidit, aestate 1855 Berolinum misit et ipse eodem anno m. Augusti duce cl. Palliardi fil. tres illas piscinas, in quibus prope Franzensbrunn planta sola nec cum alia varietate intermixta occurrit, pervadi, omnia fere specimina examinavi et permultos flores, fructus, folia nonnullaque rhizomata abstuli. Nec pube Nymph. Kosteletzkyi differt a ceteris a me enumeratis varietatibus Nymph. albae, nam germina omnium florum omnium locorum, omnium varietatum N. albae, quae examinavi, pube illa plus minus obtecta erant, quam nisi oculis inarmatis, certe lente, melius microscopio videre poteris. Pubes vero variat pilis modo longioribus, modo brevioribus, etiam in planta ad Franzensbrunn obvia, cujus possideo germina pubem brevissimam exhibentia quum germina aliarum varietatum v. g. Nymphaeae albae cinctae pube saepissime longitudine illam aequant, vel adeo superant, quam planta ad Franzensbrunn nascens plerumque praebet. Tamen caveas, ne pilos illos rigidos internos, Nymphaeaceis proprios, qui in cicatrice staminum et petalorum avulsorum inveniuntur, cum pube illa externa, ad quam cl. Palliardi spectat, commutes. Nymphaea Kosteletzkyi est Nymph. candida Presl et Nymph. biradiata Somm. Cl. Palliardi, acutus et accuratus observator, bene de Nymph. alba meruit, quod primus pubem germinis vidit, quae hactenus nondum notata erat, nec mirum est, quod, quum Nymph. albam aliorum locorum nunquam vidisset, ut ipse mihi dixit, plantam illam ad Franzensbrunn obviam novam fortasse speciem esse censuit.

Nymphaea intermedia Weiker in Reichenb. Fl. sax. 1842 p. 10.

Verosimiliter synonymae etiam sunt:

Nymphaea pauciradiata Bunge in Ledebour Fl. alt. II. p. 272. Fl. ross. I. 84. (e Semenow l. c. p. 231.) — *Nymphaea punctata* Kar. et Kiril. Bulletin de Moscou XV. 376. (e Semenow l. c. p. 231.) — *Nymphaea Basniniana* Turczaninow in Fl. Baical. Dav. No. 84; Ledebour Fl. ross. I. 743. (e Semenow l. c. p. 231.)

Hab. In ganz Böhmen: Steiermark, Salzburg im Zellersee, Provinz Preussen, Schlesien — Schweden, Russland, bei Moskau.

E) *ANGUSTATA*, processibus carpellorum longioribus (latit. : longit. = 1 : 2½), superne angustatis, acutatis, crassis, in sectione transversali trapeziformibus, foliis crassis, laete viridibus, margine crispis.

Hab. In dem obersten von 3 kleinen Teichen bei Königswerth bei Ellenbogn in Böhmen. (Legi ipse.)

F) *SEMIAPERTA*, processibus carpellorum brevioribus (latit. : longit. = 1 : 1½—2), tenuioribus, latioribus, lateribus subparallelis, apice rotundatis, in sectione transversali applanatis, floribus semiapertis, foliis plerumque margine crispis;

a) *erythrocarpa*, fructibus rufescentibus.

Nymphaea semiaperta Klinggraeff.

Hab. Provinz Preussen.

Nymphaea biradiata Som.

Hab. Steyermark: Salzburg. Böhmen. (V. s. in herb. v. Leonhardi et v. v. c. in hort. bot. Berol. et Lipsiensi a cl. v. Leonhardi missam).

b) *chlorocarpa*, fructibus virescentibus;

N. neglecta Hausl.

Hab. Schlesien. Praeterea subvarietas semiaperta etiam ad Klostergrab prope Teplitz a cl. M. Winckler reperta est, tamen nescio, num fructus sit rufescens, an virescens. (V. s.)

G) *APERTA*, floribus omnino apertis, ceterum ut in subvar. F. semiaperta.

a) *erythrocarpa*, fructibus rufescentibus.

N. Kosteletzkyi Pall. — *N. cubogermen* Lorins.

Hab. Franzensbrunn. (Legi in loco natali.)

Nymphaea candida Presl.

Hab. Pardubitz in Böhmen. (Legi in loco natali, cuius ipse J. S. Presl mentionem fecit.)

Nymphaea candida Ortmann Fl. von Carlsbad, p. 256.

Hab. Böhmen: Rothe Seeteiche im Koholz bei Neusattel bei Ellnbogn. (Legi ipse duce cl. Ortmanno.) Teiche bei Doglasgrün bei Ellnbogn. (Legi in loco natali.)

b) *chlorocarpa*, fructibus virescentibus.

Nymphaea candida Ortm.

Hab. Böhmen: Teiche bei Doglasgrün bei Ellnbogn. (Legi ipse in loc. nat.)

Nymphaea candida Presl.

Hab. Böhmen: Teiche bei der Fasanerie bei Pardubitz. (Legi ipse in loco natali.)

***) *volvata* forma abnormis; parte superiori fructus cicatricibus staminum densius obtecta supra partem summam laevem torulose prominente; fructu virescenti.

Hab. Böhmen: bei Comern in der Nähe von Brüx im Raingraben. (Legi ipse in loco natali.)

Fere omnium varietatum formas minores, majores et maximas vidi, quarum minores fere ab omnibus autoribus nomine Nymph. albae var. minoris designatae sunt, quamquam ad alias earum differentias gravioris momenti non spectabant. — Peto a lectoribus benevolis, ut formas Nymphaeae albae sua in patria accuratius perscrutentur et de iis mecum communicent, observationibus, si possibile est, plantis siccis vel melius vivis (floribus, fructibus, foliis) elucidatis, ut Nymphaeae albae formarum distributio geographica notescat et corrigatur. —

29. NYMPHAEA ODORATA Ait. — Torr. et Gr. — A. Gray genera of, Am. pl. I. tab. 41 et 42. —

N. reniformis Walt. — DC. — *N. minor* DC. (*N. odorata* β. minor bot. mag. tab. 1652.)

Hab. America bor. ad orientem montium petrosorum, a Canada ad prov. meridionalem. — Delaware Michx., in herb. mus. Paris. (sub nom. N. albae). — Halifax, in Nova Scotia, Smith in herb. Deless. — Texas, Drummond, ibid, etc. — cfr. *Nymphaeam albam* Casp. sub. n. 28.

30. NYMPHAEA VIVIPARA Lehm. — Lehm. novit. pl. h. bot. Hamburg. 1852. — Ann. sc. nat. III. vol. 19 p. 364. — Ed. Otto G. u. Bl. Ztg. t. VIII. p. 370.

Icones addendae.

NYMPHAEA (*hybrida*) DEVONIENSIS; Hook. in bot. mag. tab. 4665, — *Nymph. Devoniensis.* Paxt. Gardn. chron. 10. July 1852. — Paxton fl. gard. III. p. 123 plate 98. — Lemaire Jard. fleur. IV. pl. 346 — 347.

NYMPHAEA (*hybr.*) BOUCHEANA Planch. — van Houtte fl. d. s. X. 167 c. tab. — Stirps hybrida e *N. Loto* patre et *N. rubra* matre a cl. Bouché in h. Berol. educata.

NYMPHAEA RUBRA Roxb. — Planch. in van Houtte fl. d. s. VIII. 25 c. tab.

NYMPHAEA ORTGIESIANO-RUBRA (*hybr.*) Pl. — Pl. l. c. p. 67 c. tab.

Tribus II. *BARCLAYEAE* (Endl. g. pl. p. 900).

Cal. 5-phyll., propt. ovar. inferus. Pet. membranac., dorso non melliflua. Torus ultra ovarium, ei adnatum, in annulum petala staminaq. gerentem, productus. Sem. exarillata. — Herba Asiatica, tropica, inermis.

5022. **BARCLAYA** *Wall.*

(Walp. Rep. I. 108.)

W. Hook. Ann. sc. nat. III. v. 18 p. 301.

Cal. 4—5 lobus, tubo elong. inferne c. ovario adnato. Cor. 4—5 pet., pet. oblongis inaequalib. inferne c. tubo calycis unitis. Stam. subquinqueserialia, perianthii tubo inserta, in singula serie subdecem, serier. 2 superior. sterilia, reliqua fertilia. Anth. fere sessiles, oblongae, bilocul., loculis longitud. dehisc. Ovar. inferum, oblong., 10 loc., pluriovulatum. Styl. conicus brevissimus. Stigma depresso-umbilicatum, obscure radiatum, marg. 10-laciniatum; laciniis subulatis erecto-conniventib. Bacca carnosa, globosa, matura calyce non coronata, delabens in carpella numero loculor. correspondentia, indehiscentia? laterib. obliq. rugoso-sulcatis, carne mollissimo, fere exsucco, farinaceo-grumoso, ex albo rubicundo. Sem. globosa, setis carnosis undiq. tecta. — Herba (annua?) aquatica Burmanica, acaulis. Rad. fibrosa. F. fere Scolopendrii officinalis, membranacea, longe petiolata, penninervia. Invol. persistentis 5-phylli foliosa oblongo-lanc., ad b. floris verticillata, concava, patentia 1-nervia, membranac., extus infra ap. mucronata. — Hab. imperio Burmanico circa Rangoon in Pegu (Dr. Wallich), Mergui (W. Griffith), Moulmein (Lobb). — Fl. fructusq., profert. Augusto m.

1. BARCLAYA LONGIFOLIA Wall. (Walp. Rep. I. 108 n. 1). — W. Hook. Ann. sc. nat. III. v. 18 p. 302—340. — Planch. Ann. sc. natur. III. 19 p. 56.

Semina sphaerica, papillis longis aculeiformib. echinata, hilo non conspicuo. Papillae extus minutissime tuberculosae, testae continuae. Integ. internum membranac., pallide fuscum albumini subjacenti sat arcte adhaerens. Albumen more ordinis in particulas polyedricas quasi

crystallinas facile solubile. Sacculus amnioticus carnosulus, lenticularis, foveae albuminis semi-immersus. Embryonis minuti cotyledones intus concavae, plumula. (sic!). — Cfr. H. et Th. Fl. Ind. I. 246.

Hook. ic. pl. t. 809, 810 et in ann. sc. nat. ser. 3 XVII 301 t. 21. — Griffith notes pl. Asiat. I. 218 t. 57 f.

Tribus III. *NUPHAREAE* Pl.

(Cfr. conspect. tribuum.)

NUPHAREAE Planch. in van Houtte fl. d. serr. VIII. 80.

NUPHARINEAE Endl. excl. gen. *Nymphaea*.

NUPHARIDEAE Lindl. excl. gen. *Nymphaea*.

† *Sepala* 5.

1. NUPHAR PUMILUM (DC. Prodr. I. 116 n. 2.) — Planchon. Ann. sc. nat. III. vol. 19 p. 60. — Cfr. l. c. synonimiam.

2. NUPHAR LUTEUM (DC. Prodr. I. 116 n. 1.) — Planchon. l. c. p. 61.

Discus stigmatiferus pl. min. latus radiis stigmaticis a marg. distantib. v. repando-lobulatus, radiis stigmaticis ad marg. usq. extensis, nunc lobis impositis (in Nuphare sericeo Lang,) nunc lob. alternantib. (in specim. prope La Calle). (Mauritaniae) a beato Bové lecto. —

Nuphar sericeum Lang. in syllog. pl. nov. (1824) p. 180.

Hab. Europa tota, Algeria, Sibiria. In America nobis, donec specimina viderimus, dubia civis.

3. NUPHAR JAPONICUM (DC. Prodr. I. 116 n. 4.) — Planchon. Ann. l. c. p. 62.

Folii auriculae obtusatae nec acutae. Radii stigmatici in specimine authentico 10—12 nec 15—16. —

Hab. Japonia. Thunb. in herb. Deless.

†† *Sepala* 6.

4. NUPHAR SAGITTAEFOLIUM Pursh. (DC. Prodr. I. 116 n. 5.) — Planch. Ann. l. c. p. 62.

5. NUPHAR ADVENA Ait. (DC. Prodr. I. 116 n. 6.) — Planch. Ann. sc. nat. l. c.

Nymphaea advena Ait. — Willd. hort. Berol. t. 38. — Sims. bot. mag. 684. — *Nymphaea tripetala* Michx. in herb. Mus. Par.

β. *tomentosa* Torr. et Gr. Fl. of N. Am.

Hab. Amer. septentr. A Canada ad Georgiam; Arkansas, ad occidentem fluminis Oregon. Torr. et Gr. l. c.

Ordo XIV a. SARRACENIACEAE *(Endl. gen. pl. p. 901.)*

(Walp. Rep. I. p. 108. — Walp. Ann. II. 25.)

DARLINGTONIA, *nov. gen. Torr.*

Torr. on the Darlingtonia in Smithson. Contrib. VI. p. 4.

Cal. ebracteolatus, 5-sepalus; sep. distinctis subpetaloideis. Ovar. 5-petala; pet. latissime unguiculatis; lamina ovata ungue multo minore. Stam. 12—15, 1-serialia; filam. brevib. subulatis; antheris oblongo-linearib.; locul. inaequalib. Ovar. turbinatum, 5-loc., 5-lobatum; ap. dilatatum concavum. Styl. brevis, columnaris, 5-fid.; lacin. linearib. divergentib., ap. intus stigmatosis. Ovula plurima anatropa, placentas dilatatas obtegens. Capsula .... — Herba perennis, Californica, uliginosa, foliis Sarraceniae; lamina profunde biloba; lob. divergentib.: scapis 1-floris, bracteatis; bract. infimis distantib., supremis approximatis imbricatis: fl. nutante purpureo. —

DARLINGTONIA CALIFORNICA Torr. l. c. tab. XII. —

5023. SARRACENIA *Linn.*

(Walp. Ann. II. 25.)

SARRACENIA PURPUREA Linn. (Walp. Ann. II. 25. n. 2). — Paxton fl. gard. n. 285. xylogr. fig. 146. — Planch. in van Houtte fl. d. s. X. p. 247 c. tab.

SARRACENIA FLAVA L. (Walp. Rep. I. 109 n. 6. — Planch. in van Houtte fl. d. s. X. p. 233. c. tab. —

SARRACENIA DRUMMONDII Croom. (Walp. Ann. II. 25 n. 1). — Planch. l. c. p. 239 c. tab. —

SARRACENIA RUBRA Walt. (Walp. Rep. I. 108 n. 2), — Planch. l. c. p. 243 c. tab. —

Ordo XV. PAPAVERACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 117. — Walp. Ann. II. 25 pr. p.)

Tribus I. *ARGEMONEAE* Endl.

(Endl. gener. pl. p. 855.)

4821. **ARGEMONE** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 120. — Walp. Ann. II. 25.)

1. ARGEMONE FRUTICOSA (Thurber in litt.) — Gray in pl. nov. Thurber. p. 306.

Glaberr. valde glauca; ramis patentib. lignosis undique foliosis inermib.; f. crassis oblongis sinuatis marg. spinosis; fl. inter fol. sessilib.: caps. ovata echinato-spinosa.

In jugo montium La Peña, in provinc. Cahahuila. — Novbr. in fructu. — Frutex $1^1/_2$—$2^1/_2$ ped. etc.

2. ARGEMONE MEXICANA (L. Spec. pl. 727). — DC. Prodr. I. 120 n. 1. — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 251.

Wlpr. Rep. I. 109 n. 1. — W. et A. Prodr. I. 18. — Roxb. Fl. Ind. II. 571. — Wall. Cat. 8126.

Per totam Indiam calidam in ruderatis vulgatissima, sed certe introducta. — Fl. Febr. Mart. —

3. ARGEMONE MUNITA Heermann. — Pl. Heermannianae collected in South Californ. — Journ. of the acad. of. sc. of Philadelphia May 1855 p. 37. —

Caulis erectus ramosus, $2^1/_2$ ped. Tota planta glaucissima tenera et maxime in ramis foliorumq. marginibus, aculeis albis retrorsis horrens. F. subamplexicaulia, elongato-cordata, valde repando-sinuata undulata. Fl. in apicib. 3—4 conferti, brevit. divaricateq. pedunculati. Calyx 3-sepalus caducus setosus, quoque sepalo cornuto, cornu in aculeum validum desinente. Corolla 6-petala maxima, 3—4" diam., petalis cuneato-obovatis, marg. denticulatis, albis recte venosis. Germen lanc.-cylindric., aculeis rectis dense obtectum. Caps. adhuc ignota. —

Crescit in caespitibus magnis pr. Williamson's Pass; fl. Aug. et Septr. — Secund. cl. Asa Gr. cum *A. grandiflora* Lindl., bot. reg. tab. 1264 formas v. varietates *A. Mexicanae* tantum conformantes.

4822. **MECONOPSIS** *Vig.*

(DC. Prodr. I. 120. — Walp. Ann. II. 26.)

§. 1. *Scapigeri.*

1. MECONOPSIS SIMPLICIFOLIA (H. f. et T.). — H. et Th. Fl. Ind. I. 252.

Patentim hispido-pilosa, setis scapi decurvis, f. omnib. radicalib., lanceol., scapo subsolitario 1-floro, capsula lin-clavata.

Papaver simplicifolium Don Prodr. 196. — Wall. Cat. 8125.

In Himalaya alpina centrali et orientali: Nipal ad Gossainthan; Sikkim alt. 12—14000' — Fl. Maj. Jun. —

Radix crassa, fusiformis, collo pilis fulvis dense barbato. F. 2—6 unc. lg. in petiol. aequilg. angustata. Scapi 1—3, robusti, pedales, fructiferi 2-ped., pilis patentib. decurvisque hispidi. Flos cernuus, 2—3 unc. diam., pulcherr., purpureo-coeruleus. Sepala hispidissima pilis patulis. Pet. late obovato-rotundata v. cuneata. Stam. filam. lin-subulatis; anth. lin. oblong. Ovar. cylindricum; stylo crasso; stigmate subgloboso 5—7-lobo; lineis stigmaticis crassis, papilloso-tomentosis. Caps. 1—2 poll. lin-clavata, patentim hispido-pilosa v. glabrata, stylo 1/4 pollic.; placentis 5—8. Semina testa cellulosa, profunde cancellata. —

2. MECONOPSIS HORRIDULA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 252.

F. lanc. scapisque setis validis elg. aculeatis, scapis plurimis unifloris, capsulis obovato-clavatis.

Himalaya or. alp.: Sikkim locis petrosis, alt. 14000—17000'. — Fl. Jun Jul. — v. v. —

Spithamaea, ubiq. setis rigidis patentib. pungentib. 1/4—2/3 p. lg. horrida. F. 3—5-pollic. lanc., obt. v. acuta, integerr. v. sinuato-dentata. Scapi 8—12, rigidi, interd. b. coaliti, 4—8 unc. lg. virides v. glauci. Fl. purpurei v. coeruleo-purpurasc., 1 1/2 p. lati. Sep. setis aculeata. Petala 4 late obovata, floribus monstrosis plurima linearia. Stam. perplurima, anth. subtortis. Stylus crassus. Capsula 1/2—1 pollic. lg. setis aculeata, lin-obovata v. elliptico-oblonga, rarius late ovata, stylo 1/4 p. lg., stigmateque conico terminata. Semina 1/2 minora quam in *M. simplicifolia*, curva; testa submembranac., reticulata, cancellata.

§. 2. *Caules foliosi, fl. racem. paniculative.*

3. MECONOPSIS ACULEATA (Royle ill. 67 t. 15). —
(Walp. Rep. I. 110 n. 3.) — Wall. Cat. 8122.

In Himalaya occ. subalp. et alp.: Kumaon alt. 11000'; Sirmur; Kunawar; Zanskar et Kishtwar 10—14000' Kashmir. — Fl. Jun. —

4. MECONOPSIS ROBUSTA (H. f. et T.). — H. et Th. Fl. Ind. I. 253.

Elata, glaucesc., paniculatim ramosiss., setis paucis sparsis scaberulis flexuosis mollibus lg. patentibus sparse crinita, rarius glabrata, f. pinnatifido-lobatis, pedunculis ap. pubesc., sepalis setosis, caps. lin-oblong. 7—8-valvi, crassa, patentim setosa demum glabrata, stylo crasso conico terminata.

Wall. Cat. 8124.

In Himalaya centr. temper.: Kumaon, alt. 8000'. — Fl. aest. — v. s. — H. 4—6 pedalis, pilis laxis lg. patentib. crinita; caule crassitie pollicis, setis flexuosis 1/4—1/3 p. lg. F. caulina lin-oblonga 4—6 p. lg. sinuato v. pinnatifido-lobata. Rami fructiferi 6 p. v. pedales. Sep. 3/4 p. lg. setosa. Fl. 2 p. diam. Caps. immatura setis plurim. elg. patentiss. laxe vestita, stylo tenui aequilg. terminata; matura glabrata, ellipt.-oblg., una cum stylo 1/3 p. lg., valido, b. conico 1 1/2—1 3/4 p. lg., 1/2—2/3 p. l., 7—8 valvis; stigmate capitato, costis placentif. crass. Semina testa brunnea. celluloso-cancellata.

5. MECONOPSIS NIPALENSIS (DC. Prodr. I. 121 n. 4). — H. et Th. Fl. Ind. I. 253.
(Walp. Rep. I. 110 n. 1.) — Wall. Cat. 8123 A.

In silvis Himalayae centr. et orient. temper.: Nipal ad Gossainthan; Sikkim alt. 10-11000' — Fl. Maj. Jun. —

6. MECONOPSIS WALLICHII (Hook. bot. mag. t. 4668). — H. et Th. Fl. Ind. I. 251.

Tota setis mollibus scaberulis pubeque substellatim ramosa vestita, caule gracili erecto paniculatim ramoso, f. oblongo- v. obovato-lanc. pinnatifido-lobatis subt. glaucis. Florib. brevit. pedicellat. paniculatis, purpureis, capsulis dense setosis 5-valvibus.

Wall. Cat. 8123 B.

In silvis Himalayae temperatae centr. et orient. ad Nipal; Sikkim alt. 9—10000'. — Fl.

Jun. — v. v. — Herba 6 ped., valde ramosa, caulis crassitie pollic. F. plerumque prof. pinnatifida. Fl. secus ramos paniculae perplurimi, nutantes, 1½ p. diam. Sep. dense pubesc. Pet. l. obovata. Anth. oblong. Caps. elliptico-oblong., subcylindrica, cum stylo ½ p., gracili, 1½ p. lg. Semina ut in *M. Nepalensi.* — Planchon in van Houtte fl. d. serr. VIII. p. 5 c. tab. (ex bot. mag.) — Lemaire jard. fleur. III. tab. 315.

Icon addenda.

MECONOPSIS (*Stylophorum*) DIPHYLLUM (DC. Prodr. I. 121 n. 3). — Hook. bot. mag. t. 4867. — Walp. Rep. I. 110 n. 6.

DICRANOSTIGMA *Hook. f. et Th.*

Hook. et Th. Fl. Ind. I. 255.

Sep. 2 imbricata. Pet. 4. Stam. indef. Ovar. stipitatum, lagenaef.; stylo brevi; stigmate furcato, cruribus erectis, placentis 2 oppositis. — Herba perennans, glauca, sparse subglanduloso-pilosa, f. radicalib. perplurimis sinuato- v. lobato-pinnatifidis, scapis caulibusve gracilibus supra medium paucifoliatis v. bracteolatis 2—3 floris, floribus aureis.

1. DICRANOSTIGMA LACTUCOIDES (H. f. et T.).

Meconopsis Herb. Strachey and Winterbottom 3.

In Himalayae temp. ad Rogila in Garhwal alt. 11000′, Str. et Wint. — Fl. aest. — v. s. — Herba spithamaea et ultra, tota pilis laxis compressis sub lente articulatis subpaleaceis conspersa. — F. omn. radical., cum pet. dilatato 4 p. lg., lin-oblong., ¾—1 p. l., lobis pinnisve sub 5-jugis late ovatis, grosse et irreg. dentatis, dentib. acutis subt. glaucis, superne albo-variegatis. Scapi 3—4, f. duplo-longiores, lg. nudi, supra med. fol. 1—2 p., sessilib., pinnatifidis, oppositis alternisve bracteati. Flores gracile pedicellati. Sep. pilosa, ½ p. lg., marginib. imbricatis, late membranac., ap. in acumen v. cornu producta. Petala 1-p., l. obovata. Anth. lin-oblong. Ovar. brevit. stipitatum, ⅓ p. lg., pilis mollib. hispidulo-pubesc.; stylo 1 lin. lg., stigmata incrass., cruribus late subulatis, intus marginibusque puberulis.

4823. PAPAVER *Tournef.*

DC. Prodr. I. 117. — Walp. Ann. II. 26.

1. PAPAVER RUPIFRAGUM Boiss. et R. — Boiss. et Reut. pugill. pl. nov. (1852) p. 6.

Perenne, rhizomate caespitoso multicauli superne vestigiis folior. vetustor. vestito, f. fere omnib. radicalib. ambitu oblongo-lanc. acutiusc. pinnatipartitis in pet. longiuscule attenuatis lacin. irregularib. inter se secus costam mediam productam confluentib. oblongis v. oblongo-lanc. lanceolatisve, infer. minorib. distantib. obtusis subintegris, caeteris pl. minusve dilatatis lobatis, lob. brevib. acutiusculis setula terminatis, petiolo costaque media pilis longis albis rigidis patulis retrorsisve hispidis; caulib. scapiformib. adscendentib. inferne parce hispidis f. paucis angustiorib. angustius et acutius laciniatis obsitis superne nudis 1-fl. rarius a med. semel v. bis dichotomis, pedunc. longis rectis ap. ante anth. nutantib., sep. glabris glaucescentib., petal. pallide rubro-lateritiis, filam. ad ap. usq. subulatis, ovario elliptico staminib. longiori, caps. recta glabra elliptico-clavata, b. ad pedunc. insertionem annulo circulari glandulari crasso obsita, disco stigmatifero convexo-depresso 8-lobo.

In fissuris rup. apricar. pr. urb. Grazalema tractus Serrania de Ronda.

2. PAPAVER (*Rhoeadium*) INORNATUM Schtt. et Kotschy. — Schott in Oestr. bot. Wochen Bl. 1851 p. 233.

Annuum; caule erecto, ramoso, in pedunculos elong. dense et patentissime pilosos usque, horizontaliter setoso-piloso; f. pinnatipartitis, inferiorib. profundius sectis et partitis, lobis oblongulis saepe perangustis, irregularit. serrato-lobulatis, patentissimis, petiolum densissime piloso-strigosum versus magis distantib., apic. (folii) versus contiguis v. confluentib., utrinq. strigoso-pilosis, dentib. s. lobulis omnib. longe aristato-setosis; mediis et supremis sessilib., prior. partitionib. lanc.-linearib. s. linearib., remotis, parcius et min. profunde serrulatis, ultimorum subintegerrimis omnium utrinq. patenter et saepe dense strigoso-pilosis apicib. aristatis; calyce pilis setosis longiorib., e bulbis majusculis hemisphaericis, remotiusculis exortis, vestito; petal. kermesinis, macula nulla insignitis s. interiorib. maculatis; filam. subulatis, copiosis, patentib. ovarium duplo fere superantib.; anth. eglandulosis; ovario brevit. et exacte turbinato, glabro, glaucidulo, stigmatum pelta convexa, 9—11 radiata, flavo-virente, rad. omnib. exceptis apicib. rotundatis v. truncatis, recurvis, contiguis v. incumbentibus, brevib., liberis, connatis; fr. turbinato, pelta lobis imcumbentibus, e sinu levissimo paullulo prominulis.

Hab. in Tauro Ciliciae (Kotschy).

3. PAPAVER LATERITIUM C. Koch in ind. sem. h. Berol. 1855.

Caespitosum, perenne, pilis rigidis albis dense vestitum; caulis pauciramosus; folia lineari-elliptica, basi pinnatifida, laciniis grosse serratis; pedunculi elongati, strigosi; petala lateritia; filamenta subulata; capsula clavata, sub 6-locularis, 6-striata, crenis stigmatis circiter 6 distinctis. Caulis $1\frac{1}{2}$—2 ped. altus, basi simplex, medio pauciramosus, ramis simplicibus elongatis; folia radicalia dense congesta, 6—12 poll. (cum petiolo) longa, 6—10 lin. lata, basi in petiolum 3—5 poll. longum attenuata, laciniis inferioribus saepe incisis, reliquis paucis et serraturis grossis instructis; folia caulina multo minora, subsessilia; sepala dorso pilis longis fulvis dense vestita; petala obovata; capsula 6 lin. longa, $3\frac{1}{2}$ lin. apice lata, striis latis elevatis circiter 6 instructa; semina minima; nigro-coerulea

In valle fluminis Tschoruck Armeniam a montibus ponticis separante a. 1843 collectum et nunc in horto botanico cultum. — Species ambigua inter *P. dubium* L. et *alpinum* L. β. *croceum*, sed satis differt a priore radice perenni, a posteriore caule pauciramoso, ab utroque corolla lateritia.

4. PAPAVER CORNIGERUM (Stocks in Lond. journ. bot. IV. 142). — H. et Th. Fl. Ind. I. 250.

Sparse hispido-pilosum, caule basi ramoso, f. pinnati- v. bipinnatisectis, sep. pilosis dorso infra apicem cornigeris, capsula globosa subangulata ad angulos setis rigidis sparsis arcuatis hispida, stigmate 4—5 radiato.

Panjab ad Peshawar — Afghanistan — Beluchistan. — Fl. vere. — v. s. —

Spithameum v. pedale. F. pleraque radicalia 2—4 p., petiolata, in segmenta lin. secta. Caules v. scapi 3—6, ascendentes, parce foliosi, simplic. v. divisi, cum pedunculis adpresse setoso-pilosi. Fl. coccinei, $1\frac{1}{2}$—2 poll. diam., pet. basi nigris. Sep. late ovato-oblong., sparse setosa. Filam. subulata, capsula $\frac{1}{3}$ p. lg. breve stipitata, obsc. v. manifeste 4—5-gona, praecip. ad angulos hispida, stigmatis parvi radiis crassis. —

5. PAPAVER NUDICAULE (Lin. spec. pl. 725). (DC. Prodr. I. 117 n. 1.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 249.

Scapo unifloro flore croceo.

Thibetia occid. alpina: in summis montibus Ladak et Nubra alt. 16—17000′; Afghanistan 15000′. — Fl. Aug. —

(Walp. Rep. I. 111 n. 1.)

Papaver nudicaule var. *croceum* Planch. in van Houtte fl. d. serr. X. p. 127. c. tab.

6. PAPAVER DUBIUM (Linn spec. pl. 726). (DC. Prodr. I. 118. n. 7. — Walp. Rep. I. 112 n. 7.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 250.

β. *laevigatum* (Elkan monogr. Papav. 25). — caule foliisque glabris.

In arvis Himalayae occidentalis temperatae, alt. 5 — 7000′ a Kumaon ad Kashmir; Afghanistan, Beluchistan. — Fl. vere. —

7. PAPAVER SOMNIFERUM (Lin. sp. pl. 726). (DC. Prodr. I. 119 n. 21). — Hook. et Th. Fl. Ind. I. c. —

(Walp. Rep. I. 113 n. 10.) — Roxb. Fl. Ind. II. 571. — W. et A. pr. 17; Wall. Cat. 8118. — Engl. bot. t. 2145. — *Papaver amoenum* Lindley in bot. reg. N. S. XII. 56 n. 80.

Per totam Indiam praecipue borealem cultum, et in ruderatis quasi spontaneum. — Fl. hieme. —

Icon addenda.

PAPAVER PILOSUM Sm. (DC. Prodr. I. p. 119 n. 19). — Hook. bot. mag. 1853 tab. 4749. *Papaver Olympicum*, Sibth. mss. — Regel Gartenflora I. p. 323 tab. XXXI.

4825. ROEMERIA *Medik.*

(DC. Prodr. I. 122. — Walp. Ann. I. 23.)

1. ROEMERIA HYBRIDA (DC. Syst. II. 92). — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 256. — Ledeb. Fl. Ross. I. 92 (DC. Prodr. 122. 1). —

R. refracta (DC. Prodr. 122. 2). — *R. pinnatifida* Boivin in Belang. voy. ic. ined. — *R. rhoeadiflora* Boiss. diagn. VI. 7. — *R. orientalis* Boiss. ann sc. natur. ser. 2. XVI. 374. — Walp. Rep. I. 115 n. 1.

α. sepalis hirsutis setosisve, siliquis pedunc. longioribus hispido-setosis, valvis obtusis.

β. sepalis glaberr., siliq. brevibus, pollicarib., pedunc. breviorib. glaberr., valvis acutis b. in aculeum productis.

γ. sepal. glaberr., siliq. $^3/_4$-pollic., pedunc. breviorib. hispido-setosis, valvis acuminatis.

Afghanistan alt. 10—12000′ et Beluchistan. — Fl. vere. —

4826. GLAUCIUM *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 122. — Walp. Ann. I. 23.)

1. GLAUCIUM TRICOLOR Hort. Monsp. — Godron Florula Juvenal. ed. II. 1851. p. 50.

Flores solitarii, termin. et oppositifolii. Calyx ante anth. oblongus, brevit. et obtuse acuminatus; sep. dorso pilis raris conicis munita. Cor. magnitud. haud insignis; pet. externa orbiculata, in unguem latum brevit. contracta, interna obovato-cuneata omnia intus supra bas. macula elliptica atro-sanguinea et luteo-marginatâ picta, in medio rubro-aurantiaca, versus marg. pallidiora. Siliq. 4—5 poll. lg., gracilis, flexuosa, cylindrica, ap. attenuata, glabra sed tuberculis minimis sparsis exasperata, pedunculo semipollicem longo insidens. Sem. fusca, globosa, compressa, alveolata. F. glauca; radicalia petiolata, utrâq. pag. pube-

scentia, pinnatifido-lyrata, lob. patentib., ovatis grosse dentatis, dentib. ap. mucronulatis; f. caulina omnia sessilia, amplexic.; super. ovalia, incisa v. dentata. Caul. erectus, glaber, ramosus. Radix annua, longa, simplex, perpendicularis. — Proximum G. luteum Scop.; diff. floribus duplo majorib., concolorib.; siliq. longiorib.; seminib. ovatis; f. crassiorib., caulinis profunde cordatis; radice perrenni.

Patria ignota.

2. GLAUCIUM ELEGANS (Fischer et Meyer, Ind. Sem. Hort. Petr. 1835, 29). — H. et Th. Fl. Ind. I. 256.

Divaricatim ramosa, f. latissime amplexicaulib. cordatis, ovato-oblong. sinuato-lobatis, capsulis gracilib. torulosis strictis, curvis v. circinatis.

Led. Fl. Ross. I. 93. — *Gl. contortuplicatum* Boiss. ann. sc. nat. XVI. 376. — (Walp. Rep. I. 115 n. 2 et n. 6.)

Hab. Afghanistan. — Fl. aestate. —

CATHCARTIA *gen. nov. Hook.*

(Hook. bot. mag. tab. 4596.)

Calix diphyllus, foliolis aestiv. imbricatis, caducis. Corollae pet. 4, subrotunda, hypog., decidua. Stam. 25—30, hypog.: filam. filif., gracilia; anth. terminales, oblongae, bilocul., loculis latere longitudinalit. dehiscentib., connectivo interposito. Ovar. cylindrac., 5—6-sulcatum, 1-loc. Ov. numerosa, in placentas filif. 5 — 6 intervalvulares demum liberas, anatropa. Stigma amplum, sessile hemisphaericum, carnosum, ovario latius, persistens, 5 — 6 radiatum, rad. lamelliformib. Caps. erecta stricta, siliquiformis, teres, unilocularis ad apic., infra stigma persistens, fere ad b. 5—6 valvis, valvis linearib.: placentis filiformib. liberis ad apicem stigmati unitis. Semina numerosa, ovalia compressa, scrobiculata, strophiolata, subcristata.

1. CATHCARTIA VILLOSA (H. f. in bot. mag. t. 4596). — H. et Th. Fl. Ind. I. 255. — In Himalaya orient. temparata, alt. 10—12000′ — Fl. Jul. — v. v. — Herba spithamaea v. ped., perennis. F. radicalia plurima, rotundata, 3—5 loba, lobis crenato-lobulatis, b. prof. cordata, 1 — 3 p. lata, pet. 3 — 5 pollic.; caulina media brevius pedicellata, suprema oblong-pinnatifido-lobulata. Flor. in racemum laxum pauciflorum caulem terminantem disposita, 2—3 p. lata, pedicell. curvis, alabastr. cernuis. Petala rhombeo-v. obovato-rotundata. Stam. aurantiaca. Caps. 2 — 3 unc. lg., cylindrica, gracil., erecta, valvis membranaceis.

Planch. in van Houtte fl. d. serr. VII. p. 115 c. tab. (ex bot. mag.) — Lemaire jard. fleur. II. tab. 167.

Tribus II. *HUNNEMANNIEAE* Bernh.

(Endl. genera pl. p. 857.)

4827. **ESCHSCHOLTZIA** *Cham.*

(Walp. Rep. I. 116.)

1. ESCHSCHOLTZIA TENUIFOLIA Benth. (Walp. Rep. I. p. 116 n. 4). — Hook. bot. mag. 1854 tab. 4812.

Chryseis tenuifolia, Lindl. ms., Torr. et Gr. N. Am. fl. I. p. 63.

Tribus *HYPECOEAE* (Endl. g. pl. p. 858.).

4833. **HYPECOUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 123. — Walp. Ann. I. 23.)

1. HYPECOUM LEPTOCARPUM (H. f. et T.). — H. et Th. Fl. Ind. I. 276.

Floribus pallide purpureis, sepalis ovato-lanceolat., petalis exteriorib. late obovat. interiorib. trifidis, lobo interm. spathulato, siliquis gracillimis.

In Tibetia occident., frequens arvis alt. 9—12000′, in Himalayae Tibeticae arenosis: Sikkim alt. 12—14000′. — Fl. Jul. — v. v. — Herba gracilis, annua, diffusa, statura valde variabilis, 3 p. v. bi-pedalis. F. radicalia plurima, patula, lin-oblong., pinnatisecta, 2—4 p. lg., pinnis ½ p. lg., remotis, late ovatis pinnatisectis, lob. dentat. acuminat. Caules plurimi, b. decumbentes. Pedicelli filiformes, bracteolis setac. involucrati. Fl. pallide purpurei v. lilacini ⅓—½ p. lati. Sepala pet. ½ breviora. Petala exter. ap. subcoriac., viridia, interiora minora, vix ad med. fissa, lobis lateralib. obtus., intermedio late oblongo, sessili, cucullato, marginib. incurvis, integerr. Stigmata 2, recurva. Siliquae pollic., v. ½ lin. latae, compressae 8—10 spermae, articulis indehisc. facile solutis. Semina obliq. oblong., loculos implentia; testa subcoriac., brunnea. Albumen carnosum.

2. HYPECOUM PENDULUM Lin. — Godron flor. Juvenalis ed II. 1854 p. 50. — Planta Mediterranea, sed false in Fl. Monspel. a Gouano inscripta.

Ordo XVI. FUMARIACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. pr. 125. — subordo *Fumariaceae* Endl. g. pl, p. 858.) Walp. Ann. II. 26.

Tribus *FUMARIEAE* Bernhardi.

(Endl. l. c. p. 859.)

Subtribus I. *DICENTREAE* (Endl. l. c.).

CAPNORCHIS *Planch.*

(Endl. l. c. n. 4835 et 36.)

CAPNORCHIS Planch. — Planchon in v. Houtte VIII. 193.

Fumariae siliquosae, corolla recta b. bisaccata v. bigibbosa, decidua, f. ecirrhosis. — Capnorchis (Boerhave), Nob. sensu latiore, nempe typos subgenericos sequentes, alterius accurate distinguendos, includens.

1. subg. *DICENTRA Borkh.* (sphalmate Diclytra, aliis Dielytra), Bernhardi in Linn. VIII. 468. — *Capnorchis* Boerh. Lugd. Bat. I. 309. Spec. typica: *Fumaria Cucullaria* Lin.

2. subg. *EUCAPNOS Bernh.* l. c.

Petala a b. ad med. in corollam pseudo-monopetalam concreta! Stam. juniora plane libera, adulta b. et ap. discreta, caeter. longe pseudo-connata, att. facile partibilia, nec rare concreta.

Spec. typ.: *Fumaria formosa* Andr. — *F. eximia*, Ker. — *Capnorchis chrysantha?*

3. subg. *HEDYCAPNOS Planch.* (*Eucapnos* Sieb. et Zucc. ex Endl. gen. pl. suppl. III. p. 86) non Bernhardi. —

Petala exteriora sacciformia e b. inter se et ab interiorib. plane libera. —

Spec. typica: *Fum. spectabilis* L. — *Capnorchis spectabilis* Bernh. — *Diclytra spectabilis* DC. — *Dielytra spectabilis* Lindl. et hortul. plur.

1. CAPNORCHIS CHRYSANTHA Planch. (Walp. Rep. I. 118 n. 8. sub. n. *Dicentra*). — Planch. in v. Houtte fl. d. s. VIII. p. 193 c. tab. — Paxt. fl. gard. III. p. 151. plate 103.

4836. **DICENTRA** *Borkh.* (cfr. supra *Capnorchin* Planch.) (Hook. et Th. Fl. Ind. I. p. 271.)

(*Diclytra* DC. Prodr. I. 125. — 4835. *Dactylocapnos* Wall. — *Macrocapnos* Royle.)

Sep. 2 decidua. Petala 4 libera, anticum et posticum b. saccata v. calcarata. Stam. 6; filam. libera v. b. distincta, superne coalita, intermedio cujusve synematis b. processu calcariformi aucto. Ovula juxta placentas intervalvulares plurima. Stigma bilobum. Capsula siliquosa v. baccata, valvis linearibus membranac. v. ovatis carnosisque; placentis seminibusque ut in Corydali. — Herbae glaberr., Indicae, plerumq. scandentes, radicib. perennantib., caule tereti ramoso, gracili carnosulo, f. oppositis decomposit., petiol. cirrhosis, pinnulis 3-nerviis ovatis, membranac., racem. oppositif. nutantibus.

Sect. 1. *Siliqua lin ; valv. membranac.*

1. DICENTRA TORULOSA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind I. 272.

Corymbis 6—8 floris, siliq. ang. linearib. torulosis, seminib. 1 seriatis opacis granulatis b. strophiolo cinctis.

Hab. in montib. Khasia, graminosis alt. 5—6000'. — Fl. Aug. — v. v. — Herba tenella glaberr., glauca, 8—10 pedal. Caules scand. debil., angulati. F. 2—5 p. lg. e b. bi-tri-pinnatisecta, pinnis primariis longiss. petiolulatis, divaricatis; pinnulis paucis, remotis $^1/_3$—$^3/_4$ p. lg., membranac. Petiolus b. simplex, ap. saep. in ramos capillares cirrhosos dichotome divisus. Pedunc. oppositif. $^1/_2$—2 p. lg., graciles, apice subumbellat. corymbosi. Bracteae membranac. lineares marginib. laceris. Pedicelli 6—10, $^1/_3$—$^2/_3$ p. lg., superne subincrassati. Flores penduli, $^1/_2$ p. lg., aurei. Sepala flore $^1/_2$—$^1/_3$ breviora margine pl. minusve lacera, basi fimbriata. Petala exteriora ap. brevit. cucullata, b. saccata, interiora infra apicem in rostrum breve-bicuspidatum ultra petala exteriora breviter porrectum, coalita, lamina cujusvis brevi panduriformi, ungue capillari elg. libero. Synemata b. calcare brevi incurvo instructa. Ovar. lin., ovul. plurim.; stylo gracili; stigmate subquadrato, bilobo, b. utrinque in cornu producto. Siliq. $1^1/_2$—2 p. lg. curva torulosa, in styl. validum angustata. Sem. 15—20, alterna, b. strophiolo bilamellato inclusa.

2. DICENTRA ROYLEI (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 273.

Corymb. 2 — 3 floris, siliq. late linearib., seminib. biseriatis atris nitidis, strophiolo mediocri.

In Himalaya temp. alt. 5—6000'. Bhotan; Sikkim, Garhwal; Simla; et in montib. Khasia, graminosis, alt. 5—6000'. — Fl. Maj.—Jul. — v. v. — Herba 3-pedalis, decumbens v. subscand., habitu foliis floribusque Dic. torulosae simill., diff. praecip. corymbis pauci-(2—3) floris non subumbellatis, sep. breviorib., siliq. breviore et latiore, seminib. biseriatis et strophiolo parvo. Stigma lunatum. Stigma 1¼—1¾ p. lg., ⅕ p. l., valvis planiusculis non torulosis.

Sect. 2. *DACTYLICAPNOS:*
Hook. et Th. Fl. Ind. I. 273.

Siliqua ovata, elliptica v. oblonga; seminib. utrinque biseriatis perplurimis; valvis carnosis membranaceisve.

(4835). DACTYLICAPNOS.
Wall. tent. Fl. Nep. 51.

3. DICENTRA SCANDENS (Walp. Rep. I. 118).
Macracapnos Royle in Lindl. introd. nat. ord. ed. II, 439.
In Himalaya temperata, alt. 5—6000': Nipal. — Kumaon. Garhwal. — Fl. aestate — v. v. Herba tenella, alte scandens, caule tenui flexuoso angulato. F. alterna, 3—6 p. lg. ab ima b. tripinnatisecta, pinnis primariis lg. gracile petiolulatis, forma et magnitudine variis. Pedunculi interd. ramosi et foliosi, plerumque simplices, graciles, 3 pollic., ap. racemosi floriferi; bracteae parvae. Fl. immaturi tantum dissecti. Siliq. pollic., ½ p. lata, ang. elliptica, v. elliptico-ovata, in stylum validum ⅓ pollicar. angustata, Valvae subconcavae, membranae. Semina atra, subnitida. —

4. DICENTRA THALICTRIFOLIA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 273.

Siliq. ovato-oblong. v. late ellipt., valv. carnosis, seminib. b. granulatis ambitu tuberculatis v. asperis.

Dactylicapnos thalictrifolia. Wall. tent. 51 t. 39. Cat. 1426; Sweet, brit. fl. gard. ser. 2. tab. 127. — Walp. Rep. V. 22 n. 1.

Variat conspicue forma et magnitudine pinnularum et sepalorum, valvis siliquae carnosis v. submembranaceis, seminibus granulatis asperisve.

In Himalaya temperata centr. et orient., alt. 4—8000': Bhotan — Sikkim umbrosis, Nipal. — et in montibus Khasia alt. 5000'. — Fl. Septbr. — v. v. — Dicentrae scandenti simillima, et verosimiliter non distincta. Forma major locis depressis occurrit, pinnulis amplis 2 p., b. cordatis, florib. pollic., et siliq. valde carnosa; locis editioribus humilis et omnibus partibus minor evadit. — Lemaire jard. fleur. III. misc. p. 74 c. xylogr. — Paxton flawer gard. III. p. 49 xylogr. 251.

Subtribus II. *CORYDALIDEAE.*
(Endl. l. c. p. 859)

4844. FUMARIA *Bernhardi.*
(DC. Prodr. I. 130. — Walp. Rep. V. 26. — W. Ann. II. 28.)

FUMARIA *Tournef.*
(DC. Prodr. I. 129.)
Olof Hammar monografi öfver Fumaria, Lund. 1854.

Sect. I. *Fumariae officinales.*

1. FUMARIA OFFICINALIS L. (DC. Prodr. I. 130 n. 6.) — Hammar monografi öfver Fumaria 1854 p. 1—6.

2. FUMARIA WIRTGENI Koch. — Hammar monogr. l. c. p. 6 tab. II. A.

Fructib. subrotundis, obtusis c. mucronulo, tuberculato-rugulosis, sep. ovato-lanceol., acuminatis, denticulatis, corolla plus triplo breviorib. ejusque tubo angustiorib., bract. pedicellis fructiferis erecto-patentib. duplo brevioribus, folior. laciniis lanceol., planis. —

F. officinalis γ. *tenuiflora* Fries nov. fl. Sv. ed. 2 p. 221. (Fries in litteris). — *F. Wirtgeni* Koch syn. fl. Germ. et Helv. ed. 2 p. 1018.

Hab. in locis cultis German. ad Moselweiss pr. Coblenz (Koch) et Sveciae meridionalis in prov. Scania (ex spec. a Lessing in herb. mus. Berol. et sec. Fries.) cfr. l. c. et pl. descript.

3. FUMARIA VAILLANTII Lois. (DC. Prodr. I. p. 130 n. 8). — Ol. Hammar monogr. l. c. p. 8. tab. II. B. Cfr. l. c. pl. descript. et synonima. cfr. seqq. —

4. FUMARIA PARVIFLORA Lam. (DC. Prodr. I. 130 n. 7). — Ol. Hammar l. c. p. 11. tab. III. A. — Cfr. l. c. diagn. pl. descript. et sinonim. — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 258.

var. *Vaillantii.*

Fumaria Vaillantii (DC. Prodr. I. 130 n. 8). — *Fumaria parviflora* W. et A. — W. Ill. gen. tab. 11. — (Walp. Rep. V. 28 n. 4). — Roxb. Fl. Ind. III. 217. — Wall. Cat. 1436. — Ledeb. Fl. Ross. I. 105. —

In Ind. or. extratropica in planitie et montib. subtropicis vulgaris. In penins. montib. temper.: Nilghiri, et in montib. Afghanist. — Fl. hieme et vere. —

5. FUMARIA ROSTELLATA Knaf. (Walp. Ann. I. 25. n. 1.) Ol. Hammar l. c. p. 14 tab. IV. A. — Cfr. l. c. diagn., pl. descript. et synonim.

6. FUMARIA MICRANTHA Lag. (DC. Prodr. I. p. 130 n. 10). — Ol. Hammar l. c. p. 16. tab. IV. B. — Cfr. l. c. diagnos., pl. descript. et synonim.

7. FUMARIA KRALIKI, Jord. (Walp. Ann. II. 28 n. 2.) — Ol. Hammar l. c. p. 19. tab. III. B. — Cfr. l. c. diagn. et pl. descript.

8. FUMARIA PETTERI Reichb. (Walp. Rep. V. 31 n. 9.) — Ol. Hammar. l. c. p. 21. —

Fructibus ovato-subrotundis, acutiusculis, compressiusculis, laevib., sep. ovatis, acuminatis, medio utrinque subunidentatis, cor. triplo brevioribus ejusq. tubo aequilatis, bract. pedicellis fructiferis patentib. v. subrecurvis parum brevioribus, folior. laciniis oblongis, planis. —

F. Petteri Reichb. ic. Fl. Germ. et Helv. v. III. p. 1. — Parlat. mon. Fum. in giorn. bot. ital. 1844. p. 157 (exclus. syn. Reuteri). — *F. capreolata* γ. *Parlat.* l. c. p. 150.

Hab. in Dalmatia. — Cfr. l. c. pl. descript.

9. FUMARIA REUTERI Boiss. (Walp. Ann. II. 29 n. 7). — Ol. Hammar l. c. p. 22.

F. Petteri Parl. mon. Fum. in giorn. bot. ital. 1844 p. 157 (p. p. v. quoad synon. Reuteri) — *F. Reuteri* Boiss. pugill. pl. nov. 1852. p. 4.

Hab. Sierra de Guadarrama, Sierra Nevada et ad Granada inter segetes. — Cfr. l. c. pl. diagnos. et descriptionem.

Sect. II. *Fum. Capreolatae.*

10. FUMARIA CAPREOLATA Lin. (DC. Prodr. I. 130 n. 4). — Ol. Hammar l. c. p. 24., tab. V. A.

β. *speciosa* Jord. fl. majorib., densius racemosis, pet. inferiore saepe libero, sep. latiorib., subintegris.

F. speciosa Jord. (Walp. II. 28 n. 3.) Linnaea 1850 p. 507. —

γ. *albiflora* fl. minoribus, albidis, ap. atro-purpureis, sep. aliquantum longioribus quam in β.

C. Bauhin. pin. p. 143. — Tournef. inst. r. herb. p. 422. —
Hab. in Europ., per Asiam maxime occident., per Africam bor., ins. Helena, in America (?) australi, ut ad Buenos Ayres, Valparaiso. — var. β. in tota Gallia mediterranea (Jord.). Italia ad Neapolim (herb. Liebmann). Hispania (herb. Lange). — var. γ. in Svecia, Germania, Gallia. — Cfr. l. c. pl. descript.

11. FUMARIA MACROSEPALA Boiss. (Walp. Rep. V. 30 n. 7). — Ol. Hammar l. c. p. 28, tab. V. B. — Cfr. diagn. et descript. pl. l. c. — Hab. in rupestrib. umbrosis Hispaniae.

12. FUMARIA BORAEI Jord. — Ol. Hammar. l. c. p. 30 tab. VI. V.

Fructib. subrotundis, obtusis, parum rugulosis, sep. subrotundo-ovatis, acutis, dentatis, ap. subintegris, cor. triplo breviorib. ejusq. tubo latiorib., bracteis pedicellis fructiferis patentib. breviorib., folior. laciniis oblongo-ovatis.

F. capreolata Hook. brit. fl. p. 315 (?) ex Parlat. Babingt. on the brit. Fum. in transact. bot. soc. Edinb. I. p. 32 (?). — *F. capreolata* γ. Parlat. mon. Fum. in giorno bot. 1844 p. 150 (p. p.) — *F. Bastardi* Boreau rev. bot. 1847 p. 359 (p. p.). — *F. Boraei* Jord. cat. du jard. bot. de Gren. 1849, in Linnaea 1850 p. 509 ex spec. — *Fum. muralis* Boreau fl. du centr. ed. 2 ex Jord. l. c. Gren. et Godr. fl. de France I. p. 67. (p. p.). — *F. Munbyi* Boiss. pugill. pl. nov. 1852. p. 5. ex Boiss. diagn. 1853 p. 17. cfr. seqq. sub n. 29.

Hab. in lapidosis et sepib. Galliae (Jord.). Hispaniae (Boiss., Lange), Britanniae (?) etiam in Africa bor. (Boiss. diagn. 1853) ad Cap. bon. spei (ex specimine in herb. Liebmann s. n. F. officinalis); in ins. Teneriffa (ex spec. a Dr. Bolle in herb. mus. Berol.). — Cfr. l. c. et pl. description.

13. FUMARIA CONFUSA Jord. (Walp. Ann. II. 28. n. 1). — Ol. Hammar. l. c. p. 31, tab. VI. B. —

F. Bastardi Boreau rev. bot. 1847 p. 359 (p. p.) ex Boiss. diagn. pl. orient. 1853 p. 17. — *F. confusa* in Linnaea 1850 p. 469 ex spec. in herb. Fries.

Hab. in Gallia (Jord.) et in Sicilia et Africa bor. (Boiss. pugill. pl. nov. 1852.) — Cfr. l. c. diagn. et pl. description.

14. FUMARIA MURALIS Sonder. — Ol. Hammar. l. c. p. 34 tab. VII. A.

Fructib. subrotundo-ovatis, obtusis, laevib., sep. late ovatis, dentatis, acuminatis, cor. f. triplo breviorib. ejusq. tubum latitudine aequantib., bracteis pedicellis fructiferis subpatentib. brevioribus, folior. laciniis oblongo-lanceolatis.

F. capreolata media Fries nov. fl. Suec. mant. III. p. 88 et sum. veg. scand. p. 28. — *F. capreolata* γ. Parlat. mon. Fum. in giorno bot. ital. 1844. p. 150 (p. p. v. quoad fructib. laevib.). — *F. Petteri* Koch syn. fl. Germ. ed. 2 p. 435. (excl. syn. Rchb.). — *F. muralis* Sonder in Koch syn. fl. Germ. et Helv. ed. 2 p. 1017 ex ej. herb.; Fries sum. veg. scand. p. 146. (non Gren. et Godr. fl. de France).

Hab. in locis cultis et ad muros, in Germania pr. Hamburg (Sonder); in Norvegia maxime occid. (Fries), crescit sine dubio et in Gallia, Britannia, Hispania etc., sed loca natalia incerta ob confusionem c. *F. capreolata*, Boraei, confusa. — Icon: Flora Danica tab. 2473. — Cfr. l. c. et pl. description.

15. FUMARIA APICULATA n. sp. — Ol. Hammar l. c. p. 36 tab. VII. B.

Fructib. ovali-subrotundis, apiculatis, laevibus, sep. ovatis, pauci-denticulatis, acuminatis, cor. triplo breviorib. ejusq. tubo subangustiorib., bract. pedicellos fructiferos erecto-patentes subaequantib., folior. laciniis oblongis.

Fum. apiculata Dr. Lange in litteris.

Hab. in pinetis supra pagum Guadarrama Hispaniae (Lange). — Cfr. l. c. pl. description.

16. FUMARIA THURETI Boiss. — Ol. Hammar l. c. p. 38. tab. VIII.

Fructib. subrotundo-ovatis, acutiusculis, rugulosis, sep. ovatis, obtusiusc., dentatis, corolla plus triplo breviorib. ejusq. tubo latiorib., bract. pedicellis fructiferis reflexis breviorib., folior. laciniis oblongo-linearibus.

F. Thureti Boiss. diagn. pl. or. 1853 p. 15.

Hab. in insulis Principum pr. Byzantium (Thuret), in monte Corydalo Atticae (Heldenreich) et in ins. Salamide (Heldenr. ex sp. in herb. Fries). — Cfr. l. c. et pl. description.

17. FUMARIA HELDENREICHII Boiss. — Ol. Hammar monogr. l. c. p. 39.

Fructib. globosis, obtusis, compresso-subcarinatis, tuberculatis, sep. ovatis, acutiusculis, dentatis, cor. tubo paullo latiorib., eoque dimidio breviorib., bracteis pedicellos fructiferos recurvos aequantib., folior. laciniis linearib.

F. Heldenreichii Boiss. diagn. pl. or. 1853 p. 16.

Hab. in monte Hagios Nicolaos ins. Salamidis Atticae (Heldenreich 1852). — Cfr. l. c. et pl. descript. ex Boiss. sumpt.

18. FUMARIA SEPIUM Boiss. — Ol. Hammar l. c. p. 40.

Fructibus globosis, obtusis, subcompressis, carinatis, laevib., sep. lanc., acuminatis, carinatis, b. dentatis caetero integris, corollae tubo aequilatis eaq. triplo breviorib., bracteis pedicellos fructiferos rectos subaequantib., folior. laciniis oblongis.

F. sepium Boiss. diagn. pl. or. 1853. p. 16.

Hab. ad oppid. Algesiras Hispaniae Baeticae ubi sepes circa ambulacrum ad septemtrionem urbis situm elegantissime vestit. (Boiss. et Reut.). — Cfr. pl. descr. l. c. ex Boiss. sumpt. —

19. FUMARIA GUSSONII Boiss. — (Walp. Ann. II. p. 29 n. 6). — Ol. Hammar l. c. p. 41. — Cfr. pl. descript. l. c., ex Boiss. et Guss. sumpt.

20. FUMARIA VAGANS Jord. — (Walp. Ann. II. 28 n. 4). — Ol. Hammar l. c.

Fructib. subrotundo-ovatis, acutiusculis, rugulosis, sep. ovato-oblongis, circumcirca dentatis, mucronatis, carinatis, corolla fere triplo breviorib. ejusq. tubo aequilatis, bract. pedicellis fructiferis erecto-patentib. duplo breviorib., folior. lacin. oblongis.

Hab. in arvis et ad muros Galliae mediterran. (Jord.). — Cfr. l. c. pl. descript. ex Jordan et secund. spec. cultum in herb. Fries.

Sect. III. *Fumariae agrariae.*

21. FUMARIA AGRARIA Lag. — (Walp. Rep. V. 29 n. 6). — Ol. Hammar l. c. p. 44 tab. IX. A.

Fructib. subrotundis, obtusis, tuberculato-rugosis, sep. ovato-lanc., acuminatis, dentatis, corolla triplo breviorib. ejusq. tubo multo angustiorib., bracteis pedicellis fructiferis erecto-patentib. breviorib., folior. laciniis oblongo-lanceolatis.

Hab. in locis cultis, dumetis et ad muros per Europ. austr., ut in Hispania (Lag.) Sardinia (Moris) Sicilia (Guss.) Italia (Parlat.), Gallia austr. (Gren. et Godr.) Moraea (ex spec. in herb. mus. Berol.); per Africam bor., ut in Barberia (Boiss.) Aegypto, (ex spec. in herb. Rich. sec. Parlat.); in America austr., ut in Peru (Besser in herb. mus. Berol.) Chili ad Valparaiso (Gaudich. in herb. mus. Berol.). — Cfr. l. c. pl. descript.

22. FUMARIA AFFINIS n. sp. — Ol. Hammar l. c. p. 47; (tab. IX B.). —

Fructib. subrotundis, obtusiusculis, mucronatis, tuberculato-rugulosis, sep. ovatis, acutis, dentatis, $^1/_4$ corollae longitudine superantib. ejusque tubo angustioribus, bracteis pedicellis fructiferis erecto-patentib. $^1/_2$ breviorib., folior. laciniis oblongis.

Hab. in Hispania ad Almeria (Dr. Lange) Radix annua, subsimplex, etc.

23. FUMARIA FLABELLATA Gaspar. — (Walp. Rep. V. 30 n. 7. β.) — Ol. Hammar l. c. p. 48 tab. XI. A.

Fructib. subrotundis, obtusis, tuberculato-rugosis, sep. late ovatis, acutis, dentatis, corolla triplo breviorib. ejusq. tubo fere latiorib., bract. pedicellis fructiferis patenti-reflexis multo breviorib., folior. laciniis oblongo-ovatis.

Fum. flabellata Gasp. — *F. capreolata* β. Parlat. mon. Fum. l. c. p. 149. ex spec. in herb. Sonder.

Hab. in Europa austr., ut in Hispan. (Lange), Italia maxime australi, Calabria (Gaspar.), Sicilia (Schwigger in herb. mus. Berol.). — Cfr. l. c. et pl. descript. —

24. FUMARIA CORYMBOSA Desf. — (DC. Prodr. I. 130. — Walp. Rep. V. 31. n. 8.) — Ol. Hammar l. c. p. 50.

Fructib. subrotundo-ovatis, obtusis c. mucronulo, tuberculato-rugulosis, sep. ovatis, obtusis, crenatis, calcare breviorib., pedicello parum latiorib., bracteis pedicellis fructiferis longissimis, recurvis, multoties breviorib., folior. laciniis oblongis crassis et subcarnosis.

Hab. in rup. fissuris Atlantis Africae, ut in Algeria pr. Tlemesen (Desf.) et circa Oran (Boiss. ex sp. in herb. Fries) in Hispania pr. pagum Alhaurin prov. Malacitanae (Boiss. ex spec. in herb. Liebmann). — Cfr. l. c. et pl. descript.

25. FUMARIA ALEXANDRINA Ehrenberg. — (Walp. Rep. V. 31 n. 10). — Ol. Hammar l. c. p. 52. tab. X. A.

Fructib. subrotundis, obtusis c. mucronulo tuberculato-rugosis, sep. ovatis, acuminatis, dentatis, corolla plus quadruplo breviorib., pedicello fere angustiorib., bracteis pedicellis fructiferis erecto-patentib. fere duplo breviorib., folior. laciniis oblongis.

F. Alexandrina Ehrenb. ex ej. herb. — *Fum. Iudaica* Boiss. diagn. pl. or. 1848 fasc. VIII. p. 15 ex spec. in herb. Fries.

Hab. in Aegypto pr. Alexandria (Ehrenb. l. c.) in Palaestina (Boiss.) et in Syria ad Bayrut (Ehrenb. in herb. mus. Berol.). — Cfr. l. c. et pl. descript.

26. FUMARIA MACROCARPA Parl. — (Walp. Rep. II. 750 n. 1 et 2. et V. 29 n. 5). — Ol. Hammar monogr. l. c. p. 53 tab. X. B.

Fructib. maximis, globosis, obtusis, tuberculato-rugosis, sep. minimis, linearib. acuminatis, paucidentatis, cor. plus triplo breviorib., pedicello angustiorib., bracteis pedicellis fructiferis erecto-patentib. parum breviorib., folior. laciniis oblongis,

β. *oxyloba* florib. c. sep. angustiorib., folior. laciniis planis, subflabellatis, petiolis cirrhosis.

F. oxyloba Boiss. (Walp. Ann. II. 29 n. 8.).

Hab. in loc. cult. Graeciae, ut in ins. Scio (Aucher-Eloy, Bruguiere et Olivier in herb. mus. Berol.) pr. Athenas (Heldenr. in herb. Fries) et in rupib. Acrocorinthi, Argolis (Boiss. l. c.), in Syria (ex spec. a Fleischer in herb. Al. Braun et Sonder). — Radix annua, subsimplex, fibrosa, etc.

27. FUMARIA RUPESTRIS Boiss. — Ol. Hammar l. c. p. 56.

Fructib. ovato-subrotundis, acutiusculis, dense tuberculatis valde

compressis et carinatis, sep. anguste lanceol., argute dentatis, acuminatis, ½ corollae tubum aequantibus eique aequilatis, bracteis pedicellos fructiferos erectos v. subpatulos aequantib., folior. laciniis oblongis, acutiusculis.

F. rupestris Boiss. pugill. pl. nov. 1852 p. 4.

β. *laxa* caulib. elongatis subscandentib., f. tenuiorib., laciniis angustiorib., acutiorib., bracteis longiorib., pedicellis fructiferis paullo breviorib., fructib. acutiorib., min. acute tuberculatis.

Hab. in fissuris foveisque saxor. ingentium e declivibus septemtrionalib. Atlantis delapsorum juxta et pone urbem Tlemesen (Boiss. et Reut. Apr. 1849) var. β. in sepib. humidis pr. Ronda Hispaniae australis. (Reuter Jun. 1849.) — Description. ex Boiss. sumptam cfr. l. c. —

28. FUMARIA DEFLEXA Heuffel. — Ol. Hammar l c. p. 57.

Fructib. subrotundis, obtusis, glaberrimis, sep. ovatis acutis, dentatis, corolla triplo breviorib., pedicello latiorib., bracteis pedicellos fructiferos recurvos subaequantib., folior. laciniis oblongo-linearib.

Fum. deflexa Heuffel sert. pl. nov. in Flora 1853. p. 619.

Hab. in rupestrib. umbrosis montium ad Danubiam in Banatu (Heuffel l. c.). — Radix alba, etc. — Descriptio ex Fl. l. c., plantam non vidi.

---

29. FUMARIA MUNBYI B, et Reut. — Boiss. et Reut. pugill. pl. nov. (1852) p. 5.

Annua, caulib. ascendentib. non scandentib., petiolis subecirrhosis foliolis in lobos et lacin. minutas anguste lin-oblongas acutas saepe mucronatas divisis, racem. tand. laxis, br. lanceolatâ brevit. acuminata pedicello dimidio breviori, pedicellis fructiferis erecto-patulis rectis ap. subincrassatis nuculâ 2—3-plo longiorib, florib. majusc. pallide roseis ap. purpureis, sep. ovato-oblongis brevit. acuminatis corollae aequilatis ejusq. tubo triplo breviorib. circumcirca dentatis dentib. baseos profundis laciniaeformib., calcare sepalis longiore, nuculâ breviuscula compressa carinata, rotundo-ovata b. et ap. attenuata acutiuscula, ap. obsc. bifoveolata. Cfr. supra sub n. 12. —

Hab. in ruderatis Africae bor. circ. Oran. — Caules in specim. siccis non scandentes etc.

Sect. *PETROCAPNOS.*

Cosson et D. R., Bullet. de la soc. b. de Fr. II. 305. —

Racemi subcorymbosi, pedicellis longissimis; fructus ovati v. subglob., apiculati, compressi, pericarpio crustaceo tuberculato. — Plantae rupestres, perennes, rarius annuae, subacaules v. caulib. abbreviatis, f. lg. petiolatis racemos superantib. —

30. FUMARIA AFRICANA Lmk. Enc. meth. II. 569. (1786). — *F. corymbosa* Desf. in act. soc. nat. Par. I. 26, t. 6 (1792) et Atl. II. 124 (1798). — Cosson et D. R. l. c.

Planta perennis; fl. magnis, 12—15 millim. lg., purpurascentib., rar. albis; petalis superiore et inferiore lateralia subaequantib. v. vix excedentib.; superiore oblongo ap. vix dilatato, in calcar lg. saep. arcuatum producto; inferiore angustiore, oblong-spathulato, ap. modice dilatato, b. saep. saccato-gibboso. — Aprili —Junio. —

In rupestrib. umbrosis regionis littoralis et montanae: in praeruptis montis Djebbel Zaccar. — in regno Marcocano pr. Tetuan. —

31. FUMARIA LONGIPES Coss. et D. R. ap. Balansa pl. Alger. exsic. — Bullet. l. c.

Planta annua, floribus parvul., c. 8 millim. lg., albido-purpurascentib.; petalis super. et inferiore lateralia excedentib., superiore inferne late oblongo, ap. dilatato et emarginato, in calcar longiusc. saep. arcuat. producto; inferiore inferne angustato, ap. dilatato late obovato v. suborbiculato obcordato, b. subsaccato. — Majo et ineunte Junio 1853 florifera et fructifera lecta.

In fissur. umbros. rupium Algeriae australioris: in rupib. praeruptis loco dicto Mehounech haud procul a Biskra; in montium Aurasiorum regione montana inferiore pr. Beni-Souik.

32. FUMARIA SARCOCAPNOIDES Coss. et D. R. l. c.

Planta perennis, fl. parvis, 4—5 millim. lg., albis, petal. lateralib. purpur.; petalis superiore et inferiore lateralia longiusc. excedentib., patentib.; superiore inferne anguste oblongo, ap. dilatato l. obovato saep. obcordato, in calcar saep. breve rectum producto; inferiore inferne angustato, ap. dilatato l. obovato v. suborbiculato saep. obcordato, b. haud saccato. — Medio Junio 1853 florigera et fructifera lecta.

In fissur. rupium montis Djebel Tougour pr. Batna.

33. FUMARIA NUMIDICA Coss. et D. R. l. c. p. 306.

Planta perennis; fl. parvis, 4—7 millim. lg., albis rar. purpurasc.; petalis superiore et inferiore lateralia subaequantib. v. vix excedentib.; superiore l. oblongo ap. vix dilatato, in calcar saep. breviusc. rectum producto; inferiore inferne augustato, ap. dilatato l. obovato v. suborbiculato b. haud saccato. — A Januario ad Jun. et forte per tot. annum.

In rupestrib. regionis montanae: Constantine, Batna.

4839. CORYDALIS *DC.*

(DC. Prodr. I. 126. — Walp. Ann. II. 27.)

Sectio 1. — Siliqua longe lin-elongata. Sem. 1-seriata. — Herb. elatae ramosae, foliosae, radice fibrosa.

1. CORYDALIS OPHIOCARPA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 259.

Gracilis ramosa, f. bipinnatisectis subt. glaucis, racemis oppositif. fructiferis elg., petalo postico ap. spathulato-obcordato-planiusculo subbifido calcar latum obt. aequante v. superante, antico lin-concavo, lateralib. liberis, siliquis tortuosis.

In validis humidis Himalayae temperatae: Sikkim alt. 9000′. — Fl. Jun. — v. v. —

Caulis 2—3 ped., debilis laxe ramosus. F. 4 unc. v. spithamaea, lineari-oblong.; pinnis laxis, superioribus pinnatifidis, pinnulis obovato-oblong., pinnatifidisve, petiolo b. vix dilatato. Racemi secundi, f. aequilg., pedales, multiflori; bracteae subulatae. Sep. minima squamulaeform., orbicular., fimbriato-lacera. Petalum postic. curvum, ap. dilatatum, emarginato-bifidum, lateribus recurvis; anticum angustum, concavum ap. rotundat. emarginatum; pet. lateralia ap. crassa, obliq. rotundata, infra ap. coadunata; synematis appendice libera, curva, calcaris $\frac{1}{3}$ aequante. Ovar. lineare, stylo gracili, aequilg., Ovula plurima 2-seriata. Siliquae admodum singulares, gracile pedicellatae, $\frac{3}{4}$—1 p. lg., 1 lin l., flexuosae et tortae, stylo terminatae; valv. membranac., torulosae. Semina parva atra, nitida, reniformi-globosa; testa punctata crassiusc., funiculo crasso ap. acuminata.

2. CORYDALIS FLACCIDA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 260.

Elata, ramosa, f. subtriternatim pinnatisectis, pinnulis oblongis ovatis v. rotundatis, racemis brevib., sepal. l. ovatis acutis, erosis, petalo postico apice spathulato-emarginato-bilobo calcar curvum superante, antico apice rotundato.

In sylv. humidis Himal. temp. orient.: Sikkim alt. 11—12000′. — Fl. Jun. Jul. — v. v. Herba robusta 2—3 ped. foliosa ramosa. F. 6 p. v. ped. circumscriptione ovato-oblg. v. subdeltoidea, valde membranacea, foliola ¼—¾ p. lata, petiolulata ultima sessilia, varie inciso-lobata v. subpinnatifida, petioli radicalium subvaginantes. Racemi terminales et axillares 4—6 p. Fl. subconferti, breve pedicellati, ½—¾ p. lg. pallide fusco-purpurei; bracteae lineares v. foliacei. Sep. pro genere ampla. Petala exter. fere recta, planiuscula consimilia, anguste carinata, appendice crassa libera calcar ⅔ aeq. interiora infra medium superiori adnata. Ovarium elg., stylum gracilem superans, ovulis plurimis. Siliq. immatura ang. linearis recta, styl. elg. superans matura (e replis persistentibus tantum visis) 1 ½ p. longa.

3. CORYDALIS LEPTOCARPA (H. f. et T.) — H. et Th. l. c.

Caule breviusculo debili vage ramoso, f. radicalibus caulinisq. gracile petiolat. laxe biternatim pinnatisectis, pinnis lg. petiolatis, pinnulis l. obovatis oblongisve lobatis, segmentis latis, racemis oppositif. paucifl. bracteat., sepal. parv., petalo postico lg. calcarato, antico apice subspathulato acuminato, siliq. elong-linearibus rectis torulosis.

In sylvis Himalayae temp. orient. interior.: Bhotan; Sikkim alt. 8000′. — Fl. Jul. Aug. — v. v. —

Herba diffusa, rhizomate saep. elg., fibras crass. emittente. Rami prostrati, debiles spithamaei. F. alterna v. subverticillata, lg. petiolata, 3—6 p. lg., pinnis subalternis, lg. petiolulatis, pinnulis ⅓—1 p. lg., varie sectis rar. integerr. Racemi oppositif., ap. 2—5 flori, pedunculo foliis aequilgo. Bracteae obovato- v. ang. elg-cuneatae, ap. lacerae. Fl. pallide sordide purpurei, ang., 1 p. lg. Sep. parva, oblong., scariosa, lacera. Petal. posticum concavum, acuminatum, dorso alatum, in calcar flore longius elg., curvum ang. productum; appendice gracili, ½ calcaris aeq. Ovar. stylum superans. Siliq. 1—1½ p. lg., recta v. paullo curva valv. torulosis. Semina 1-seriata, atra, compressa, rotundato-reniformia, nitida, impunctata, arillo bilobo latiusculo instructa.

Sectio 2. — Siliq. l. elliptico-ovata v. glob., inflata. Semina biseriata. Radix fibrosa.

4. CORYDALIS CRASSIFOLIA (Royle ill. 69.) — Hook. et Th. Fl. Ind. I. 261. — Cfr. Walp. Rep. I. 120 n. 20.

α. *crassissima.* f. caulinis sessilibus petiolatisve trilobis.

C. crassissima Cambess. in Jacq. voy. bot. 12 t. 11. — Thoms. in Hook. journ. bot. 1853 V. p. 17. IV. t. 9. — Cfr. Walp. Rep. I. 121. n. 28.

β. *physocarpa.* f. petiolatis pinnatisectis.

C. physocarpa Cambess. in Jacq. voy. bot. t. 12. — Walp. Rep. I. 121 n. 29. In Himalaya occidentali interiori et Thibetica alt. 14—16000′. Piti; Kunawar; Kishtwar, Ladak, Zanskar. — Fl. Jul. —

Sectio 3. — Siliq. elliptico-ovata, v. lanc. Sem. 2-seriata.

a. *Capnites.*

5. CORYDALIS RUTAEFOLIA (Sibth. Fl. Gr. t. 667). — H. et Th. l. c.

Fol. oppositis verticillatisve 2—3 ternatim sectis, racemo 6—8 floro,

bract. integris, petal. exteriorib. apice dilatatis (postico rarius parvo acuto) ecarinatis, calcar obtus. aequantib. v. brevioribus.

Corydalis rutaefolia, *C. oppositifolia* DC. Prodr. I. 126. — *C. diphylla* Wall. Cat. 1430; Tent. Fl. Nep. 51. — *C. pauciflora* Edgeworth in Lin. tr. XX. 30. — *C. Ledebouriana* Kar. et Kiril. en. pl. Fl. Alt. 51. Ledeb. Fl. Ross. I. 745. — *C. longipes* Don pr. 198 (non DC.). — *C. Hamiltoniana* Don Syst. gard. I. 142.

β. petalo superiore minore concavo, acuto.

Corydalis verticillaris DC. Prodr. I. 126.

In Himalaya occident. temperata alt. 6 — 10000′ a Kumaon ad Kashmir, et in montib. Afghanistan. — Fl. Apr. Jun. — v. v. —

6. CORYDALIS KASCHMIRIANA (Royle ill. 69 t. 16 f. 1). — Hook et Th. l. c. — Walp. Rep. I. 121 n. 26.)

Species parvula, pulcherrima. Caulis gracilis, capillaceus, b. bulbiferus supra terram 2 — 8 pollic., flexuos., apic. vers. 2 — 3 foliatus. Racemus 3 — 8 florus. Sep. 0 v. squamaef. Fl. coelestini $^1/_2$—1 p. lg. Petalum posticum fornicatum, calcari curvo gracili v. latiusculo, aequilg. v. brevius. Siliquae immaturae pendulae v. deflexae, lin-oblongae.

In Himalaya temperata et subalpina: Sikkim alt. 12 — 14000′, Kumaon 10000′ — Kishtwar 12000′; Kashmir 8500′. — Fl. Jun. Jul. — v. v. —

7. CORYDALIS POLYGALINA (H. f. et T.). — H. et Th. Fl. Ind. I. 263.

Caule gracili simplici superne 1—3 foliato, f. pinnatisectis, segmentis linearib. subcoriac. acutis, nerv. parallel., racemo b. ramoso v. racemis 1 — 3, 5 — 10 floris, pedic. brevib., petalo postico ap. fornicato acuto dorso brevit. alato, inferiore ap cucullato dorso alato, calcare flore longiore rectiusculo obtuso.

In Himalaya or. alpina, alt. 14—16000′: Sikkim. — Fl. Aug. — v. v. — Herba facie et habitu C. rutaefoliae, a qua differt statura majori, caule subrigido, f. coriac. pinnatisectis etc. Caulis spithamaeus, lg. nudus flexuosus. F. alterna v. subopposita, plerumq. sessilia, laciniis (pinnulisve) 3—6-jugis, subremotis, $^3/_4$ p. lg. $^1/_6$ p. l. acutis, integerr. v. paucidentatis. Flores $^1/_2$ p. lg. flavesc., purpureo-maculati. Sep. squamaef. —

8. CORYDALIS JUNCEA (Wall. tent. Fl. Nep. 54 t. 42.). — H. et Th. Fl. Ind. I. 264.

Aphylla, scapo gracili 1 — 2 bracteato v. nudo, racemo multifloro, bract. linearib., pedicellis gracilibus, calcare ascendente, fl. aequilongo v. breviore, petal. exteriorib. cucullatis dorso alatis.

Wall. Cat. 1429. — Walp. Rep. I. 121 n. 32.

In Himalaya centrali et orient. alp. alt. 12—14000′: Nipal; Sikkim. — Fl. Jul. Septbr. — v. v. —

b. *Radix fusiformis*. Calcar fl. aequilg. v. longius. Caulib. scapisve simplicibus rar. divisis parce foliat.

9. CORYDALIS CRITHMIFOLIA (Royle ill. 68.). — H. et Th. Fl. Ind. 264.

F. omnibus radicalibus bitripinnatisectis, segm. linearib. acutis integris v. varie sectis, racemo multifloro, bract. elg. linearib pedicell. superantibus, calcare florem superante.

C. epithymifolia (errore typograph.) Walp. Rep. I. 120 n. 21.

H. in Himalaya occid. temperata, Garhwal; Kunawar. — Fl. Apr. Maj. — v. s. — Flores pollic., sulphurei, pet. ap. purpurea.

10. CORYDALIS ELEGANS (Wall. Cat. 1435). — H. et Th. l. c.

Caule debili, f. radicalibus lg. petiolatis irreg. ternati- v. pinnatisectis,

pinnulis paucis petiolulatis amplis lobatis, scapo aphyllo v. 1-foliato, racemo 6—8 floro, bract. l. obovato-lanc. acuminatis, florib. (in genere maximis) calcare obtuso, petalo superiore cucullato dorso late alato, ala secus calcar producta.

In Himalaya occid. alp.: Kumaon alt. 13500′. — Fl. aest. — v. s. — Racemus 1—2 pollic.; bracteae magnae. Flor. pollic., ob alam latam petalorum latiores quam in congeneribus.

11. CORYDALIS TIBETICA (H. f. et T.). — H. et Th. Fl. Ind. I. 265.

Humilis, glauca, carnosula, f. plurimis decomposite pinnatisectis, Pet. subscarioso vaginante, pinnis petiolulatis varie sectis, pinnulis acutis obtusisve, scapo rariss. diviso 1-phyllo, racemo terminali 3—5 floro, bract. integris lobatis pinnatifidisve, calcare subrecto fl. aequilg., petal. exteriorib. ap. cucullatis acutis carinatis alatisve.

In Himalaya Tibetica occid. alp., alt. 14—17000′. Guge; Kunawar; Ladak; Zanskar. — Fl. Jul. — v. v. —

Herba parvula, sicca flaccida, spithamaea. Radix crassa elg., bitriceps, superne vaginis ang. foliorum delaps. lg. vaginata. F. lineari-oblong., lamina 1½—3 p., pet. elg., vaginis elg., sulcatis nitidis pallidis. Pinnae v. pinnulae brevit. petiol. ⅙—¾ pollic. lg. varie lobatae v. sectae. Racem. brevis; pedicell. breviusc. Sep. squamaeform., lacera. Fl. ¾ p., sulphurei; petal. dorso fusco-brunneo viridique variegatis. Calcar ap. paul. dilatatum v. subacutum. Pet. exter. carinata v. ala lata membranacea cristata. Ovarium immaturum lin-elliptic., stylo aequilongum, pendulum, glaucum ⅓ p. lg. Sem. pauca, testa laevi, arillo parvo.

Caule ramoso folioso, racemo saep. diviso.

12. CORYDALIS MOORCROFTIANA (Wall. Cat. 1432). — H. et Th. Ind. I. 266.

Erecta, robusta, glauca, superne glanduloso-puberula v. pulverea, fol. radicalib. plurimis bitripinnatisectis, pinnis pinnatifidis, pinnulis varie incisis, racemo interd. b. diviso densifloro, bracteis lanceolat. integerr. lobatisve, petal. exter. obtus. ap. late alatis.

C. Griffithii Boiss. diagn. ser. 2. 14. ?

In Himalaya et Tibetia occid. alt. 10—17000′. Guge; Kunawar; Piti, Ladak; Nubra, Pangong — Afghanistan. — Fl. Aug. — v. v. — Flores speciosi sulphurei, ¾ p. lg. Sep. minima lacera. Siliquae lin-elliptic., ¼ pollic. Semina reniform., arillo parvo bilobo. —

13. CORYDALIS GORTSCHAKOWII (Schrenk en. pl. nov. 100). — H. et Th. Fl. Ind. I. 267. Karel. et Kiril. en. pl. Alt. 59, herb. 1188. — Ledeb. fl. Alt. I. 746. — Walp. Rep. I. 119 n. 10.

In Himalaya Tibetica alpina, alt. 10—15000′. Guge — Kunawar et Kashmir. — Fl. Jul. Aug. — v. v. —

14. CORYDALIS RAMOSA (Wall. Cat. 1434). — H. et Th. Fl. Ind. I. 267.

Humilis v. elata, glauca, carnosula v. membranacea, caule gracili flexuoso ramoso, f. petiolat. in segmenta linearia acuta flabellatim v. ternatim bi-tri-pinnatisectis, racemis ramos divaricatos terminantibus, calcare latiusculo obtuso, fl. aequilongo, petal. exter. ap. cucullatis subacutis dorso alatis, ala angusta v. lata integra v. lacera, siliqua late elliptica, seminib. splendentibus.

α. *ramosa:* caule elg. debili ramoso, fol. lobis plerumque angustis, bract. pinnatifidis, ala petali dorsalis lata subintegra, pedic. elg.

β. *vaginans:* caule elg. debili ramoso, folior. lobis latioribus membranac., bract. pinnatifid., ala petali dorsalis lata laciniata, pedic. elg.

C. vaginans, Royle ill. 68; Walp. Rep. I. 120 n. 23.

γ. *nana:* pumila, glauca, caule brevi simplici v. ramoso, f. flabellatim pinnatisect. palmatisectisve, petalo dorsali vix alato.

C. nana Royle ill. 68; Walp. Rep. I. 120 n. 22.

α. et β. per totam Himalayam temperatam, alt. 6—12000′ a Sikkim ad Kashmir. α. locis editioribus; β. depressioribus. — γ. in Himalaya Tibetica alpina alt. 12—15000′. Kumaon et Guge; Kunawar. — Fl. aestate. — v. v. —

15. CORYDALIS SIBIRICA (Pers. Syn. II. 70). — H. et Th. Fl. Ind. I. 268.

Caulibus gracilibus vage decumbentib. elong. ramosis foliosis, f. lg. petiol., membranac., bi-tri-pinnatisectis, segment. latiusculis 3—5 fidis, bracteis inferiorib. lobatis sectisve, calcare lato flore aequilongo ascendente, petal. exterior. cucullatis acutis, siliq. parvis linearibus, lin-obovatisve, seminib. splendentibus.

DC. Prodr. I. 128 n. 20. — *C. impatiens* Prodr. I. 128 n. 21.; Ledeb. fl. Ross. I. 103. — *C. longipes* DC. Prodr. I. 128 n. 22; Wall. Cat. 1433. — Tent. fl. Nep. t. 42 mala; non Don, Prodr. 198. — *C. filiformis* Royle Ill. 65.

Hab. in Himalaya temperata et subalp., alt. 7—14000′. Sikkim, Nipal — Garhwal — et in montib. Khasia alt 6000′. — Fl. Jun. Jul. — v. v. — A Corydali ramosa differt caulibus gracilioribus, f. minus sectis, segmentis latioribus, sed praecipue calcare ascendente breviore et latiore, et siliq. angustioribus stylo brevi terminatis.

16. CORYDALIS CORNUTA (Royle ill. 69). — H. et Th. Fl. Ind. I. 268.

Walp. Rep. I. 120 n. 25. — *Coryd. debilis* Edgew. in Lin. soc. tr. XX 30. — Walp. Ann. I. 24 n. 4.

In Himalaya occidentali temperata, alt. 8—10000′. Kumaon — Garhwal — Sirmur. — Fl. Jul. Aug. — v. v. —

17. CORYDALIS CHAEROPHYLLA (DC. Prodr. I. 128). — H. et Th. Fl. Ind. I. 269.

Wall. Cat. 1428. — Tentam. fl. Nepal. 52 t. 40. — Don Prodr. 198.

In Himalaya temperata, alt. 6—10000′. Sikkim, Nipal; Kumaon. — Fl. Jun. Jul. — v. v. — Flores plurimi, aurei, graciles, $^3/_4$ p. lg.

18. CORYDALIS GERANIIFOLIA (H. f. et Th.). — H. et Th. Fl. Ind. I. 269.

Suberecta, ramosa, foliosa, f. deltoideis ternatim sectis, segmentis bipinnatifidis v. b. pinnatisectis, laciniis lin-oblong., decurrenti-coadunatis incise lobatis, racemo ramoso, bracteis foliac. incisis, calcare gracili, flore longiore, petalis exterioribus concavis acutis, dorso vix alatis, siliquis secundis patulis breve pedicellat. lin- v. elliptico-obovatis, seminibus splendentibus.

In Himalaya orient. exterioris temperatae silvis: Sikkim alt. 8—9000′. — Fl. Sept. — v. v. — A chaerophylla, quae affinis, differt lobulis foliorum acuminatis, racemis breviorib., florib. laxius racemosis, longius pedicellat., bracteisque multoties majoribus. — Folia lg. petiolata, subt. pallida. Flores aurei.

Radix fusiformis. Calcar breve saccatum.

19. CORYDALIS LATIFLORA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 270.

Caulibus v. scapis foliisque e radice v. caule brevi plurimis, f. lg. petiolat. glaucis bi-tri-pinnatisectis, segmentis petiolulatis ultimis lineari-oblong., scapis med. bifoliatis, rarius subumbellatim ramosis, florib. subumbellatis lg. pedicell., bract. magn. linearib., calcare brevi obtuso, petalis exteriorib. latis dorso late alatis.

In Himalaya or. alp. alt. 12—15000'. Sikkim, ad Tankra. — Fl. Aug. — v. v. — Herba pusilla, 2—4 unc., glaucescens, caespitosa. Rhizoma simplex, gracile, 6 poll. v. pedale, ap. foliosum. F. radicalia plurima, 1—2 pollic., petiolo b. late membranaceo vaginante. Scapi b. nudi, interd. ad axillas folior. umbellatim ramosi. Flores 3—6, pro planta magni, pedicello breviores, pallide coerulei, apice flavidi. Bractea elg., lin. Sep. squamaef., lacera. Pet exter. brevia, lata, dorso late alata, ala interd. secus calcar producta. Ovar. lin-elliptic., multiovulat.; stylo brevi; stigmate reniformi. —

20. CORYDALIS ASTRAGALINA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 270.

Erecta, robusta, subrigida, glauca, caule sulcato, subsimplici, f. carnosulis bipinnatisectis, segmentis petiolulatis parvis pinnatifidis lobat. aristato-acuminatis, racemo densifloro, bracteis subulatis membranac. albis, calcare breviss. obt., petal. exter. planiusc., siliquis magnis pendulis linearibus.

In Tibetia occid. alt. 14—16000'. Nari pr. Bekar — Ladak. — Fl. Jul. — v. v. — Herba robusta glauca 1—2 ped. Fol. omnia conformia, ovato-oblong., radicalia plurima, caulina alterna, petiolata, 3—6 p. lg. laciniis crassis coriaceisque. Racemus brevis, densiflorus, florib. imbricatis subpendulis. Fl. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ p. lg. flavi, anguste elg. Sepala lanceolata, fimbriato-lacera; pet. subcarnosa. Siliq. magnae, strictae pendulae, v. cernuae, 1—$1\frac{1}{2}$ p. lg., $\frac{1}{5}$ p. l, in stylum pugioniformem angustatae; valvae tumidae. Semina splendentia.

21. CORYDALIS ADIANTIFOLIA (H. f. et T.) — H. et Th. Fl. Ind. I. 271.

Suberecta, e b. ramosa, ramis crassiusculis glaucis, f. remote pinnatisectis, segmentis petiolulatis, cuneato- v. reniformi-flabellatis crasse coriaceis, racem. b. ramosis apicib. bract. elg. setaceis, capillari-acuminatis crinitis, calcare brevi inflato, sepalis b. fimbriato-laceris, siliq. linearibus utrinq. acuminatis.

Hab. in glareosis Himalayae occ. alp. Kishtwar, alt. 12—14000'. — Fl. vere. — v. v. — Radix fusiformis, crassa, vaginis folior. delapsor. coronata. Caules 6 p. v. 2 pedales, b. saep. decumbentes, glauci. F. circumscriptione lin-oblong. Pinnulae 2—5-jugae, sparsae, $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ p. latae, basi saep. cordatae. Flores f. recti, v. calcare et apicibus petalor. sensim adscendentibus, $\frac{3}{4}$ p. lg., rosei. Coryd. flabellatae affinis, differt praecipue statura humiliore, folior. pinnis paucijugis, florib. majorib. roseis minus curvis, et bract. elg. subulatis.

---

22. CORYDALIS DECIPIENS Schott. — Schott „Analecta bot." in Oestr. W. Bl. 1855. p. 406. —

F. alternis biternatis profunde sectis, segmentis in lacinias 3 linlanceolatas v. oblongo-lanceolatas apiculatas partitis; racemo suberecto; bracteis cuneatis v. obovato-cuneatis, profunde v. leviter incisis, pedicellis siliquam lanc. superantib., pet. exteriorib. ap. cordato-emarginatis, antice porrecto b. eximie saccato, postico longe calcarato, calcare lamina subbreviore, leviter curvato.

Herba glaberrima vix spithamaea etc. — Habit. in Transylvaniae alpinis (Kotschy).

23. CORYDALIS TENUIS Schott. — Schott „Analecta bot." in Oestr. W. Bl. 1855. p. 413.

F. alternis biternatim sectis, segmentis in lacinias 2—3 anguste lineares vix apiculatas partitis; pedicellis pistillum superantib.; petalis exteriorib. ap. non emarginato-apiculatis, antico b. saccato, postico longe calcarato, calcare laminam superante recto v. ap. obtuso subrecurvulo.

Herba glaberrima tenella elegantula, spithamaea et ultra, etc. — C. angustifoliae DC. quidem proxima sed characterib. supra datis sat diversa. — Habit. in Dalmatiae montosis. (Fr. Maly).

4839. § **CRYPTOCERAS** *Schott et Kotschy.*
Schott in Oestr. bot. Wochenbl. 1854. p. 121.

Calyx diphyllus tand. deciduus. Corollae petala omnia suprema parte cucullata, externe carinata, interne maculosa, subaequalia (nec bina, exteriora alato-dilatata); anticum inferne saccato-gibbum, ap. tandem reflexum; posticum calcaratum, cum lateralib. cohaerentib. ima b. coalitum, subadscendens. Stam. 6 diadelpha; synemata ambo b. nectaradenio aucta, postico elongato calcari adnato, antico intra petali b. saccato-gibbosam libero, surs. directo. Ovarium (siliquosum) ovulis plurib. Stigma bilobum. — Vegetab. tuberosa Asiae mediae occid. Caules saepe plures ex uno tubere, sub terra horizontaliter protracti, ibiq. spongiolis radicinis dense hirsuti, (rhizoma mentientes), tand. e terra assurgentes, f. bina opposita exserentes, petiolo ad basin fere usq. tripartito. Partitiones v. lobi folior. superiores ab inferiorib. laxe imbricatim obtectae.

1. CRYPTOCERAS RUTIFOLIUM Schott. — Planta folior. divisione, lobor. configuratione uti videtur valde variabilis. — An plures species hic confusae? —

2. CRYPTOCERAS VERTICILLARE Schott l. c.
Corydalis verticillaris DC. (DC. Prodr. I. p. 126 n. 1).

3. CRYPTOCERAS OPPOSITIFOLIUM Schott l. c.
Corydalis oppositifolia DC. (DC. Prodr. I. p. 126 n. 2).

Ordo XVII. RESEDACEAE*) *DC.*

(Walp. Ann. II. p. 30.)

5011. **RESEDA** *L.*
(Walp. Ann. II. p 30.)

1. RESEDA ERECTA Lag. nov. gen. et sp. p. 17 n. 221. — Willkomm Sertum Fl. Hisp. p. 19. — diagn. emend. —

Erecta; multicaulis, caulib. subdichotome ramosis, ram. virgatis strictis, f. indivisis lin-lanc. v. tripartitis segmentis lin-elongatis, omnib. margine subinvolutis, racemis longis laxis; fl. longe pedunculatis parvis,

*) Clariss. J. Müller, Custos herbarii celeberr. Decandollii per litteras quaerenti mihi benigne communicavit: se commentationem singularem Resedeacearum proximo tempore promulgaturum esse, quam ad commentationem jam hoc in loco eruditorum adtentionem convertere mihi liceat.

ob pedicellorum teneritatem subpendulis, sep. petalisq. 6, stigmatib. 3, capsulis erectis lin-oblongis truncatis satis magnis, seminib. subglobosis testaceis.

Hab. copiose in gypsaceis argillosisq. Castellae novae pr. Aranjuez etc.

Ordo XVIII. CRUCIFERAE *Adans.*

(DC. Prodr. 131. — Walp. Ann. II. 31 et III. 814.)

Subordo I. *PLEURORHIZEAE* DC.

(Walp. Ann. II. p. 31.)

(4845—4901.)

Tribus I. *ARABIDEAE* DC.

(Walp. Ann. II. p. 31.)

(4845—4862.)

DRYOPETALON, *nov. gen. A. Gray.*

Pl. Wrightianae, Shmithsonian Contrib. V. p. 11.

Cal. b. inaeq.; sep. oblongis, 2 majorib. b. subsaccatis. Pet. obovato-spathulata, inciso 5—7 - lobata, in unguem brevem attenuata. Fil. subulata, edentula, anth. oblongae, sagittatae. Stigma sessile subglobosum, emarginatum. Siliqua filiformis, teres haud stipitata, polysperma; septo enervi; valvis trinerviis nervo medio carinatis. Sem. in loculis 1-serialia e funiculo libero pendula, subcompressa, immarginata. Cot. ovales, planae, radiculae adscendenti subobliquae accumbentes. — Herba annua v. biennis; f. runcinato - pinnatifidis, radicalib. praesertim pube simplici molliter villosis subpetiolatis; racemis multifloris, pedicellis etiam fructiferis confertis; fl. albis.

1. DRYOPETALON RUNCINATUM. Tab. XI. — Mexico, in montib. pr. lacum Santa Maria; Chiuahua. — Fl. et Fr. Apr.

4845. **MATTHIOLA** *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 132. — Walp. Ann. II. 31.)

Visiani. Flora Dalmatica III. p. 124 n. 1401.

1. MATTHIOLA GLANDULOSA Vis.

Suffruticosa, tota incano - tomentosa, glandulosaque, f. oblongo - lanceolatis obtusis integris, radicalibus subsinuatis, supremis lin-lanc., pedicellis calyce duplo triplove brevioribus, siliquis compresso - planis enervibus, stigmatis lamellis ext. gibbosis.

Icon. Vis. fl. Dalm. tab. XXII. fig. 1.

var. β. *glabrata:* caule pedicellisq. glabris, siliquis demum glabratis.

Syn.: *M. sinuata* b. *glabrata* Guss. syn. fl. Sic. II. p. 176?

Hab. in arena maris circa Budua. Fl. purpurei. Fl. Jun. ♄. — Similis M. sinuatae R. Br., a qua tamen discrepat f. omnib. integris v. infimis tantum nec semper sinuatis, pedunculis brevioribus, et praecip. siliculis compresso-planis enervibus, nec nervo utrinq. carinatis et convexiusculis, ita ut siliquae sectio transversa fere tetragona appareat. Folior. dorsum glandulis sessilib. flavo-virentib. crebre punctatum, quod nunquam in illa. Reliquae plantae partes glandulis iisdem frequentius stipitellatis adspersae sunt, quae magis exstant in folii margine pedicellis et siliquis. Pedic. in fructu incrassati. Sep. gibba. Pet. oblongo-obovata. Siliqua interdum subtorulosa. Stigma saep. trilobum, lamellis obovatis.

2. MATTHIOLA MADERENSIS Lowe. — Regel Gartfl. I. p. 355 tab. XXXIV.

Planta biennis, caule ramosissimo; f. radicalib., lanc., integris rosulatis, f. caulinis lanc. utrinque incanis; fl. pallide violaceis, tempore vespertino odorantibus; fr. longissimis compressis non nihil contortis. Caule pedunculis fructibusq. glandulis pedicellatis luteis plus minus obsitis.

Proxima *M. sinuatae* R. Br. (Cheiranth. sinuato L.) a qua tantum f. non sinuatis distinguenda est. — Frequens in rupibus maritimis ins. Madeirae pr. Funchal, frutices per hiemem pulchre florentes conformans. — C. Heer. —

4848. CHEIRANTHUS *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 135. — Walp. Ann. II. 32.)

CHEIRANTHUS MARSHALLII, s. *Cheir. ochroleucus* var. *Marshallii* pl. hybrida, inter Ch. ochroleucum et Erysimum Peroffskianum? — Gardn. mag. of bot. II. p. 289 t. 26.

4852. STREPTANTHUS *Nutt.*

(Walp. Rep. I. 128. et Ann. II. p. 33.)

1. STREPTANTHUS PLATYCARPUS (sp. n.) A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. V. p. 10.

Glaberr. glaucescens; f. caulin. cordato-oblongis amplexicaulib. sinu clauso integerrimis repandisve, infimis obovato-oblongis saepe lyrato-pinnatifidis petiolatis; siliquis oblongo-lin., planis erectis.

In valli dicto „on the Pecos", in collib. lapidosis. — Calyx violaceo-purpureus, pet. purpurea etc.

2. STREPTANTHUS CARINATUS (sp. n. Wright. in litt.). — Pl Wright. in Smithson. Contrib. V. p. 11.

Glaberr., glaucus; f. radicalib. caulinisq. inferiorib. saepiss. runcinato-pinnatifidis, superiorib. integerr. oblongis s. lanc. b. profunde cordata amplexicaulib. sinu clauso; calyce purpureo urceolato 5-angulato, sep. carinatis b. saccatis; petal. linearib. crispatulis purpureo-pictis paullo exsertis antheras vix superantib.; siliq. immaturis lato-linearib. erectis.

(Species distincta sectionis Euclisiae). — Inter Texas et El Paso.

3. STREPTANTHUS CRASSICAULIS, Torr. (Sp. n.). — Torr. in the explorat. of the great Salt Lake of Utah app. D. p. 383 t. 1.

Glaucus; caule glabro inflato fistuloso; f. oblongis runcinato-pinnati-

fidis v. runcinatis longe petiolatis; fl. erecto patulis; pet. (purpureis) lin., obtusiusculis calyce villoso-lanato duplo longioribus. —

In littore orient. lacus salsi, in Utah-Territorio. — Species distinctissima caule suo inflato et calyce suo villosissimo.

4854. ARABIS *Linn.*

(DC. Prodr. I. 142. — Walp. Rep. V. 34.)

1. ARABIS CENISIA Reut. — Reuter Cat. des gr. du jard. bot. de Genève 1853. (Ann. sc. nat. ser. IV. t. 1 p. 333).

Perennis humilis, pilis simplicib. furcatisque hirsuta; f. radicalib. confertis rosulatis, obovato-spathulatis, subrepando-dentatis; caulib. brevib. erectis v. adscendentib., levit. flexuosis, post anth. vix elongatis, nudis v. parce foliosis; f. caulinis oblongis, sessilib. integris; fl. parvis, dense et brevit. corymbosis; siliquis juniorib. subarcuatis, flores multo superantib., maturis erectis subadpressis compresso-subtetragonis subobtusis; seminib. ovatis, apteris.

Hab. in pascuis alpinis siccis montis Cenisii. — Affinis A. alpestris-arcuata, Schuttl.

2. ARABIS SOYERI Reut. et Huet. (sect. Lomaspora?). — Huet. du Pavill., Ann. sc. nat. III. 19 p. 251.

Perennis, caule multifolio pilis brevib. simplicibus furcatisve hirtulo, f. repando-dentatis v. subintegris hirtulo-ciliatis, radicalib. oblongo-spathulatis in pet. attenuatis, caulinis ovatis semiamplexicaulib., sep. ovato-oblongis; siliquis erectis planis medio torulosis marg incrassatis, seminib. ovatis anguste alatis.

Hab. in Pyrenaeis. Esquerry. — *A. bellidifolia* β. *Soyerana* Gren. et Godr. Fl. de Fr. t. 1. p. 105.

3. ARABIS COERULEA Haenke. — Frölich Alp. Pflz. V. tab. 4.

4850. NASTURTIUM *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 137. — Walp. Ann. II. 32. III. 814.)

1. NASTURTIUM PROLIFERUM Heuff. — Heuffel in Flora, bot. Ztg. 1853 p. 624.

Siliquis oblongo-linearib., linearibusq. pedicello $1/2$ breviorib.; f. omnib. pinnatis, profunde pinnatifidisq., foliolis oblongo-lanceolatis, linearibusque dentatis; racemo congesto ramoso proliferoque, petalis calycem aequantibus.

Radix annua aut biennis fusiformis etc. — In fossis rivulisq. montanis ad Danubium in Banatu. — Jun. Jul. —

4859. CARDAMINE *Linn.*

(DC. Prodr. I. 149. — Walp. Ann. II. 35.)

1. CARDAMINE ROSTRATA Gr. — Griseb. Syst. Bemerkg. üb. d. Pflz. Slg. Philippi's u. Lechlers.

Perennis, glabra, ramosa, f. indivisis longe petiolatis cordato-orbiculatis dentato-repandis, racemis laxifloris, siliq. erecto-patentib. complanatis utroq. marg. juxta placentam latiusculam subcarinatis pedicello 4-plo longiorib. in stylum filiform. ap. obtusiusculum latitud. valvae ter longiorem sensim attenuatis. — Proxima C. cordatae Barn., distincta stylo 3''' longo rostriformi.

Valdivia: in Cordillera de Ranco ad rivulos, fructiferam leg. Lechler m. Martio (coll. ej. n. 841).

2. CARDAMINE ANTISCORBUTICA Bks. msc. Syn. *C. hirsuta* D. Hook. Fl. ant. 2 p. 232. — Griseb. l. c. — Species media inter C. hirsutam L. et C. sylvaticam Lk., ab illa distincta rhizomate ramoso ubiq. radicellifero, pet. majorib. calyce plus duplo longiorib., staminib. 6, ab hac racemo sub anth. contracto, pedunc. fructifer. erectis internodium aequantib., cor. majori, ab utraq. praeterea stylo longiori latitudinem siliquae saep. aequante; a Chilensib. C. affini Hook. Arn. et C. tenuirostri Hook. differt stylo crassiusculo. — Penins. Brunswick ad fretum Magellanicum pr. Sandy Point in silvis leg. Lechler m. Novbr. Dec. (coll. ej. n. 1116. 1161).

3. CARDAMINE GELIDA Schtt. — Schott in Oestr. bot. W. Bl. 1855. p. 145.

Nana; f. radicalib. subrotundis longepetiolatis, caulinis v. repandis v. grossedentatis, petiolo b. sagittato - auriculato; racemo paucifloro (5—10) abbreviato; sep. ellipticis b. subaequatis; petalis subtruncatis, calyce plus duplo longiorib.; filamentis crassiusculis, calyce longioribus; ovario lineari post foecunditatem mox in siliquam erectam pedunculo subduplo longiorem accrescente.

Syn. *Iberis Bernardiana* Cui?

Hab. (a celeb. Boissierio missa) Cacumina alp. in confinio Tyrolis occid. (Orteles) (C. A. L.). Plantula inter C. alpinam et resedifoliam fere media, f. caulinis auriculatis ab alpina diff. — Per plures annos culta immutata remansit.

4. CARDAMINE RADICATA, Hook. fil. — Hook. Ic. pl. ser. nov. V. tab. 882. (Gunnianae).

Glaberr. foliosa, rhizomate crasso valde elongato diviso, f. radicalib. perplurimis petiolatis coriaceis obovato - spathulatis obtusis, grosse lobato-serratis caulinis brevius petiolatis, caulib. floriferis erectis f. vix longiorib. fructiferis subelongatis foliosis, florib. parvis albis, sepal. linoblongis obtusis, petalis spathulatis, siliquis erectis strictis pedicellatis anguste elliptico-lanc. stylo breviusculo terminatis, valvis membranaceis planis subenerviis, seminib. obovatis compress. impunctatis.

Hab. In ap. montis Olympi, Van Diemens Land, in alt. 5000′.

5. CARDAMINE HIRSUTA, Lin. — Dalz. Botany of Western India Kew gard. misc. IV. 294.

var. ***subumbellata;***

Semipedalis, tota hirsutula, caule dichotomo-ramoso, f. pinnatisectis, foliol. 5—7-petiolulatis ovatis obtusis grosse crenatis b. obliquis cuneatis, terminali majore, infimis multo minorib., fl. corymboso - fasciculatis paucis (2—3) lateralib. v. oppositifoliis, pedicellis fructu breviorib., siliquis linearib. acutis subpollicarib. valvis planis.

Flores flavi minuti. — Crescit in collib. pr. Belgaum; fl. et fr. Julio. — C. corymbosae, Hook. fil., proxima, diff. b. non ramosa, foliolis majorib. crenatis, florib. nunquam axillarib.

4861. DENTARIA *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 154. — Walp. Ann. II. 36.)

1. DENTARIA INTERMEDIA Sond. — Sonder in Flora bot. Z. 1855. p. 129.

Rhizomate horizontali crasso carnoso dentato - squamoso fibrisq. paucis intermixtis, squamis rotundato - obtusis marg. subrecurvis, caule erecto simplici glabro subtrifolio, f. alternis palmatim 5 — 7 sectis, segm. oblongis acuminatis b. angustatis marg. aequalit. dentato-serratis

ciliatis subtus glaucescentib., radicali conformi longius petiolato, siliquis lin-lanceolatis rostratis.

In glareosis dolomiticis montium Puria, Cassette, Val Marza, Tremalz, Priu (Ebro) et Tombéa 3500—5000′ leg. F. Leybold. — Medium tenet planta inter *D. pinnatam* Lam. et *D. digitatam* Lam.

2. DENTARIA ENNEAPHYLLOS L. β. ALTERNIFOLIA Hausm. — Fr. v. Hausmann in Oestr. Woch.-Bl. 1854. p. 8.

syn. *Dentaria trifolia* Bertol. (ex p.).

Tribus II. *ALYSSINEAE* DC.

(Walp. Ann. II. p. 36.)

(4863—4884.)

4865. **FARSETIA** *Turr.*

(DC. Prodr. I. 157. — Walp. Ann. II. 37.)

1. FARSETIA DALMATICA Vis. pl. rar. in bot. Ztg. Ergänz. Bl. 1829. — Visiani fl. Dalm. n. 1385. III. p. 119.

Pumila, stellulato-incanescens, caulib. b. suffruticosis, ramis herbaceis teretib. adscendentib., f. inferiorib. obovato-spathulatis, superiorib. obverse lanceolatis acutis, integris repandisve, petalis superne rotundatis integris, stylo longo tomentoso deciduo, stigmate bilobo.

Syn.: *Farsetia triquetra* DC. Prodr. I. 156. n. 7; — Portenschl. en. pl. Dalm. p. 15; — Host Fl. Austr. II. 250. — *Alyssum gnaphalodes*, Portenschl. herb. — *Lunaria scabra* I. Host in Vis. stirp. Dalm. spec. p. XX.

Ic.: Reichbch. in fl. germ. II. f. 4288. — Portenschlg. en. pl. Dalm. tab. X. fig. 1. — Vis. Fl. Dalm. tab. XXXII. fig. 3.

Hab. ad rupes montium supra Castel Sussuraz, et prope Almissa. Fl. lutei. Fl. a primo vere in aestatem. ♄.

2. FARSETIA LINEARIS Dcne. (Walp. Rep. bot. I. p. 139). — Hook. Ic. pl. Ser. nov. I. tab. 808.

4868. **AUBRIETIA** *Adans.*

(DC. Prodr. I. 158. — Walp. Ann. II. p. 37.)

1. AUBRIETIA INTEGRIFOLIA F. et M. — Fisch. et Mey. Ann. sc. nat. IV. t. 1. p. 35.

Caespitosa tota pilis ramosis et simplicib. hispida; f. oblongis in petiolum attenuatis obtusiusculis, racemis laxis 4—8-floris, pedicellis calycem longitudine subaequantib., siliqua plana elliptica longiorib., stylo latitudinem siliquae paullo superante. Fl. majusculi.

Elma — Dagh. (Jalatia), alt. 1234 metr.

4869. **VESICARIA** *Lam.*

(DC. Prodr. I. 159. — Walp. Ann. II. p. 37.)

1. VESICARIA POLYANTHA Schlchtdl. (ad interim). — v. Schlchtd. Bot. Ztg. 1853 p. 620. — Planta sine dubioa nnua, 2 pedum altitudinem dein attingens, repetito et jam a b. ramosa, adscend.-erecta, in omnib. ramis racemos florum aureorum proferens. F. infima, jam marcescentia in planta adulta, 4 p. longa, lyrato-pinnatifida, lobo term. fere ob-

longe-triangulari, diametri pollicaris, lateralib. utrinq. sub-4, sensim decrescentib., irregulariter breviterq triangularib; f. omnia reliqua elongato-lanceolata, tandem fere linearia b. angustata, fere in petiol. contracta, repando- v. sinuato-dentata, tand. integerr., specie viridia, sed revera sparsim et minutissime stellato-pilosa, superiora ad 2 p. longa, minorave et 3 circ. lin. lata. Racemi ad 8 p. et ultrà elongantur in statu deflorato. Pedunculi prim. stricti erecti flores in modo corymbi collocantes, dein magis magisq. et angulo fere recto patentes, pollic., siliculam fere erectam ferentes. Sep. angusta 2 lineis paullo longiora, acutiuscula, dorso convexa, glabriusc., lutescentia. Pet. intense lutea, rotundato-obovata, in unguem contracta, ad b. laminae venis paucis croceis notata, paullo ultra 4 lin. longa, 3 lin. l. Filam. subcylindrac., b. sens. paullo latiora et compressa. Anth. b. sagittatae, acuminatae, acumine dein ext. curvato. Ovar. anguste ellipsoideum viride, stylo tereti, sursum leviter dilatato, stigm. hemisphaerico, viridesc. Silicula nond. plane matura exacte globosa, laevis et glabra, 2 linear. diam., stylo superata aequilongo et gynophoro fere lineam longo stipitata, at stylus interd. brevior. Capsula et gynophorum linea brevius. In utroq. loculo semina (ab ap. scilic. usq. ad med.) 5—6, funiculis e superiore p. dissepimenti orientib. suspensa, immarginata. — E seminib. Texensib. sub nomine „gracili" miss. in h. bot. Halensi culta, sed: *Vesicaria gracilis* Hook. in omnib. suis partib. multo minor.

2. VESICARIA STENOPHYLLA, Gray. (Walp. Ann. II. 39 n. 16). — Pl. Wrightianae in Shmithson. Contrib. V. p. 13.

var. β. *procera:* f. omnib. latiorib. lin-spathulatis v. lanceolatis.
Texas. — Majo.

var. γ. *siliculis ovatis!*
Texas.

var. δ. *humilis:* f. inferiorib. spathulatis nunc parce dentatis; calyce pl. m. persistente.
Texas.

var. ε. *diffusa:* f. oblanc. et lin-spathulatis pulchre argenteis.
V. arctica Gr. (Walp. Rep. I. 140 n. 4).

In collib. lapidos. ad fl. Rio Grande pr. El Paso.

3. VESICARIA LASIOCARPA (Hook. ined. vide bot. mag. sub t. 3461). — Pl. Wright. l. c. p. 13 adnot.

Annua v. biennis; f. tenuit. pubescentib. haud canescentib. oblongis pinnatifido-laciniatis; racemo laxo; fl. inferiorib. saepe axillarib.; pedicell. folium adaequantib. gracilib. (12—15 lin. long.), fructif. ap. recurvo-nutantib.; silicula immatura estipitata globosa stylo sublongiore (cum ovario) dense hirsuto-pilosa.

Inter Bexar et Trinity River. — Habitus et foliatio V. grandiflorae, infloresc. fere V. argyreae. — Fructib. suis hirsutis distincta.

4. VESICARIA PURPUREA (sp. n.) A Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 14.

Multicaulis e radice crassa perenni; f. canescentib., radicalib. rosulatis obovatis oblongisve, nunc sinuato-panduratis in petiolum attenuatis, caulinis paucis parvis sessilib.; racemis multifloris, fructiferis elongatis; pet. roseo-purpureis; siliculis ovoideo-globosis stylo gracili longiorib. —

In collib. lapidos. pr. El Paso. — Mart. Apr. —

4874. ALYSSUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 160. — Walp. Ann. II. 40.)

1. ALYSSUM CONTEMPTUM Schtt. et Kotschy. — Schott in Oestr. bot. Wochenbl. (1854) p. 177. — Annuum? totum pilis radiatis sessilib. densiuscule appresse hirtello-scabridum; caulib. simplicib. v. et b. apiceq. ramulosis, adscendentib.; f. spathulato-linearib., acutiusculis; racem. confertis, post foecundat. elong. 1 — $1\frac{1}{2}$ pollicarib.: calyce pube radiata patenter molliterq. puberulo, deciduo, cor. minuta, limbi expansi diam. $\frac{1}{2}$ — 1 lineari; pet. spathulato-cuneatis in ung. longulum angustissimum attenuatis, calycem superantib., ap. sinu latiusculo retusis v. emarginatis; filam. subaequalib. (longit.), solitariis subulatis, ligulae lineari bifidae adnatis, geminatis edentulis, b. versus subdilatatis: glandulis hypog. (ad b filamenti solitarii) minutissimis, subobsoletis; siliculis (immaturis) compressis, brevit. ovalib. v. ovali-ovatis, pedunculo longiore suffultis, pube radiata minutissima scabridis, stylo 6—8plo longiorib. — Habit. in Tauro Ciliciae. (Kotschy.)

2. ALYSSUM CEDRORUM Schtt. et Kotschy. — Oestr. Bot. Wochbl. 1854 p. 167. — Annuum? totum pilis sessilib. densiuscule tuberculoso-hirtellum; caulib. subsimplicib. v. b. tantum ramuligeris adscendentib.; f. spathulato-lanc. in pet. longiusc. angustatis, acutiusculis; racemo conferto tand. (post foecundationem) elong., (1—2 poll.) calyce pube radiata patenter hirto, persistente; cor. minuta limbi expansi diam. $\frac{1}{2}$—1 lineari; pet. cuneatis e calyce $\frac{1}{3}$ excedent., b. in unguem longiusculum dorso radiato-puberulum angustatis, ap. profunde emarginatis, fere bifidis; filamentis majorib. (solitariis!) ad petali fissuram usq. productis, ap. recurvis, subulatis, squamula ligulari, lin-lanceolata subbifida b. auctis, minorib. (geminatis) ultra medium dilatatis, lateralit. 1-dentatis glandulis hypog. ad b. filamenti solitarii (majoris) tenuib., cylindrico-conoideis, obtusulis, erecto-patentib., minutis; siliculis (fere maturis) compressis, orbiculare ovalib., pedunculum subaequantib., dense pilis longulis horizontalit. patentib. ima b. radiis brevissimis auctis obsessis, stylo 4-plo breviore terminatis. — Habit. in Tauro inter Cedros. (Kotschy.)

3. ALYSSUM CONSTELLATUM Boiss. (sect. *Odontarrhena*). — Boiss. in ann. sc. nat. ser. IV. tom. 2, p. 244. — Perenne totum indumento stellato squamoso in partib. juniorib. denso cano in vetustiorib. sparso canescens pallide virens, caulib. b. suffrutesc. adscendentib. v. procumb. dein rectis corymbose ramosis sparse foliosis, f. oblongo-spathulatis acutiusculis in pet. longe attenuatis, rameis minorib. subsessilib, racemis flor. densis umbelliformib. ad ramor. ap. 3 — 5 brevit. pedunculatis corymbosis, fl. intense aureis, filam. majorib. ultra med. alatis alae parte libera filamento breviori ap. bidentata, filam. minorib. b. squama lanceolata eis duplo breviori auctis, racem. fructif. non elong. subumbellatis densis strictis, pedicellis tenuib. fructu sublongiorib., siliculis ellipticis b. et praesert. ap. attenuatis acutiusculis squamulis stellatis sparsis conspersis stylo recto eis $\frac{1}{2}$ breviori terminatis, loc. 1-ovulatis, seminib. apteris. — Habit. pr. Bizildagh ubi leg. Tchihatcheff. — Caules 6—9 poll.; affine A. serpyllifolio.

4. ALYSSUM MICROCARPUM Vis. — Vis. Fl. Dalmatica n. 1375 III., p. 115. — Sectio *Anodontea*. —

Herbac., mollit. cinereo-tomentosum, f. oblongis integris b. attenuatis, inferiorib. obovato-spathulatis petiolatis majoribus, floribus corymbosis, pet. bilobis, siliculis globoso-inflatis confertis.

Syn.: *Vesicaria microcarpa* Vis. in Ergzbl. Bot. Ztg. 1829. 1. Bnd., n. 26.
Ic.: Vis. fl. Dalm. tab. XXXII. fig. 2.
Hab.: Raro in devexitatib. herbidis montis Biokovo. — Fl. lutei. Fl. aest. ♂.

5. ALYSSUM EMARGINATUM, Zahlbruckn. herb. — Vis. Fl. Dalm. III., p. 117 n. 1381. Suffruticulosum, stellulato-virescens, caulib. decumbentib. ap. racemosis; f. inferiorib. obovatis, superiorib. obverse lanc., racemis fructif.

elongatis, siliculis orbiculatis, retusis emarginatisq. dispermis, stylo duplo longiorib., seminib. ala crassiuscula discolore marginatis.

Hab. in collib. c. Sebenico. — Fl. lutei, fl. vere. ♄. — Inter A. montanum et A. campestre fere medium. An A. montani var.? —

6. ALYSSUM LATIFOLIUM Vis. — Vis. Fl. Dalm. III. p. 118 n. 1383.

Herbac., stellulato-virescens, caulib. adscendentib. erectisve, ap. racemosis, f. omnib. ovalib. utrinq. attenuatis, racem. fructiferis elongatis, calyce persist., silic. orbiculatis emarginatis stylo duplo longiorib. dem. cernuis.

Hab. in agris cultis sterilibusq. ins. Lesina. — Fl. lutei, senescentes albi. Fl. vere. ⊙ — Affine A. calycino.

7. ALYSSUM GRANATENSE Boiss. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852) p. 9. — Annuum, pumilum totum pubescentia stellata adpressa griseum, f. elliptic. obtusis in pet. brevem attenuatis, fl. minimis, petalor. calycem vix superantium unguib. in laminam minimam cuneatam emarginato-bilobam dilatatis pallide lutescentib., filam. omnib. subulatis edentulis, glandulis hypogynis cylindricis ad b. filamentor. minor., racem. fructiferis abbreviatis, sep. persistentib., silicula pedicello erecto patulo aequilongo suffulta orbiculari subretusâ stylo longiuscule apiculatâ, centro inflato-convexâ, marg. complanata indumento duplici pilor. stellator. brevium et setar. intermixtar. patular. simplicium obsita, locul. dispermis, seminib. anguste albo-marginatis. — Hab. in arenosis et cultis reg. alp. montium Granatensium; in Sierra Nevada.

4876. PTILOTRICHUM *C. A. Mey.*

(Walp. Ann. I. 33.)

1. PTILOTRICHUM STRIGULOSUM h. Gotting. = Konigia maritima Lin.; cfr. adnot. critic. h. Wirceburg. 1851; Linn. XXV. p. 322.

4877. CLYPEOLA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 165. — Walp. Ann. I. 34.)

1. CLYPEOLA CYCLODONTEA Delile (Walp. Rep. I. 146 n. 1). — Godron fl. Juvenalis ed. II. p. 56. (1854). — In Mauritania sponte cresc., ubi nuperrime detecta est pr. Tiaret et Saida (Delestre, Kremer, Cosson).

4880. DRABA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 166. — Walp. Ann. II. 42.)

1. DRABA NIVEA Sauter. — Sauter in Flora (bot. Z.) 1852. p. 622.

Scapo subbifolio, rigidulo et pedicellis calycibusq. subglabris v. pubescentib., foliis caudiculorum obovato- v. lanc.-oblongis, basin vers. attenuatis, pube stellata tomentosis v. ciliatis, siliculis glabris ellipticis, stylo turbinato brevissimo.

In alpib. Tirolensib. summis pr. Finstermünz legit. Freyberger. Gasteinensis.

2. DRABA PACHERI Stur. — Stur in Oestr. bot. W. Bl. 1855. No. 7. p. 49.

Caulis simplex 2—3 foliatus, brevissime stellato-pubescens, foliis oblongis, supra luteo-viridibus, tenuissime stellato-pubescentib., subtus atro-viridib. paullo grossius stellato-pubescentib., rarius 1—4-dentatis, pedunculis fructiferis brevibus pilosis erecto-accumbentibus, siliculis oblongis laevibus.

In Karinthia (Stern im Katsch. Thale) Pacher. — Radix perennis etc. — (cfr. et l. c. p. 156.) —

3. DRABA COGNATA Schtt. — Schott in Oestr. bot. Wochenbl. (1854) p. 193. — Caudiculis novellis glabris; f. linearib., strictiusculis, setulis latitudinem folii respondentib. ciliatis (quam in Dr. heterocoma robustiorib., longiorib. magisq. patentib.); caule firmulo, glabro ($2^1/_2$ poll. circ. longo), racemo depauperato; pedunc. glabris, patentib.: calyce setulis nonnullis in sepalor. dorso obtecto; pet. calyce duplo longiorib. ap. retusis; staminib. longiorib. petala antheris superantib.; silicula pedunculis inferiorib. breviore, superiorib. subaequante, tumida, e valvis elliptico-lanceolata, e septo ovato-lanceolata, apicem versus nempe magis compressula, undique setulis brevissimis, tenuissimis, styli diametrum vix v. parum superantib., erecto-patentib. v. patulis densiuscule obtecta exinde hirtella, stylo (3 lin.) valvae latitudinem vix duplo, longitudinem $^1/_2$ vero paullo superante armata. — Habit. in Tauro Ciliciae (Residuis a Kotschyo missis exorta).

4. DRABA JUVENALIS Delile in Godr. Fl. Juv. ed. I. p. 7. — Godron in Fl. Juven. ed. II. 1855 p. 57. — Fl. minimi. Sep. b. aequalia, villosula. Pet. lutea, erecta, spathulato-cuneata, subemarginata. Stigma sessile. Racem. fructifer oblongus, laxiusculus, longitud. caulem aemulans, mollit. villosus, pedicellis filiformib. rectangule patulis, fructum aequantib. Silicula levit. ascend., appresse pubesc., ciliata, elliptica, planiuscula, obtusa. F. mollia, tenuia, pilis brevib. ramosis vestita; radicalia obovata, in pet. deccurrentia; caulina subsessilia, ovata lanceolatave; omnia utrinq. uno v. altero denticulo munita. Caul. erectus, flexuosus, gracilis, villosus. Rad. annua simplex, perpendic., filiformis. — Proxime accedens Draba nemorosa, diff. fl. majorib.; racemo longiore laxioreque; pedicell. glabris fructu duplo v. triplo longiorib.; siliculis minorib., lin-oblongis et habitu. — Patria ignota.

5. DRABA CANTABRICA Willk. — Willkomm Sert. flor. Hisp. (1852) p. 11.

Caespitosa, f. dense rosulatis, lin-spathulatis, setoso-ciliatis, scapis aphyllis villosis, pedicellis racemosis, pet. calyce duplo longiorib. emarginato-bilobis pallide sulphureis, filamentis calyce paullo longiorib., stylo diam. siliculae ovato-ellipticae hirtae multo breviore.

An D. Dedeana? Boiss. Reut. in Boiss. voy. Esp. suppl. p. 718. — In fissuris rupium calcarear. apricis m. Pena Gorveja in Vizcaya, ad alt. 3500—4000'.

6. DRABA AIZOON (Wahlenb. fl. Carp.). — Vis. Fl. Dalm. n. 1392. III. p. 121.

DC. Prodr. I. p. 166 n. 3. — Syn.: *Dr. lasiocarpa* Roch. pl. exs. — *Dr. elongata* Host fl. Austr.; Rchbch. fl. exc. — *Dr. aizoides* var. δ. Rchb. ic. Fl. Germ. p. 7.

Ic.: Rchbch. ic. Fl. Germ. II. f. 4254 et 4255. — Visiani Fl. Dalm. tab. XXXII. f. 1. — Hab. in apricis saxosis montis Biokowo. — Distat ab D. aizoide praecipue siliculis juniorib. utrinq. hirtis, maturis saltem margine setosis, nunquam vero penitus glabris, et staminibus corolla breviorib. nec aequalib.

7. DRABA MAGELLANICA Lam. Syn. *D. incana* var. D. Hook. Fl. antarct. 2. p. 233. — Griseb. System. Bemerk. l. c. p. 27. — His notis a D. incana L. hemisphaerii bor. recedit: praecip. stylo distincto tenui $^1/_2$''' longo, deinde f. integerrimis, rarius utrinq. unidenticulatis, pube caulis biformi, stellata appressa, simplici patula (in D. incana pubes stellata ipsa laxior est), petalis siccis pallide flaventibus (nec candidis); magis accedit ad D. Gilliesii Hook. Arn., diff. vero nostra stylo breviori, siliculis dense stellato-pubescentib. strictis (nec contortis). — Penins. Brunswick: pr. Sandy Point, fl. m. Sept. m. Nov. fructif. leg. Lechler (coll. ej. n. 974).

8. DRABA TOMENTOSA Wahl. — Froelich Alp. Pflz. IV. tab. 2.

4880 §. **DOLLINERIA** *Sauter (Draba sp.)*

Sauter in Flora Bot. Ztg. 1852. p. 353.

Silicula primum elliptica, a dorso compressa, Drabae, demum vero in siliquam linearem Arabidis excrescens; valvulae convexae tumidae,

nervo longitudinali valido venulisq. longitudinalibus prominulis inter se et cum nervo anastomosantib. notatae, semina 4—6 in quovis loculo 1-serialia, funiculi liberi validi. Cotyledones accumbentes. Species unica:

1. DOLLINERIA CILIATA Sauter. (*Draba ciliata* Scop.). — Hab. in alpib. Carniolicis. In honorem „Dr. C. Dolliner" Idriensis, genus appellatum.

4882. COCHLEARIA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 172. — Walp. Rep. I. 153.)

1. COCHLEARIA DECIPIENS Willk. (Sect. *Kernera*). — Willkomm, Sertum Fl. Hispanic. p. 12. —

Multicaulis, f. radicalib. dense rosulatis oblongis in pet. attenuatis remote obtuseq. dentatis v. integris, caulinis lin-spathulatis b. sagittato-amplexicaulib., omnib. obtusis adpresse pilosis, ram. erectis paniculatis, pedunculis filiformib. patentib., siliculis ovalib. laevib. apiculatis, seminib. laevibus.

In Pyren. Aragon. inter pagum Panticosa et balnea Panticosa, alt. 3—3800′.

2. COCHLEARIA AUSTRIACA Vis. (Fl. Dalm. III. p. 122 n. 1394).

Syn.: *Myagrum Austriacum* Jacq. — *Camelina Austriaca* R. Br. et Rchb. — *Chamaelinum Austriac.* Host fl. Austr. — *Nasturtium Austriac.* Crantz stirp. Austr.

3. COCHLEARIA FLAVA, Buch. — Hooker. Icones plant. Ser. nov. V. tab. 805.

Annua, glaberrima, paniculatim ramosa, ramis omnib. racemiferis, f. lanc. superne dilatatis pinnatifidis, lacin. sinuato-incisis, racemis elongatis multifl., petalis calyce duplo breviorib., silicul. glob. membranaceis, seminib numeros. reniformi-glob., rugoso-punctatis, podospermis filiformib. elongatis.

Cochlearia flava, Buch. Hort. Bengal. p. 48. — Royle Fl. Himal. p. 72. — *Alyssum cochlearioides*, Roth. nov. pl. sp. p. 322. — *Cochlearia alyssoides*, DC. Prodr. I. p. 172. — *Camelina Caisir*, Wall. cat. n. 4802. (non 802 ut l. c.). —

Habit.: In provinc. bor.-occid. Ind. or.: Hurdwar; pr. Karnaul. et Moradabad. — Caulis spithamaeus ad pedalem et 1½ pedalem. — Cochlearia dubiosa ad genus Vesicariam adtingens.

4882. b. KERNERA *Medik.*

(Cochlearia sp. DC. Prodr. I. 172. — Walp. Rep. I. p. 154.)

1. KERNERA BOISSIERI Reut. ms. — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. p. 9. — Perennis, glaberr., rhiz. crasso fibroso spongioso caespitoso superne vestigiis petiolor. vetustor. stipato, f. radicalib. numerosis oblongo-spathulatis obtusis b. longe in petiolum eis longiorem attenuatis, caulib. tenuib. fragilib. erectis a med. surs. alternatim ramosis ad ramor. ortum foliosis, f. linearib. subfalcatis b. attenuatis exauriculatis, fl. albis ... racem. fructiferis brevissimis, pedicellis filiformib. subflexuosis, erecto-patulis infimis fructu 5-plo longiorib. superiorib. abbreviatis, siliculâ ovata inflata, b. subattenuata stylo ejus ⅓ aequanti apiculatâ, valvulis reticulato-nervosis nervo med. b. tantum perspicuo, loc. sub 8-spermis, septo spongioso utrinq. in plicas irregulares semina foventes expanso. —

Kernera saxatilis Boiss. voy bot. Hisp. (non Rchb.).

4883. TETRAPOMA *Turcz.*
(Walp. Rep. I. p. 154.)

1. TETRAPOMA PYRIFORME Seem. — Seemann in the voy. of the Herald bot. p. 24. tab. II. —

Tetrapoma barbaraefolium, Turcz. in Linn. X. Literat. 101. — *T. barbaraefolium*, Turcz., var. Spach. — *T. Crusianum*, Turcz. l. c. — *Camelina barbaraefolia* (DC. Prodr. I. p. 201). — *Tetracellion ellipsoideum* Turcz.

Fort St. Michael, Norton Sound; probabiliter a Russia e Sibiria introductum.

Tribus III. *THLASPIDEAE* DC.
(Walp. Ann. II. p. 43.)
(4885—4891.)

4885. THLASPI *Dill.*
(DC. Prodr. I. 175 (excl. sect. 2). — Walp. Ann. II. 44.)

1. THLASPI INORNATUM Schtt. — Schott in Oestr. bot. Woch. Bl. (1854) p. 145. — Annuum, a b. arrecto-ramulosum, glaberrimum glaucescens; f. radicalib. longe canaliculato-petiolatis, lamina rotundato-ovali, sparse grosseq. dentato-serratis; caulinis inferiorib. 2 oblongo-ovatis, in pet. latissimum longulum contractis; superiorib. ovato-lanc., profunde obtuse auriculatis, sessilib.; omnib. serrulatis, b. apiceq. subintegerrimis; racemo tandem subelongato; fl. minutis; calyce patulo; petalis elliptico spathulatis in unguem lamina breviorem angustatis, inaequalib., superiorib. (interiorib.) ¼ breviorib., calyce ½ s. duplo fere longiorib.; siliculis sinu modico obcordato-obovatis, stylo brevissimo ⅓ sinus, alis ap. versus dilatatis rotundatis; loculis sub 3-spermis; septo ovato-lanceolato, utrinq. angustato; seminib. laevib. — Habit. in Tauro (Kotschy). — (Residuis a Kotschyo missis exortum.)

2. THLASPI KOVATSII Heuff. — Heuffel in Flora bot. Ztg. 1853 p. 624. —

Racemis fructiferis elong. siliculis horizontaliter patentib. pedunculo breviorib., triangularib. ap. truncatis aut levit. emarginatis; stylo diametri transversalis siliculae dimidium longo; f. herbaceis, radicalib. ovato-spathulatis obtusis, longe petiolatis caulinisq. cordatis sessilib. repandis; radice multicipite, caudiculis stoloniformib. elongatis.

Radix fusiformis ramosa etc. — In lapidosis rupestribusq. umbrosis sub monte Bagyes ad Lunkány Comitatus Krassó. — Maj. — (D. Kovats primus rite distinxit plantam.)

3. THLASPI STENOPTERUM (sect. *Pterotropis*) B. et R. — Boiss. et Reut. pag. pl. nov. (1852) p. 10. — Glabrum perenne, collo fibris folior. deciduor. obsito caulem unicum pumilum simplicem parce foliosum edenti f. parvis radicalib. rubellis ovato-rotundis petiolo eis longiori suffultis, caulinis remotis oblongis acutiusc. b. brevit. cordato-auriculatis, pet. albis calyce duplo longiorib., anth. flavis, racemo fructifero abbreviato denso, pedic. patulis siliculae subaequilongis, siliculâ angusta, obcordato-lanceolata b. longe attenuata ap. sinu rotundato emarginata, lob. rotundatis brevissimis, alâ jam medium fructum versus loculo quadruplo angustiori fere obsoleta, stylo emarginatura

triplo longiori, loculis biovulatis, seminib. laevibus. — Hab. in Sierra de Guadarrama Castellae veteris supra el Paular.

4. THLASPI NEVADENSIS B. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852) p. 11. — Perenne glabrum viride, rhiz. indurato caespites parvos densos edenti, f. radicalib. confertis obovatis integris v. obs. et remote repando-denticulatis in pet. pl. min. elongatum attenuatis, caulib. simplicib. pumilis foliosis, f. strictis oblongo-linearib. acutiusculis b. sessili brevit. et obtusiuscule auriculatis, florib...., racem. fructiferis terminalib. brevib., pedunc. patulis siliculae subaequilongis, siliculâ elliptica b. subattenuata ap. rotundata non emarginata stylo tenui ea 2—3-plo breviori apiculata, valvis naviculari-carinatis apteris, loculis 2—3-spermis, seminib. apteris sublateraliter pleuro-rhizeis. — Hab. in reg. sup. montis Sierra Nevada.

5. THLASPI VIRGATUM Gren. et Godr. prosp. p. 8 (1846). — Godr. et Gren. Fl. de Fr. I. p. 145.

Thlaspi brachypetalum Jord. (Walp. Ann. III. 815 n. 6). — *Thlaspi alpestre* Vill. (non L.).

Cfr. l. c. pl. descr. — Hab. in Pyren. montib. et in Delphinatu.

6. THLASPI FENDLERI A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. vol. V. p. 14.

F. carnosulis subintegerr., radicalib. petiolatis ovalib., caulinis sagittato-oblongis amplexicaulib.; racemo etiam fructifero brevi conferto; fl. majusculis; pet. calyce triplo longiorib; siliculis lato-obovatis subalatis b. acutis ap. immaturis sinu aperto leviter obcordatis maturis truncato-subintegris, loculis 3—4-ovulatis; stylo filiformi fructu dimidio breviore.

T. cochleariforme, Gr. pl. Fendler. p. 10, non DC., nec Hook.

In montib. dictis „Organ mountains". — Fr. Majo. — Planta vix spithamaea etc.

4887. **IBERIS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 178. — Walp. Ann. II. 46.)

1. IBERIS BERNARDIANA Godr. et Gren. — Godr. et Gren. Fl. de Fr. II. p. 138. — Differt ab I. ciliata florib. suis minorib., violaceis; sep. coloratis; siliculis ap. angustatis et acute lobatis, lobis sinu acutissimo separatis. — Ab I. pinnata, et praesertim a var. crenata diff. petalis pedetentim in unguem longum attenuatis, siliculis ap. lobis angustiorib. minusque divergentib. coronatis; placentis majorib.; f. lineari-oblongis b. longe attenuatis et ciliatis; in tertia parte superiori plerumque crenulatis. — Ab utraque specie diff. pedunculis suis fructiferis tenuiorib. et magis erectis. — Planta affinis I. pectinatae Boiss., foliis vero et fructib. ab ea distinguenda. — Hab. in Pyrenaeis montib.; Eaux-Bonnes. ⊙. Jul.

2. IBERIS BICORYMBIFERA Godr. et Gren. — Godr. et Gren. Fl. de Fr. I. 141. — Ab I. amara, cui valde affinis, facile distinguenda: florib. in racemum densum, primo in corymbum dispositis; flores exter. centralib. praecociores, primum corymbum fructuum conformant; tum axis floralis citissime evoluta apice de novo florere incipit, secundum corymbum, ab altero, intervallo florib. sterilibus obsito, separatum conformans; siliculae magnae, in ap. tam latae quam in medio, distinctius alatae, lobis 2 terminalib. minutae, haud mucronatis, ap. obtusis, stylum superantib.; f. plana in ramis floriferis sparsis in ap. ramor. haud floriferor. approximatis et numerosis, omnia longe petiolata, pinnatifida, lobis 3—7-obtusis; caulis a b. ramosus, papillis pilis non obtectus; rad. brunnea, perpendicularis, verosimiliter biennis. — Hab.: Mende (Boivin). ⊙?

3. IBERIS GLAUCESCENS Boiss. — Boiss. in Ann. sc. nat. ser. IV. tom. 2 p. 243. — Perennis glabra tota glaucescens, rhiz. lignoso tortuoso ramoso ramos annotinos alios brevissimos steriles dense foliosos alios floriferos paulo longiores edenti, f. an-

guste ellipt-linearib. acutis b. longe attenuatis carnosulis marg. sub lente scabridulis ramulor. sterilium confertis floriferor. sparsis, racem. terminalib. floriferis ..... fructiferis ovato-oblongis laxiusculis, pedicellis b. strictis dein curvatis siliculae subaequilongis, siliculis ovatis b. apiceq. obsc. emarginatis lob. terminalib. brevib. obtusis sinu angustissimo fissuraeformi sejunctis, stylo emarginatura subbreviori. — Hab. pr. Kizidagh, ad radices mont. Akdagh. — Pl. 2—3 pollic., I. saxatili affinis.

4. IBERIS GRANATENSIS B. et R. — Boiss. et Reut. pugill. pl. nov. (1852) p. 11. — Biennis, multicaulis, caulib. parvis ascendentib. foliosis simplicib. infra rosulam centralem nascentib. pilis brevib. papillarib. albis pl. min. hirtis, f. carnosulis integris rosularib. caulinisq. inferiorib. breviter ovato- v. oblongo-spathulatis obtusis b. in petiolum eis aequilongum v. longiorem breviter attenuatis marg. plus minusve puberulis, caulinis lin-spathulatis b. attenuatis magis pubescentib., umbellâ florifera densa, sep. glabriusculis viridib. v. rubellis anguste albo-marginatis, pet. lilacinis exter. radiantib., pedicellis fructif. contractis puberulis, exteriorib. siliculâ paullo longiorib., siliculae glabrae ellipticae virentis superne violascentis alis a medio siliculae inferne evanidis in lob. breves sinu fere rectangulo brevissimo sejunctos saep. obtusos rarius acutos productis, stylo alis multo longiori. —

I. nana Boiss. voy. bot. Esp. p. 51 et 719. non All.

Hab. in reg. alp. regni Granatensis. — Caules 3—8 pollic. etc.

5. IBERIS BENTHAMIANA B. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852) p. 12. — Annua, tota pilis papillarib. brevib. puberula, caule nano simplici v. superne umbellato-ramoso, f. inferiorib. oblongo-spathulatis, caeteris auguste lin-spathulatis in pet. longe attenuatis obtusis obtuse et parce lobato-dentatis, pet. roseis exteriorib. modice radiantib., pedic. fructiferis vix incrassatis patulo-recurvis, siliculis parvis ovato-rotundis puberulis, alis angustissimis superne in lobos 2 breves acutos inconspicuos abeuntib., stylo ex emarginatura siliculae longe exserto. — Hab. in calcar. Pyreneorum occidentalium (supra les Eaux bonnes leg. Benth.).

6. IBERIS PARVIFLORA Munby. — Munby, Bullet. de la soc. bot. de Fr. II. 282. — Pedicellis fructifer. corymbos.; radice annua; caule a b. ramoso parce hirtulo; f. glabrescentib. linearib., valde dentatis quasi pectinat.; siliculis emarginat., sinu latiusc., stylo dimidium sinus aequante; petal. subaequalib. vix calyc. violac. superantib. — Fl. albi, planta 2—5 p. alta, f. 1 p. lg. et 2 lin l., fl. Mart. et Apr. — In humo argillaceo prope Sidi-Snoussi in Oran et in pede montis Zaccar à Milianah. — Secund. Cosson. non distincta a Iber. pectinata; cfr. l. c. 287.

7. IBERIS SERRULATA Vis. — Vis. Fl. Dalm. III. p. 111. n. 1363.

Glabra, caule frutescente, ramis adscendentib., f. carnosis lin-spathulatis obtusis, marg. cartilagineo-serrulatis, pedunculis fructus latere superiore hirtis, brevit. racemosis, siliculis subrotundis emarginatis, lobis rotundatis stylo duplo brevioribus.

Hab. in petrosis apricis montis Orien. — Fl. albi. ♄. — Similis I. integerrimae Moris fl. Sard. I. p. 119, tab. VIII.

4889. **BISCUTELLA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 181. — Walp. Rep. I. 157. Ann. III. 84.)

De Biscutellis nonnullis annuis observationes auctore Roberto Caspary.

Linnaeus in diagnosi *Biscutellae auriculatae* („B. calycibus nectario utrinque gibbis, siliculis in stylum coeuntibus" Sp. pl.) de fructu, num sit pilosus necne, nihil memorat. In Mantissa autem (1771. p. 254) in diagnosi *Biscutellae Apulae* („B. siliculis scabris, foliis lanceolatis, sessilibus, serratis") et *B. lyratae* („B. siliculis

scabris, foliis lyratis") fructus scabrietas speciei character notatur. Primus Lamarck (Encyclop. méthod. 1789, III, 617) duas *Bisc. auriculatae* varietates: α. siliculis glabris. β. siliculis scabriusculis distinxit, et Linnaeanum *B. Apulae* characterem: „siliculis scabris" in „siliculis margine scabris" mutavit, quod discum huius speciei silicularum tum omnino glabrum, tum scabrum invenit, sed *B. lyratae* fructum scabrum tantum novit et ab hac specie cum Poiret (Voyag. en Barb. II. 198) plantam ei omnibus in partibus aequalem propter siliculas glabras nomine *B. raphanifoliae*, speciem propriam removit. Deinde Willdenow (Enum. 1809, II. 673) a *B. Apula*, *B. didymam* et *depressam*, et ad pilorum fructus dispositionem, et ad ulterioris caulem brevem spectans, separat. Tum Decandolle (Monograph. des Biscutelles in Mus. d'hist. nat. Paris 1811. XVIII. 245), *B. auriculatam* var. α. siliculis glabris Lam. speciem propriam nomine *B. erigerifoliae* proposuit et a *B. Apula* L. ob absentiam vel praesentiam fructus pilorum eorumque dispositionem, ob fructus magnitudinem et foliorum formam plures species distinxit: *Biscutellam ciliatam* (Monog. l. c. n. 9) „siliculis laevibus, margine ciliatis", *B. microcarpam* (Monog. n. 11) „siliculis in disco scabro-hispidis, margine glabris" et *B. leiocarpam* „siliculis in disco piloso-hispidis". Tenore (Prodr. Fl. nap. 38, Fl. nap. t. 61) secundum fructus pilositatem, foliorum formam et caulem vel foliosum vel nudum *B. Columnae* a *B. Apula* L. et *B. maritimam* a *B. lyrata* L. separat. Denique Desfontaine (cat. hort. Paris.) a *B. Apula* L. *B. obovatam* „siliculis laevibus glabris et Reichenbach a *B. lyrata* *B. erucifoliam* „siliculis scabris undique hispidis ciliatisque" (Pl. crit. VII. 828) removerunt. Sic permultae Biscutellae generis species annuae levibus tantum characteribus e pilorum praesentia et dispositione, foliorum forma et caulis foliositate vel nuditate variabili desumptis distinctae propositae erant et mox botanicis, qui in locis natalibus Biscutellas examinare potuerunt, multas has dubias species formas tantum paucarum esse persuasum erat. Webb. et Berthelot (Phytogr. Canar. 1836—40, I. 94) exemplum Lamarckii sequentes nomine *Jondrabae sulphureae* Med. *B. auriculatam* DC. et *B. erigerifoliam* DC. iterum unam in speciem contraxerunt; id quod etiam Boissier (Voyage bot. 1839—45, II. 56) fecit, tamen nomen Linnaeanum antiquius *B. auriculatae* restituens; tum nomine *B. Apulae* L. char. refor. multas illarum specierum Decandollei et Tenorei sic l. c. comprehendit:

> „Nro. 161. *B. Apula* L. var. α. megacarpaea Boiss. — *B. Columnae* Ten. — Ic. Fl. graeca t. 629. — *B. ciliata* DC. — var. β. microcarpa Boiss. — *B. microcarpa* DC. — *B. Apula* DC. — *B. eriocarpa* DC. et *B. leiocarpa* DC."

Deinde *B. lyratam* L., *raphanifoliam* Poir. et *maritimam* Ten. unam tantum speciem habet. Tamen quaeritur, num Lamarck, Webb., Berthelot et Boissier de *B. Apula* L. et *lyrata* recte censuerint.

In universum species dubias unam tantum esse, duobus modis probatur:

1. si formae intermediae proferri possunt;
2. si species dubia altera e seminibus alterius enascitur; quod argumentum secundum fortius priori et non refutandum. Lamarck, Webb, Berthelot et Boissier nostra in questione primum argumenti modum tantum ante oculos habuisse videntur; tamen etiam argumentum secundum, ut plures illarum specierum dubiarum formas paucarum esse demonstretur, proferri potest.

Sub fine aestatis a. 1853 cl. C. Bouché, hort. bot. inspector, et ego caute et accurate harum sex specierum dubiarum semina collegimus:

1. *Biscutellae auriculatae* DC.
2. *B. erigerifoliae* DC.
3. *B. lyratae* DC.
4. *B. raphanifoliae* Poir.
5. *B. microcarpae* DC.
6. *B. ciliatae* DC.

Vere a. 1851 semina harum sex specierum in hort. bot. Berol. sata sunt et ex quaque semente binae illarum specierum dubiarum ortae sunt:

1. e siliculis scabris *B. auriculatae* DC. plantae et siliculis scabris et laevibus i. e. *B. auriculata* DC. et *erigerifolia* DC.
2. e siliculis laevibus *B. erigerifoliae* DC. plantae et siliculis laevibus et scabris magnitudine aequali i. e. *B. erigerifolia* DC. et *B. auriculata* DC.;
3. e siliculis in utroque disco piloso-hispidis *B. lyratae* DC. et plantae siliculis disco piloso-hispidis minoribus et plantae siliculis glabris paulo majoribus i. e. *B. lyrata* DC. et *B. raphanifolia* Poir.;
4. e siliculis laevibus glabris *B. raphanifoliae* Poir. et plantae siliculis laevibus glabris majoribus et plantae siliculis disco piloso-hispidis minoribus i. e. *B. raphanifolia* Poir. et *B. lyrata* DC.;
5. e siliculis in disco scabro-hispidis margine ciliatis minoribus *B. microcarpae* DC. et plantae siliculis in disco scabro-hispidis margine ciliatis minoribus et plantae siliculis majoribus laevibus margine ciliatis i. e. B. *microcarpa* DC. et *ciliata* DC.;
6. e siliculis laevibus margine ciliatis majoribus *B. ciliatae* DC. et plantae siliculis laevibus margine ciliatis minoribus et plantae siliculis in disco scabro-hispidis, margine ciliatis minoribus, i. e. *B. ciliata* DC. et *B. microcarpa* DC.

Quibus experimentis clare demonstratur *B. auriculatam* DC. et *erigerifoliam* DC. deinde *B. lyratam* DC. et *raphanifoliam* Poir., tum *B. microcarpam* DC. et *ciliatam* DC. tres, non sex species esse et, quamquam ceteras species eodem e semine enasci non vidi, tamen opinio Boissieri, illas omnes *B. Apulae* L. et *lyratae* L. adnumerandas esse, propter intimam cognationem, qua illis conjunctae sunt, quibuscum experimenta institui, recta esse videtur.

Species illas tres genuinas earumque formas sic disponere liceat:

1. BISCUTELLA AURICULATA L

Sepalis lateralibus obtuse calcaratis, siliculis in stylum coeuntibus;

α. siliculis glabris Lam.

B. erigerifolia DC. — *B. auriculata* β. *erigerifolia* Boiss. e schedula plantae herb. Boiss. in herb. Berol.

β. siliculis scabris Lam.

B. auriculata DC.

2. BISCUTELLA LYRATA L. char. ref.

Sepalis lateralibus subaequalibus, siliculis in stylum non coeuntibus, foliis radicalibus lyratis;

α. siliculis glabris plerumque minoribus;

B. raphanifolia Poir. — Rchb. Pl. crit. VII, 830.

β. siliculis margine ciliatis plerumque majoribus;

B. lyrata Willd. in herb. ejus, specimine a Tenore accepto. — *B. maritima* Ten. (figura in Rchb. l. c, 829 siliculis etiam in disci centro hispidulis veram plantam Tenoreanam, cujus siliculae in disci centro glabrae sunt. non representat);

γ. siliculis disco piloso-hispidis, limbo glabris, plerumque minoribus;

B. lyrata L., DC. ex parte. — *B. lyrata* Rchb. l. c. 827;

δ. siliculis undique hispidis ciliatisque.

B. erucifolia Rchb. l. c. 828.

(Formas silicularum γ. et δ. eodem in specimine vidi!)

Observ.: Nectaria hujus speciei placentaría cylindrica, elongata, capitata.

3. BISCUTELLA APULA L. char. ref.

Sepalis lateralibus subaequalibus, siliculis in stylum non coeuntibus, foliis oblongis, spathulatis, lanceolatis, dentatis;

α. MEGACARPAEA Boiss.;

a) siliculis disco et margine scabris, caule subnudo;

B. Columnae Ten., DC., Rchb. l. c. 833;

b) siliculis laevibus ciliatis, caule folia longe superante;

B. Apula Lam. Encycl. méth. 1789. III, 617. — *B. coronopifolia* W. Sp. 1801. III, 474. — *B. didyma* W. Enum. 1809. II, 673 et ex herb. Willd. — *B. ciliata* DC. Rchb. l. c. 831;

c) siliculis laevibus ciliatis, caule folia vix superante;

B. depressa W. in herb. Willd. (specimina duo in hort. bot. Berolin. culta, nec alia); Rchb. l. c. 832;

d) siliculis laevibus glabris;

B. obovata Desf., DC., Rchb. l. c. 835.

β. MICROCARPA Boiss.;

a) siliculis pube minima disco et margine scabris, caule folioso ramoso;

B. Apula W. ex herb. ejus, DC.

b) siliculis in disco scabro-hispidis, margine ciliatis, caule subnudo, ramosissimo;

B. microcarpa DC.

c) siliculis in disco piloso-hispidis, caule subsimplici;

B. eriocarpa DC.

d) siliculis glabris, laevibus;

B. leiocarpa DC.

Observ.: Nectaria hujus speciei placentaria subglobosa, brevia.

---

4. BISCUTELLA PYRENAICA Huet. — Huet. du Pavill. Ann. sc. nat. III. 19 p. 252. — Perennis radice multicipite, caule nano b. ramoso filiformi procumbente, superne erecto gracili, f. hirsutis inferiorib. lanc-cuneatis, 3—5 profunde-dentatis, superiorib. subnullis semiamplexicaulib. linearib. integris siliculis b. apiceq. profunde emarginatis non alatis, punctato-scabris fl.? Tal.? (sic!) — Hab. ad summum vallis Eynes in schistosis decompositis. Pyr. or. —

Biscutella saxatilis var. DC. Syst. Monogr. Dumet. tab. 10 fig. 2.

4900. **CHORIOSPORA** *DC.*

(DC. Prodr. I. 186. — Walp. Rep. I. 159. II. 759.)

1. CHORIOSPORA SABULOSA, Camb. in Jacq. t. 15. — Thomson, Tibetan plants, Kew gard. misc. V. 19. (tab. XI. vol. IV). — (Cfr. Walp. Rep. I. 160 n. 2.)

F. radicalib. lg. petiolat. lanc. integerr. v. dentat. v. saep. pinnatifid. nec raro pinnatipartitis, scapis racemosis, fl. pallide purpureis, sep. linearib. oblg. obtus. erect. exteriorib. b. gibbos. ap. stellatim pilosis, petal. obcuneat. retusis, siliq. juniorib. glanduliger. demum glabr. torulosis rostrat., articulis 3—6 replo persist. dem. secedentib. subglob.

Hab. in humidiusc. et subsalsis Tibetiae occid., alt. 10—13000′. — Speciem in (Hook. Kew journ. bot. IV. tab. XI) depictum, vulgarem plantae formam representat, tab. in Jacquem. voy. spec. magnum aetate jam provectiore. C. elegans Camb. forma tantum illius speciei esse videtur petalis ap. emarginatis.

4891. **MEGACARPAEA** *DC.*

(DC. Prodr. I. 183. — Walp.-Rep. I. 158.)

1. MEGACARPAEA POLYANDRA, Strach. et Winterb. — Bentham notes on the Roogee of Kumaon in Kew gard. misc. VII. p. 353. — (tab. IX et X.)

Caule elato, f. pinnatisectis, segm. lanceolatis dentat. subincis., panicula inermi, sepalis petaloideis petala superantib., staminib. multiplicatis (10—16), siliculae apice basiq. emarginatae lob. cum ala orbiculatis divaricatis.

Planta a Strachey in montibus glacialibus collecta, ad fontes fluminis Pindor, in Kumaon, et a Winterbottom in montium jugo Pargil (Pargil Pass), ad fontem fl. Kishnagungae superiorem in Tibetiam parvam. Saepius unus tantum loculus fructus ad maturitatem et evolutionem planam provenit.

2. MEGACARPAEA BIFIDA, Benth. — Bentham notes on the Roogee of Kumaon, in Kew gard. misc. VII, 357.

Caule elato, f. pinnatisectis, segment. lanceolatis integerrim., panic. inermi, sep. petaloideis, petala superantib., staminib. submultiplicatis (7—11 ?) siliculae profunde bifidae lob. cum ala obovatis dem. conniventib.

Planta a Winterbottom in valli Kishnagunga collecta, circa 7400′ alt., in altitudine multo minore quam M. polyandra.

Subordo II. *NOTORHIZEAE* DC.

(Walp. Ann. II. p. 47.)

4902 — 4947.

MARTINSIA *gen. n.* (*Notorhiz. nucamentac.*).

Godron fl. Juvenal. ed. II. p. 58.

Calyx tetraphyllus, foliolis aequalib., liberis. Corollae petala 4, hypog., obovato-cuneata, unguiculata, integra. Stam. 6, hypog. tetradynama, libera, filam. edentulis. Glandulae 4 thoro insidentes. Stigma parv.,

capitatum. Silicula indehisc., crustacea, 1 locul., 1-sperma, ovoideo-tetrag., tetraptera, in styl. persist. et pyramidatum acuminata. Sem. pendulum, immarginat. Cotyled. planae, suborbiculatae, radiculae ascendenti incumbentes. — A gen. Boreava, cui proxima diff.: silicula haud drupac. nec tuberculata; cotyledonib. aequalib., exteriore non multo crassiore et carinâ omnino destituta; radicula non clavata sed ap. acutata; racemis axillarib. terminalibusq., non oppositifoliis. — In honorem prof. Monspeliensis Caroli Martins hoc genus dicavi.

1. MARTINSIA GLASTIFOLIA Godr. — Godron fl. Juven. ed. II, p. 59. — Fl. haud magni, lutei, in racemis patulis et aphyllis dispositi et paniculam subcorymbosam formantes. Sep. oblonga, colorata, dein. patula, decidua. Petala calyce duplo longiora, limbo patulo et sens. in ung. attenuato. Stam. filamenta lin-subulata; antherae cordato-ovatae. Silicula magnitud. et forma exteriore nucamentum Buniadis Erucaginis simulans, pedicellum rectangule patentem aequans, glabra, leviter reticulata, alis angustis et eximie undulatis. Sem. magnum, ovoideum, fuscum. F. glauca, integra; radicalia . . . .; caulinia ovato-lanc. v. lanc., b. profunde cordata, amplexicaulia, auriculis rotundatis. Caulis 1-ped., teres erectus, glaber vers. ap. saepe ramosus, ram. patulis. Rad. ann., longa, subsimplex. — Hanc plant. in campestribus Portus Juvenalis collegi Junio 1853, comitante prof. Martins; eod. temp. detecta fuit pr. Massiliam (Blaise), ubi verosimiliter advenâ.

GEOCOCCUS *J. Drum.*

Harvey, new genera of W. Austral. plants, in Kew gard. misc. VII. 52.

Calyx tetraphyllus, foliol. patentib. Pet. 4, oblonga, exunguiculata, calyce breviora. Stam. 6 tetradynama, filamentis applanatis. Ovar. biloc., ovatum, pauci-ovulatum. Stigma sess. Silic. oblonga, subcompressa, septo latiusculo, bivalvis, valvis membranac. rugulosis venosis. Sem. in loculis 3—4, oval., convexa. Cotyled. plano-convexae, linear., incumbentes. — Herbula minima, annua subacaulis; f. e collo radiantib. pinnatifidis, laciniis oppositis triangularib.; florib. axillarib. solitariis minimis sub anthesi sessilib. dem. longe pedunculatis, pedunc. fructifero deflexo in humum siliculam celante.

1. GEOCOCCUS PUSILLUS, J. Drum. — In regionib. borealib. Austral. occid. Post anthesin pedunculi deflexi silicula in humum circ. pollicem profunde defodiunt; semina sunt mucilagine quadam circumscripta tamq. semina Nasturtia aqua humectata. — J. Dr. —

GREGGIA *nov. gen.*

Asa Gray pl. Texano-Mexicanae in Smithson. Contrib. III. p. 8.

Calyx b. aequalis, sep. lin-oblongis patentiusculis. Pet. obovato-rotundata, ungue angusto. Disc. hypogynus inter petala et stamina annularis, contorto-lobatus, lobis ante stamina. Filamenta edentula, filiformia. Ovar. oblongum a latere compressum, stylo aequilongum; stigma cordatum, bilobum, lob. ad placentas respondentib. Siliqua brevit. linearis, septo angusto subenervi contrarie plano-compressa, utrinq. retusa, stylo conspicuo superata, valvis naviculari-conduplicatis, dorso tenuissime uninerviis. Sem. in loculis plurima (20—40), uniserialia, e funiculo libero pendula, ovalia turgida, immarginata. Cot. lin-oblongae, planae, septo (ut videtur) parall., radiculae adscendenti incumbentes. — Suffrutex humilis, pube molli stellata canescens; caulib. a b. ramosis diffusis; f. spathulatis saep. repandis v. sinuato-dentatis in pet. angustatis,

racem. laxis; fl. majusc. albis; siliquis cano-puberulis (6—8 lin. lg.), pedicello aequalib. v. sublongiorib. — Genus memoriae et honori Dr. Josiah Gregg conditum. —

1. GREGGIA CAMPORUM (tab. I. I. c.) in pratis superioribus et in capite de San Felipe collecta.

DILOPHIA, *gen. nov.*

Thomson, Tibetan plants, Kew gard. misc. V. 19.

Gen. char. Sep. elliptica. Pet. membranac., spathulata, retusa v. irregularit. dentata. St. 6; filam. subexserta, fere aequilg. Glandulae tori 4, magnae, st. solitar. utrinq. stipantes. Ovar. pedicello crasso brevi stipatum, late ovat., fere orbiculare, didymo-compress., biloculare, stylo crasso brevi conico apiculatum. Stigma obtus. Ovula in quoque loc. 4. Silicula sep. petal. staminibusq. marcescentib. munita, utrinq. obliq. circumscissa, replo late alato membranaceo, valv. dorso gibbosis tuberculat. et quasi cristatis; dissepiment. latissime fenestrat., dem. fere evanidum. Embr. O || ||.

1. DILOPHIA SALSA, (Kew garden journ. bot. IV. t. XII. 1—10). — Herba pusilla depressa e collo prolifere ramosissima, ram. divaricatis prostrat. F. ang. spathulata, oblg. v. lin., integra v. sinuato-dentata. Fl. numerosiss., racemis in umbellulas densas contract., b. f. stipatis. — Hab. in salsis paludib. Tibetiae occid., alt. 12—17000'.

Tribus VII. *SISYMBREAE* DC.

4902—4917.

4902. MALCOLMIA *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 186. — Walp. Ann, I. p. 39.)

1. MALCOLMIA LITTOREA R. Br. (DC. Prodr. I. 187). — Lemaire Jard. fleur. IV. tab. 359. — Hook. in bot. mag. tab. 4672.
2. MALCOLMIA BICOLOR Boiss. et Heid. (Wald. Ann. I. 39 n. 1). — Regel Gartfl. I. p. 227, tab. XXIII.

4906. SISYMBRIUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 190. — Walp. Ann. II. 48.)

1. SISYMBRIUM ELATUM C. Koch. — Perenne, erectum, ramosum, glaberrimum; folia lanceolata, basi subito in petiolum brevem attenuata, irregulariter dentata; racemus fructifer abbreviatus; siliquae teretes pedicello duplo triplove breviores, horizontales, leviter sursum curvatae, stylo brevi coronatae. — Caulis elatus, 5—6 pedalis, superne praesertim ramosus, ramis patentibus, teretibus; folia inferiora 4—5 poll. longa, 1—1½ poll. lata, superiora minora, sparsa, subtus pallidiora, ramulorum lineari-lanceolata 1½ poll. longa, 4—5 lin. lata, denticulata; flores corymbosi, lutei, calyce patente; racemus fructifer basi saepe compositus et tunc magis elongatus, ceterum abbreviatus; siliqua 8—10 lin. longa, pedicello 4 lin. longo insidens, valvulis nervo medio elevato carinatis et utroque latere nervo debili per ramulos cum nervo medio anostomosante praeditis; stylus brevissimus, 1 lin. longus, stigmate patellari coronatus; semina lineari-oblonga, brunnea. — Species altitudine insignis, *S. strictissimo*

L. affinis, quod differt caule foliisque pilosis, ramis et siliquis patulis, racemo fructifero magis elongato. Anno 1843 in Armenia detectum.

2. SISYMBRIUM PRIMULAEFOLIUM Thoms. — Thomson. Tibetan plants. Kew journ. bot. V. 18. tab. X. vol. IV. 1—8. — F. radicalib. caul. superantib. obovatis petiol. inferne lg. attenuatis, caulin. parv. ovato-oblong. sessilib., sepalis persistentib. erect., cylindricis. — Radix crassa, fusif., tuberculata. F. omnia radical. v. spathulata, lg. petiolata. Scapi supra med. bracteati. Bract. ovatae oblg., inferior. vacuae, super. florif. sed infra fl. supremos saep. minutae v. nullae. Pedic. bracteas vix aequantes patentes. Sep. oblong., b. aequalia. Pet. obcuneata, indivisa. Siliquae sepal. petalisq. marcescenti-persistentib. stipatae, cylindrico-subulatae, vix subcompressae, rectae v. saep. incurvae (ut videtur vix dehiscentes). Valvae membranac., tenuiss. reticulato-nervosae. Dissepim. 1-nerve. Replum validum. Sem. numerosa alterna; cotyled. 0 || ||, radicula saepe oblique subtorta. — In monte Hattu Himalayae occ. alt. 10000' in rupib. madidis. — (Fortasse novum genus?)

3. SISYMBRIUM DIFFUSUM, Asa Gr. — Asa Gray, pl. Texano-Mexicanae in Smith. Contrib. III. p. 8.

Perenne pube 3—4 fida minuta canescens; caulib. ramosissimis diffus.; ramis usq. ad ap. foliosis; f. oblongis obtusis b. attenuatis sinuato-dentatis imisve pinnatifidis, fl. parvis; pet. calyce breviorib.; siliq. patentib. teretib. fere subulatis brevib. (4—5 lin. lg.) canescentib. stylo manifesto superatis; seminib. (immaturis) oblongis.

Pass of the Limpia, in rupium fissuris montium. — Caulis pl. c. 1-pedalis, etc.

4. SISYMBRIUM AURICULATUM Asa Gray. — Pl. Texano-Mexicanae in Smithsonian Contr. III. p. 8.

Annuum s. bienne, parce pilosulum; caule erecto ramoso; f. lyrato-pinnatifid. subruncinatis petiolatis, caulinis b. auriculis 2 rotundatis stipuliformib. amplexicaulib. instructis, lobis dentatis triangulatis oblongisve; racemo virgato fructifero praelongo; fl. albis majusc.; siliq. patentib. teretib. gracilib. stylo brevi manifeste superatis, pedicello divaricato quadruplo longiorib.; seminib. ovalib.

In vicinitate fl. Rio Grande, inferius El Paso. — Planta 2—3 ped. — Racemi fructiferi 18 pollic. lg. et ultra etc.

4908. ERYSIMUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 196. — Walp. Ann. II. p. 48.)

1. ERYSIMUM RUPICOLA Schott et Kotschy. — Oestr. bot. W. Bl. 1855 p. 145.

Caespitosum, pilis peltato-bicrurib. densiusc. obsitum; caulib. brevib., strictiusculis, densiusculis, 4—8 floris; f. omnib. lanc-linearib., perangustis, integerrimis v. denticulo minutissimo uno alterove ornatis; pedunc. florum erectis subtetragonis (angulis 3 prominulis), infimis calyce parum brevioribus; sep. prominule costatis; pet. saturate luteis leviter pallentib.; siliq. compresso-tetragonis (latiusculis), stylo siliquae latitudinem dimidio superante coronatis.

Habit. in Tauro Ciliciae.

2. ERYSIMUM PATISILIQUOSUM hort. Marburg. — Delect. semin. h. bot. Marburg. ann. 1853. — (E. patulum salutarem, nisi jam alia species h. g. hoc sub titulo existeret); discrepat vero nostrum ab hoc, mihi solummodo ex characterib. notum, uti ab omnib. reliq. propinquis imprimis pedunculis ac siliquis exacte horizontaliter (angulo recto)

patulis, f. inferiorib. oblongis grosse dentatis, superiorib. lanceol. acuminatis, obsolete dentatis. Caulis 4—5 ped., ramosissimus. Fl. saturate flavi. Sponte in horto. — (Linnaea XXVI. p. 751.)

3. ERYSIMUM BLENNODIOIDES Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 366.

Herbaceum, humilius, diffusum, pube stellari ramosave canescens, f. lanc. remote dentatis, pedicellis patentib. siliqua fere duplo breviorib., nervo valvar. obsoletissimo, filam. lin.-subulatis, pet. albis.

Ad rip. flum. Murray arenosam inter loc. Morunde et versuram orientalem. — Herba sequentis (E. curvip.) magnitud. F. circiter 1" longa.

4. ERYSIMUM BREVIPES Ferd. Müll. — F. Müller diagn. et descr. pl. nov. Nov. Holl in Linn. XXV. 367.

Herbaceum, elatius, erectum, f. irregulariter lobatis ambitu lato-lanc., lobis inferior. antice grosse dentatis, pedicellis crassis erectiusculis siliqua quater quinquiesve breviorib., nervo valvar. ultra med. evanido, filam. lin-filiformib., pet. albis.

In collib. subarenosis juxta omnem Rocky river. — Herba robusta ulnam alta. Anthes. primo vere.

5. ERYSIMUM NASTURTIUM Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 368.

Herbaceum, glabrum, erectum aut diffusum, f. profunde tripartitis, lob. eorum linearib., pedicellis tenuib. patentib. siliquae aequilongis, valvis subconvexis uninerviis, stylo brevi v. subnullo, stigm. minuto depresso vix emarginato, pet. luteis.

In loc. humidis inter fl. „Heet et Hill nec non ad rivum" Rocky Creek.

6. ERYSIMUM CURVIPES Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 368.

Herbac., humilius, adscendens, pube contexta canescens, f. angusto-lanc. remote dentatis, pedicellis divaricatis curvato-adscendentib. siliquae aequilongis, nervo valvar. prominente, filamentis lin-filiformib., pet. luteis.

Prope rivum „Crystal brook". — Herba digitum ad spithamam alta, f. pollicaria. — Anth. primo vere.

7. ERYSIMUM FILIFOLIUM Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 368.

Suffruticosum, glabrum, erectum, f. lin-filiformib. plerumq. fasciculatis, pedicellis crassiusculis patentib. siliquae aequilongis, valvis subconvexis uninerviis, stylo brevi, stigmate minuto depresso vix emarginato.

Pr. rivum Crystal brook. — Habitu convenit c. Er. (Arabidella) trisecto; in ultimo stylus deficit, stigma crassius est et profundius emarginatum, pedic. tenuiores sunt et min. patentes, fere erecti siliqua manifeste breviores, siliquae duplo longiores, f. varie partita et semina minora. Fl. desunt. — Arabidella est Erysimi subgenus, praesert. calyce patulo discernendum.

4916. **STANLEYA** *Nutt.*

(Walp. Rep. I. 173.)

1. STANLEYA INTEGRIFOLIA, Torr. (Walp. Rep. I. 173 n. 1). — Plantae Heermannianae in Journ. of the acad. of Philadelphia 1855. p. 38. — Sitgreaves exped. down the Zuni and Colorado rivers p. 196 pl. I.

Tribus IX. *LEPIDINEAE* DC.

(Walp. Ann. II. p. 50.)

4927—4935.

4927. **HYMENOLOBUS** *Nutt.*

(Walp. Rep. I. 174.)

1. HYMENOLOBUS PUBENS As. Gray. — Asa Gray in pl. Texano-Mexicanis Wrightianis in Smithsonian. Contrib. III. p. 9.

Caule erecto ramoso racemis praelongis densifloris pube stellata subcinereis; f. caulinis glabratis lanceolatis oblongisve parce dentatis (imis ignotis); silicula ovali cinereo-pubescente stylo brevi apiculata.

In margine paludis cujusd., haud procul a ditione dicta Pecos. — Planta annua v. biennis, 12—20 poll. alta; siliculae c. 3 lin. lg., semina numerosissima biserialia in quoque loculo.

4930. **EUNOMIA** *DC.*

(DC. Prodr. I. 208. — Walp. Ann. II. 50.)

Subgen. PSEUDONOMIA Ferd. Müll.

Id. in Linn. XXV. p. 369.

F. pleraque alterna dentata. Silicula ap. alata, paulo inflata. Funiculi solitarii.

1. EUNOMIA COCHLEARINA Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 369. — Adpresso - pilosa deniq. glabra, caulib. herbac. erectis simplicib. aut parum ramosis, f. plerisq. alternis, nonnullis opp., angustato-lanc., in pet. longum sens. angustatis acutis grosse paucidentatis raro integerrimis, reticulato-venosis, siliculis ovalib. v. subrotundis, integris v. in apiculum brevem bifidum attenuatis, ap. versus alatis c. pedicello bis terve longiore patentib., stylo procerulo terminatis, funiculis solitariis rarove geminis. — Rara inter fl. Broughton et Rocky river atque rivum Crystal brook. — Herba annua ¼—1′ alta, figura paene Cochleariae Danicae. Anthesis hieme, vere.

4931. **HUTCHINSIA** *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 177. — Walp. Rep. I. 175. II. 761. V. 42.)

1. HUTCHINSIA AUERSWALDII Willk. (Sect. *Nasturtiolum* DC.) — Willkomm, sert. Fl. Hisp. p. 14.

Perennis, caulib. flexuosis foliosis, f. radicalib. rosulatis petiolatis, caulinis subsessilib., omnib. pectinato-pinnatisectis segmentis mucronatis; petalis obovato-cuneatis calyce deciduo duplo longioribus; silic. oblongis utrinq. acutis stylo brevi apiculatis.

In muscosis humidis inter saxa m. calcarei Pena Gorveya in Vizcaya, ad alt. 3—4000′. — Proxima H. alpinae. — Dicavi stirpem elegantiss. amiciss. Bernh. Auerswaldio, botanico peritissimo Lipsiensi.

2. HUTCHINSIA RETICULATA Gr. — Griseb. Syst. Bemerkg. üb. Philippi u. Lechlers Pflz. Sammlg. p. 28. — Annua, nana, diffusa, glabra, f. imis longe petiolatis pinnatisectis, segm. brevib. obtus. remotis, saep. unijugis, caulinis oblongis b. biauriculatis integrisve, racemo laxo paucifl., cor. alba inclusa, siliculis oblongis obtusis utrinq.

6—8 spermis, valvis laxe reticulato-venosis, septo oblongo-lanc., glandulis valvariis utrinq. geminis, stigm. sessili, cotyledonib. accumbentib.

Sect. generis propria *Antidraba* dicenda, hac stirpe determinatur, embryone pleurorhizeo aliisq. notis circumscribenda, habitu vero c. H. procumbente Desv. conveniens.

Penins. Brunswick: ad sinum Pecket-Harbour m. Novb. leg. Lechler. (coll. ej. n. 1115).

3. HUTCHINSIA TIBETICA, Thoms. — Hook. Ic. pl. ser. nov. V. tab. 900. (Thomsonianae),

Herba diffusa e b. ramosa mollit. pilosa, f. plerisq. radicalib. pinnatim partitis, pinnis oblongis integerrimis incisisve, racemis dem. elongatis, bract. inferioribus foliac. superiorib. minutis v. nullis, fl. albis, siliq. ellipticis compressis ap. retusis stylo brevi crasso apiculatis, valvis carinatis dissepimento angustissimo enervi contrariis, semin. numerosis podospermiis liberis pendulis, cotyledonib. incumbentib. T. T.

Hab. In Tibetia occid.; Lanak Pass, alt. 18000—19000', in montib. ad lacum Pangong. Fl. et Fr. Aug. Septbr. — Affinis Capsellae (Hutchinsiae) obovatae, pl. Sibiricae, itidem cotyledonib. incumbentibus praeditae.

4. HUTCHINSIA ? TASMANICA — Hook. Ic. pl. ser. nov. V. tab. 848. (*Gunnianae*).

Annua digitalis subsimplex glabra v. hirsutula, f. radicalib. spathulatis in petiol. attenuatis caulinis oblongis sagittato-semiamplexicaulib. omnib. subintegerr., fl. corymbosis, fr. elgato racemoso, pedic. ap. incrassatis dem. elongatis patentib., petalis spathulatis sublonge unguiculatis sep. hirsutis duplo longiorib., ovario ovali s. obovato-compresso, stylo crassiusc., loc. 4-spermis.

Hab. Circa „Arthur's Lake", in montib. occident. terrae dictae Vandiemens. — R. Gunn. (n. 2041).

4932. LEPIDIUM *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 203. — Walp. Ann. II. 50.)

1. LEPIDIUM VILLARSII Gren. et Godr. — Gren. et Godr. Fl. de Fr. I. p. 150. — Thlaspi hirtum Vill. Dauph. 3. p. 299. (non L.). — Differt a Lepid. heterophyllo fl. suis majorib., petalis limbo magis rotundato; racemo fructifero breviori, seminib. angustiorib., acutis; f. radic. coriaceis, semper integris, erectis; praesertim autem caudice bienni, paulo ramoso, verticali, lepidoto, lateraliter vers. ap. caules erectos v. ascendentes emittente. A Lepid. hirto L.: anth. oblongis, ap. violaceis, pedunc. glabris, siliculis breviorib. ovalib., b. rotundatis, glabris v. hirtis, ap. alâ quartam tantum partem fructus longitudinis aequante munitis; radice brunnea, glabrescentiâ tandem omnium suarum partium. — Hab., Charens, la Garde pr. Gap.; in monte Aurouse. ♃.

2. LEPIDIUM CALYCINUM Godr. Fl. Juv. ed. I. p. 8. — Godr. l. c. ed. II. p. 58. — Fl. minimi. Sep. patula, dorso hispidula, fructu maturescente persistentia. Pet. inconspicua. Stam. 6, quarum 4 antheris carent. Stigma sessile. Racemus fructifer angustus, pedicellis capillarib., tenuissime pubescentib., extrorsum arcuatis, fructu paulo longiorib. Siliculae late ovales, glabrae nitidae, plano-compressae, ap. sat profunde et patenter emarginatae, marg. carinatae exalatae. Sem. ovata, saturate flava. F. glabriuscula; radic. petiolata, lanc., dentata; caetera pinnatisecta; caulina inferiora segm. pl. min. inciso-dentatis; superiora lob. anguste linearib. Caul. 4—6 poll. longus, pubesc., erectus, ramosus, ramis patulis. — Patria ignota.

3. LEPIDIUM SORDIDUM As. Gray. — Asa Gray in pl. Texano-Mexicanis Wrightian. in Smithsonian. Contrib. III. p. 10.

Humile, bienne; caulib. diffusis a b. ramosissimis ramulisq. tenuiter granuloso-viscosis, f. (imis ignotis) caulinis parvis spathulatis inciso-

pinnatifidis glabris; racemis multis, fructiferis elong. densis; fl. minimis fere apetalis tetrandris; siliculis ovalis emarginatis apteris glabris pedicellis erectiusc. confertis aequilongis; cotyledonib. incumbentibus.

In vallibus montosis in latere orientali fl. „Rio Grande del Norte. — Aug. —

4. LEPIDIUM DHAYENSE Munby. — Munby notice sur quelq. pl. d'Alger., Bullet. de l. soc. bot. de Fr. II. 282. — Radice perenni; caulib. fructiferis incurvis, pubescentib.; f. radicalib. tomentos., lg. petiolatis, elliptic. dentat., caulinis sagittatis, dentat.; siliculis elliptic., alatis obtusiusc., vix emarginatis; stylis $1/3$ silicularum aequantib. — Planta pubesc. 3—6 p. alta, f. 1 — 3 p. lg.; fl. albi. Floret Aprili et Majo. — Colline de la Vigie, à Dhaya, in finib. deserti parvi mominati Angad. — Spec. affinis L. stylato Lagasc. sed foliis styli longitudine et altitudine ab eadem discrepans. — In Oran culta. —

Secundum Coss. l. c. p. 287. = *Lepidium Granatense* Coss. sed stylis longiorib.

5. LEPIDIUM WRIGHTII A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson Contrib. V. p. 15.

Annuum, humile, hirsutulum; caulib. diffusis; ramis brevib.; f. caulinis spathulatis dentatis v. incisis, imis et radicalib. saep. pinnatifid.; fl. apetalis diandris; siliculis orbiculatis hispidulis, ap. bifido (sinu angustiss.) subalatis pedicello complanato plerumq. longiorib.; cotyled. incumbentibus.

In collib. arenosis flum. R. Grande pr. El. Paso. — Mart. — Planta 3—6 pollic. etc.

6. LEPIDIUM INTERMEDIUM (sp. n.) A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 15. —

Similis L. Virginico forma gracili sed cotyled. incumbentib.! (f. superiorib. rameisq. linearib. integerrimis),

In „Organ mountains"; Texas, pr. Austin. —

7. LEPIDIUM RACEMOSUM Gr. (*Dileptium*). — Grisebach Syst. Bemerk. l. c. n. 28. — Annuum, diffusum, caule puberulo, f. glabris pinnatisectis, segmentis paucijugis oblongo-linearib. acutiusc., inferior. dente brevi antico b. saepe appendiculatis, superior. integerrimis, racemis densifl., pedicellis arcuatis siliculam aequantib.; fl. (superiorib.) apetalis diandris, siliculis ovali-orbiculatis brevit. emarg., stigmate sessili incluso, valvis dem. tenuissime reticulatis. — Habitu acced. ad L. Menziesii DC. — Penins. Brunsw.: ad sin. Oazy-Harb. et pr. Sandy Point, fl. m. Nov. fruct. m. Apr. leg. Lechler.

8. LEPIDIUM (*Dileptium*) PAPILLOSUM Ferd. Müll. — F. Müller diagn. in. Linn. XXV. p. 369. — Radice annua, caulib. erectis v. adscendentib. ramosis dense papillosis, f. anguste oblongis, b. sagittata amplexicaulib., acutis grosse et remote dentatis vix marg. papilliferis, auriculis acutis, fl. apetalis 2—4-andris, siliculis ovato-cordatis ad $1/4$ part. divisis, stylo inter lobos obtusos sessili, pedicellis depresso-planiusculis silicula paulo breviorib. — In collib. montibusq. siccis pr. Crystal brook et Rocky river exuberans. — Stirps $1/2$—$1^1/2$ ped., graveolens, etc. — Anth. initio veris.

MICROLEPIDIUM *(nescio ubi genus Microlepidium descriptum sit)*.

1. MICROLEPIDIUM PILOSULUM Ferd. Müll. — Ferd. Muller diagn. nov. in Linn. XXV. p. 371. — Caule validiore pilis brevib. rigidulisq. obsito, pedicellis crassiusculis silicula cordato-cuneata brevioribus. — In p. australi virgultorum Murray-scrub. — Anthes. primo vere.

4932/1. **MONOPLOCA** *Bunge.*

(Endl. gen. pl. suppl. V. p. III. p. 38.

(Walp. Rep. V. p. 43.)

1. MONOPLOCA PHLEBOPETALA Ferd. Müll. — Ferd. Müller diagn. pl. Nov. Holl. in Linn. XXV. p. 369. —

Caulib. herbaceis simplicib. v. paucirameis angulatis f. lato-lin. carnulentis; petalor. lamina angusto-oblonga venosa; siliculis pedicello longiorib. subrotundis ultra med. paulo angustatis vix ad $^1/_5$ partem usq. divisis, angustato-alatis, stylo lobulos siliculae aequante v. superante.

Passim ad amnem Rocky creek. — Herba perennis spithamaea v. humilior, etc. — Anthes. vere eunte.

Tribus X. *ISATIDEAE* DC.

PHYSORHYNCHUS, *Hook. gen. nov.*

Hook. Ic. pl. ser. nov. V. tab. 821—822.

Sep. erecta, b. subaequalia. Pet. longe unguiculata, laminis ellipticis. Stamin. filamenta libera edentula. Ovar. biloculare, longe crasse rostratum; loculis in rostro continuis et ibi seminiferis. Stylus s. ovarii pars superior, columnaris, in rostro maxime accrescente spongioso seminifero continuus, loculus dem. rostri incremento pseudo-4 locularis, inferiorib. veris nanis, superiorib. biovulatis, funiculis magis minusve elongatis. Stigma capitatum bilobum. Fruct. maturus (rostro magno ovato-acuminato persistente) ampullaeformis, subcoriac. inferne bivalvis, valvis oppositis minutissimis decid., loculis inferiorib. obsoletis vacuis, superiorib. (in rostro) singulo dispermo. Sem. subtriangulari-glob., punctulata. Cotyledones plano-hemisph., conduplic.; radic. oblique accumbente. — Planta Scindica bienn., 2—3 ped., glauca, b. suffruticosa, superne paniculata. F. obovata in petiol. attenuata, superiora sensim minora, sess., oblongo-lanc., b. semiamplexicaulia, biauriculata. Rac. elongati fructiferi divaricatissimi.

1. PHYSORHYNCHUS BRAHUICUS. — Hab.: In montibns Brahuicis regni Scinde. — Affghanistan.

Subordo III. *ORTHOPLOCEAE* DC.

(Walp. Ann. II. 53.)

(Endl. gen. pl. 4948—4972.)

Tribus XII. *BRASSICEAE* DC.

(Walp. Ann. II 53.)

(4948—4956.)

HEMICRAMBE *Webb.*

Webb., Ann. sc. natur. ser. III. v. 16 p. 246—249.

Cal. b. subaeq., foliolis patentib. Cor. petala unguiculata. Filam. edentula, dilatata, ap. subalata. Anth. oblongae, sub medio affixae, b. liberae. Glandulae hypog. 2, cylindricae divaricatae, post filam. longiora; 2 planae arrectae, ante filamenta breviora. Ovar. elliptic. compressum, b. attenuatum ap. alatum, 2-articulatum. Ovula in articulo superiore 3-4 in inferiore 1—2, omnia pendula. Styl. nullus. Stigma ad ap. ovarii

sessile globosum. Siliqua complanata, a dorso compressa, marg. acuta, 2-articulata, articulis 1-locularib. 2-valvib., valvis chartac., inferiore obpyriformi sessili, sterili v. 1—2 spermo, super. ensiformi, 3-nervi, 3—4 spermo, rostrato, rostro alato vacuo astylo. Funiculi dissepimento rudimentario inferius coaliti. Semina ovata, compressa articuli inferioris pendula, superioris inferiora pendula, summa horizontalia v. arrecta. Cotyled. complicatae radic. sublongiorem marginib. amplectentes. — Fruticulus bor.-Africanus, nitidus, Brassicae facie; f. petiolatis lyratis, racemis paniculatis, pedicellis elong., filiformib. ebracteatis, laxis, florib. flavis.

1. HEMICRAMBE FRUTICULOSA Webb. (tab. 19. l. c.). — Suffruticulus glaberr. caudicib. lignosis tortuosis nodosis, caet. — Hab. in fissuris rup. mont. Beni Hosmar Mauritaniae Tingitanae.

HENONIA *Coss. et D. R.*

Cosson, Bullet. bot. de la soc. d. Fr. II. 246.

Calyx 4-phyllus, sepal. erectis, decid., duob. lateralib. paulo demissius insertis b. saccatis. Pet. 4 hypog., indivisa, ungue lato a limbo vix distincto. Stam. 6 hypog. tetradynama, libera, filament. edentulis, exappendiculat., complanatis. Stigmata 2, in unicum obtus. subbilob. connata. Siliqua 2-valvis, late linear., saepe inter semina irregulariter sinuato-contracta, complanata, valv. membranac. plan. nervo valido unico recto dorsali et venis anastomosantib. donatis, rostro obtuso aspermo lin. v. oblongo-lineari abbreviato. Funiculi septo tenuit. membranaceo adhaer., ap. tantum liberi. Sem. plurima 1-seriata, ovato-suborbiculata, compressa, late membranac.-marginata, laevia. Embryonis exalbum. cotyled. suborbiculatae, ap. emarginatae, canaliculato-complicatae radicul. amplexantes. — Suffrutex in deserto Algeriense indigen., erect. ramos., dumos., glaber, caule ramisq. teretib. dem. albescentib., f. crassiusc. carnulos., indivisis, oblong. v. lin-oblong., obtus., integr. v. rariss. sinuatis, fl. majusculis, in racem. terminal. abbreviatum, laxum, ebracteat. dispositis, pedic. filiformib. longiusc., petal. purpureo-violaceis ungue albido.

1. HENONIA DESERTI, Coss. et D. R. — In deserto Algeriensi haud procul a Tuggurt.

4949. BRASSICA *L.*

(DC. Prodr. I. 213. — Walp. Ann. II. 53. III. 823.)

1. BRASSICA BOTTERII Vis. — Visiani Fl. Dalmatica III. p. 135. — (Vis. l. c. tab. LII. fig. 1). — Suffruticosa velutino-canescens, superne glabra, f. obtusis b. auriculatis, inferiorib. obovat., lyrat., grosse inaequaliterq. crenat. petiolatis, superiorib. lanc-ligulatis serrulatis, semiamplexicaulibus, calyce laxo, siliq. compressis nervo carinatis crassis polyspermis, stylo ovato-lanceolato int. fungoso-aspermo.
   Syn.: *Br. incana* Maly en. stirp. austr. p. 272 nec Tenor. et exclus. Syn.
   Hab. in maritimis insulae Pelagosa, ubi legit Math. Botteri. Fl. pallidi parvi. Fl. aestate. ♄.

2. BRASSICA ADPRESSA Vis. — Fl. Dalm. III. p. 359. (Add.). — F. viridib. petiolatis lyratis hirtis, superiorib. lin-lanc., calycib. patulis, siliquis rhachi adpressis torulosis teretibus, rostro subarticulato oblongo seminifero, stylo breviss., stigmate emarginato.
   Syn.: *Sinapis incana* L. sp. pl. ed. II. p. 934. — *Myagrum Hispanic.* L. sp. pl. p. 893. — *Hirschfeldia adpressa* Moench. meth. pl. p. 264. — *Cordylocarpus pubescens* Sm. fl. Graec. Prodr. II. p. 33.

Ic.: Rchb. ic. fl. germ. II. f. 4423. — Jacq. hort. Vindob. II. t. 169. — Herm. parad. bat. p. 155. t. 39. — Bonann. panph. sic. t. 50. (citatum mihi minime perspicuum). Hab. ad. vias agrestes ins. Lissa. Fl. lutei. Fl. Majo ♂.

3. BRASSICA MOLLIS Vis. — Vis. fl. Dalm. III. p. 359. (add.). — Suffruticosa velutino-canescens, f. obtusis, inferiorib. obovatis lyratis, inaequaliter grosseq. crenato-lobatis, petiolatis, supremis lanc.-ligulatis integris semiamplexicaulib., calyce laxo, siliquis tetragonis crassis polyspermis, stylo conico subulato aspermo. — Hab. ad rupes scopulor. insulam Curzola circumstantium. Fl. lutei. Majo. ♄. — Aff. Br. Botterii Vis., a qua tamen probe differt.

4. BRASSICA SINAPIS Vis. — Vis. fl. Dalm. III. p. 136 n. 1436.
Syn.: *Sinapis arvensis* L. — Vis. stirp. Dalm. etc.

5. BRASSICA DIMORPHA Coss. et D. R. — Cosson et D. R. Bullet. de la soc. b. de Fr. II. 306. (Eubrassica). — Planta b. suffrutesc., saep. multicaulis; caulib. erectis simplicib. ramosisve, glaucesc., saltem inferne pilis rigidulis patentib. hispidis; f. inferiorib. hispidis, oblongis inferne attenuatis, grosse et remote dentatis v. subpinnatifidis superiorib. glabris glaucescentib., ovatis v. ovato-oblongis, indivisis, b. late cordato-amplexicaulib.; fl. parvulis, longiusc. pedicellatis, in racemum subcorymbiform. dispositis; sep. erectis; petalis luteis, calyce duplo longiorib.; racemis fructifer. elongatis, pedicellis patentib., siliqua paulo breviorib.; siliq. adscendentib., glabris oblongo-linearib., subtetragonis, subtorulosis, loc. 4—7-spermis; valvis nervo valido unico donatis, venis lateralib. obsoletis, rostro subtriplo longiorib.; rostro subtereti, aspermo; seminib. luteo-fuscescentib., glob., laevib.; cotyledonib. conduplicatis. — Majo, Junio. — In incultis regionis montanae inferioris et planitier. excelsarum Algeriae. —

6. BRASSICA BOISSIERI Munby. — Munby, Bullet de la soc. bot. d. Fr. II. 283. — Radice perenni, f. sinuato-pinnatifid.; carnos., glaberr., superiorib. lanceol.; racemis elong., pedicell. fructiferis horizontalib., siliquam subaequantib., rostro elongato. — Fl. ampli lutei; planta 2 ped. alta, a Boissier in rupibus detecta prope Tlemeen. — Fl. Maj. — Secund. Coss. = Brassica Gravinae Ten.; cfr. Cosson, Bull. l. c. p. 288.

4952. ERUCASTRUM *Presl.*

(DC. Prodr. I. 216 et 217. — Walp. Rep. I. 187, V. 49.)

1. ERUCASTRUM LEUCANTHUM Coss. et D. R. — Coss. et D. R. Bullet. de l. soc. b. de Fr. II. 307. — (Ann. sc. natur. ser. 4. I. 239.) — Planta saep. pluricaulis, caudice frutesc.; caulib. erectis, 4—10 decimetra longis, pl. m. ramosis; f. infimis subrosulatis petiolatis, mollit. villosis, rar. glabrescentib., pinnatifidis v. pinnatipartito-lyratis, lobis lateralib. ovato-oblongis, grosse dentatis; caulinis inferiorib. conformib. sed minorib. sessilib. lobis inferiorib. quasi auriculatis; superiorib. minimis pinnitafidis, lob. linearib.; fl. majusculis, longe pedicellatis in racemos ebracteatos prim. subcorymbiformes dispositis; sep. dem. patentib.; pet. candidis, calyce duplo longiorib.; racemis fructiferis elongatis, pedicellis erecto-patentib., siliquis ascendentib. glabr., linearib., elongatis, tereti-subcompressis subtorulosis, loc. polyspermis; valvis nervo valido unico donatis, venis lateralib. obsoletis; rostro brevissimo, crasso, tereti, truncato, saep. aspermo; seminib. 1-seriatis, oblongis compressiusc., luteo-fuscescentib., laevib.; cotyledonib. conduplicatis. — Majo — Julio. — In incultis regionis montanae inferioris et planitier. excelsar. Algeriae.

4954. MORICANDIA *DC.*

(DC. Prodr. I. 221. — Walp. Ann. II. 54.)

1. MORICANDIA BAETICA Boiss. et R. — Boiss. et Reut. pugill. pl. nov. (1852) p. 8. — Perennis glabra glaucesc., caulib. erectis teretib. e b. parce ramosis, f. subcarnosis integris, radicalib. obovatis v. oblongo-spathulatis obtusis b. brevit. attenuatis, caeteris ovatis oblongisve auriculatis cordato-amplexicaulib., superiorib. acutiusculis,

racem. brevib. paucifl. post anth. elongatis, calyce brevit. bisaccato, sep. exteriorib. acutiusc. v. brevit. et obtuse mucronatis internis obtusis, pet. violaceis fauce intensius coloratis, siliq. longis erecto-patulis tereti-subcompressis obs. quadrangulis, stylo crasso conico ear. latitud. vix longiori terminatis, valvis obs. carinatis praeterea subenerviis, seminib. 1-seriatis minimis parvis nigris ovatis compressis circumcirca latiuscule albo-marginatis. — Hab. in siccis pr. urb. Antequera Hisp. austr.

4955. DIPLOTAXIS (*DC. syst. II. p.* 628.)

(DC. Prodr. I. 221. — Walp. Ann. I. p. 49.)
Godron et Gren. Fl. Fr. I. 78.

Sect. 1. *BRASSICARIA* Godr. et Gr.

Semin. ovoid. haud compress., 1-serial.

1. DIPLOTAXIS HUMILIS Godr. et Gr.
   Brassica humilis DC. (DC. Prodr. I. 215 n. 16),
2. DIPLOTAXIS REPANDA Godr. et Gr.
   Brassica repanda DC. (DC. l. c. n. 17).
3. DIPLOTAXIS SAXATILIS DC. (DC. Prodr. I. 222 n. 13). — Godr. et Gr. fl. d. Fr. I. p. 79. — Cfr. l. c. pl. descr.

Sect. 2. *SISYMBRIASTRUM* Godr. et Gr.

Semin. oval., compressa biserialit. disposita.

4. DIPLOTAXIS TENUIFOLIA DC. (DC. Prodr. I. 222 n. 8). — Godr. et Gr. Fl. d. Fr. I. p. 80. —
5. DIPLOTAXIS MURALIS DC. (DC. l. c. n. 9). — Godr. et Gr. l. c., cfr. l. c. pl. descr. —
6. DIPLOTAXIS VIMINEA DC. (DC. l. c. n. 12). — Godr. et Gr. l. c.
7. DIPLOTAXIS ERUCOIDES DC. (DC. l. c. n. 5). — Godr. et Gr. l. c.
8. DIPLOTAXIS PACHYPODA Godr. fl. juv. ed. I. p. 6. — Godron l. c. ed. II. p. 54. — (Sinapis assurgens Delile (Walp. Ann. I. 49. n. 1). — Fl. majusc., in racemo aphyllo, rigido, post anth. elongato dispositi; pedic. patuli v. dem. arcuato-assurgentes et crassitie siliquam fere aemulantes. Sep. oblonga, patula, villosula. Pet. lutea. Styl. sat longus, ensiform., dem. sub ap. incrassatus, in utraq. facie trinervatus, stigm. parvo bilobo coronatus. Siliq. erecto-patulae, v. per racemum contortae, pedicellis saep. longiores, tetrag., compressae, glabrae v. brevit. hispidulae, valvis subtorulosis, nervo dorsali 1 percursis. Sem. biserial., ovata, flavesc., laevia. F. laete viridia, glabra aut villosula, valde variantia; inferiora saep. pectinato-pinnatifida v. pinnatisecta, lob. oblongis, dentato-serratis; superiora sessilia, amplexic., nunc pinnatisecta nunc incisa v. sinuato-dentata. Caulis erectus, pubesc., ramosus. Radix annua. — Patria ignota.
9. DIPLOTAXIS CORONOPIFOLIA Godr. — Godr. fl. Juvenal. ed. II. p. 54. — Fl. in racemo aphyllo post anth. elgato strictoq. dispositi; pedicelli hispiduli, erecto-patuli, graciles. Sep. oblonga, erecta, hispida. Petala lutea. Stylus 2 lin. longus, anguste ensiformis, in utraq. facie trinervatus; stigma capitatum. Siliquae erecto-patulae, pedicello sexies longiores, tetragonae, compressae, glabrae v. brevit. hispidulae, valvis torulosis et 1-nervis. Sem. biserial., ovata, fusca. F. viridi-cinerea, adpresse hispida, vers. b. caulis omnia inserta, insigniter petiolata, subsinuato-pinnatifida, lob. lateralib. 4—6 oppositis triangularib. integris, terminale ovato et grosse dentato. Caules graciles, ped. et ultra, rigidi, hispiduli, supra b. ramosi. Rad. annua v. bienn., ramosa. — Patr. ignota.

10. DIPLOTAXIS BRACHYCARPA Godr. — Godron fl. Juvenal. ed. II. 1854. p. 55. — Fl. in racemo aphyllo, post anth. valde elong. flexuoso laxoque dispositi; pedicelli filiformes, glabri, patentissimi. Sep. oblonga, patula, tenuiter pubesc. Pet. lutea. Styl. vix lin. longus, late ovatus, compressus, b. constrictus, nervo unico prominente in utraque facie percursus; stigma subbilobum. Siliq. patulae, 3—4 lin., pedicellum subaequantes v. breviores, compressae, glaberr., valvis leviter torulosis, uninerviis. Sem. biserialia, minima, ovata, fusca. F. pubesc., omnia petiolata; radicalia..., caulina anguste lanc., sinuato-dentata. Caules erecti, graciles, flexuosi, pedales, b. pubesc., ramosissimi. Radix..... — Patria ignota.

Sect. 3. *ERUCASTRUM* Spenn.

Semina oval., compressa, 1-serialia.

11. DIPLOTAXIS BRACTEATA Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 81. — *Sisymbrium Erucastrum* Poll.; Vill.; — *Brassica ochroleuca* Soy-Will.; — *Erucastrum Pollichii* Spenn. fl. frib.; Rchbch. ic. 4428.
Flores in racemis corymbiformib. dispositi; inferiores bracteis pinnatipartitis muniti. Sep. recta, laxa, pedunculum aequantia. Stylus conicus angulatus. Racemus fructifer longissimus pedunculis 5—10 millimetr., ut siliquae erecto-patentib. Siliquae angustae, arcuatae torosae. Sem. brunnea leviter alveolata. F. pinnatipartita, lob. oblongis inaequalit. crenulatis, in angulo recto patentib., lob. inferiorib. foliorum mediorum a caule remotis nec amplexicaulib. Caulis herbac., erectus simplex v. ramosus. — Planta 2—5 decimetr., pl. m. pilosa; fl. luteo-albi. — Hab. in campis arenosis, per totam fere Galliam.

12. DIPLOTAXIS ERUCASTRUM Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 81. *Brassica Erucastrum* Linn. sp. 932. (DC. Prodr. I. 216 n. 20). — cfr. l. c. pl. descr. et syn.

4956. **ERUCA** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 223. — Walp. Rep. I. 188.)

1. ERUCA STENOCARPA Boiss. et R. — Boiss. et Reuter pug. pl. nov. (1852) p. 8. — Annua, tota praesert. inferne setulis albis patulis v. retrorsis hispida, caule tereti e b. ramosissimo ramul. patulis post anth. longe virgatis, f. lyrato-pinnatipartitis lacin. lin-lanc. pl. minusve acute repando-dentatis, folior. superior. anguste linearib. subintegris terminali ovatâ oblongave b. confluente, sep. viridi-rubellis glabris setosisve, pet. albis violaceo-reticulatis, siliq. pedicello crasso brevissimo suffultis axi adpressis, pl. minusve retrors. hispidis cylindrico-subcompressis, rostro eis $^1/_3$ breviori glabro compresso terminatis, valvulis convexis dorso obsolete 1-nerviis, seminib. 1-seriatis. — In ruderatis et ad muros circa Tlemsen Africae bor. vulgatissima.

Tribus XVI. *RAPHANEAE* DC.

(4967—4972.)

4968. **RAPISTRUM** *Boerh.*

(DC. Prodr. I. 227. — Walp. Rep. I. 189.)

1. RAPISTRUM HISPIDUM Godr. fl. Juv. ed. I. p. 8. — Godron l. c. ed. II. p. 60. — Fl. saturate lutei. Sep. oblonga, erecta, mox decidua. Pet. calyce duplo longiora, limbo patulo. Stylus conicus, articulo superiore fructûs brevior. Stigma capitatum. Racemus fructifer valde elong., strictus, laxus, pedicellis erectis, mox incrass. et

obconicis, articulo inferiore fructus duplo longiorib. Siliculae hispidae: articulo inferiore brevi, ovato angulato, vix crassiore ac pedicellis; articulo superiore majusculo, globoso, depresso, costis irregularib. longitudinalit. percurso. F. pl. minusve villosa, omnia petiolata, lanceolata, sinuato-dentata, v. inferiora sublyrata. Caulis $1^1/_2$ ped., hispid. v. villosus, teres erectus, ramosissimus, ram. virgatis, patentib. Rad. ann. — Patria ignota.

RAFFENALDIA *Godr. fl. juv. ed. I. p.* 5.

Godr. fl. juven. ed. II. p. 52.

Calyx tetraphyll., foliolis erectis, b. segregatis, in medio coalitis, ap. liberis, 2 lateralib. b. saccatis. Cor. pet. 4, unguiculata, integra. Stam. 6, hypog., 4-dynama, libera, filam. subulatis exalatis et edentulis. Glandulae 4 virides thoro insidentes. Siliqua evalvis, suberosa, 1-locularis, tetragona, monilif., ap. acuminata, intus isthmis plurib. fungosis strangulata, maturitate in fragmenta monospermia transverse secedens. Sem. pendula, laevia. Cotyled. complicatae, ap. emarg., radiculam includentes. — Diff. ab Enarthrocarpo et Rhaphanistro siliq. articulo inferiore carentib.; a Rhaphano siliq. maturis transverse fractis; a trib. generib. indicatis fr. tetragono. — In honorem ill. prof. Monspeliensis Raffeneau-Delile hoc genus dedicavi. — Cfr. gen. seq.: Cossoniam D. R.

1. RAFFENALDIA PRIMULOIDES Godr. fl. juv. ed. I. p. 5. — Godr. l. c. ed. II. p. 52. (*Raphanus primuloides* Delile ined.; *Cossonia Africana* Dur. in ann. sc. nat. ser. III. tom. 20 p 83 tab. 6.)

Fl. majusculi, ex axillis folior. radicalium emergentes, subsessiles v. plus min. pedunculati. Pedunc. foliis semper breviores, primum erecti, dein arcuati, rigidi et fructum terrae fodientes. Calyx sep. coloratis, marcesc., linearib. Pet. unguiculata, limbo obovato, roseo, venis purpureis picto. Anth. sagittatae. Stigma hemisph., emarg. Siliqua lin-oblonga, levit. flexuosa, 4-gona laterib. depressis et marg. undulatis, matura in 5—7 fragm. monosp. secedens. Sem. ovoidea, fulva nitida, sapore Sinap. nigram aemulans. F. omn. radicalia, in ap. caudicis rosulata, pallide viridula carnosula, petiolata, nervo dorsali et margine hispidula, alia obovato-cuneata, ap. sinuato-dentata; alia lyrata, lobo termin. dentato v. subintegro. Caudex lignosus, indeterminatus, cicatricosus, habitu ad caudicem Primulae Auriculae accedens. — In Mauritania pr. Tiaret (Kremer) et Saida (Cosson) sponte crescit.

COSSONIA *D. R.*

Durieu de Maisonneuve, Ann. sc. nat. III. t. 20 p. 82.

Calyx tetraph., foliolis erectis, marg. coalitis, deciduis; lateralib. paulo demissius insertis, b. saccatis. — Cor. pet. 4, hypog., longe unguiculata, inter se aeq., lamina integra. — Stam. 6, hypog., tetradynama, biseriata, seriei infer. 2-breviora, fil. liberis, complanatis exappendiculatis. — Gland. hypog. 4, 2 infra staminum longior. paria, 2 supra staminum lateralium insertionem. — Ovar. liber., sessile, lin-subtetragonum, pluri-ovulatum, in styl. elongatum compressiusc. abiens. Ovula pendula. Stigma parvum, subbilobum, obtusum. Siliqua indehisc., crassa, coriacea, lin-lanc., stylo acuminata, tetragona, in loc. plures superpositos 1-spermos divisa, epicarp. suberoso ad angulos loculos inter nodoso-incrassato pseudo-torulosa; loculis induratis ex endocarpio lignoso efformatis et epicarpii textu celluloso interstrato separatis. — Sem. pendula, ovoideo-compressiusc., immarginata, laevia. — Embryonis exalbuminosi cotyledones obovato-subrotundae, apice truncatae, haud

emarginatae, canaliculato-complicatae, radiculam amplexantes. — Herba Mauritanica, perennis, acaulis, f. lyrato-pinnatipartitis, in rosulam radicalem indefinitam dispositis; pedunc. radicalib., 1-fl., floriferis adscendentib., fructiferis arcuato-deflexis, fructib. infra folior. radicalium rosulam circinatim humo adpressis. Sollertissimo viro Dr. E. Cosson genus hoc eximium, florae Algeriensis decus, dicatum voluimus. — Inter gen. Enarthrocarpum et Raphanum collocanda. — Cfr. supra Raffenaldiam Godr.

1. COSSONIA AFRICANA D. R. — Durieu de Maisonn. l. c. p. 83 (tab. 6 f. 1—13). — Caudex crassiusculus, verticalis simplex, rosulam radicalem saepius unicam emittens. F. radical. longe petiolata, lyrato-pinnatifid., lob. lateralib. 2—4 saep. oppositis, ovato-lanc. v. ovato-triangularib., integris, terminali ovato v. obovato, grosse et inaequalit. dentato, lob. plerumq. ap. setulosis, pet. sparse hispid. Pedunc. radic. plurimi, nudi 1-fl.; florif. erecti v. adscend.; fructif. incrassato-indurati, arcuato-deflexi, f. multo breviores. Fl. majusc., 15 circ. millim. longi. Cal. parce hispidus, sep. submembranac., dilute colore lilacino suffusis, marg. coalitis, ap. et supra ung. tantum liberis. Pet. calyce subduplo longiora, ungue subexserto, limbo obovato integro lilacino, pulchre venis saturatiorib. picto. Siliq. 3—10 centimetr. longae, raro breviores, laeves glabrae, sub rosula terminali absconditae. ♃. — Primo vere ut videtur flor., 25. Maji 1852 c. fructib. jam maturis lecta. — Hab. in planitieb. excelsis Algeriae occid.

4970. ENARTHROCARPUS *Labill.*

(DC. Prodr. I. 228. — Walp. Ann. II. 55.)

1. ENARTHROCARPUS ANCEPS Godr. (*Enarthrocarpus pterocarpus* Delile herb., non DC.) — Godron fl. Juvenal. ed. II. 1854 p. 51. — Fl. magni in racemo usq. ad ap. foliato, post anth. laxo et insigniter elongato dispositi; f. floralia omnia petiolata, vers. bas. pedicelli inserta, grosse dentata v. inferiora lyrata; pedicelli adpresse erecti, villosi, fr. maturescente incrassati. Cal. b. inaequalis, sep. laxis, violac., villosulis. Pet. violac., venosa. Siliq. erecto-arcuatae, levit. striatae, pilis raris rigidis ascendentib. hirsutae, acute ancipites, ap. sens. attenuatae et compressae, ad marg. alâ membranac. carentes exasperatae; articulus inferior aeque longus et latus, cuneatus, a pedicello distinctus. F. omnia petiolata, pubesc., lyrato-pinnatisecta. Caules erecti v. ascend., ramosi, pubesc. Rad. annua. — Patria ignota.

2. ENARTHROCARPUS CLAVATUS Delile, ined. (*E. arcuatus* Lois., nouv. not. 29, non Labill.) — Godron. flor. Juvenalis ed. II. 1854 p. 51. — Fl. in racemo inferne foliato, ap. nudo, post anth. laxo et elongato dispositi; f. floralia omnia petiolata, ovata lanceolatave, dentata v. inferiora b. inciso-lobata; pedicelli patuli, filiformes, villosi. Calyx b. inaequalis, sep. laxis, violaceis, hirsutis. Pet. lutea, venosa, fauce violacea. Siliq. patentes, levit. arcuatae, articulatae, longitudinaliter striatae, torulosae, pil. ascendentib. hirsutae, cylindrico-oblongae, ap. rotundato incrassatae, stylo filiformi persistente apiculatae; articulus inferior obconicus, a pedunculo vix distinctus. F. villosa, omn. petiolata, lyrato-pinnatisecta, segm. terminali lobulato dentato. Caul. villosi, prostrati sed versus ap. adscendentes, ramosi. Rad. annua. — Patria ignota.

Subordo V. *DIPLECOLOBEAE* DC.

(Gen. pl. 4975—4980.)

Tribus XIX. *SENEBIEREAE* Meisn.

(Walp. Ann. II. p. 56.)

4975. **SENEBIERA** *Poir.*

(DC. Prodr. I. 202. — Walp. Ann. II. 56.)

1. SENEBIERA LEPIDIOIDES Coss. et D. R. — Cosson, Bulletin bot. de la soc. de Fr. II. 245. — Sectio *Cotylodiscus* DC. — Planta annua inf. glabra, superne puberula, caulib. saep. plurib., patentib. diffusisve, ramos.; f. crassiusculis, petiolat., pinnatipartit., lob. oblong. v. oblong-cuneatis indivisis v. crenato-lobulat., lob. superiorib. in unic. trifid confluentib.; caulin. inferiorib. conformib. sed lob. saep. indivis; superiorib. et ramealib. oblong., indivis., subintegr. v. inciso-dentat., fl. minimis in racemos primum corymbiform. dispos., racem. axim terminantib. et inde quasi oppositifoliis in eod. ramo saepe plurib.; pedicellis florib. longiorib., etiam fructifer. erectis; sep. ovato-oblongis, obtus., superne membranac.-albidis, petala subaequantib., decid.; petal. albis oblong., inferne angustat., integr.; staminib. 6, lateralib. vix breviorib., filament. exappendiculatis; silic. erectis, in racemos elongatos densiusculos dispositis, compress. facie convexo-subdidymis, dorso concavo-planis aut fere plan., ovato-suborbiculatis, transvers. latiorib., puberul., reticulato-rugosis, b. subcordatis ap. emarginat., sinus lobul. triangularib. stigma subsess. superantib., valv. sem. includentib. dem. seorsim decid.; seminib. in quoq. loc. solitariis, pendul. ovat., compressiusc., immarginat.; cotyledonib. linearib., elong., plan., med. versus plicatis. ⊙. Fl. et fr. Novbr. – In loc. hieme inundatis deserti Algheriensis: in ditione Mzab prope Guerrara.

2. SENEBIERA VIOLACEA, Munby. — Munby, Bullet de la s. bot. de l. Fr. II. 282. —

F. pinnatilobatis; silic. acutis, compress.; racem. terminalib.; pedunc. filiformib., silicula triplo longiorib.; fl. majusculis, violaceis.

Spec. affinis *S. Coronopus* Poir.

In regionibus d'Oran, prope vicum d'Ain — Turck.

Trib. XXI. *HELIOPHILEAE* DC.

(Walp. Ann. I. p. 50.)

4978. **HELIOPHILA** *Burm.*

(DC. Prodr. I. 231 [excl. spp. plurim.] — Walp. Ann. I. p. 51.)

1. HELIOPHILA PILOSA Lam. β. INCISA (DC. Prodr I. 232.) — Lemaire jard. fleur. III. p. 221. c. xylogr.

Hel. arabidoides Sims. bot. mag. t. 496; Lindl. in Paxt. fl. gard. III. glean. 128. n. 600. c. ic. hic repetita.

Ordo XIX. CAPPARIDEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 237. — Walp. Ann. II. 57.)

Tribus I. *CLEOMEAE* DC.

(gen. pl. 4983—4990.)

4983. CLEOMELLA *DC.*

(DC. Prodr. I. 237. — Walp. Ann. II. 57.)

Notes on *Cleomella* by I. Torrey in Smithsonian Contrib. III. p. 11. —

4984. GYNANDROPSIS *DC.*

(DC. Prodr. I. 237. — Walp. Ann. II. 52.)

1. GYNANDROPSIS SPECIOSA DC. — (DC. Prodr. I. 238. 9). — Hasskarl in Retzia I. p. 118. —

Syn.: *Cleome speciosa* H. B. K. Schlt. Syst. veget. VII. 26, ubi descriptio optima Kunthii clss., cui addam haecce pauca:

Herba elegantissima speciosa, annua 3 ped. alta etc.

4985. CLEOME *DC.*

(DC. Prodr. I. 238. — Walp. Ann. II. 57.)

1. CLEOME (*Pedicellaria*) HOUTTEANA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 669. —

Fruticosa, spinosa, patentim pubescenti-viscidula, f. 5—7-foliolatis, summis 3-foliolatis, foliolis lanc. acuminatis, b. magis attenuatis, venis foliolor. utrinq. 12—13; bracteis rotundato-cordatis acutis; staminib. quam petala purpurea duplo longiorib., thecaphoro filamentis aequali, quam ovarium glanduloso-pubescens multoties longiore.

Cl. pentaphylla h. Van Houtte nec Linn., cuj. ic. in hort. Vindobonensi t. 21. p. 9.

Patria ignota, forsan America merid. — In tepidario colitur. — Frutex ped. etc. Pet. fere pollicaria, intense purpurea. —

2. CLEOME SONORAE sp. n. A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contribut. V. p. 16.

Annua, glabra, inermis; caule gracili erecto; f. brevissime petiolat. trifoliolatis; foliolis anguste linearib. integerr., floralib. ped. patente subdimidio breviorib.; pet. albis mox roseis oblongis exunguiculatis, sepala cuspidato-apiculata quadruplo superantib.; siliqua oblonga 6—7 sperma pendula thecaphoro longiore.

Caul. 1—2 ped. subsimplex, etc. — In humo salso, Sonora, ad occidentem montium Chiricahui. — Septbr.

3. CLEOME ACULEATA DC. — (DC. Prodr. I. 241 n. 44). — Hasskarl in Retzia I. p. 119. — Herba — sua sponte e solo Surinamensi enata — humilis ped. vix alta etc.

4. CLEOME SPINOSA hort. Paris. — Hort. Vindobon. 1851 ex adversar. botanic.; Linn. XXV. p. 316.

Cl. spinosa h. Par. = *Polanisia graveolens* Rafin. β. *purpurascens* Fenzl.

WISLIZENIA *Engelm.*

(Walp. Ann. III. 823.)

1. WISLIZENIA REFRACTA Engelm. (Walp. l. c.). — Asa Gray pl. Wright. in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 11 et 129. tab. II.
= *Cleomella Coulteri* Harv. ined.

Tribus II. *CAPPAREAE* DC. Prodr. I. 242.

(Endl. gen. pl. 4990—5005.)

4992. ATAMISQUEA, *Miers.*

(Endl. suppl. IV. 4992.)

I. Miers on the gen. Atamisquea in transact. of the Linn. soc. XXI. p. 1.

Char. natur.

Sep. 2. (antic. et postic.), ovoid., concava, aest. marg. subimbricatis, int. hirsuta, extus lepidota, decidua, b. (toro adnato) coalita. Torus oval. cyathif., carnosus, persist. dem. induratus, obliq. gibbosus, marg. superiori altiori, dente erecto sub 2-fido, et lateralit. dente utrinq. notatus. Pet. 6 inaequalia, lin. spathulata, int. villosa, ext. lepidota, reflexa, aestiv. subimbricata, duob. lateralib. breviorib., exteriorib. et c. sepalis alternis, 2 superiorib. post anthes. reliquis erectiorib.; omnia e marg. tori orta. Stam. 9 quor. 6 fertilia, disco gibbo tenui annulari thecaphorum cingenti adnata: filam. glabra aestiv. replicata, dem. recta, sursum declinata, b. glandula libera obovata carnosa hirsutiss. et sparse lepidota minuta; tribus sterilib. reliq. breviorib., fertilib. petalis longiorib.: anth. basifixae, loc. 2 coriac. oblique adnatis intus longitud. dehiscent., dem. curvatae. Thecaphorum e b. tori sublateralit. ortum, declinat., b. ampliat., glabr., disco annulari staminifero cinctum, hinc geniculatum, inde gracile elongatum et surs. inflexum, longitud. staminum, et cum avario apicali lepidotum. Ovar. ovat. Styl. breviss. Stigma obt. bilobum. Bacca ovoid., stylo apiculata; dense lepidota, 1-locular., pulpa parca farcta, post siccation. in valv 4 pressione solubilis, sed non dehiscens; replo epicarpio delapso persistente. Sem. 2 (v. abortu 1), exalbuminosa cochleato-reniform. in pulpa subsuccosa funiculo libero erecto bifurcato ex imo loc. orto lateralit. appensa. Testa coriac., loc. altero incompleto hilo opposito. Embr. campylotrop.: cotyled. magnae, foliac. incumbent.; invicem plicato-convolutae: radicula teres, infera, loculo simulato celata, et ob embryonis curvaturam, hilum superne spectans. — Frutex durus, ramos., Americ. meridionalis extratropicae; ramis abbreviatis, juniorib. sublepidotis, nonnunquam spinescentib.; f. e ramulis juniorib. ortis, parvis, altern., breviss. petiolatis, canaliculat., aestiv. conduplicatis, facieb. superiorib. invicem applicitis, subt. lepidotis, costa carinata; peduncul. axillarib., solitariis 1-floris.

Char. differ.

Sep. 2, magna, ovoid., concava, aestiv. marginib. subimbricatis, c. thoro carnoso cyathiformi persistente dem. indurato dentib. erect. notato

b. coalita, decidua. Pet. 6 e marg. tori orta, inaeq., lin-spathulata, reflexa; 2 superiora erectiora, aest. subimbricata; 2 lateralia breviora, exteriora. Stam. 9, quor. 6 fertilia longiora; filam. aestiv. replicata, dem. recta, declinata, glabra, b. glandulosa, lepidota; anther. oblongae, 2-locular., basifixae, erectae, dem. curvatae. Thecaphor. declinatum, b. glabrum, disco staminifero cinctum, hinc geniculatum; inde gracile, elongatum, et c. ovario lepidotum. Ovar. ovatum. Styl. breviss. Stigma obtuse 2-lob. Bacca ovoid., subcarnosa, dense lepidota. Sem. 2 (v. abortu 1), axalbuminosa, cochleato-reniformia, funiculo libero erecto 2-furcato ex imo loculo orto lateralit. appensa. Testa coriac., loculo altero incompleto hilo opposito. Embr. campylotrop.; cotyled. magnae, foliac., invicem plicato-convolutae; radicula teres, infera, surs. spectans.

1. ATAMISQUEA EMARGINATA (Miers, trav. II. p. 529).

F. lineari-oblongis b. apiceq. emarginatis supra viridi-nitentib. subt. hirsutis incanis squamisq lepidotis tectis.

Hab. in campis patentib. arid., salinis, Travesia dictis, provinciae Mendozae.
(Walp. Rep. I. 196 n. 1.) — I. Miers on the gen. Atamisquea in Transact. of the Linn. soc. vol. XXI. p. 1.

4993. CADABA *Forsk.*

(DC. Prodr. I. 244. — Walp. Ann. II. 59.)

1. CADABA HETEROTRICHA, Stocks. — Hook. Ic. pl. ser. nov. V. tab. 839. (Stocksianae). — Glauco-cinerascens, ram. incanis, f. petiolatis orbiculatis b. plerumq. cuneatis, ap. emarginatis pulverulento-pubescentib. pilis stellatis nunc glanduloso-pilosis, pet. 4 orbicularib. unguiculatis, nectario gynophoro duplo breviore ap. bilabiato, labio infer. truncato, super. elongato patenti-reflexo ap. 2—3-crenato, filam. 5 glabris liberis, ovario gynophoroq. glanduloso-pubescentibus.
Cadaba heterotricha, Stocks, ms.
Hab. Inter rupes ad promontorium Monzam in regno Scindico nomen vernaculum: „Ioorg." — Arbor parva 12—20 pedalis. — Propinqua *C. glandulosae* Forsk. et *C. rotundifoliae.*

5000. CAPPARIS *Lin.*

(DC. Prodr. I. 245 (excl. sect. 4). — Walp. Ann. II. p. 60.)

1. CAPPARIS FLEXUOSA Vellozo (sectio *Cynophalla*). — Lemaire jardin fleur. III. pl. 323. — Frutex? glaberrimus inermis, ramis juniorib. verruculosis, f. magnis ovato- v. oblongo-lanc., b. subcontracto-cuneata, ap. obliquo acuminatim mucronata, marg. plicatim sinuato-undulato; petiolo b. apiceq. inflato sub lente scabriusculo eglanduloso cum perula in axilla; racemo basi squamis perulae obducto; fl. suaveolentib cymoso-patulis, pedicellis lateralit. bibracteolatis, pet. late oblongis cito revolutis ap. subemarginatis b. glandula minuta suffultis marg. membranaceis; staminib. discolorib. (ultra 40) radiato-patulis petalis fere triplo longiorib.; anth. oblongis subbasifixis versatilibus; gynophoro flexuoso staminib. breviore; ovario multi-ovulato oblongo; ovulis biseriatis (utroq. latere sub-20); stigm. capitatim depresso. (Nob. ex spec. vivo).
Capp. flexuosa Vellozo Fl. flum. V. tab. 108. ic. rudi sed tamen agnoscenda.

2. CAPPARIS (*Eucapparis*) PUMILA, Champ. — Benth. in Hook. j. Kew gard. misc. III. 260. —

Inermis, f. ovalib. v. ovato-oblong. acuminat. glabr., infloresc. minute puberula, corymb. pedunculat. ad apices ramorum paniculat., folia subsuperantib., florib. glabr., ovar. ovoid. acuminato glabro, bacca globosa.

F. brevit. petiolata, 2—2½ p., b. rotundata, consistent. f. laurina, costa media subt. valida prominente, penninervia et tenuiss. reticulato-venulosa, marginib. subrecurvis. Fl. quam in C. sepiaria paulo majores. Sep. viridia 2 l. lg. Pet. alba sep. subaeqlg., interd. margine levit. ciliata. St. c. 20. Bacca subglob., 3 lin. diam., abortu 1-sperma, stipite 4½ lin. lg. — In insula Hong-kong in hiatu rupium montium (Black mountain) lecta.

Ordo XX. BIXACEAE *Endl.*

(DC. Prodr. I. 255. — Walp. Ann. II. 61. III. 825.)

(Endl. gen. pl. n. 5061—5085 et suppl. I., II., III., IV.)

FLACOURTIANEAE (*Bixaceae Endl.*).

(Endl. gen. pl. 917. — *Flacourtianeae* Rich. — DC. Prodr. I. 255. — *Bixineae* Kth.) (DC. l. c. 259).

D. Clos, Ann. sc. natur. IV. t. 4 p. 362 — 386. monogr. de la fam. de Flacourt. part. I.

1. FLACOURTIEAE Clos l. c.

5079. *Flacourtia.* — 5080/1 suppl. II., IV. *Hisingera.* — 5081/1. *Xylosma.* — 5081/1 suppl. IV. p. III. *Aberia.* — *Dovyalis.* —

2. AZAREAE, Clos l. c.

5075. *Azara.* — 5074. *Kuhlia.* — 5076. *Pinedia.* — 5073. *Banara.* —

3. LAETIEAE, Clos l. c.

5071. *Laetia.* — 5072/3. *Zuelania.* — 5070. *Ludia.* — 5068 suppl. *Scolopia.* — 5089. *Eriudaphus.* — 5083. *Erythrospermum ?.* — 5080/3 *Lunania.* —

4. BIXEAE, Clos. l. c.

5064. *Lindackeria.* — 5066. *Mayna.* — 5066. *Carpotroche.* — 5067. *Oncoba.* — 5061. *Bixa.* — 5062. *Echinocarpus.* — 5063. *Trichospermum.* —

5. PANGIEAE, Clos. l. c.

5085/2. *Pangium.* — 5085/3. *Gynocardia.* — *Bergsmia.* — 5085. *Hydnocarpus.* — 5082. *Kiggelaria.* —

Tribus I. *PROCKIEAE* Endl. (gen. pl. p. 918).

Stylus simplex. Fructus indehiscens.

ADENOGYRUS *Kl.*

Ex append. gener. et spec. nov. et min. cognit. quae Hort. Berol. coluntur 1854.

(Nomen e vocibus ἀδήν et γυρός compositum,)

Flores hermaphroditi racemosi. Calyx tripartitus, lobis concavis, margine glabris petalisque tribus obtusis, margine ciliato-puberulis marcescentibus, aestivatione subimbricatis. Stamina plurima (50—60)

hypogyna exserta biserialia; glandulae sex ad duodecim flavo-rubrae truncatae vel emarginatae, in annulum stamina cingentem ordinatae; filamenta filiformia libera; antherae introrsae biloculares, supra basin affixae, basi brevissime bilobae, apice connecticulo truncato terminatae, loculis longitudinaliter dehiscentibus. Ovarium sessile liberum subglobosum, glabrum, superne triloculare, inferne uniloculare. Ovula 3—5 in regione infera dissepimentorum spuriorum parietalia. Stylus cylindricus strictus exsertus. Stigma tricrenatum, centro umbilicatum. Bacca exsucca subcoriacea oblonga unilocularis monosperma. Semen ovoideo-oblongum, testa crassiuscule coriacea, rhaphe brevi solubili. Embryo in axi albuminis carnosi orthrotropus, cotyledonibus brevibus convexo-planis obtusis, radicula elongata tereti umbilico proxima centrifuga.

Arbusculae capenses, ramis fusco-cinereis cicatrisatis; foliis alternis exstipulatis coriaceis subrhombeis supra lucidis, remote dentatis, dentibus patellatim-glandulosis; petiolis semiteretibus glabris, basi articulatis; racemis simplicibus axillaribus, folio duplo triplove brevioribus, floribusque glabris.

1. ADENOGYRUS BRAUNII Kl.

Foliis sparsis coriaceis oblongo-rhomboideis repando-paucidentatis arcuatis, supra lucidis concavis, subtus pallidis opacis; floribus racemosis flavidis; pedicellis stylisque coccineis.

Folia $3\frac{1}{2}$ poll. longa, $1—1\frac{1}{4}$ poll. lata. Racemi $1—1\frac{1}{4}$ poll. longi. — Patria ignota. Floruit in horto bot. Berolinensi mense Junii 1854.

Altera species hujus generis in herbario regio Berolinensi sub nomine *A. Krebsii* asservata, a cel. Krebs in Promontorio bonae spei collecta, a specie supra descripta differt: foliis oblongo-rhomboideis utrinque acuminatis grosse serrato-dentatis.

Tribus II. *BIXINEAE* (Endl. gen. pl. p. 917.)

Stylus simplex; fructus dehiscens.

5064. **LINDACKERIA** *Presl.*

(Presl. Reliq. Haenk. II. 89. — Walp. Rep. V. 55.)

1. LINDACKERIA PAUCIFLORA Benth. — Bentham in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 118.

Glabriuscula, f. brevit. petiolat. petiol. lg. superantib., sepal. orbiculatis, petal. (9) calyc. superantib., filam. anthera multo brevioribus.

Frutex glaber v. partib. novellis minute puberulis. F. majora $\frac{1}{2}$ ped., $2\frac{1}{2}$ p. l., acumine abrupto angusto longiusculo, petiolo rarius $\frac{1}{2}$ pollic. excedente. Racemorum axis brevis; pedicelli ultra-pollic. prope b. articul. Sep. alba 5 lin. lg. Pet. alba, ang. et obliq. oblong., pleraq. acutiuscula, 6 lin. lg. Stam. numerosiss., in florib. masculis tot. torum tegentia, pet. aequant.; filam. abbreviat. vix puberul. Anth. elg., ap. hirtellae. Ovar. in florib. hermaphr. et fruct. junior omnino *L. latifoliae*. Species polygama, floribus hermaphr. et masculis in eodem racemo congestis.

2. LINDACKERIA LATIFOLIA Bnth. — Bentham in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 118.

Glabra, f. lg. petiolat. l ovatis acuminat., integerr., racemis petiolo breviorib. plurifloris, sepalis ovalib., petal. (9) calycem subaequant. caduciss., filam. hirtellis anthera longioribus.

Frutex 15-pedal. ramis foliisque siccitate pallentib. F. 6—8 p., 4—5 p. l., pet. 2—3 p., ten. coriac. concoloria penninerv. et reticulato-venosa. Racemi axillar., axi brevi, a b. florifera. Bracteae minutae. Pedic. pollic. ad 1½ lin. a basi articulati. Alab. clavat. Sep. 3, ovali-oblong., concava, alba, patentia v. reflexa, diu persist., 5—6 lin. lg. Pet. in alab. a me aperto 9 vidi, in florib. apertis f. omnia jam delapsa; alba tenuia, obliq. oblong. obtusa, sepalis subbreviora. Stam. numerosa, toro dilatato inserta, in florib. masc. tot. torum vestientia. Filam. erecta arcte approximata, columnam simulantia at non vere cohaerentia, 2—2½ l. lg., pube brevi villosula. Anth. lin., 1—1½ l. lg. locul. summo apice discretis breviter bifidae, b. et ap. hirtellae et ad rimas loculor. plus minus ciliolatae. Ovar. in flor. hermaph. sessile, ovoid., verrucosum et mox echinatum, glabrum, intus 1-loculare, ap. desinens in styl. flexuos. staminib. longiorem leviter puberulum summo ap. expans. in stigma minute 6-lob. Placent. in ovar. 3, parietal., ovul. numerosis. Fruct. jun. globos., aculeis lg. mollib. pyramidatis undiq. echinatus; maturum non vidi. — Spec. polygama flor. hermaph. et ♂ in eod. racemo congestis. — Prope Obidos leg. Spruce.

Tribus III. *FLACOURTIANEAE* Endl. gen. pl. p. 921.

Stylus simplex; fructus indehiscens.

5079. **FLACOURTIA** *Commers.*

(DC. Prodr. I. 256. — Walp. Ann. II. 61.)

1. FLACOURTIA NITIDA Benth. — Bentham in Hook. journ. Kew. gard. misc. III. 119.

Inermis, glabra, f. brevit. petiolat. ovat. brevit. acuminat. b. cuneatis marg. calloso-serratis venosis supra nitidis, florib. (masc.) glomerat., pedic. glabr., calyc. foliol. ciliat., disco 8-lobo.

Frut. biorgyalis, ramosiss. ramul. teretib. glabr. punct. alb. notatis. F. 1½—2 p. v. rar. 3 p. lg., c. pollic. l., pet. 1—2 l. lg., rigidule chartacea, ven. prominul., facieb. concolor., super. nitida, inf. opaca, punct. pellucid. pauc. notata. Racemuli breviss., glomerulos 6—10 floros form. Bract. ad b. pedic. oblong., cymbaef., pedicellis breviores. Pedic. vix lin. lg. Fl. parvi, Calyc. foliol. 4 ovali-oblong., obtusa, concava, marg. ciliolata, ½ lin. lg. Disc. annul., f. usq. ad b. divisus in glandulas 8 truncatas v. retusas. St. circ. 20, calyce p. breviora, recept. tot. vestient., ovarii rudimento nullo. Stirps foem. mihi ignota. — Santarem.

6074. **LOZANIA** *Seb. Mutis.* (DC. Prodr. III. 30.)

Planchon in Ann. sc. nat. ser. IV. tom. 2 p. 265.

Probabiliter identica cum gen. Lacistemia Swartz (juxta Flacourtianeas collocanda).

Ordo XXI. PANGIEAE *Blume* (Endl. gen. pl. p. 922).

Walp. Ann. II. 62.

TARAKTOGENOS*) *Hassk.*

Hasskarl in Retzia p. 127.

Fl. polygami. Cal. in alab. imbricativus 4-sep., sep. deciduis, exteriorib. paulo minorib. Cor 8-pet., squamis totidem, iis oppositis b. eor. adnatis. *Masc.* Stamina 8, petalis duplo longiora; filam. filiformib. liberis, hirsutis; anth. sagittatis, locul. ap. convergentib., b. divergentib., longitudinalit. dehiscentib. *Hermaphr.* Stamina triplici petalorum numero, iis masc. conformia et fertilia (?); germen subgloboso-pyriforme hirsuto-sericeum 1-loculatum, b. levit. attenuatum; stigma sessile peltatum, 4-radiatum, placentae pariet. 4; gemmulae plurimae. — Genus novum — Taraktogenos Hassk. — a Blumeo celebrr. in monographia sua l. l. c. c. praetervisum et cum Hydnocarpo confusum, inter hoc genus et Pangium collocandum erit.

1. TARAKTOGENOS BLUMEI Hsskl. — (Syn. *Hydnocarpus Heterophyllus* Bl. Rumph. IV. 22. t. 178 B. 1. [except. florib.] et reimpressionem vide in ejusd. mus. bot. 15. 27.) — Hasskarl in Retzia I. p. 127 — 129. — Descriptioni Blumei l. l. c. c. addenda sunt sequentia: Rami albido-cinerascentes etc. (cfr. l. c. description. plantae amplam).

TRICHADENIA Thw.

Thwaites new genera and spec. of Ceylon in Kew garden misc. VII. 196.

TRICHADENIA *Thw.*

Fl. dioici, cal. gamosepalus, integer, calyptraeformis, apertus deniq. irregularit. disruptus. Cor. pet. 5 hypog. imbricata. Squamulae 5 lanc., petalis oppositae et c. iisdem dorso adnatae, carnosae, hirsutae. Fl. masc.: Stam. 5, petalis alterna, in aestiv. spiraliter contorta; filam. crassis, b. parce pilosis, anth. oblongis, pr. b. dorso affixis, loculis lateralib. connectivum latum marginantib., longitud. dehisc. Ovarii rudimentum nullum. Fl. foem.: Stam. 0, ovar. sess., liberum, 1-locul.; placentis parietalib., uniovulatis, 3; ovulis suborthotropis, horizontalib. Styli 3 divergentes; Stigmata dilatata, reniformia, crenata. Bacca sphaer. 1—3-sperma. Semin testa ossea. Embr. orthotrop. in axi albuminis carnoso-oleosi; radicula brevi, cylindrica; cotyled. foliaceis, plicato-rugosis. — Arb. ingens Zeylanica, ramul. juniorib. tomentosis, f. alternis petiolatis, oblongis, penniveniis, b. rotundatis, stipulatis; petiolis cylindricis; stipulis foliac., concavis deciduis; florum paniculis racemiformib., axillarib., f. breviorib. — Thwaites l. c. p. 196.

1. TRICHADENIA ZEYLANICA, Thw. — O. P. n. 2505 in herb. Peradeniensi. — Arbor ingens silvestris haud rara in provinc. centrali Zeylaniae, c. in alt 3000′. — F. 5 — 12

---

*) Nomen derivatum a ταραχτος, turbatus et γενος, genus.

p. lg., 2—4 p. l., b. rotundata, grosse dentata v. ap. vers. sinuata, anguste acuminata, venis subtus et petiolis cylindricis 2—3 p. lg. tomentosis. Fl. 6 lin. lati, pallide virides. Fruct. globosus, seminib. 1—3 rotundatis v. oblongis 9—11 lin. diam. — Arcte affinis Hydnocarpo. Nomen Cingalense: Tettigaha v. Tettigass. Ex. fructib. maturis oleum exhibetur.

5085. **HYDNOCARPUS** *Gaertner.*

(Walp. Rep. V. p. 58 b. et Walp. Ann. II. 62.)

1. HYDNOCARPUS OCTANDRUS, Thw. — Thwaites new genera and spec. of Ceylon Pangiaceae, in Kew gard. misc. VII. 197. — C. P. n. 2640 in herb. Peradeniensi. — Arbor mediocris, 40—50 ped., ramosa, cortice laevi; ramul. teretib., juniorib., strigoso-tomentosis; f. alternis, integris, subobliquis, penniveniis, ovato lanc., utrinq. angustatis, obt. acuminatis, 3—4½ p. lg., 1¼—1¾ l., supra glabris, subt. punct. glandulosis pilisq. stellatis conspersis; petiol. ½—¾ p. longis, supra sulcatis; stip. minutis strigosis, lanc., decid.; inflor. axillari, fasciculari; fasciculis 2—8 floris; florib. 5 lin. latis, externe pedicellisq. pubescentia badia stellata vestitis; ped. 3 l. lg.; sepalis 5, oblong., obtus., concavis, inaequalib.; pet. 5, rotundatis, concavis, pilis sericeis albis ciliatis, squamulis 5, petalis oppositis iisq. dimid. breviorib., rotundatis, obtusis v. minute apiculatis, sericeis. *Fl. masc.* stam. 8, 1-serialib., ovarii rudimentum cingentib., filam. subulatis, anth. adnat., oblongis, subquadratis, loc. lateralib. *Fl. foem.* stam. 8, anth. sterilib.; ovario oblongo, strigoso; placent. parietalib. 4, singulis ovula 6 biseriata anatropa, horizontalia gerentib.; stylo nullo; stigm. magno, disciformi 4-partito; bacca sphaerica subtomentosa, 1½—2½ p. diam; pericarpio crasso lignoso; seminib. 4—12 v. plurib. oblongis, 10 l. longis 5 lin. latis, in pulpa molli immersis; testa subcrustac.; embryone in axi albumin. carnosi orthotropo; cotyledonib. foliaceis, cordatis, acutis; radicula crassa. — Species simillima H. inebrians, Vahl (C. P. n. 1630 in herb. Peradeniensi) sed major et filamentis pluribus. — Solum in ditione Ambagamova dicta Zeylaniae detecta. —

Ordo XXII. CISTINEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 263. — Walp. Ann. II. 63. III. 825.)

5027. **FUMANA** *Spach.*

(Helianthemi sect. DC. Prodr. I. 225. — Walp. Ann. II. 63.)

1. FUMANA PROCUMBENS, Gren. et Godr. — Gren. et Godr. fl. fr I. 173.
   F. vulgaris Spach. (part.); *Helianthem. Fumana* Mill. (DC. Prodr. I. 274 n. 48). DC. fl. fr. 4 p. 816. excl var. β. — cfr. l. c. pl. descr. et syn. —
   Habit. imprimis in Gallia septemtr. et centr. — ♄ Maj. Jul.

2. FUMANA SPACHII Gren. et Godr. — Gren et Godr. fl. fr. I. 174.
   F. vulgaris Spach. (part.); *Helianthem. Fumana* var. β. DC. fl. franc. 4 p. 816. — cfr. l. c. pl. descr.
   Habit. in regione olearum. — ♄ Maj. Jun.

5029. HELIANTHEMUM *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 267. — Walp. Ann. II. 63.)

1. HELIANTHEMUM BREVIPES Boiss. et R. — Boiss. et Reut. pug. n. pl. (1852) p. 13. Annuum, caule erecto a b. opposite ramoso ramisq. strictis tenuib. iterum ramosis cauli subaequilongis pil. sparsis b. tuberculosis inferne asperulis superne glabris rarius hispidulis, f. pilis stellato-fasciculato-brevib. utrinq. subt. ad nerv. copiosius hirtis lin-lanc. utrinq. attenuatis acutis integris internodio saepe non multo breviorib., supremis lin-filiformib., racem. ante evolut. scorpioideo-capitatis fructiferis laxiusc. panic. terminalem formantib., sep. exter. minimis oblongis utrinq. attenuatis pil. albis longis ciliatis, interiorib. ead. pube viscidula alba b. subtuberculata inferne praesert. lanatis triplo majorib., pet. rotundatis b. nigro-maculatis calyce duplo longiorib., pedicellis fructif. capillarib. erecto-patulis capsulâ breviorib. glabris, caps. parvae ovato-globosae sep. interiora subaequantis valvulis crustac. oblongis acutiusc. convexis. — H. in arenosis silvaticis pr. Almoraima pr. Gibraltar (c. *H. inconspicuo*). — Herba ped. v. longior, etc.

2. HELIANTHEMUM VISCARIUM B. et R. (Sect. *Euhelianthemum.*) — Boiss. et Reut. pug. pl. n. (1852) p. 14. — Dumosum, pumilum, ramosissimum omnib. partib. glandulis stipitatis viscosis creberrimis minimis obsitum griseo-virens, ramis lignosis densiuscule foliatis, f. infimis elliptico-linearib. caeteris lin. omnib. b. attenuatis marg. revolutis obtusis muticis v. mucrone setiformi brevi terminatis erecto-patulis, stip. sessilib. fol. 4—5-plo minorib., racem. terminalib. secundis densiusculis abbreviatis bracteatis, bract. lin. revolutis pedicello breviorib. v. aequilongis, sep. stipitato-glandulosis 2 exteriorib. minimis lin-spathulatis, interiorib. ovatis concavis mucronulatis praeter 4 costas validas elevatas viscidas diaphanis enerviis profunde sulcatis, pet. albis b. macula flava notatis, pedicellis fructiferis tenuib. contortis pendulis capsulae subaequilongis, caps. breviss. sub lente pil. fasciculatis tomentella, ovato-rotunda obtuse trigona calyce paulo breviori. — Hab. in cistetis Mauritaniae circa Oran. — Suffrutex 8—12 poll. etc.

3. HELIANTHEMUM FONTANESII B. et R. — Boiss. et Reut. l. c. p. 15. — B. suffrutescens, caulib. brevib. procumbentib. v. ascendentib., ramis pumilis erectis v. ascendentib. foliosis adpresse canis in rac. brevem paucifl. abeuntib., f. crassiusc. marg. revolutis ellipticis pag. super. virentib. setis adpressis longis hirsutis pag. inf. dense canis secus nerv. medium ciliatis inferiorib. obtusis b. rotundatis petiolo eis breviori suffultis superiorib. acutiusculis b. subattenuatis, stip. linearib. utrinq. hirsutis petiolo longiorib., racemo bracteato, br. lin. pedicello sublongiorib., sep. eximie albo-hispidis 2 exteriorib. lin-spathulatis acutiusculis dimidio breviorib., interiorib. ovatis obtusis 5-viridi-costatis inter costas profunde sulcatis scariosis enerviis, pet. aureis, pedicellis post anth. eximie curvatis, capsulis pendulis . . . —

Cistus helianthemoides Desf. Fl. atl. I. p. 422.

Hab. in siccis argilloso-lapidosis ad radices Atlantis, juxta urb. Tlemsen Mauritaniae. — Caules 3—5 pollic. etc.

4. HELIANTHEMUM MONTANUM Vis. — Vis. Fl. Dalm. III. p. 146. n. 1459.

Suffruticosum, caulib. decumbentib., ramis adscendentib., f. petiolatis oppositis, oblongis v. sublinearib., exstipulatis, racemis bracteatis, pedicellis calyci aequalib., stylo ovarium aequante.

Syn.: *Rhodax montanum* Spach. consp. Cist.

var. α. *Oelandicum:* glabratum, viride, f. vix margine, costa aut petiolis pilis sparsis hispidulis, pedunc. fructiferis erecto-patulis. —

Syn.: *H. Oelandicum* DC. Fl. fr. 4 p. 817. — Rchb. ic. bot. I. p. 3. — *Cistus Oelandicus* Lin. sp. pl. ed. II. p. 741.

var. β. *Italicum:* Superne canescens, f. viridulis, fasciculato pilosis, oblongis, ap. attenuatis, pedunc. recurvis.

Syn.: *H. Italicum*, Pers. — *Cist. Italicus*, L. spec. pl. p. 47. — *H. alpestre*, Rchb. ic. bot. et fl. exc. p. 713. — *C. alpestris*, Crantz; Vis. stirp. Dalm. p. 31. — *C. Oelandicus*, Jacq. fl. Austr. 4 p. 54. — *C. hirtus*, Host fl. Austr. 2 p. 58.

var. γ. *Reichenbachii:* superne canescens, f. viridulis fasciculato-pilosis, oblongo-linearib., pedunculis declinato-adscendentibus.

Syn.: *H. Italicum* Rchb. ic. fl. germ. 3 p. 6 f. 4532 et fl. exc. p. 712.

var. δ. *acutifolium:* superne canesc. f. viridulis, fasciculato pilosis, lanceolatis utrinq. acutis, pedunc. declinatis aut recurvis.

Ic.: Barrel. ic. t. 365. — Clus hist. pl. I. p. 74 f. 1.

var. ε. *tomentosum:* superne canesc., f. utrinq. aut subt. cano-tomentosis, ovalib. oblongisve, pedunculis erecto-patulis.

Syn.: *H. vineale*, Pers. syn. pl. 2 p. 77. — *H. canum*, Dun. DC. Prodr. I. p. 277. — *Cistus canus*, Jacq. Fl. Austr. III. p. 42, an L.? — *C. Anglicus*, L. mant. alt. p. 245. — *C. vinealis*, W. sp. pl. 2 p. 1195. — Rchb. ic. fl. Germ. 3 f. 4533 et 4534.

Hab. in apricis saxosis collium et montium tot. Dalm. — Fl. flavi. ♄.

5. HELIANTHEMUM TUBERARIA (DC. Prodr. I. 270). — Hook. bot. mag. tab. 4873.

Ordo XXIII VIOLACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 287. — Walp. Ann. II. 65.)

5040. **VIOLA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 291. — Walp. Ann. II. 65.)

1. VIOLA BECKWITHII Torr. mss. — Plantae Prattenianae Californ. in journ. of Philadelphia 1855 p. 82.

Subcaulescens, adscendens, caule abbreviato; f. caulinarib. biternatis v. palmati-sectis, decurrentib., lob. v. segmentis oblonge-lin., hirsutis, pubescent., stip. minutis, scariosis, integris; sep. linearib. obtusis, ciliolatis, petalo infimo ad b. remisse saccato, purpureo, ad unguiculum luteo, 2 superiorib. breviorib. dense violaceis.

2. VIOLA SARMENTOSA Burgdk. — Burgersdyk in pl. Jungh. II. p. 120. —

Caule sarmentoso, internod. longis; f. ovatis, acutis, crenatis; stip. ovato-lanc., ap. ciliatis; sep. longe lanceolatis; appendicib. calycinis parvis, rotundatis, calcaro parvo saccato.

Habit. ins. Javam in montib. Merbaba et Ungaran, 6800—7000' alt. etc. (Jungh.). Caulis angulosus, lignosus, fere 0,002 crassus, etc. — Affinis est *V. palmari* Ham. — Specim. in monte Andjuno lecta minus pilosa sunt.

3. VIOLA ALATA Burgdk, — Burgersdyk in pl. Jungh. II. p. 120.

Caulib. plurib., alatis; f. reniformib. interd. subtrilobis, acutiusculis levissime crenatis; stip. fere longitudine folior.; sep. lanc., appendicib. calycinis parvis, rotundatis; calcare parvo, saccato; stylo geniculato, stigmate clavato incrassato.

Hab. in Java in silv. intactis montis Di—eng, alt. 6—8000' (Jungh.). — Radix fibrosa, lignosa, etc. —

4. VIOLA CONFUSA, Champ. — Bentham in Hook. j. Kew gard. misc. III. 260.

Subacaulis, pilosula, stipul. vix dentat., f. imis orbiculato-caeteris ovato-cordat. obtus. crenatis, calyc. lacin. lanc. acutiusc., corollae calcare obt. calyci subaequilongo, anther. inferiorib. appendiculat., stylo recto hinc fisso, stigmate truncato-erostri levit. dilatato.

Habitus et f. specimin. minor. V. hirtae nostrae. — Pedunculi fl. fol. longiores, tenues, infra med. bibracteolati. Fl. iis V. hirtae minores, violacei. — In monte Parker in insula Hong-Kong.

5. VIOLA LECHLERI Gr. (Nominium). — Grisebach diagn. pl. quas leg. Philippi et Lechler. — Herbacea, perennis, rhizomate tenui descendente pluricauli, caulib. foliatis adscendentib., f. cordato-subrotundis crenatis utrinq. nigro-punctatis-lineolatisq., stip. subulato-lanc. longe acuminatis serratis petiolo duplo breviorib., pedunc. lateralib., sepalis lanc. corollam coeruleam dimidiam aequantib., pet. glabris calcar crassum obtusum parum superantib., stylo uncinato crassiusculo subt. marginato. — Specim. incompletum.

Valdivia: ad fl. Futa fl. m. Decbr. leg. Lechler (coll. ej. n. 305.)

6. VIOLA PALMENSIS Webb. (Walp. Rep. I. 214. 7). — v. Schlechtd. in ind. sem. h. Halensis 1850; Ann. sc. natur. III. vol. 14. p. 344. = *Mnemion palmense* Webb. Phytogr. Canar. p. 112. tab. 14. Florae pl. hortensis cum corolla l. c. sub fig. 5 seorsim depicta melius conveniunt, quam cum illis in specimine depicto. Hiemem 1849—1850 nive tecta haec in montib. 1000 hexapod. altis crescens, planta optime sub dio superavit totumq. per annum flores copiosos produxit, qui exeunte aestate pallidiores et striis irregularib. albis variegati apparuerunt.

7. VIOLA HIRTO-ALBA Gren. et Godr. — Gren. et Godr. fl. de Fr. I. 176.

Viola adulterina Godr. thèse de l'hybrid. p. 18. — Cfr. l. c. pl. descr. — Hab. Nancy, Besançon, in calce Jurassica. — ♃ Apr.

8. VIOLA INSULARIS Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 178.

Planta *V. silvaticâ* valde affini gracilior, a quo differt:

1) f. ovali-cordatis obtusis, ea Violae caninae referentib. nec cordato-reniformi-acuminatis.

2) stipulis angustiorib. minusque ciliatis.

3) bracteis sub medium pedunculum adhibitis.

4) sepalis angustis breviorib. vix tertiam petalorum partem adaequantibus.

Hab. in monte Coscione in ins. Corsica.

9. VIOLA MUNBYANA B. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852). p, 15. — Sectio *Nominium*; perennis, caudiculis procumbentib. nudis in caules simplices ascendentes breves herbaceos foliosos pube brevissima deflexa obsitos abeuntib., f. ovato-cordatis obtusis obt. crenatis petiolo eis plerumq. longiori suffultis glabris v. marg. brevit. ciliatulis superiorib. acutiusc., stip. pinnatifidis lacin. lateralib. utrinq. 1—2 lin. setaceisve acutis terminali acuta lanc-lineari integra v. oblongo-lanc. b. attenuata acutiu-

secute et parce denticulatâ, fl. ex axillis inferiorib. 1—3, pedunculis erectis folia longe superantib. suffultis, fl. magnis violac. v. luteis, sep. lanc. acutiusculis angustissime albo-marginatis marg. saepe ciliatulis, appendicib. oblongis denticulatis sepalis dimidio brevioribus., petalis 3 inferiorib. inferne brevit. papillarib. infimo obtriangulari marg. rotundato, calcare recto extremitate attenuato calyce plerumque subduplo longiori, capsula .... — Hab. in cacumine Atlantis et ad collum Mouzaja.

Viola cornuta Desf. Fl. Atl. non L. — *V. calcarata* Munby Fl. d'Alger, non L. — Species *pulcherrima.*

10. VIOLA CAPILLARIS v. Houtte (Pers.). — V. Houtte Fl. des serr. X. p. 39. c. tab. — *Viola (Leptidium)* suffruticulosa, glaberrima caulib. plurib. caespitosis decumbentib. ramosis foliosis, f. petiolatis ovatis v. ovato-oblongis (4 — 8 lin. longis) b. obtusa in petiolum levit. cuneato-decurrentib. ap. acutiusculis margine remote glanduloso-serrulatis utrinq. concolorib. siccitate viridib. v. vix fuscescentib., stipulis lanc.-linearib. petiolo subaequalib. v. breviorib. irregularit. lacero-fimbriatis persistentib., pedicellis axillarib. solitariis gracilib. elongatis folium 4—6 plo excedentib. supra medium 2-bracteolatis, fl. pallide coeruleo, sep. lin-oblongis, petalis lateralib. intus ad unguem dense barbatis lamina omnium obovata, calcare brevi obtuso viridulo, antheris extus sub basi membranae apicalis obtusae pilosis anteriorum appendicib. latiusculis incurvis loculis vix longiore. — (Descr. ex spec. exsiccat. horti Van Houtte.)

V. capillaris Pers. Syn. I. p. 256, non Gingins (DC. Prodr. I. 304) ubi locus natalis falsus et descr. a stirpe Cavanillesiana Persooniaq. plane abhorrens); vix Gay Fl. Chil. — *Viola stipularis* Cavan., non Swartz, nec H. B. K.

(Fl. in hort. Maj — Aug.).

11. VIOLA PYROLAEFOLIA Pl. (cfr. DC. Prodr. I. 297 n. 36). — Planchon in v. Houtte fl. d. s. VII. p. 61. c. tab. — *V.* (sect. *Nominium*) Stigmate ap. subplano, rostro brevissimo, caule abbreviato, f. ovatis (nunc levit. cordatis) stip. ovatis (v. lin-lanceolatis) ap. fimbriatis, sep. lanc. acuminatis, staminib. ap. emarginatis, calcare brevi obtuso. Petala intus valde barbata; pili clavati. — Fl. lutei.

α. *megaphylla* DC. mss.

β. *microphylla* DC. mss.

(DC. Prodr. I. 297 n. 36, sub *V. maculata* Cav.)

12. VIOLA EPIPSILA Ledeb. (DC. Prodr. I. p. 305). — v. Klinggraeff Nachtrag z. Fl. v. Preuss. p. 13 et v. Schlechtend. in Linn. XXVI. p. 487.

13. VIOLA TRICOLOR var. — Van Houtte fl. d. serr. VII. 225 c. tab.

14. VIOLA VARIEGATA H. Bollw. (Fisch.?) — Regel Gartenfl. I. p. 195 tab. XX. — Planta adhuc dubia.

5041. **IONIDIUM** *Vent.*

(DC. Prodr. I. 307. — Walp. Ann. II. 67.)

1. IONIDIUM HEXASPERMUM, Dalz. — Dalzell. Contrib. to the bot. of Western Ind., Kew journ. bot. IV. 342. — Semipedalis, caule simplici stricto pubescente, f. linearib. b. apiceq. angustatis glabris, marg. scabriusculis remote denticulatis, stip. subulatis ciliatis, petalis lateralib. ovato-oblongis obtusis mucronatis, capsula 6-sperma. — F. 20—22 l. lg., 2 l. l. — Cresc. in collib. pr. Belgaum. — Fl. et Fr. Julio.

2. IONIDIUM LINEARE Torr. — Asa Gray in pl. Texano-Mexicanis in Smithsonian Contrib. III. p. 12.

var. stipulis majusculis; f. plerisq. linearib., imis obovatis. — *I. stipulaceum* Nutt. — Western Texas. — Majo.

var. *platyphyllum:* magis puberulum; caulib. erectis 1½ ped.; f. oblongo-lanceolatis 4—6 lin. l. rariter serratis. — In valli of the Limpia s. Wild Rose Creek. — Aug.

4231. **LEONIA** *Rz. et Pav. (Myrsineaceae).*
(Walp. Rep. VI. p. 452.)

1. LEONIA CYMOSA Mart. — Bentham adnotatio in Leonia cymosa in Kew gard. j. V. 215. — Planta ad Violaceas adnumeranda ad tribum Alsodeiam.

5047. **ALSODEIA** *Pet. Thouars.*
(*Conohoria* et *Alsodeia* DC. Prodr. I. 312. 313. — Walp. Ann. II. 67.)

1. ALSODEIA SCLEROCARPA Burgdk. — Burgersdyk in pl. Jungh. II. p. 122. —

F. oblongis, b. et ap. acuminatis, brevit. petiolatis, f. juxta petiol. decurrentib., repando serratis, utrinq. glabris; fl. axillarib.; sep. ovatis, obtusis, utrinq. in medio pilosis.

Hab. ins. Sumatram. — Rami teretes, cortice laevi etc.

2. ALSODEIA GLABRA Burgdk. — Burgersdyk in pl. Jungh. II. p. 122.

F. ovalib., b. attenuatis, ap. acuminatis, serratis, utrinq. glabris; sep. parvis, brevib. rotundatis; racemis paucifloris, terminalib.

Hab. insulam Sumatram. — Rami teretes, cortice laevi etc.

3. ALSODEIA SILVATICA Seem. — Seemann in bot. of the voy. of Herald. p. 79 tab. XIV. — Fruticosa, ramulis pubescentib. dem. glabris, f. oppositis ovali-ellipticis acuminatis dentatis b. rotundatis subobliquis supra glabris subt. ad nervos racemisq. ferrugineo-pubescentib., racem. spiciformib. terminalib. folio breviorib., sep. ovato-acuminatis dorso hirtellis, pet. oblongo-lin. ap. revolutis, connectivis ovatis longe acuminatis, ovario hispido, stylo glabro. ♄.

Prope Cruces in silvis densis Panamae prov. — Frutex circ. 12 ped. etc. — Species intermedia inter *Alsod. prunifoliam* Spr. et *A. deflexam* Benth.

DIORYCTANDRA *) *Hsskl.*
Hasskarl in Retzia I. p. 126.

(Affinis *Alsodeiae* Pet. Th. [5047].)

Fl. minuti, cal. 5-partitus, lacin. imbricativis acutis; cor 5-petala, pet. unguib. tenuib. hyalinis suffultis, oblongo-lanc. viridiusc. patentib., in alabastro imbricativis, sub anthesi mox subelastice patentim reflexis et convoluto-tortuosis; stam. 5 hypog., petalis alterna, filam. gracill. tenuissima, e faucib. petalor. exserta, unguib. sublongiora, inter se pl. min. conglutinata; anth. ad b. barbatae, e b. latiuscula attenuatae, ap. connexivo elong. terminatae, introrsum ab ap. ad b. dehiscentes, pollen trigono-subglob.; germen superum minutum subtrigono-glob. glabriusc., 1 loc., placent. parietalib. 3, gemmulis ∞; styl. filiformis strictus erectus substriguloso-pilosus, antheras superans; stigma minutum terminale; fr. b. calyce vegeto suffultus, 1-locularis, 3-valvis, valvis medio placentiferis, seminib. plerumq. omnib. abortivis, excepto tantum unico remanente, e marg. valvulae unius pendulo, glabro. — Frutex humilis, rami patentes, distiche alternatim foliati, glabri; stip. acuminatae caducae. F. sub-

---

*) Nomen a verbis διορυκτος, perforatus et ανηρ, vir, derivatum, ob conum antherar. stylo perforatum.

sessilia oblongo-lanc. acuminata, b. attenuata, ibiq. subintegerr., caeterum serrulato-crenata, subt. albesc-viridia, 1—1½ poll. lg., ½ p. l. Fl. axillares sessiles, plerumq. terni succedanee evoluti, antherarum cono albido et petalis viridiusc. contortis patentib. sat insignes, 2 lin. vix excedentes. Caps. glabrae, styli rudimento coronatae, 3-gono-pyramidatae, plerumq. abortu 1-spermae.

1. DIORYCTANDRA ROXBURGHII. — Sub nomine *Alsodeiae Roxburghii* Wall. haec planta fuit missa ex horto bot. Calcuttensi.

Ordo XXIV. SAUVAGESIEAE *Bartl.*

(DC. Prodr. I. 315. — Walp. Ann. II. 68.)

1. SAUVAGESIA PULCHELLA Planch. msc. in herb. Hook. — Seemann in bot. of the Herald p. 80.

Annua, caule erecto subsimplici, f. ovato-lanc. dentatis acutis, stipular. ciliis medio glanduliferis, florib. axillarib. binis folia aequantib. v. superantib. lacin. calycinis ovatis acutis mucronatis pet. oblongo-obtusa subaequantib. et capsula multo brevioribus.

Prope Panama, in Savannis c. *S. tenella* associata.

Cfr. Planchon sur le genre *Godoya* et ses analogues, avec des observations sur les limites des Ochnacèes, et une revue des genres et des espèces de ce groupe in Hook. London journ. vol. V. (1846) p. 584—600, et vol. VI. (1847). p. 1—31 avec 2 planches, Tab. XXI., XXII. et XXIII., XXIV.

Genus *Godoya* generaque sua affinia nec ad Ternstroemiaceas nec ad Sauvagesieas sed potius ad Ochnaceas secundum auctorem clariss. citatum adnumeranda.

Ordo XXV. DROSERACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 317. — Walp. Ann. II. 69.)

5033. **DROSERA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 317. — Walp. Ann. II. 69.)

Groenland sur les organes glanduleux des Drosera, Bullet. de la soc. bot. de Fr. 1855. p. 395.

1. DROSERA ROTUNDIFOLIA (DC. Prodr. I. 318 n. 16. — Walp. Ann. II. 71 n. 28). — Trécul sur les poils glanduleux de feuilles du *Drosera rotundifolia* Bullet. bot. 1855 p. 355.

5033. **ALDROVANDA** *Monti.*

(DC. Prodr. I. 319. — Walp. Ann. II. 78.)

1. ALDROVANDA VESICULOSA Mont. (Walp. Rep. I. 230 n. 1). — Cohn in Flora bot. Z. 1852 p. 673.

Ordo XXVI. POLYGALEAE *Juss.*

(Endl. gen. pl. p. 1077.)

(DC. Prodr. I. 321. — Walp. Ann. II. 79. III. 827.)

(5646—5653, 5659.)

Payer, ann. sc. natur. III. vol. 15 p. 346.

5647. **POLYGALA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 321. — Walp. Ann. II. 63.)

1. POLYGALA CHATAMENSIS Ands. — Anderss. om Galapagos-Öarnes vegetation p. 232. —

Glaberr.; caule herbaceo, erecto, simpliciusc.; f. sparsis, subconfertis, oblongo-lin., obtusiusc., enerviis; racem. brevit. spicaeformib., anguste ovatis; alis ellipticis, acutiusculis, capsulam subaequantib.

Hab. locis arid. elevatis ins. Chatham. — Est quasi forma transitoria, *P. obovatam* et *Galopageiam* quodammodo connectens.

2. POLYGALA PUBERULA Ands. — Anderss. l. c. p. 232. —

Caule b. lignoso, erecto, simpliciusculo, superne puberulo; f. sparsis, coriaceis, lin-lanc.; racem. angustis, valde elong.; alis ovato-oblongis, obtusis, caps. breviorib.

Hab. loc. siccis in laterib. montis ins. Indefatigable.

(Polygalae hic observatae (obovata Hook., Chatamensis, Galapageia et puberula) inter se arctissime affines, quasi speciem his insulis propriam constituunt, a caeteris Timutuis bene distinctam, sed *P. paniculatae* L. ex insulis Caribaeis potissimum analogam.)

3. POLYGALA OVATIFOLIA A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 39. —

Caulib. e b. suffrutescente diffusis velutino-pubescentib.; f. late ovatis ovato-oblongisve plerisq. obtusis 3—5-plinerviis, marg. revolutis brevit. petiolatis mollit. pubescentib.; racem. brevib. laxifloris; carina nuda ampla dilatata integra alis oblongis pubescentib. multo majore petal. lateralib. spathulato-cuneiformib. duplo longiore; caps. fere orbiculari emarginata tenui villoso-ciliata facie glabra.

Texas, in montib. fl. R. Grande et R. Frio. — Planta simillima *P. ovalifoliae* DC. et propinqua *P. buxifoliae* H. B. K.

4. POLYGALA MACRADENIA A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. art. V. p. 39.

Fruticosa, humilis, pube velutina cinerea, ramis fasciculat. adscendentib. e caule crasso procumbente usq. ad ap. conferte foliosis flexuosis; f. alternis parvis oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis muticis subsessilib. enerviis glandulis magnis (more Tagetis) pellucido-punctatis; fl. solitar. extraaxillarib. brevit. pedunculatis; pedunc. ebracteolato; carina imberbi nuda; semine sericeo-villosissimo caruncula mitriformi pubescente instructo. —

In regno Texensi ad fl. San Felipe et Rio Grande.

5. POLYGALA PUBERULA A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 40. —

Pube brevissima subcinerea; caulib. e radice suffrutescente erectis; f. linearib. lanceolatisve (imis nunc oblongis) mucronatis brevissime petiolatis; racem. laxis elongatis; fl. pendulis; carina omnino nuda integra alis late obovatis ciliolatis aequilongi petala lateral. ovali-oblonga paulo superante; caps. ovali emarginata glabra marginib. tenuit. ciliata.

P. pubescens, Schlchtd. in Linn. XIV. p. 160.

Valley of the Limpia. —

Species simillima *P. grandiflorae* Walt.

6. POLYGALA CYMOSA Walt. — Asa Gray pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 41. —

Caule simplici elato superne attenuato subnudo; f. radicalib. lanceolatis linearibusve acutis saep. elongatis gramineis, caulinis sensim abbreviatis subulatis; cyma corymbosa simpliciuscula (e racemis simplicib. nunc parce ramosis); rhachi post lapsum florum squarrosa; alis calycinis ellipticis mucronatis; seminib. subglobosis glaberrimis ecarunculatis.

P. cymosa Walt. Car. p. 179. — Torr. et Gr. fl. I. p. 128 et p. 670 (excl. syn. *P. ramosa* Ell.). — *P. corymbosa* Michx. fl. II. p. 54 (in part.). — Ell. Sk. 2 p. 187, non Nutt, nec Torr. et Gr. fl. — *P. graminifolia* Poir. dict. — DC. Prodr. I. 329. — *P. attenuata* Nutt. gen. II. p. 90. — *P. acutifolia* Torr. et Gr. fl. I. p. 128 (*P. cymosa* β. *graminifolia* Torr. et Gr. l. c. p. 670).

7. POLYGALA RAMOSA Ell. (Walp. Rep. I. 237 n. 56). — Asa Gray pl. Wrightianae in Smithson. Contribut. III. art. V. p. 41. — Flores et semina iis. P. cymosae subdimidio minores.

P. ramosa Ell. Sk. II. p. 186. — *P. cymosa* Poir. dict. 5 p. 500, non Walt. — *P. corymbosa* Nutt. gen. II. p. 89; Torr. et Gr. fl. I. p. 128, non Michx. nec Ell.

8. POLYGALA (*Monninopsis*) HEMIPTEROCARPA A. Gray. — Pl. Wrigth. in Smithson. Contrib. V. p. 31.

Glabra, perennis; caulib. gracilib, ramisq. strictis striato-angulatis foliosis; f. subulato-linearib. uninerviis alternis; racemo virgato multifloro; fl. albis mox pendulis; carina cristata alis obovatis paulo breviore; caps. oblonga membranac., loculo postico dupliciter alato inter laminas dehiscente, antico paulo minore indehiscente semen fere ecarunculatum includente.

Sonora, in collib. lapidosis. — Caules erecti, 12—20 pollicares etc.

9. POLYGALA (*Blepharidium*) JAVANA DC. (DC. Prodr. I. 327.); (Wght. et Arn. pr.

I. 28. 137; Don hist. Dichl. I. 351. 90). — Hasskarl in Retzia I. p. 148. — Diagnosis Candolleana haud plane quadrat, nam est nimis incompleta, forsan secund. specimen recenter florens sumpta. Differunt species affines sequentes hisce notis:

P. Wrightiana Wall. (Walp. Rep. I. 233 n. 18), glabritie et colore, ram. diffusis, f. linearib., racem. breviorib., alis oblongis acuminatis, caps. oblonga haud ciliata. —

P. crotalarioides (DC. Prodr. I. 327); fr. pubescente, alis villosis, f. petiolatis caule suffruticoso diffuso et a Wall. pl. As. rar. t. 185 toto habitu. —

P. humilis Spanogh. (Walp. Rep. I. 231 n. 33.), alis ovalib. acuminatis subfalcatis, fructu ovali, ram. prostratis, f. elliptico-lanceolatis. —

P. rufa Spanogh. (Walp. l. c. n. 32.), f. angustiorib., racem. terminalib., caps. oblongo-elliptica. —

P. densiflora Bl. (Walp. Rep. I. c. n. 31.), rac. supra-axillarib., alis ovali-oblongis acuminatis falcatis. — Sequitur adhuc l. c. pl. descriptio. —

10. POLYGALA HOSPITA Heuff. — Heuffel in Flora bot. Ztg. 1853 p. 620.

Fl. cristatis, racemis dem. oppositifoliis paucifl., bracteis pedicellum subaequantib. deciduis, alis obovato-oblongis, acutis, b. obliqua in unguem attenuatis, trinerviis, capsula obcordata, late alata; subsessili longioribus, ea vero angustiorib., f. inferiorib. obovatis, super. oblongo-lanceolatis lanceolatisq., acutis.

Sequitur l. c. pl. descr. — In montib. apricis aridis ad Danubium in Banatu. — Maj. Jun.

11. POLYGYLA (*Timutua*) VARIABILIS H. B. K. β. *albifl.* DC. — Hasskarl. in Retzia I. p. 149. (DC. Prodr. I. 328. 80). — An eadem spec. ac *P. scoparia* H. B. K. (DC. l. c. 329 n. 101)? cuj. patria tantum recedere videtur, nostra enim e solo Brasiliensi sua sponte progressa est. — Cfr. descript. pl. l. c.

12. POLYGALA OBOVATA Hook. (Walp. Ann. I. 74 n. 11). — Anderss. on Galapagos-Öarnes vegetation p. 231.

a. *latifolia:* fol. exacte spathulatis etc. — in ins. Charles.

b. *angustifolia:* f. b. longius productis nec ap. ita dilatatis etc. — in ins. Chatham.

5652. **MONNINA** *Ruitz. et Pav.*

(DC. Prodr. I. 338. — Walp. Ann. II. 85.)

1. MONNINA WRIGHTII A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 31.

Annua, fere glabra; caule gracili; f. lanceolatis linearibusve subsessilib.; florib. parvis mox deflexis hexandris; fructu sicco complanato inaequaliter ovato acutissime marginato 1-loculari, facieb. 1-nerviis venulosis.

Nova-Mexico pr. cuprifodinas in rupium fissuris. — Fl. Aug., fr. Oct. — Fl. 1½ lin. lg. viridi-albidi et purpureo-tincti, etc.

5646. **SALOMONIA** *Loureir.*

(DC. Prodr. I. 321. — Walp. Rep. I. 73.)

1. SALOMONIA HORNERI Hassk. — Hasskarl in pl. Jungh. II. p. 123.

Glabra, simplex, apice fastigiato-ramosis; f. lin-oblongis, sessilib., acutis; racemis in ramis terminalib. densifloris erectis, carina obtusa nec cristata, alis obtusis, caps. nuda subcordato-emarginata, mucronato-pectinata.

Habit. in graminosis (Prairie) Pandaglawas Sumatrae (Horner herb. Jungh.). — Herba annua, glabra, habitu Euphrasiae, etc.

Polygalae angustifoliae H. B. K. (DC Prodr. I. 330 n. 112.) (e diagnosi) valde accedens.

5653. SECURIDACA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 340. — Walp. Ann. II. 67.)

1. SECURIDACA BIALATA Benth. — Benth. in Hook. j. Kew gard. misc. III. 162. —

Scandens, f. ovalib. obtus. retusisve b. subcordat. coriac. subt. ramulisq. puberulis, alis ovato-orbicularibus, carina latiusc. ap. breviss. triloba plicato-cristata, petal. superior. ang. oblong., alis fructus geminis, fructu subbreviorib., postica ang., antica latiss. cristaeformi.

Frutex super arbores alte scandens. F. brev. pet. 2 — 3 p. lg., 1 — 1½ p. l. Racemi brev., multifl. Bracteas caduc. haud vidi. Fl. majusc. Calyc. foliola 3, puberula 1½ l. lg. alae vix unguiculatae, 5 l. lg., glabr. nec ciliatae. Carina unguiculata, supra ung. 4 l. lg., pet. super. 5 l. lg., se invicem applicata. Stam. 8, usq. ad ⅔ in tub. incurv. b. latior. connata; filam. superne liberis. Ovar. subsess., obovoid. compress., ap. obliq. truncatum 1-loc., 1-ovulat. Styl. glaber, falcatus, a latere compress. stamina aeq., ap. obliq. stigmatosus. Fr. absq. alis oblong., 8 — 9 l. lg., reticulato-rugosus, ala sup. ex suturae posticae parte sup. orta, oblonga, 5 — 6 l. lg., 1½ — 2 l. l., ap. rotundata; ala major e tota fere sutura antica oriunda, in p. super. 6 — 7 l. lg., valde dilatata, plicato-rugosa, marg. exter. undulata v. sublobata. — In littoris Amazon. flum. pr. Santarem.

5656. KRAMERIA *Löffl.*

(DC. Prodr. I. 340. — Walp. Ann. II. 67.)

1. KRAMERIA CANESCENS As. Gray. — Plantae Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 42.

Fruticosa, pube brevi densa sericeo-incana; caulib. erectis ramosis; f. brevib. oblongo-lin. s. lanceolatis mucronatis sessilib.; pedunculis folio pluries longiorib. medio bibracteatis dem. recurvis; sep. lanceolatis acuminatis; pet. posticis exiguis distinctis staminib. 4 discretis liberis breviorib. lamina fere destitutis; fr. ovoideo-globoso.

Frutex Texensis 1—3 ped., Prairies pr. Pecos. —

5659. TRIGONIA *Aubl.*

(DC. Prodr. I. 571. — Walp. Ann. II. 87.)

1. TRIGONIA PARVIFLORA Benth. — Bentham in journ. Kew gard. misc. III. 163.

F. ovato-elliptic. oblongisve, adult. utrinq. glabr. nitidulis, paniculae termin. tomentosae ramul. elong., flor. parv. numerosis, fascicul. dem. racemiformib., caps. obovoid-triquetra.

Frutex biorgyalis, ramulis pl. m. scandentib., novell. tomentos. mox glabrat. F. 2—3 p., pleraq. brev. acuminata, obtusa v. acutiusc. ten. coriac. nitidula penninerv. et reticulato-venosa. Pet. 1—2 l. lg., linea transversa connexi. Stip. caduciss. Panicula terminal. saepe ped., b. foliata, ram. 3—6 pollicarib. fere a b. floribundis. Fascic. v. racemuli 3—10 flori, axi demum 2—4 l. lg. Bract. acuta pedic. lin. brevior. Fl. vix l. longior., iis Trig. crotonoidis simillimi nisi minores. Petalum tamen anticum ad margin. sacci non ciliatum ut in icone (Fl. Bras. merid. t. 105.) depictum, et placentat. mihi videtur potius parietal. quam axilis dicenda. Caps. 4 lin. lg, ext. tomentella ap. truncata et late triangulata, fere triloba. — Prope Santarem.

Ordo XXVII. TREMANDREAE *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 343. — Walp. Ann. II. 87.)

(Endl. gen. pl. p. 1076 n. 5644. — n. 5645.)

Payer, Ann. sc. nat. III. vol. 15 p. 346. — *J. Steetz*, die Familie der *Tremandreen* und ihre Verwandtschaft zu der Familie der *Lasiopetaleen* 1853.

5644. **TETRATHECA** *Sm.*

(Walp. Rep. V. 68 et Walp. Ann. II. 87.)

Asa Gray in Hook. journ. Kew gard. miscell. IV. 199: note on Tetratheca.

1. TETRATHECA ERICOIDES hort. — Planchon in van Houtte fl. d. s. X. 229 c. tab. — Ramulis glabris v. parcissime pilosis, foliis linearibus subsessilib. alternis v. saepius in pseudo-verticillos ternatim approximatis, marg. revolutis sublaevibus, pedicellis axillarib. solitariis folio multo brevioribus calyceque glaberrimis laevissimis, sepalis ovatis acuminatis acutis, petalis obovatis roseis, antheris linearibus petali dimidium haud aequantib. 3p. flavescentibus. —

Tetratheca ericoides, hortul. (non T. ericifolia Sm.).

In hortis culta. Specimen herb. mus. Paris. in monte Nelson insulae Van-Diemen lectum est.

Ordo XXVIII. PITTOSPOREAE *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 345. — Walp. Ann. II. 87.)

(Endl. gener. pl. n. 5660. — n. 5668. 5670.)

5661. **PITTOSPORUM** *Soland.*

(DC. Prodr. I. 346. — Walp. Ann. II. 87.)

1. PITTOSPORUM FLAVUM Hook. — Hook. bot. mag. 1854 tab. 4799.

F. late obovato-lanc. brevi-acuminatis integerr. coriaceis glabris b. in petiol. breviusculum attenuatis, pedunculo terminali, corymb. compositis bracteatis pubescentib., sep. ovato-lanc. acutis, pet. (flavis) ext. dense sericeis longe unguiculatis, filam. pubescentib., ovar. cylindraceo-elongato sericeo, stigmate bilobo.

In Austral. orient. ad Port. Stephen indigena. (Semina alata dicuntur, qua ex causa nomen „Hymenosporum" a cl. King proponitur.)

2. PITTOSPORUM DISCOLOR hort. Berol. — Regel Gartenflora I. p. 133. tab. XV. — Frutex 1—1½ ped. sempervirens, ramulis sparsis obsitus. F. lin-lanceolata (1½—2 poll. lg., 3—4 lin. l.) alterna, brevit. petiolata, acuta, coriacea, marginib. leviter revolutis, supra laevia atro-viridia, subt. tomento fusco-brunneo vestita. Fl. petiolati singuli, rarius bini v. terni in foliorum axillis, v. in ramulorum apicibus inter folia vix verticillatim congesta fasciculatim pendentes. Pedunculi nutantes 1—2 poll., brevit. pilosi, b. bracteis squamaeformib. involuti. Calyx profunde 5-partitus (vix 5-petalus), laciniis revolutis, lin-lanceolatis breviter pilosis viridibus exstructus. Flores tubulo 3 lin. longo, laciniisque limbi patenter revolutis, tenuiter purpureo-roseo-lilacinis.

Accedit *Pitt. crenulato* Putt., *Pitt. Roëano* et *Pitt. bicolori* Hook., differt tamen ab omnibus suis congeneribus tomento fusco in foliorum lamina inferiori. —

Habit.: verosimiliter in arenosis Novae Hollandiae.

CALOPETALON *J. Drumm.*

(Generi *Marianthi* [5664] Hüg. affinis.)

Harvey, new genera of. W. Austral. plants in Kew gard. misc. VII. 52.

Calyx pentaphyllus, aequalis. Pet. 5 (nunc 6—7), hypogyna, spathulata, unguib. curvatis in corollam subringentem conniventib. Stam. 5, unguib. petalor. longiorib.; filam. applanata; spathulata, ap. acuminato-filiformia; anth. oblongae, introrsae bilocular., dorso prope b. affixae, longitudinalit. dehisc. Ovar. breve stipitatum, triloculare, locul. multiovulatis. Styl. filiformis. Stigma simplex. Caps..... — Suffrutex habitu Marianthum referens; fl. terminalib. congestis aureo-sanguineis speciosis.

1. CALOPETALUM RINGENS, J. Drum. — Hab. In regionib. borealib. Australiae occid., in ditione „on the Chapman", dicta.

5665. CHEIRANTHERA *A. Cunningh.*

(Walp. Rep. I. 257. V. 73.)

Cfr. Planch. in Ann. sc. nat. ser. IV. t. 2 p. 266.

1. CHEIRANTHERA LINEARIS A. Cunningh. (cfr. char. gen.). — Planchon in van Houtte fl. d. serres VIII. p. 291 c. tab. — Regel Gartenfl. I. p. 227. tab. XXII.

5668. BILLARDIERA *Smith.*

(Putterl. Synops. Pittosp. 27. — Walp. Rep. I. p. 257.)

1. BILLARDIERA SERICOPHORA Ferd. Müll. — Ferd. Muller Diagn. nov. in Linn. XXV. p. 371.

Scandens, f. oblongo-lanceolatis in b. sens. angustatis supra mox glabratis subt. c. ramulis pedicellis calycibusq. pube alba sericea dense vestitis, pedicellis terminalib. solitariis v. plurib. congestis, baccis cylindricis pubescentibus.

Ad Tideke detexit C. Wilhelmi, qui ditionem portus Lincolm botanices causa nuperrime perlustravit.

β. *megaphylla*, f. orbiculato-ovatis pluries majoribus.

Frutex plus min. scandens. F. 1—2'' longa, ½—1'' l. etc. — Anthes: vere. —

Ordo XXIX. FRANKENIACEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 349. — Walp. Ann. II. 88.)

(Endl. gen. pl. p. 913 n. 5053.)

5053. FRANKENIA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 349. — Walp. Ann. II. 88 et III. 828.)

1. FRANKENIA WEBBII Boiss. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852) p. 16. — Caulib. inferne suffruticosis superne ramosissimis laxe corymboso-dichotomis tenuit. pulverulentis velutino-cinereis, f. glaucescentib. teretiusculis linearib. carnosulis marg. arcte revolutis glabriusculis v. breviter pulverulento-velutinis calcareo-punctatis b. parce ciliatulis, fl. albis laxe et dichotome corymbosis, calycis tubo glabriusculo v. brevit. pulverulento-velutino, petalorum limbis triangulari-cuneatis ap. retuso-truncatis eroso-denticulatis, staminib. exsertis, anth. ovato-subrotundis. — Hab. in locis salsis pr. Almeria Hisp. austr. —
   F. revoluta Webb. it. Hisp. p. 65; Boiss. voy. Esp. p. 83, non Forsk. excl. Desf. syn.

2. FRANKENIA BOISSIERI Reut. (Walp. II. 88 n. 1.). — Boiss. et Reuter pug. pl. nov. (1852) p. 17. —
   Frank. glomerulata Coss. not. pl. Esp. p. 30.

Ordo XXX. CARYOPHYLLEAE *Fenzl.*

(*Caryophyll.* DC. Prodr. I. 351. — *Paronych.* St. Hil. DC. Prodr. III. p. 365. — Walp. Ann. II. 89.)

Subordo I. *PARONYCHIEAE* St. Hil.

(Endl. gen. pl. n. 5197—5220.)

Tribus V. *POLYCARPEAE* Endl. l. c. p. 960.

Subtribus I. *LOEFFLINGIEAE.*

5210. LOEFFLINGIA *Lin.*

(DC. Prodr. III. 380. — Walp. Rep. I. 263.)

1. LOEFFLINGIA GADITANA B. et R. — Boiss. et Reuter pug. pl. nov. (1852) p. 23. — Tota glanduloso-viscida, ramor. floralium internodiis subelong., f. lin-subulatis mucronatis, stip. setac. folio dimidio breviorib. cum eo parte ½ inferiori coalitis, fl. in dichotomiis sessilib. et ad ramulor. ap. dense fasciculatis, sep. dorso parce glanduloso-puberulis oblongo-lanc. in mucronem abeuntib. 2 exteriorib. herbac., tribus interiorib. scariosis, illis anguste his late albo-marginatis. exteriorib. medium versus interiorib. sub ap. utrinq. 1-aristatis hisce aliquando integris, pet. oblongis ap. rotundatis integris, staminib. 3, ovario ovato oblongo, stylo ovario subaequilongo, stigmate capitato. — In cultis arenosis Baeticae pr. Puerto Santa Maria.
   L. Hispanicae prima facie simillima.

2. LOEFFLINGIA MICRANTHA B. et R. — Boiss. et Reut. l. c. p. 25. — Tota brevissime glanduloso-viscidula a b. ramosa, ram. gracilib., f. brevissimis acutis lin. stip. setac. folio subaequilong. cum eo a parte dimidia inferne coalitis et secus in membranam ciliolatam decurrentib., fl. in fasciculos breves subscorpioideos secus ramos alternatim et secunde dispositos cogestis, sep. ovalib. longiuscule aristato-mucronatis 2 exteriorib. dorso herbac. lateraliter utrinq. aristulatis interiorib. tribus hyalino-membranac. fimbriato-ciliatis, petalis e b. lata sessili ellipticis trinerviis obtusis integris, staminib. 5, filam. perigynis b. inter se membrana annulari coalitis, stylo unico ovario aequilongo, stigm. capitato obsc. trilobo, caps. ovatâ pyramidata trivalvi, seminib. circ. 10 irregulariter subquadratis. — Hab. in arenosis prov. Gaditanae pr. Arcos de la Frontera.

Subtribus II. *SPERGULEAE.*

(Endl. gen. pl. n. 5211 — 5220.)

5217. AYLMERIA *Mart.*

(DC. Prodr. III. 363. — Walp. Rep. I. 264.)

1. AYLMERIA ZOLLINGERII Fenzl. — Zollinger Verz. (1854) p. 141. — In arenosis vulcanicis Mont. Tambora, ins. Bima, 2—6000'. — Fl. Aug.

5218. SPERGULARIA *Pers.*

(DC. Prodr. I. 400. sub *Arenaria.*)

1. SPERGULARIA SEGETALIS Fenzl. in Ledeb. fl. Ross. 2 p. 166. — Gren. et Godr. fl. fr. I. 275.

Alsine segetalis L. sp. 390; *Arenaria segetalis* Lam. (DC. Prodr. I. 400. n. 1).

2 SPERGULARIA RUBRA Pers. syn. Fenzl. l. c. — Gren. et Godr. fl. fr. I. 275.

Arenaria rubra L. (DC. Prodr. I. 401 n. 6).

α. *campestris* Fenzl.: fol. omnino planis tenuib., valde fasciculatis, stip. splendidissime argenteis longe acuminatis, saepe usq. ad b. partitis, staminib. plerumq. 10.

β. *pinguis* Fenzl.: f. subgibboso-carnosis, vix fasciculatis, stipulis breviorib., obscure albido-scariosis, staminib. plerumq. 5 v. paucioribus.

Hab. in campis totius Galliae arenosis.

3. SPERGULARIA SALSUGINEA Fenzl. in Ledeb. fl. Ross. — Gren. et Godr. fl. fr. l. c.

Arenaria salsuginea Bunge in Ledeb. fl. Alt.

Species valde affinis *Sp. rubrae* β. *pingui*, differt tamen caulib. ramosiorib., ramis magis filiformib. et diffusiorib., stipulis minorib. haud splendentib. sed griseo - albis cymis haud foliatis, bracteis brevib. scarioso - griseis munitis, florib. numerosiorib., 3—4-plo minorib., staminib. 2—3. — Hab. pr. Marseille. ⊙. Jul.

4. SPERGULARIA MACRORHIZA Gren. et Godr. — Gren. et Godr. fl. de Fr. I. 276.

Arenaria macrorhiza Req. in Lois. nouv. not. 22, et gall. 1, p. 322.

Flores haud numerosi, in cymam depauperatam dispositi. Sepala minus scariosa, subacuta, et longiora quam in *Sperg. rubra* β. *pingui.* Petala calyce breviora, calycis laciniis capsulam ¼ v. ⅓ longitud. superantib. Sem. omnia exalata, laevia. F. lin., carnosissima, perspicue fasciculata, valde approximata imo imbricata, ut tota planta pubesc.-glandulosa. Caules numerosi, fere decimetr., et caudice crasso persistente exoriuntes. — Fl. albi. — Hab. in pascuis maritimis ins. Corsicae. ♃. Jun.

5218. LEPIGONUM *Fr.*

(*Spergularia* Pers.)

1. LEPIGONUM GLANDULOSUM Liebm. — Liebmann Ind. sem. h. Acad. Hauniens. 1853. — (Ann. sc. nat. ser. IV. t. 1. p. 330.) — Tota pl. glanduloso-puberula gracilis erecta subsimplex 4—5 poll.; rad. palari crassiuscula; caule tereti debili; f. oppositis patulis cylindricis filiformib. mucronatis internodio longiorib.; stip. interfoliarib. scariosis hyalinis lanceolatis acutissimis glabris, fl. axillarib. solitar. longe pedunculatis in racemum rariflorum dispositis; pedunc. dem. reflexis; calyce corollam duplo superante; sep. ovatis obtusis, marginib. scariosis, dorso glanduloso-puberulis; pet. minutis albis ovatis obtusis; staminib. perpaucis (1—3), petala fere subaequantib.; anth. globosis didymis flavis; ovario glabro ovato; stylis 3 erectis virescentib. filiformib.; caps. calycem parum superante trivalvi; seminib. numerosis nigris disciformibus ala hyalina cinctis. — Sem. prope Valparaiso leg. Didrichsen.

5220. DRYMARIA *Willd.*

(DC. Prodr. I. 395. — Walp. Ann. II. 91.)

1. DRYMARIA XEROPHYLLA A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. V. p. 18 adnot.

Glabra; caulib. decumbentib. ramisq. florid. foliosis; f. subsessilib. ovatis cuspidato-acuminat. chartaceo-membranac. siccis 3—5-plinerviis venosis; stip. plurisetosis; cymulis axillarib. 1—5 floris subsessilib. folia haud superantib.; sep. oblongis obtusis 3-nerviis; petal. minimis spathulatis integris; ovario 3-ovulato. —

Coulter, Mexican collect. no. 722.

Petala sepala vix dimidio aequantia, integra, emarginata v. rarius 1—2 ap. bilobata; stamina 3, basi dilatata et in annulum connata; caps. trivalvis semine 1 laevi; f. 3—8 lin. lg.

2. DRYMARIA EFFUSA A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 19.

Annua glaberr., nisi internodiis supra med. glandulosis viscosis; caule filiformi superne ramoso in cymam patentissimam multifl. diliquescente; f. anguste linearib. sessilib. imis spathulatis parvis; pedicellis bracteas ovatas scariosas vix excedentib. flore breviorib.; sep. ovatis obtusis 3-nerviis levit. scarioso-marginatis pet. alte bifidis (lobis oblongis) breviorib. capsulam 3—4-spermam adaequantib.; seminib. laeviusculis.

In montib. ad orient. Santa Cruz, Sonora. Septbr. Caules 3—5 poll. alti etc.

3. DRYMARIA CORDATA H. B. K. (DC. l. c. n. 4). — v. Schlchtd. in Linn. XXVI. p. 374.

var. *pilosa:* caules et folia patentim pilosa et ciliata, pedunculi calycesq. breviter glanduloso-pubescentes. — Ad nullam melius quam ad cordatam ducere possum. Pl. 6 pollicaris a b. multicaulis.

Patr. Mexico.

Subordo II. *ALSINEAE.*

(Endl. gen. pl. 5224 — 5242.)

Tribus I. *SABULINEAE.*

Subtribus I. *SAGINEAE.*

5224. SAGINA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 389. — Walp. Ann. II. 91. III. 829.)

CONSPECTUS SAGINARUM in Europa austro-occid. provenientium sec. affinitat. naturalem dispositus. — Willkomm Ic. et descr. pl. nov. Hisp. p. 116.

Sect. I. *SAGINELLA* Fenzl.

1. *S. apetala* L. — 2. *S. Reuteri* Boiss. — 3. *S. patula* Jord. — 4. *S. ciliata* Fries. — 5. *S. filicaulis* Jord. — 6. *S. densa* Jord. — 7. *S. stricta* Fries. — 8. *S. maritima* Don. — 9. *S. procumbens* L.

Sect. II. *SPERGELLA* Fenzl.

10. *S. Corsica* Jord. — 11. *S. muscosa* Jord. — 12. *S. glabra* Willd. — 13. *S. fasciculata* Boiss. — 14. *S. Linnaei* Presl. — 15. *S. subulata* Wimm. — 16. *S. Nevadensis* Boiss. Reut.

Sect. 1. *SAGINELLA* Fenzl.

1. SAGINA REUTERI Boiss. — Willkomm Ic. pl. Hisp. I. p. 114. tab. LXXIII. A. — Annua, pygmaea multicaulis, radice tenui perpendiculari. Caules 1—2 poll., erecto-patuli, fere a b. dichotome ramosi, internodiis brevib. Fol. superiora et med. internodiis breviora vix lin. longa, infima 2—3‴ lg., internodiis longiora, omnia lin-lanc. acuminata aristata, b. ciliata. Fl. tetrameri minimi solitarii subcymosi brevit. pedunculati, pedunc. et floriferis et fructiferis erectis calyce longiorib. setaceis. Sep. 1/4‴ lg. ovato-oblonga, glabra mutica ap. subincurva uninervia marg. anguste membranacea, in fl. fructifero capsulae appressa eaq. breviora. Pet. nulla. Stam. 4 sepalis breviora, antheris didymis. Capsula 4-valvis, valv. ap. emarginato-truncatis. Sem. ignota. — Tota plantula laete virens et parce glanduloso-puberula.

Sag. Reuteri Boiss. in diagn. pl. or. Ser. II. n. 1 p. 82.

— Spec. e sectione Saginella Fenzl., proxima apetalae L. et S. patulae Jord. — Prior diff. f. longiorib. pedunc. elongatis et sep. etiam in statu fructif. in crucem expansis, S. patula Jord. praeter habitum procerum laxum caps. calycem non excedente distincta est. — Hab. in Hisp. centr. c. Madritum (Reuter).

2. SAGINA APETALA L. (DC. Prodr. I. 389). — Fr. Schultz in Flora, bot. Ztg. 1852. p. 433.

3. SAGINA PATULA Jord. (Walp. Ann. I. 84 n. 1). — Fr. Schultz in Flora bot. Ztg. 1852 p. 433.

Sect. 2. *SPERGELLA* Fenzl.

4. SAGINA NEVADENSIS B. et R. — Willkomm l. c. p. 115. tab. LXXIII. B. — Boissier et Reuter pugill. pl. nov. p. 22. — Perennis caespitulosa, caulib. brevib. filiformib. glabris erectis foliosis, f. lin-setaceis brevib. mucronatis glabris rarius stipitato-glandulosis, pedunc. setaceis longissimis stipitato-glandulosis defloratis nutantib. fructiferis erectis, sepalis elliptico-obtusis omnino enervib. glabris v. glandulosis, petalis ovatis obtusis calyce paulo breviorib., caps. 5-valvi calyce duplo longiori. — Plantula habitu Sag. subulatam omnino referens sed pedunc. et foliis etiam tenuiorib. caeter. distincta. — Hab. in turfosis reg. alpinae Sierra Nevada supra vallem fluvii Monachil. (Reuter. Jul. 1849).

5. SAGINA MUSCOSA Jord. — Willkomm l. c. p. 115. tab. LXXIII. C. — Perennis, caespitosa, rhizomate radiciformi multicauli. Caules breves (1/2—2 pollic.), tenues decumbentes, ramosi caespitem intricatum formantes, glabri, internod. brevib. F. internodiis longiora, infima 8—9‴ longa, reliqua multo breviora surs. decrescentia, omn. anguste lin. glabra brevit. mucronata. Fl. tetrameri v. rarius pentameri, solitarii termin., post anth. longe pedunc., pedunculo sub anth. erecto, postea arcuato-recurvato fructifero (5 — 6‴ longo) erecto. Sep. lin. longa, ovato-oblonga, obtusissima mutica, concava, marg. albo-membranac., enervia, glabra, in statu fructifero capsulae adpressa. Pet. subrotunda, brevit. unguiculata, calyce duplo breviora. Stam. 4 — 5 petala superantia, antheris didymis. Styli 4 — 5 ovar. aequantes. Caps. calyce paulo longior., valvis truncatis. Sem. minima (1/10‴ diam.) triangulari-reniformia minutissime rugulosa. — Tota planta laete virens.

S. muscosa Jordan Pugill. pl. nov. p. 32. — Medium fere tenet inter *S. Linnaei* Presl. et *S. procumbentem* L.

In Gallia merid. ad rupes muscosas silvar. et in pascuis subalpinis montium Vivariensium (Jordan).

6. SAGINA CORSICA Jord. — Willkomm l. c. p. 116. tab. LXXIII. D. — Perennis, caespitosa, rhiz. filiformi repente radicante fibrilloso, turiones foliosos et caules ex axillis folior. turionum prorumpentes emittente. Caules breves (2—2½" longi) debiles, b. procumbentes et radicantes, deinde adscendentes, ramosi, caespitem laxum intricatum formantes, glabri, ex internod. longis subaequalib. compositi. F. turionum longa fere poll., anguste linearia, caulina multo et etiam internodiis breviora, lin-lanc., omnia glabra et mucronata. Fl. parvi tetrameri, solitarii term. et axill., fructiferi longe pedunculati, pedunc. post anth. hamato-recurvatis, fructiferis paululum reclinatis. Sep. ¾‴ lg., ovali-oblonga, obtusa enervia, marg. membranac., in statu fructifero capsulae adpressa. Pet. minima oblonga v. nulla. Stam. 4 calyce breviora, anth. didymis. Styli 4 ovario breviores. Caps. calyce longior, valv. obtusis. Sem. minima triangulari-reniformia, minutissime rugulosa. — Tota pl. laete virens.

Sag. Corsica Jord. Observ. pl. nouv. fragm. VII. (1839) p. 15. — Proxima *S. procumbenti* L.

Hab. in reg. montana ins. Corsica (Jord.).

7. SAGINA DICHOTOMA Heuff. — Heuffel in Flora bot Z. 1853 p. 626.

Caule erecto, dichotomo, f. oppositis, lin-subulatis, mucronatis, glabris; fl. tetrameris, pedunc. florentib. et defloratis erectis, sep. obtusiusculis, petala superantib., capsula breviorib.

Habitus *Alsin. tenuifoliae* Wahlenb.

Radix ramosissima etc. — In pascuis collinis ad Baszest Comitatus Krassó. Jun.

---

8. SAGINA SETIGERA Bisch. — Del. semin. in hort. Heidelberg. collect. anno 1852.

F. lin-subulatis setula longiuscula terminatis margine caule pedunculisq. glabris, fl. pentameris, pedunc. capillac. defloratis cernuis, fructiferis erectis, sep. lanc.-oblongis ap. concavis, binis exteriorib. mucronatis, mucrone incurvo, calyce petalis breviore capsulam subaequante. — Patria ignota. —

Semina e horto Gottingensi nom. *S. saxatilis* a. 1849 et 1851 accepimus. (Linnaea XXVI. p. 738).

5225. **BUFFONIA** *Sauvag.*

(DC. Prodr. III. 332. — Walp. Ann. II. 92.)

1. BUFFONIA PERENNIS Pourr. (DC. Prodr. I. p. 389. n. 4.) — Willkomm Ic. pl. Hisp. p. 111. tab. LXXI. A. — Cfr. l. c. descr. et ic. — In Gall. austr. in Pyren. or. et in Algeria.

2. BUFFONIA MACROPETALA Willk. — Willkomm l. c. p. 112. tab. LXXI. B. — Perennis, rhiz. suffruticoso, cylindrico rimoso-corticato in ram. breves procumbentes subtortuosos ap. adscendentes et vaginis folior. emort. imbricatim vestitos caules permultos edentes diviso. Caules erecti ½ ped. et ultra, v. (in aridis) 2—3 poll., ap. dichotome ramosi, caeter. plerumq. simplices, rarius unum alterumve ramum edentes, internod. surs. accrescentib., infimis valde approximatis. F. ad nod. rhizomatis saepe fasciculata, caulina inferiora internodiis longiora, summa eis multo breviora, omnia rigida arrecta lin-subulata, b. dilatata, ap. abrupte acutata, marg. ciliolata, dorso b. trinervia. Fl. in speciminib. macris locor. aridor. ad ap. caulium ramorumve solitarii aut fasciculato-racemosi, in speciminib. vegetiorib. cymosi, in cyma nempe repetite dichotoma subregulari dispositi, dichotomiar. longe, alares brevit. pedunculati, pedunc. tuberculato-scabris sub fl. incrassatis. Bracteae ovato-lanc. mucronatae valde

scariosae. Sep. exter. 1⅓—2‴ lg., interiora 2—2½‴ lg., utraque late lin-lanc. brevit. acuminata, acuta, marg. late scariosa, dorso 5-nervia, nervis 3 primar. fere excurrentib. non confluentibus. Pet. magna sepalor. magnitud. interior. v. iis paulo breviora oblongo-ell., ap. emarg.-truncata brevit. et late unguiculata. Stam. 4 sepala exter. subaequantia, filam. subulatis, anther. magn. ellipt. luteis. Styli clavati et ovario et staminib. longiora. Caps. ovali-ellipt. ap. emarginata, sep. exteriorib. brevior, abortu 1-sperma. Sem. ¾‴ lg. ½‴ l., obovatum, dorso convexo grosse obtuseq. tuberculatum, facieb. concavis minutissime transverse rugulosum, brunneum.

B. macropetala Willk. in fl. Ratisb. 1851. p. 604. — Spec. proxima *B. perenni.*

In regione montana inferiore Hisp. centr., in arenosis.

3. BUFFONIA WILLKOMMIANA Boiss. — Willkomm l. c. p. 113. tab. LXXII. A. —

Species pulchra proxima B. perenni Pourr., sed florib. fasciculatis breviter pedunculatis, pedunc. bracteatis, sep. trinerviis et mucronatis, stylis duplo longiorib., staminib. 4 et seminum formatione plane aliena, ab illa valde distincta.

Cfr. l. c. descr. — *Buff. Willkommiana* Boiss. in diag. pl. or. ser. II. n. 1 p. 83. — *Buff. perennis* Willk. in Linn. 1852. p. 13, non Pourr.

Hab. in reg. montana Hisp. merid. (detex. Willkomm).

4. BUFFONIA TENUIFOLIA L. — Willkomm l. c. p. 113. tab. LXXII. B. —

Species rara saepissime cum alia multo crebrius proveniente commutata scilic. c. *B. macrosperma* Gay (*B. annua* DC. Prodr. I. 388 n. 1).

Cfr. pl. descr. l. c. — *B. tenuifolia* L. Sp. pl. 179! et herb. (sec. cl. Gay) non alior. — Cfr. Gren. et Godr. Fl. de Fr. I. p. 249. et Loefl. It. Hisp. p. 44. — *Alsine polygonoides* tenuifolia, flosculis ad longitudinem caulis velut in spicam dispositis, Pluck. Almag. 22. tab. 75. f. 3. —

Hab. in Anglia (ex Linn), Gallia austr. et in Hispania in arenosis.

5. BUFFONIA MACROSPERMA Gay. (*B. annua* DC. Prodr. I. 388 n. 1). — Willkomm l. c. p. 114. tab. LXXII. C. f. 1—5. — Differt a *B tenuifolia* L. caulib. divaricatim ramosis cymulis 2—3 floris, sepal. 5-nerviis minus acuminatis, pet. majorib. sep. exteriora sub aequantib., staminib 4 stylisq. longiorib., caps majore suborbiculari sepala exteriora subaequante et praecipue seminib. magnis ellipticis (1‴ lg. ½‴ l.), facieb. convexis margineq. crasso elevato grosse tuberculatis, statim dignoscitur.

B. macrosperma Gay in monogr. ined. — Gren. et Godr. l. c. I. p. 248. Reichb. ic. f. 4899. (icon bona). — *B. annua* DC. Prodr. l. c.

In Gallia centr. et austr., in Vallesia, Italia et Hispania austr. (pr. Granada, Funk.).

5226. **QUERIA** *Loefl.*

(DC. Prodr. III. 379. — Fenzl. monogr. Alsin. ined.)

1. QUERIA HISPANICA Löfl. (DC. Prodr. III. 379 n. 1). — Willkomm Ic. pl. Hisp. p. 102. tab. LXVI. C.

Cfr. l. c. pl. descript nov. —

Hab. in arenosis siccis region. montanae et subalpinae Hisp. central. et merid. — In Graecia, Syria et Georgia Caucasica.

5227. **ALSINE** *Wahlenb.*

(Fenzl. monogr. ined. — Walp. Ann. II. 93.)

CONSPECTUS ALSINIUM in Europa austro-occid. provenientium sec. affinitatem naturalem dispositus. — Willkomm. Ic. et descr. pl. nov. Hisp. p. 110.:

Sect. I. *SABULINEAE* Fenzl.

1. *A. tenuifolia* Crantz.

Sect. II. *MINUARTIEAE* Fenzl.

a. *Annuae.*

2. *A. Funkii* Jord. — 3. *A. Jacquini* Koch. — 4. *A. campestris* Fenzl. — 5. *A. montana* Fenzl. — 6. *A. dichotoma* Fenzl. —

b. *Perennes.*

7. *A. mucronata* L. — 8. *A. petraea* Jord. — 9. *A. setacea* M. et K. —

Sect. III. *TRYPHANE* Fenzl. *Perennes omnes.*

10. *A. verna* Bartl. — 11. *A. recurva* Wahlb. —

Sect. IV. *ACUTIFLORAE* Fenzl. *Perennes omnes.*

12. *A. Villarsii* M. et K.

Sect. V. *SPECTABILES* Fenzl. *Perennes omnes.*

13. *A. striata* Gren. — 14. *A. Bauhinorum* Gay. —

Sect. VI. *CHERLERIEAE* Fenzl. *Perennes omnes.*

15. *A. Cherleri* Fenzl. —

Sect. VII. *LANCEOLATAE* Fenzl. *Perennes omnes.*

16. *A. cerastiifolia* Fenzl. — 17. *A. lanceolata* M. et K. —

Sect. VIII. *RHODALSINE* Gay. *Perennes omnes.*

18. *A. procumbens* Fenzl.

Sect. 1. *SABULINEAE* Fenzl.

1. ALSINE TENUIFOLIA Lin. — Willkomm l. c. p. 105. tab. LXIX. A, B, C, D.

I. *formae glabrae.*

α. *genuina* tab. LXIX A. (DC. Prodr. I. 405 n. 53 sub *Arenaria.*)

Alsine tenuifolia Crantz Institut. II. p. 407; Fenzl in Ledeb. Fl. Ross. I. p. 342; Koch Syn. ed. II. p. 125. — *Sabulina tenuifolia* Rchb. Fl. exc. p. 785 et Ic. f. 4916.

Hab. in arenosis Europ. bor. et med., rar. in Europa austr.

β. *laxa* tab. LXIX. B. (β. *Barrelieri* DC. l. c. p. 406) (?).

Forma australis praecedentis, a qua differt tenuitate majore omnium part., ramis cymar. patulis, pedunculis fructiferis patentiss., florib. seminibusq. ½ minorib., sep. plerumq. aequalib., staminib. plerumq. 5, f. strictis, viriditate pallidiore.

Alsine laxa Jordan obs. fragm. VII.

Hab. in arenosis reg. calidae et montanae Europae austro-occident. (fortasse ubique.)

I. *formae glanduloso-pubescentes.*

γ. *hybrida:*

Caulis humilis inde a b. in ramos divisus, ram. saepe diffusis prostratis. F. brevia stricta. Fl. longiuscule pedunculati sed confertiores et minores quam in var. α. et β. Pedunc. fructif. patuli, saepe arcuate adscendentes. Caps. plerumq. calycem aequans rarius exserta. Calyces pedunculiq. saepe etiam rami cymar. dense glanduloso-pubescentes.

Als. hybrida Jord. p. 33. — *Als. tenuifolia* var. *viscosa* Boiss. (non Mert. et Koch.). — *Als. tenuifolia* var. *viscida* Gren. et Godr. (ex p.). — *Arenaria hybrida* Vill. (DC. Prodr. I. 406 n. 53 δ.).

Hab. in arenosis reg. montanae Delphinatus pr. Lyon (Jordan) et alibi in Gallia et in Hisp. pr. Aranjuez, pr. Malaga, in m. Gibraltarico caet.

δ. *confertiflora* tab. LXIX. C.

A varietate non differt nisi statura adhuc humiliore, ramis cymar. pedunculisq. abbreviatis easq. ob causas fl. in cymas corymbosas fastigiatas v. in cym. glomeratas subpaniculatas densissime congestis.

Alsine tenuifolia var. *confertiflora* Fenzl in Ledeb. Fl. Ross. I. p. 342; Cosson pl. critic. p. 4. — *Sabulina mucronata* Reichb. Ic. 4918, non L.

Hab. in arenosis Europ. or. austr. et austro-occid. passim, ubiq. raro.: pr. Toulon, pr. Aranjouez.

ε. *viscosa* tab. LXIX. D.

Differt a variet. praecedentib. omnib. partibus pubescentia viscoso-glandulosa tectis, caps. inclusa sep. ovato-lanc. acuminatis triente breviore. Plantula plerumq. pygmaea stam. 5, semina minima.

Als. tenuifolia var. *viscosa* M. et K. l. c.; Koch Syn. edit. II. l. c. — *Als. tenuifolia* var. *viscida* Gren. et Godr. l. c. (ex p.). — *Als. viscosa* Schreb. spicil. p. 30. — *Alsine tenuifolia* ε. *viscidicula* (?) (DC. Prodr. I. 406 n. 53 ε.).

Hab. in arenosis Scandinaviae, Germaniae (pr. Lipsiam detex. Schreber), Galliae austro-occid., totiusq. sine dubio Europae mediae.

Sect. 2. *MINUARTIEAE* Fenzl.

2. ALSINE FUNKII Jord. — Willkomm l. c. p. 107. tab. LXX. A. — Annua, radice perpendiculari ramosa. Caulis adsc. 4—6 poll., inde a b. alternatim ramosus, nodosus internod. inferiorib. brevib., super. longis, omnib. teretib. sub lente puberulis. F. plana subulato-setacea angustissima, b. valde dilatata et vaginantia, trinervia caet. 1-nervia, ap. brevit. acuminata acuta, marg. sub lente glanduloso-puberula erecto-patula, strictiuscula, inferiora 10‴ lga, summa dimidio et internodiis breviora. Fl. numerosissimi ad ap. caulis ramorumq. in cymas repetite dichotomas regul. effusas corymbosas densissime congesti, brevit. pedunc., pedunc. calycem subaequantib. glanduloso-pubescentib. Bract. foliac. b. utrinq. late albo-membranaceae, pedunculo longiores. Cal. sub anth. patulus, fructifer subcylindricus $2^1/_2$—3‴ lgs., sep. valde inaequalib. anguste lanc. sens. acutatis acutissimis, dorso vitta viridi nervo medio albo in strias 2 diviso notatis et glanduloso-puberulis, marg. late albo-membranaceis. Pet. calyce triplo quadruplove breviora ovalia alba tenerrima. Stam. 5 petala aequantia, anth. minimis didymis luteolis. Ovar. ovale, styli breves ap. papillis stipitatis obsiti. Caps. oblongo-cylindrica, inclusa, $^1/_2$ calycis longitudinem aequans, valv. ap. rotundatis. Sem. subrotunda, facieb. convexa, dorso plana v. levit. sulcata, undiq. minutim obtuseq. tuberculata, $^1/_3$‴ lata, fusca. — Tota planta laete viridis. —

Als. Funkii Jord. pugill. p. 36. — *Als. tenuifolia* Funk in herb., non Crantz. — Spec. insignis e sect. Minuartiearum, proxima A. Jacquini Koch Syn. ed. II. p. 125. —

Hab. in Hisp. or. et merid. regione calida in arenosis, pr. Barcelona, pr. Granada. —

3. ALSINE DICHOTOMA Fenzl (DC. Prodr. III. 380 n. 2 sub *Minuartia*). — Willkomm l. c. p. 108. tab. LXIX. E.

Caule simplici ap. dichotomo; f. internodia valde superantib. setaceis trinerv., b. valde dilatatis; fl. in cymas 2 repetite dichotomas fasciculatas dense congestis 2‴ lg., sep. subtrinerviis, pet. nullis, staminib. plerumq. 3, seminib. pro ratione plantulae magnis ($^1/_3$‴ diam.) compressis subtriangularib., dorso planis minutissime tuberculatis, facieb. convexis disco subdiaphanis, luridis. Plantula pollicaris.

Boiss. voy bot. Esp. p. 222.

Hab. in arenos. Hisp. centralis. — F. Majo.

4. ALSINE MONTANA Fzl (DC. Prodr. III. p. 380 n. 3 sub *Minuartia*). — Willkomm l. c. p. 108. tab. LXX. C.

Caule simplici v. alternatim ramoso, f. linearib. gramin. praelgis (inferiorib. 8 — 10‴ longis) trinerviis, praecip. b. dilatata vaginante, superiorib. florum fasciculos longe superantib.; florib. ad ap. caulis ramorumq. in cym. dichotomas glomeratas congestis, 3‴ longis; sep. conspicue trinerviis, petalis 5 rudimentariis, staminib. plerumq. 10, seminib. subreniformi-globosis parvis ($^1/_4$‴ diam.), undiq. minutim obtuseq. tuberculatis.

Plantula ½—2 pollic., simplex v. ramosissima et tunc caespitem parvum formans.

Als. montana Fenzl ap. Endl. gen. pl.; Boiss. voy. l. c. (descr. bona).

Hab. in Hisp. centr. et austr. reg. montana, pr. Madritum, Murcia, Malaga, Granada. — Fl. Majo, Junio.

5. ALSINE CAMPESTRIS Fzl (DC. Prodr. III. p. 380 n. 1 sub *Minuartia*, non Löfler). — Willkomm l. c. p. 108. tab. LXX. D.

Caule simplici v. inde a b. alternatim ramoso; f. brevib. internodia paululum superantib., setac. strictis, b. dilatata trinerviis caeter. uninerviis; fl. minimis vix $1^1/_2$‴ longis ad ap. caulis ramulorumq. axillarium in cymas capitulif. v. glomeratas dense congestis, folia floralia subaequantib. v. superantib.; sep. uninerviis dorso glanduloso-pubescentib.; pet. nullis v. rudimentariis, staminib. plerumq. 5, seminib. iis speciei praecedentis (montanae) simillimis sed minoribus.

Plantula v. 1- v. multicaulis, 1—3 poll., habitu Queriae Hispanicae.

Alsine campestris Fenzl l. c.

Hab. in arenosis reg. montanae Hisp. bor. or., centr. et austr. in Navarra, circ. Madritum et Aranjuez, in Sierra Nevada.

6. ALSINE MUCRONATA Lin. — Willkomm l. c. p. 105. tab. LXVIII. B et C.

var. *brevifolia* Willk. (*A. brevifolia* Jord. Pugill. p. 36 et ic.) fig. C.

7. ALSINE JACQUINI Koch (Syn. ed. II. p. 125). — Willkomm l. c. p. 108 tab. LXX B. sine descr.

8. ALSINE TCHIHATCHEWII (sect. *Minuarticae*) Boiss. — Boiss. in Ann. sc. nat. IV. t. 2. p. 247. — Perennis caespitosa caudiculis denudatis tenuib. prostratis caules numerosos pumilos ascendentes dense foliosos brevit. pubesc.-scabros edentib., f. tenuiter setaceis strictis oblique mucronatis b. membranaceo-dilatata connatis rarius glabris saep. breviter puberulis, axillis omnib. fasciculos folior. junior. edentib., florib. 2—3 in fasciculos axillares brevissime pedunculatos dispositis racemos breves interruptos formantib., pedicellis flor. brevissimis puberulis, calyce glabro v. hirtulo post anthes. clauso oblongo-cylindrico b. subtruncato, sep. lanc. aequalibus valde acuminatis fascia viridi inferne nervo albo bipartita marginib. albo-scariosis paulo angustior. percursis, petal. oblongis calyce 2½-plo breviorib., staminib. 10 petalor. longit. capsula calyce breviori ad b. trivalvi seminib. reniformi-subcompressis emarginatis ex-

imie muriculato-tuberculatis. — Hab. in monte Anti-Tauro Catauniae merid. — Caules 2—3 poll. etc.

9. ALSINE PETRAEA Jordan (sect. *Minuartia*). — Willkomm l. c. p. 104. tab. LXVIII. A. — Perennis multicaulis suffruticulosa, radice longa parum ramosa cylindrica albida. Caules adsc. flexuosi nodosi teretes testaceo - corticati, inde a b. turiones multos et ram. floriferos edentes, internod. brevib. compositi. Rami florif. 4—6" longi cauliform. erecti, ex internod. paucis praelong. compositi, simplices v. alternatim ramulosi, ap. dichotomi, pallide virides. F. caulium turionumq. internodiis longiora ramor. floriferor. eis breviora, omnia angustissime lin - subulata acicularia, marg. involuta, subteretia, ap. abrupte acutata, dorso b. vaginante dilatata 3 - nervia (in sicco), marg. sub lente dense ciliolata, stricta laete viridia, inferiora 6—8'''. longa, turionum fasciculata. Fl. numerosi majusculi in cymas repetite dichotomas regulares paniculatas subeffusas et fastigiatas congesti, pedunc. rectis calycem subaequantib. insidentes. Bract. bracteolaeq. herbac., ovato-lanc., carinatae marg. albo-membranac., pedunculis multo breviores. Cal. sub anth. patentiss., fructifer cylindricus 1½''' lg., sep. aequalib. lin - lanc. acutissimis, marg. late albo-membranac., dorsi medio vitta viridi nervo medio albo percursa notatis, glaberrimis. Pet. ovali - oblonga virescentia, b. in ung. brevem contracta calycem paulo superantia. Stam. 10 aequilonga, ½ petalor. partem aequantia, filam. subulatis, anth. didymis pallide roseis. Ovar. ovatum, styli breves. Caps. calycem subaequans ovali-lanc., valv. ap. rotundatis. Semina majusc. (½ diam. majore), oblonga compressa, dorso convexa, fusca, undiq. praecipue dorso tuberculis conicis acutis in series parallelas concentricas dispositis exasperata.

Alsine petraea Jrod. Observ. fragm. VII. (1849) p. 14. — Species bona e sect. *Minuartiarum* Fenzl. l. c., aff. *A. mucronatae* L. et *A. setaceae* Mert. et Koch.

Habit. in regione montana Galliae austro - or. in loc. rupestrib. calcareis. — Fl. toto anno.

10. ALSINE FASCICULATA Maly en. pl. Austr. p. 295. — Visiani fl. Dalmatica III. p. 177. n 1537. —

Villosa, caule divaricate ramoso a b. florifero, f. lanceolato-linearib. 3—5-nervib., fl. axillarib. subfasciculatis, pedicellis calyce duplo breviorib., sepalis lanc., cuspidatis valde inaequalib. 3-nerviis, marg. angustissime membranac., caps. oblonga duplo longiorib., seminib. granulatis, dorso cristato dentatis.

Syn.: *Arenaria fasciculata* L. syst. nat. ed. XII. tom. IV. p. 733; Gouan ill. pl. p. 30; Sibth. fl. Gr. 5 p. 30. — *Alsine lancifolia*, Vis. Ic. fl. Dalm. — *Minuartia fasciculata* Rchbch ic. fl. Germ. V. p. 28.

Ic.: Rchb. ic. V. f. 4919 b. — Vis. fl. Dalm. tab. XXXIV. fig. 1.

Hab. in argillosis circa Stobrez pr. Spalato et in arenosis ins. Lesinae. Pet. alba minuta — Fl. Apr. ⊙.

Sect. 4. *ACUTIFLORAE* Fenzl.

11. ALSINE GRINEENSIS Gren. et Godr. — Gren. et Godr. fl. fr. I. p. 254. adnot. — (*Arenaria grineensis* Thomas exsic. et Cat. 1842.)

Haec. species differt ab A. Villarsii: Caulib. b. densiss. foliosis ap. filiformib., internodiis aequalib. f. linearib. obsitis; sepalis latiorib. ap. minus attenuatis calyci aequantibus. — Species illa Helvetica verosimiliter in Alpib. Gallicis adhuc invenietur.

Sect. 7. *LANCEOLATAE.*

12. ALSINE CERASTIFOLIA Fenzl (DC. Prodr. I. p. 412. 117). — Willkomm Ic. pl. Hisp. p. 103. tab. LXVII. A. — Perennis, rhiz. radicif. fruticuloso-cylindrico filiformi brunneo

in ramos cauliformes inter saxa repentes vaginis folior. emortuor. pallidis vestitos et ramos adscendenti-erectos numerosos (caules) breves simplices, caespitem laxum 1—2 pollicar. formantes, ex ap. edentes diviso. F. propt. internodia brevia valde approx. subimbricata, infima subrosulata, ovali-lanc., plana, acutiusc., 7—8 nervia, nerv. lateralib. arcuato-convergentib. Fl. solitarii termin. v. bini, altero nempe terminali altero axillari. Pedunc. 3—4''' longi. Cal. 1½—2''' lg. sub anth. campan. postea cylindricus, sep. ovalib. obtusis marg. late albo-membranac., dorso 5—7 nerviis concolorib. Pet. calyce longiora ovali-oblonga integra alba. Stam. 10 aequilonga calyc. superantia, filam. subulatis, anth. subglob. luteis. Styli filif. sepala aequantes. Caps. ovato-cylindrica calyce longior, valvis ap. recurvis. Semina ...? — Tota pl. laete viridis pilis articulatis viscoso-glandulosis albis patentissimis crispulis brevib. dense vestita.

Als. cerastiifolia Fenzl in Geogr. Verbr. d. Alsineen (1833) p. 57 et Endl. gen. pl. p. 965.; Gren. et Godr. Fl de Fr. I. p. 251. — *Ar. Ramondi* Poir. — *A. cerastiiflora* Spr. Syst. veg. — *Dufourea cerastiifolia* Gren. acta soc. Bord. 9 p. 25. — Species proxima lanceolatae Mert. et Koch.

In reg. subalpina Pyrenaeor. occid. in saxosis rupiumq. fissuris.

Sect. 8. *RHODALSINE*

13. ALSINE PROCUMBENS Fenzl (DC. Prodr. I. 413 n. 129. sub *Arenaria*.). — Willkomm l. c. p. 104. tab LXVII B. — cfr. l. c. descript. pl. nova.

Alsine procumbens Fenzl l. c. et ap. Endl. l. c.; Webb It. Hisp. p. 62; Boiss. voy. bot. Esp. p. 97. — *Arenaria procumbens* Vahl. (DC. l. c.). — *A. rosea* Presl sec. Spr. — *A. extensa* Duf. in ann. Gen. soc. phys. — *Cherleria sedoides* Forsk. non L. sec. Steudel. — *Rhodalsine procumbens* Gay ined. (?). —

Hab. in Hisp. austr., Sicilia et Africa bor. in aridis arenosis.

5234. **ARENARIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I p. 400. III. 366. adn.)

(Fenzl Monogr. Alsin. — Walp. Ann. II. 94.)

CONSPECTUS ARENARIORUM in Europa austro-occid. provenientium secund. affinitatem naturalem dispositus. — Willkomm Ic. et descr. pl. nov. Hisp. tab. 99.

Sect. I. *EUTHALIA* Fenzl.

a. *annuae.*

1. *Arenaria Nevadensis* Boiss. et Reut. — 2. *A. serpyllifolia* L. — 3. *A. Lloydii* Jord. — 4. *Ar. conica* Boiss. — 5. *A. capillipes* Boiss. — 6. *A. Algarbiensis* Welw. — 7. *A. controversa* Boiss. — 8. *A. retusa* Boiss. — 9. *A. obtusiflora* Kunze. — 10. *A. Conimbricensis* Brot. — 11. *A. modesta* Duf. — 12. *A. emarginata* Brot. — 13. *A. spathulata* Desf.

b. *perennes.*

14. *A. Saxifraga* Fenzl. — 15. *A. montana* L. — 16. *A. grandiflora* L. — 17. *A. pungens* Clem. — 18. *A. Valentina* Boiss. — 19. *A. hispida* L. — 20. *A. Ligericina* Le C. la M. — 21. *A. cinerea* L. — 22. *A. ciliata* L. — 23. *A. biflora* L. — 24. *A. Balearica* L. — 25. *A. triquetra* L. — 26. *A. erinacea* Boiss. — 27. *A. racemosa* Willk. — 28. *A. tomentosa* Willk. — 29. *A. Armeriastrum* Boiss. — 30. *A. capitata* Lam.

Sect. II. *PORPHYRANTHA* Fenzl.

31. *A. purpurascens* Ram.

Sect. 1. *EUTHALIA* Fenzl.

1. ARENARIA GLUTINOSA (sect. *Euthalia*) Boiss. — Boiss. ann. sc. nat. ser. IV. t. 2. p. 247. — Perennis caespitosa, radice fibrosissima, f. secus surculos steriles abbreviatos et partem inferiorem caulium densissime confertis, setaceo-subtriquetris rigidis strictis oblique mucronatis subacerosis marg. scabridis infimis abbreviatis saepe subtetrastiche imbricatis, axillis fasciculos densos folior. junior. edentib., caulib. floriferis supra b. dense foliosam ad ap. usq. glutinosissimis remote foliosis ad nodos incrassatis superne ter quaterve dichotome trichotomeque ramosis, f. caulinis latiorib. abbreviatis internodio 3—4plo breviorib., ramulis pedicellisq. filiformi-capillarib. eis flore paulo longiorib., bract. minimis membranac. triangularib. acuminatis, calyce subgloboso, sep. coriac. ovatis acuminatis concavis carina crassa viridi obtusa percursis marg. membranaceis nitidis, petalis albis oblongis obtusis calyce duplo longiorib. caps. oblonga ap. 6-dentata calyce paulo longiori. — Hab. in Cilicia Trachea (Tchihatcheff).

2. ARENARIA ORBICULARIS Vis. — Visiani fl. Dalm. III. p. 180 n. 1544.

Pubescens, caulib. filiformib. superne nudis, f. petiolatis orbiculatis piloso-ciliatis mucronulatis, floralib. linearib., sep. lineari-lanceolatis acuminatis 5-nervib. corolla longioribus.

Hab. in monte Vellebith loco Pakleniza dicto, ubi legit et communic. Prof. Alschinger. — Fl. albi, fl. aest. ⊙.

Videtur affinis *A. rotundifoliae* Bieb. fl. Tauro-Caucas. I. p. 343. ex descript., sed nostra ab eadem differt pedunc. terminalib. nec lateralib., divisionum loco foliis binis linearib., nec orbiculatis ut reliqua plantae folia, munitis.

3. ARENARIA SPATHULATA Desf. (DC. Prodr. I. 413 n. 128). — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 90. t. LX. B. — cfr. l. c. descript. pl. — In Hisp. austr. et Africa bor. — Fl. Febr. — Majo.

4. ARENARIA CONIMBRICENSIS Brot. (DC. Prodr. I. 411 n. 105). — Willkomm Ic. et descr. l. c. p. 91. t. LXI. A. — Cfr. l. c. pl. descript. nov. — Boiss. voy. bot. Esp. Flore p. 100. — Species pumila e sect. *Euthalia* atque ex affinitate *A. serpyllifoliae* L.

5. ARENARIA OBTUSIFLORA Kze. (Walp. Ann. I. p. 84 n. 1). — Willkomm l. c. p. 91. tab. LXI. B.

6. ARENARIA CONTROVERSA Boiss. — Willkomm l. c. p. 91. tab. LXI. C.

Aren. controversa Boiss. in pug. pl. nov. Hisp. et Afric. bor. p. 100. (*Ar. Conimbricensis* Gay aliorumq. auct. Gallicor. et Schultz in Fl. Gall. et Germ. exsicc. n. 20. — *A. Gouffeia* Puel in Duchartre Rev. bot. 1846 p. 450, non Chaub.).

Ab utraque specie (ab *Ar. obtusiflora* et *Ar. modesta*) statura humiliore, caulib. plerumq. plurib. b. procumbentib. adscendentib. strictis, f. linearib. carnosulis subtrigonis ap. breviter acuminatis acutis supra planis subt. nervo unico prominente carinatis, fl. corymboso-cymosis, sep. ovato-lanc. acutiusc. uninerviis carinatis marg. anguste membranaceis, dorso minutim adpresseq. puberulis, stylis longis filiformib., caps. calyce triente longiore oblonga, valvis ap. rotundato-truncatis, seminib. grosse obtuseq. tuberculatis, tuberculis rotundatis semiglobosis, caulib. ramis pedunculisq. retrorsum puberulis bene distincta est. — Habit. in Gallia occid., ubi in pascuis siccis glareosisque cretaceis crescit.

7. ARENARIA ALGARBIENSIS Welw. — Willkomm l. c. p. 91. tab. LXI. D. — Annua, gracillima, radice perpendiculari longa albida, Caulis 1—3 poll., juvenilis simplex, adultus inde a b. ramosus, ram. erectis simplicib. cauliformib. teretib. purpurascen-

tib. Internodia subaeq., inferiora glabriuscula, media sub lente minutim puberula, summa (praecipue rami cymar. et pedunculi) patentim glanduloso- et viscoso-pubesc. F. minima lin. longa intermediis multo breviora, lanc. obtusissima, integerrima, marg. ciliata caeterum glabra, laete viridia nervo med. valido purpurascente percursa, venis 2 lateralib. obsoletis, patulo-erecta. Fl. pro ratione staturae magni, ad ap. ramor. in cyma dichotoma depauperata laxissima racemosim composita ordinati, longissime pedunculati, pedunc. capillarib. flexuosis. Bract. lanc.-lineares obtusae, glanduloso-ciliatae, omnino herbaceae. Cal. 1½ lin. longus, sep. sub anth. patulis lanc. acutis marg. anguste scariosis, 5-nerviis, dorso ad nervos et marg. dense glanduloso-pubescentib. Pet. calyce duplo longiora obovata subcuneata ap. emarginata, lob. triangularib. latis acutiusculis sinu acutiusculo separatis. Stam. brevia sep. vix aequantia, anth. globosis flavis (?). Ovar. ovatum, styli breves. Caps. ovoidea calyce longior, valvis brevib. ap. rotundato-obtusissimis. Semina (immatura) reniformi-compressa minutim rugulosa.

Ar. Algarbiensis Welwitsch ined. in pl. exsicc. itin. Lusit. (1851) n. 61.

Species elegantissima habitat in Algarbia, ubi in sabulosis maritimis crescit: pr. Faro. — Fl. Apr.

8. ARENARIA MODESTA Duf. (DC. Prodr. I. 410 n. 93). — Willkomm l. c. p. 92 tab. LXII. A. —

Cfr. l. c. differentias inter *Ar. modestam* et *Ar. Conimbricensem*, obtusifloram, controversam et retusam.

Habit. in Gallia austr., Corsica, Hispania austro-orientali et australi. — Fl. Junio.

9. ARENARIA EMARGINATA Brot. (DC. Prodr. I. 406 n. 58). — Willkomm l. c. p. 93. tab. LXII. B et C. — Species proxima et habitu similis *A. modestae*, a qua antheris olivaceis, petalis emarginatis roseis, sepalis foliisq. obtusis bene distincta est.

var. *Salzmanni* tab. LXII. C.

Differt a specie statura majore, fl. duplo majorib., petalis patentissimis profundius emarginatis b. repente in unguem brevissimum contractis.

A. rosea Salzm. ined. in pl. Tingit. exs.

Hab. var. in Africae bor. reg. calida: pr. Tanger.

10. ARENARIA NEVADENSIS Boiss. — Willkomm l. c. p. 94 tab. LXII. D. — Annua, humilis, radice longissima obliqua cylindrica albida in fibrillas longas desinente. Caulis 2—3 p., erect. robustus, e nodis inferiorib. approximatis ram. patulos strictos, robustos cauliformes teretes edens. F. inferiora ovata obtusa in pet. brevem latissimum vaginantem nervoso-strictum attenuata internodia superantia, caetera internodiis breviora lin-lanc. sessilia canaliculata obtusiuscula, superiora stricta axi subadpressa, omnia trinervia. Fl. inconspicui ad ap. ramor. in cymam repetite dichotomam regularem multifloram corymbosam congesti pedunculati, pedunculis flor. alarium calycem subaequantib., iis florum in dichotomiis sitorum, calycem duplo superantib., omnib. strictis erectis, etiam fructiferis. Bracteae lin. uninerviae omnino herbaceae. Calyx cylindricus 2—2½''' lg. Sep. lanc. obtusa marg. albo-membranac. et sub lente minutim ciliato-denticulata, dorso nervoso-striata puberula. Pet. oblonga obtusa calyce triente breviora. Stam. 10 petala superantia, filam. glabris, anth. globosis luteis. Caps. ovato-oblonga calyce triente brevior 6-dentata, dentib. triangularib. brevib. acutis. Sem. majusc. reniformia sub lente transverse tuberculato-rugulosa. — Tota pl. excepto calyce indumento brevissimo viscido tecta, caules nigrescentes. F. obsc. virentia mox amoene purpurascentia.

Ar. Nevadensis Boiss. diagn. pl. or. ser. II. (1854) p. 90.

Spec. proxima serpyllifoliae L. — Habitat in Hisp. australis regione alpina superiore: in S. Nevadae cacumine.

11. ARENARIA LLOYDII Jord. — Willkomm l. c. p. 95. tab. LXIII. A et B. — Annua, multicaulis, procumbens, radice flexuosa, valde ramosa albida ramis elong. Caules adscendentes 1—4 p., ap. recurvi teretes glabri, simplic. v. b. diffuse ramosi, ramis

substrictis. F. parva late ovata v. subrotunda, b. in pet. latum limbo paulo breviorem contracta, ap. brevit. acuminata ovata, marg. integerrima ciliata, 7-nervia, nerv. lateralib. curvatis inter se conjunctis, dorso ad nervos hispida, aut internodiis breviora aut longiora et tum imbricata recurvo-patula. Fl. parvi inconspicui, ad ap. ramor. in cymam dichotomam racemosim compositam abbreviatam congesti v. in cymulis paucifl. axillarib. dispositi breviter pedunculati, pedunculis fructif. calycem aequantib. erecto-patulis strictis. Cal. sub anth. patulus, fructifer cylindricus. Sep. vix 1½ l. longa, inaeq., exteriora 2 ovata longiora inaequalit. costato-5 nervia, marg. ciliata anguste membranac., interiora 3 breviora ovato-lanc., acuminata 3-nervia, late albo-membranacea, omnia ad nervos pilis curvato-adscendentib. obsita. Pet. calyce breviora oblongo-ovata in ung. latiusc. contracta. Stam. petala subaequantia, anth. glob. purpureis, stylos breves patentes superantib. Caps. ovato-oblonga b. ventricosa exserta, superne angustata, dentib. 6 triangularib. acutis dehiscens. Sem. mediocria reniformia, dorso levit. sulcata, undiq. obtuse tuberculato-rugosa. — Tota pl. laete viridis.

Ar. Lloydii Jordan pugill. pl. nov. (1852) p. 37. — *A. serpyllifolia* var. *macrocarpa* Lloyd Fl. Lois. infer. p. 42.

Hab. in maritimis Galliae occid.

var. *gracillima:*

Caules gracillimi teneres 1—4 p. simplices eleg. distichophylli. F. inferiora internodiis longiora eamq. ob causam subimbricata, caetera illis breviora ovata, sed angustiora et brevius petiolata quam in specie, marg. ciliata caet. glabra. Cymae laxiores, flores ½ minores quam in specie. Sep. subaeq., exteriora 3-nerv., interiora subuninervia. Anth. lutescentes. Caps. calycem aequans. Semina ½ minora quam in sp., sed etiam obtuse tuberculato-rugosa.

Ar. serpyllifolia a. *prostrata* Willk. in fl. 1851. p. 606. — Habitu accedens ad formas prostratos *A. serpyllifoliae* var. *leptoclados* Reichbch.

Habitat in Cantabria pr. urb. Bilbao.

12. ARENARIA SERPYLLIFOLIA L. (DC. Prodr. I. 411 n. 104). — Willkomm l. c. p. 96. tab. LXIII. C.

var. *leptoclados* (cfr. c. *Ar. Lloydii* tab. LXIII A et B).

13. ARENRIA CINEREA Dec. (DC. Prodr. I. 411 n. 107). — Willkomm l. c. p. 96. tab. LXIV. — cfr. l. c. pl. descr. nov. — Gren. et Godr. Fl. de Fr. I. p. 260.

A. ruscifolia Requien in Vaucl. 254 non Poir.

Species e sect. *Euthalia*, proxima *A hispidae* L. — Hab. in Gallia merid. in arenosis pr. Castellane.

14. ARENARIA HISPIDA L. (DC. Prodr. I. 405). — Willkomm l. c. p. 97. tab. LXV. B. (Ramus *Ar. hispidae*, folium, flos, pistillum et semen) sine descr.

15. ARENARIA VALENTINA Boiss. — Willkomm l. c. p. 97. tab. LXV. A. — Perennis suffruticosa, caudice cylindrico caules numerosiss. diffusos saepe intricatos filiformes flexuosos alternatim brevissime retrorsum papilloso-puberulos edente. F. 3—4''' longa lin-subulata mucronata marg. revoluta, pag. superiore enervia sub lente areolata, inferiora nervo medio-valido carinante instructa, b. papillari-ciliata caeterum glabra, patula, internodiis subbreviora, ob axillas fasciculos folior. novor. edentes primo intuitu verticillata, laete virentia. Fl. parvi ad ap. ramor. solitarii v. frequentius in cyma dichotoma simplici dispositi terni, longe pedunculati, pedunculis flor. alarium et solitariorum ad medium bibracteolatis. Bract. minimae triang. acutae. Cal. 1½''' lg. sub anth. camp., sepalis ovatis longe acuminatis acutis glabris nitidulis, sub lente areolatis, dorso nervosis, nervo medio valido carinante, exteriorib. marg. anguste interiorib. late albo-membranaceis. Pet. alba (?) 2½—3''' longa, oblongo-spathulata. Stam. aequilongia calyce longiora, filam. subulatis compressis b. valde dilatatis, anth. subrotundis aurantiacis. Ovar. obovat., styli inclusi filiformes. Caps. ovato-globosa

calycem paulo superans, valvatim dehiscens, valvis ap. subrevolutis. Sem. reniformi-compressa $^{3}/_{4}$''' diam. majore, undiq. obsc. obtuseque tuberculata.

A. *Valentina* Boiss. Diagn. nov. pl. or. ser. II. p. 90. — An *A. extensa* Duf. (DC. Prodr. I. 409 n. 86), quae e diagn. non nisi caps. obconica inclusa petalisq. roseis a stirpe Boissieriana differre videtur. — *Ar. cinereae* DC. et *hispidae* L. affinis.

In reg. montana regni Valentini.

16. ARENARIA RACEMOSA Willk. (Walp. Ann. I. 84 n. 2). — Willkomm l. c. p. 97. tab. LXV. C.

A. *saxatilis* ? Haens. herb.

Species proxima *A. Armeriastro* Boiss. voy. bot. Esp. II. p. 102 t. 30 et *A. erinaceae* Boiss. l. c. p. 29 a. — Hab. in montib. Baeticae (Cabrera).

17. ARENARIA TOMENTOSA Willk. — Willkomm l. c. p. 98. tab. LXV. D. — Suffruticosa, caudici radiciformi pennam anserinam crasso cylindrico fusco-corticato, superne in ramos breves tortuosos ramulos v. cauliculos numerosos edentes-diviso. Cauliculi 1—2'' erecti caespitem densum fastigiatum formantes, simplices v. patule ramosi, teretes. F. ob internodia valde brevia quadrifariam imbricata, parva vix lin. longa, oblonga obtusiss. marg. nervo albo valido cincta, dorso nervoso-carinata, caeter. enervia, recurva. Fl. 2—5 ad ap. cauliculor. ramorumq. aggregati term. et axill. (alii capitati, alii sub capitulo solitarii axillares) rarius solitarii terminales, brevissime pedunculati, b. squamis ovato-lanc. obtusissimis dorso nervoso-striatis suffulti, parvi. Cal. 2—2$^{1}/_{3}$''' lg. cylindricus, sep. inaequilongis, exteriorib. nempe breviorib., omnib. lanc. acuminatis obtusis, foliac., b. carinatis, caet. enerviis, marg. angustissime albo-membranaceis. Pet. alba calycem parum superantia spathulata in ung. longe attenuata. Stam. aequilonga calyce breviora, filam. subulatis, anther. ovato-ellipticis pallide luteis. Ovar. ovoid. styli filiformes inclusi. Caps. (immatura) inclusa, sem. (immatura) parva renif., laevia (?). — Caules, f., bract. calycesque pilis brevib. crispatis albis dense tomentosi, candide cinerei.

Ar. tomentosa Willk. in Linn. (IX. ?) XXV. (1852) p. 15.

Species insignis proxima racemosae Willk. — Habit. in calcareis aridis subsalsis regionis montanae superioris regni Granatensis or., ad alt. 3500—4000'.

18. ARENARIA LIGERICINA Lec. et Lam. — Willkomm l. c. p. 99. tab. LXVI A. — Perrenis, rhiz. suffruticuloso vaginis folior. emortuor. squamato, caules multos breves 2—3 p. simplic. v. b. ramosos, teretes, erectos subfastigiatos edente. F. inferiora approximata subimbricata, superiora internodiis breviora, omnia parva 2''' longa, ovali-lanc. brevit. acuminata, acuta uninervia, laete virentia. Fl. parvi terminales in cyma dichotoma paucifl. dispositi, terminales longe, alares brevius pedunc., pedunculis flor. alarium bibracteolatis. Cal. sub anth. camp. 1$^{1}/_{2}$''' longus, sep. aequilongis, ovato-lanc. acutis 1-nerviis, marg. anguste albo-membranac. Pet. alba calyce parum longiora anth. subglobosis pallide luteis. Ovar. ovato-globosum, styli clavati breves. Caps. ovoid. calycem subaequans, in valvas 6 lanc. acutas ad b. usq. dehiscens. Sem. reniformi-globosa parva ($^{1}/_{2}$''' diam. majore), undiq. grosse obtuseque tuberculata nigra. — Tota pl. indumento patulo glanduloso-viscoso dense vestita.

A. Ligericina Lecoq et Lamotte Cat. pl. centr. Fr. 104; Gren. et Godr. Fl. de Fr. I. p. 259. — *A. ciliata γ. Liguricina* Gren. herb.

Species e sect. *Euthalia*, proxima *A. hispidae*. — Hab. in Gallia centrali, ubi hucusq. non nisi pr. Florac observata est. — Fl. Junio et Julio.

AMERICANAE.

19. ARENARIA SAXOSA A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. contrib. V. p. 18.

Multiceps e radice perenni; caulib. subsimplicib. erectis (2—3 pollicarib.) foliosissim. puberulis: f. oblongo-lanc. aculato-mucronatis 1-nerv. glabriusc. subcarnosis; pedunculis fol. aequantib.; sep. ovato-oblongis acutis marg. scariosis carinato-uninerviis petalis brevioribus.

Nova-Mexico in montib. ad cupri fodinas. — Aug.

5234/d. GOUFFEJA Robill et Cast.

1. GOUFFEJA ARENARIOIDES R. et Cst. — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 101. t. LXVI B. — Species ob omnib. Arenariis veris stylis duobus et capsula bivalvi nitida oligo-plerumque monosperma valde distincta.

Gouff. arenarioides Robill. et Cast. in De C. Fl. franç V. p. 609; Rchb. pl. crit. f. 585. *Arenaria spinuliflora* Ser. (DC. Prodr. I. p. 406 n. 56) ex auct. cl. Fenzl. — *A. Massiliensis* Fenzl. in Gren. herb., cf. Gren. et Godr. Fl. de Fr. I. p. 262.

5235. MOEHRINGIA Linn.

(DC. Prodr. I. 390.)

1. MOEHRINGIA GLAUCA Heuff. — Heuffel in Flora bot. Ztg. 1853 p. 586.

Caulib. caespitosis, densissime ramosis; f. linearib. semiteretib., glabris, glaucis, pedunculis terminalib., 1-rarissime 2-fl., elongatis, fructiferis refractis; bracteis marg. pellucidis; fl. decandris, 5-petalis; pet. oblongis, calycem aequantib.; sep. ovato lanceolatis, acutiusculis 1-nervis; seminib. 2—6-nitido-nigris, umbilicum versus puncticulatis, strophiolis membranaceis, bipartitis, utrinq. dentato-protractis, irregulariter denticulatis.

Fl. mense Julio; in rimis parietum Dolomit. alt. 5000′ M. Tombea in Iudicaria inf.

2. MOEHRINGIA PENTANDRA Gay. — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 87 tab. LVIII. — Annua, prostrata, radice tenui. Caulis debilis e nodis inferiorib. ramos cauliformes prostratos edens. Rami debiles $^1/_2$ ped. inferne geniculato-nodosi, teretes glabri. F. ovalia v. ovato oblonga brevit. acuminata acuta, b. in petiolum brevem attenuata, integerr., petiolo ciliata caeterum glabra punctata 5 nervia; inferiora internodia aequantia v. eis longiora, superiora decresc.; internodiis multo breviora. Fl. numerosi parvi in cyma term. dichotoma regulari laxa dispositi, in dichotomiis siti longe pedunculati, pedunc. filiformib. puberulis, post. anth. arcuato-patentib. Bract. ovali-lanc. v. lanc. omnino herbac. ciliatae. Cal. campanulatus sep. $1^1/_2$—2‴ longis late lanc. acuminatis, marg. late albo-membranaceis, 1-nerviis glabris. Pet. nulla, stamina 5. Caps. calycem aequans ovoidea, valvis ap. triangularib. acutiusculis recurvatis. Sem. magna ($^1/_2$ lin. diam.) reniformi-orbiculata convexa nigra nitida, sub lente minutissime punctulata, strophiolo brevi. — Tota planta laete viridis.

M. pentandra Gay in ann. des sc. nat. vol. XXVI. p. 230. — *M. trinervia* var. *pentandra* Webb. phyt. Canar. sect. I. p. 150. — Spec. proxima *M. trinerviae* Clairv. quacum saepe commutata est.

In Corsica et Hispaniae australioris regione montana inferiore.

3. MOEHRINGIA TRINERVIA Clairv. (DC. Prodr. I. 412 n. 115). — Willkomm Ic. l. c. p. 88. tab. LVIII A.

4. MOEHRINGIA INTRICATA Willk. — Willkomm l. c. p. 88. tab. LIX. et LX. A. — Perennis, multicaulis, intricato-ramosissima, fragillima. Caules 3—5 pollic. geniculato-nodosi glaberrimi, internod. teretib., facile secedentib., b. et ap. valde incrassatis. F. spathulato-lanc., inferiora b. in pet. brevem attenuata et ciliolata caeterum glaberrima, obtusa apiculata integerrima, uninervia, nervo non nisi in f. juniorib. conspicuo. F. nempe vetustiora carnoso-coriacea glauca, juniora membranacea viridia. Fl. mediocres in cyma term. dichotoma depauperata laxissima dispositi, in dichotom. siti longiss. pedunculati, semp. stricte arrecti. Cymulae laterales dimidiatae. Bract. et bracteolae ovato-lanc. acutae uninerviae, marg. utroq. late albo-membranac. Pedunc. filif. graciles glaberr. Cal. campanul. 2‴ longus. Sep. oblongo-lanc. apiculata late albo-marginata glaberr., trinervia, nerv. lateralib. vix conspicuis. Pet.

sepalis duplo longiora obovata subcuneata, ap. retusa. Stam. 10 petala aequantia, filam. glabris, antheris ovatis flavis. Ovar. subglobosum. Stigm. filiform. mediam petalor. longitud. metientia. Caps. inclusa glob., valvis obtusis recurvatis. Sem. $\frac{1}{2}'''$ diam. globoso-discoidea spadicea opaca, facieb. concentrice dorso transverse rugulosa, strophiolo brevi fusco.

Moehringia intricata Willk. in enum. plant. nov. et rar. Hisp. austr. (1852) p. 14 (etiam in Linn. XXV.). — Stell. Willkommii de Roem. ined. in herb. Willk.

Species insignis perpulchra, affinis ut videtur *M. papulosae* Bertol. ined. (?). — In reg. subalpina Hisp. austro-occid.: Sierra de Maria ad alt. 5000′.

var. *rivularis* tab. LX. A.

Caules graciliores min. fragiles ex internod. longiorib. min. incrassatis compositi, caespit. majorem multo laxiorem min. intricatum formantes. F. majora, inferiora, longius petiolata, omn. membranac. viridia distincte 1-nervia. Cyma paniculata laxissima, florib. longissime pedunculatis.

Arenaria intricata Gay ined. in pl. exsicc. Bourgaeanis anni 1850 n. 971.

Crescit in Sierra de Alcaraz supra pagum San Juan de Alcaraz ad chataracias „Chorros" dictas, Bourgeau. — Fl. Julio.

5240. **STELLARIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 396. — Walp. Ann. II. 95).

1. STELLARIA DICRANOIDES Fenzl. (Sect. *Adenoma*). — Seemann in bot. of the voy. of Herald p. 26. t. III.

Glaberrima pulvinatim caespitans, caudiculis clavatis imbricato-foliosissimis, cauliculis nullis, f. subspathulato-oblongis sive lanc. b. attenuata vaginantib. subcarinatis subenerviis carnosulis adpressis emortuis diaphanis persistentib., fl. solitariis, calycis laciniis oblongo-lanc. pet. semibifida $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ superantib. ♃.

S. dicranoides Fenzl. in Ledeb. Fl. Ross. I. 395. *Cherleria dicranoides*, Cham. et Schlechtd. in Linn. I. p. 63.

In promontor. Lisburne.

4241. **CERASTIUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 414. — Walp. Ann. II. 96.)

CONSPECTUS CERASTIORUM in Europa austro-occid. provenientium secund. affin. naturales dispositus. — Willkomm Ic. et descr. pl. nov. Hisp. p. 84.

Sect. I. *STREPHODON* Ser.

1. *C. perfoliatum* L.

Sect. II. *ORTHODON* Ser.

a. *micropetala*.

2. *C. viscosum* L. — 3. *C. brachypetalum* Desp. — 4. *C. semidecandrum* L. — 5. *C. glutinosum* Fries. — 6. *C. pumilum* Curt. — 7. *C. Gayanum* Boiss. — 8. *C. aggregatum* Dur. — 9. *C. Riaei* Desm. — 10. *C. dichotomum* L. — 11. *C. Illyricum* Ard. — 12. *C. vulgatum* L.

b. *macropetala.*

13. *C. alpinum* L. — 14. *C. arvense* L. — 15. *C. Boissieri* Gren. — 16. *C. stenopetalum* Fenzl. — 17. *C. latifolium* L. — 18. *C. Pyrenaicum* Gay.

Sect. III. *DICHODON* Bartl.

19. *C. trigynum* Vill. — 20. *C. anomalum* Waldst. Kit.

Sectio *STREPHODON.*

1. CERASTIUM PERFOLIATUM L. (DC. Prodr. I. 414 n. 3). — Willkomm l. c. p. 82. tab. LVI. A. — Grenier monogr. Cerast. p. 11 (descr. bona).

Sectio *ORTHODON.*
Visiani Fl. Dalm. III. p. 183 n. 1555.

2. CERASTIUM VISCOSUM L. sp. pl. ed. II. p. 627. — Host fl. Austr. I. p. 557. — Bertoloni fl. Ital. IV. p. 749.

Villosum viscosum, f. ovalib. oblongisve obtusis, infimis obovatis petiolatis, cymae dichotomae florib. dem. laxis, bracteis scarioso-marginatis herbaceisve, pedicellis fructiferis calyce duplo longioribus, sepal. ap. scariosis glabris, staminib. glabris, capsulis oblongo-linearib.

var. α. *triviale.*

Bracteis omnibus scarioso-marginatis v. inferiorib. omnino herbaceis, petalis calyci subaequalib.

Syn.: *C. triviale*, Lk. en. h. Berol. I. p. 433; Rchb. fl. exc. p. 796. — *C. pumilum*, Rchb. l. c. — *C. varians*, var. a obscurum parviflorum Coss. et Germ. fl. Par. I. p. 38. —

Ic.: Rchb. ic. fl. Germ. V. f. 4969 et β. et fig. 4972. — Rchb. ic. bot. III. f. 402 et 403. — Coss. et Germain fl. Paris. atl. IV. fig 1, 2 et V. f. 6. — Sow. engl. bot. t. 790. — Vaill. bot. Paris. t. XXX. f. 1.

var. β. *campanulatum.*

Bracteis omnino herbac. v. superiorib. anguste scarioso-marginatis, petalis calyce subduplo longiorib.

Syn.: *C. campanulatum*, Vis. Ann. bot. I. pars II. p. 171. — Rchb. fl. exc. p. 798. — Alsch. fl. Jadr. p. 101. (excl. syn. Kit.). — *C. praecox*, Ten. pr. in fl. Nap. I. p. 27, non tab. — *C. varians* var. a *obscurum* grandiflorum Coss. et Germ. l. c. p. 38.

Ic.: Rchb. ic. fl. Germ. VI. fig. 4979. — Sebast. et Maur. fl. Rom. tab. III. f. 1. — Tenore fl. Nap. t. 140 f. 2. excl. nom. Cosson et Germ. fl. Paris. atl. V. f. 1—5.

var. γ. *semidecandrum.*

Bracteis supra medium scariosis, petalis calyci subaequalibus.

Syn.: *Cer. semidecandrum*, L. sp. pl. ed. II. p. 627. — Host fl. Austr. I. 557. — Rchb. fl. exc. p. 795 et ic. — Fl Germ. V. p. 37. c. varietatibus. — *C. viscosum*, Rchb. ic. bot. III. p. 42. — *C. holostioides*, Fries nov. fl. IV. p. 52. — Rchb. ic. bot. II. p. 76. — *C. varians* β. *pellucidum* Coss. et Germ. l. c.

Ic.: Rchb. ic. fl. Germ. V. f. 4968 c. varietate Coss. et Germ. l. c. atlas V. f. 7—9. — Rchb. ic. bot. II. fig. 317 et 318 et III. f. 379, 380, 399, 400 et 401. — Sow. engl. bot. 1630. — Vaill. bot. Paris. t. XXX. f. 2.

Hab. in arvis et pascuis totius Dalmatiae. — Fl. albi, fl. vere. ⊙.

3. CERASTIUM JUVENALE (*Orthodon*) Godr. — Godron, fl. Juv. ed. II. p. 63. — Pedunculi viscosi recti, calyce florifero longiores, post anth. elong. erectiq. (refractos non vidi). Bract. ovatae acutae marg. haud scariosae. Cal., ut tota planta, viscoso-pilosus, parvus, ovato-oblongus, sep. lanc., acutiusculis v. erosis, ad marg. scariosis. Pet. calyce duplo breviora, ap. emarginata, ad ung. glabra. Stam. 5, filam. glabris. Caps. brevis, recta, calycem $1/3$ superans. Semina fusca, orbiculata compressa, tenuissime tuberculata. F. laete viridia, utraq. facie dense piloso-viscosa; inferiora obovata, in petiol. attenuata, obtusa; media et superiora sessilia, ovalia acutiuscula. Caulis 3—4 pollic., viscosus, a b. ramosiss., ramis erecto-patulis. Radix annua, simplex, gracilis. Patria ignota.

4. CERASTIUM GAYANUM Boiss. — Willkomm l. c. p. 84. tab. LVII. B. — Annuum, radice ramosa. Caulis spithamaeus, inde a b. ramosus, ram. erectis fragilib. divaricatim dichotomis ramosiss., teretib. nodosis. F. inferiora obovata. obtusa superiora lanc-lin. acutiuscula, summa brevia bracteiformia, omnia integerr. uninervia. Fl. in cyma dichotoma laxissima dispositi. Bract. lanc. acutiusculae omnino herbaceae. Pedunc. sub anth. patuli calycem subaequantes, post anth. reflexi calyce $1\frac{1}{2}$ longiores fructiferi erecti. Cal. 2''' lg. cylindricus. Sep. ovato-lanc. acutiuscula, marg. altero late, altero vix scariosa, obs. trinervia. Pet. calyce subbreviora, oblonga ad $1/2$ usq. in lobos 2 lanc. obtusos sinu rotundato seperatos divisa. Caps. calyce subduplo longior curvata subaeq., dentib. rectis lin. b. dilatatis ap. truncatis marg. brevit. revolutis. Sem. parva orbicularia compressa, obt. tuberculata, dilute fusca. Stam. ignota. An pl. dioica? — Tota pl. obscure virens, pilis articul. glanduloso-viscosis patulis albis undiq. tecta.

Cerast. Gayanum Boiss. diagn. pl. or. Ser. II. n. 1 (1854) p. 92. — *C. pumilum* Bourg. pl. exsiccatae 1852.

Hab. in Hispaniae merid. regione montana. — Fl. vere.

5. CERASTIUM AGGREGATUM Dur. — Willkomm l. c. p. 83. tab. LVII. A. — Annuum, radice gracillima perpendiculari albida. Caulis 1—3 pollic., erectus strictus, teres, simplex ap. dichotomus v. parce ramosus, ramis arrectis cauliformib. F. basilaria et inforiora b. obovato-oblonga internod. longiora in pet. latum vaginantem attenuata, caetera sessilia ovato-oblonga latiora, omnia obtusiuscula integra nervo medio valido instructa. Fl. in cym. terminal. dichotomam regular. saepius condensatam congesti. Bract. ovales et lanc. obtusae omnino herbac. Pedunculi calyce breviores, post anth. patentissimi, fructif. stricte erecti. Cal. 3—4''' lg. cylindricus. Sep. lanc. acuta obs. 5-nervia marg. anguste scariosa, undiq. excepto ap. scarioso pilis articulatis albis viscosis patentissimis dense vestita. Pet. sepalis $1/3$ breviora, obovato-lanc. ap. biloba. Stam. 10, 5 breviora 5 longiora, v. 5, petalis breviora; filam. glabra, anth. ovato-oblongae luteae. Styli dense barbulati. Caps. calyce $1/3$ longior, b. subinflata, parte exserta levit. curvata, ore obliquo, dentib. rectis truncatis marg. revolutis, e b. triangulari linearib. Semina parva reniformi-globosa compressa, minutim obtuseq. tuberculata, dilute fusca, tuberculis saturatiorib. — Tota pl. laete viridis, viscosa pubescens.

Cerastium aggregatum Durieu in Fr. Schultz. obs. f. p. 4—5. Gren. et Godr. Fl. de Fr. I. p. 269. — *C. Siculum* Guss. Synops. pl. Sic. I. 507 ex auct. cl. Gren. — *C. pumilum* α. *Grenier* Monogr. Cerast. p. 33.

Species e Orthodontib. brachypetalis, proxima *C. pumilo* Curt. quod diff. pedunc. calyce duplo longiorib. caet. — Habit. in Gallia mediterranea (pr. Toulon in pascuis maritimis Durieu!) et Corsica (Salzmann). — Fl. Apr. Majo.

6. CERASTIUM DICHOTOMUM L. (DC. Prodr. I. 415 n. 10). — Willkomm l. c. p. 82. tab. LVI. B.

7. CERASTIUM BOISSIERI Gren. — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 80. tab. LV. — Perenne, rhiz. repente cauliformi articulate vix pennam anserinam crasso fusco, e nodis radices adventitias crebras, superne ex axillis folior. emortuor. ramos foliiferos (turiones) et floriferos (caules) emittente. Caules turionesq. laxe caespitosi, b. saepe radicantes dein adscendentes erecti, teretes, palmares et ped., distiche ramosi. Internodia caulium superne accresc., ultimum (sub cymam positum) praelongum. F. omnia sess., plerumq. ovato - lanc., rarius lin., acuta integra 1 - nervia patula interd. recurva. Fl. magni ad ap. caulis in cyma dichotoma subregul. dispositi, alares breviter, dichotomiar. longe pedunculati, pedunc. filiformib., fructif. erectis v. patulis, numquam refractis. Bract. oblongo-lanc., marg. scariosae, saep. ciliatae. Sep. $2\frac{1}{2}$ — 4''' longa, ovato-lanc. v. lanc. obtusiusc., marg. late scariosa. Pet. calycem duplo v. triplo superantia obovata, parallele venosa omnino glabra, ad tert. usque part. bifida, lob. rotundatis. Stam. longiora petalis breviora, omn. glabra. Anth. ellipt. flavae. Ovar. globosum, styli eo longiores, vix incrassati. Caps. calyce tertia parte aut duplo longior, oblongo-cylindrica recta, dentib. lanc. porrectis. Sem. magna subgloboso - reniformia, undiq. grosse tuberculata, rufa; nucleo vix $\frac{1}{5}$ cavitatis partem perispermii laxissimi occupante.

Cerastium Boissieri Grenier monogr. Cerast. p. 67.

Species polymorpha e sect. Orthodon Gren. l. c., proxima *C. mutabili* Gren. l. c. p. 68 (*C. arvensi* L. auctorumq. reliquorum), quod diff. caps. cylindrica ap. incurvata, seminib. minorib., perispermio nucleo adhaerente.

Forma primaria

α. vulgaris:

Caules foliaq. ovato - lanc. mollit. niveo.- et lanato - tomentosi. Pedunc. sepalorumq. facies externa brevit. glanduloso-pubescentes. Tab. LV. fig. 1. In locis pinguib. regionis mont. infer., f. minus tomentosis sublanuginosis marg. subrevolutis floribusq. majorib. interd. occurrit. Fig. 3.

Cer. repens Boiss. voy. bot. Esp. II. p. 105, non Linn. et alior.

var. β. *Gibraltaricum* Gr. !. c.:

F. longiora (poll. et ultra) lin-lanc., nervo valido instructa. Caules pedunculi calycesq. dense patenti - et glanduloso - pubescentes subviscidi. F. sparsim pubescentia, laete viridia. —

Cerast. Gibraltaricum Boiss. (Walp. Ann. I. 88 n. 2). elench. pl. nov. Hisp. p. 24 et voy. bot. Esp. p. 106. t. 32. (icon optima).

var. γ. *lineare* Gr. l. c.:

Caules pedunculiq. breviter, calyces breviter et glanduloso-pubescentes v. glabriusculi. F. lin. longe acutata sparsim pilosa v. glabresc. laete viridia, juvenilia et axillae lanato-tomentosa. Tab. LV. f. 2.

var. δ. *lanuginosum* Gr. l. c. (tab. 7. icon permediocris, incompletiss.)

„Totum piloso - lanatum, pilis glandulosis etiam in pedunculis 1 — 3 floris et calycib. crispato-lanatis." Gr. l. c.

Cer. physospermum Gay in herb. = *Cer. alpinum* var. β. Bertol. Fl. Alp. et Moris. Fl. Sard. teste Gren.

Habit. in regione montana et alpina Europae austro-occid. — α., in omnib. montib. Granatensib. et Malacitanis. β., in monte Gibraltarico. γ., in montib. Alp. Valdensium, in Sardinia. δ., in Corsica?

8. CERASTIUM STENOPETALUM Fenzl in herb. Gren. — Gren. et Godr. l. c.

Planta proxima *C. arvensi* et *C. Boissieri.*

Diff. a *C. arvensi* fl. majorib., calycibus magis elongato-cylindricis, a *C. Boissieri* pilis

simplicib., non crispato-lanosis. Ab utraque specie discrepat, sep. lanc.-acuminatis, $1/3$ mag. elongatis angustioribusque; petalis longiorib. et angustiorib.

Hab.: In monte Grosso in ins. Corsica (Soleirol). ♃. Jun.

5241 e. MOENCHIA *Ehrh.*

(Saginae spec. Linn. et DC. Prodr.)

1. MOENCHIA OCTANDRA Gay. — Willkomm l. c. p. 86. tab. LVII. C. — Annua radice gracillima perpendiculari ramosa albida. Caulis 3—5 poll. teres simplex v. parce ramosus, ramis erectis simplicib. F. inferiora lin-lanc. b. attenuata internod. longiora, reliqua eis breviora ovali-lanc., omnia acuta integerr. nervo medio valido albido instructa. Fl. 3—5 cymam dichotomam laxissimam depauperatam formantes nutantes, fl. in dichotomia situs longissime pedunculatus. Bracteae ovali-lanc. acutae apic. vers. utroq. marg. late scariosae. Calyx sub anth. campanulatus, sep. patentib. 4''' longis ovato-lanc. acutis, obs. trinerviis, marg. utroq. late scariosis. Pet. sepalis $1/3$ breviora, obovato-oblonga obtusissima integerr. Stam. 8 inaequilonga, longiora sepalis opp. calyce $1/3$ breviora. Anth. ellipt. luteolae. Styli 4. Caps. ventricoso-cylindrica inclusa, dentib. 8 rectis e b. triangulari linearib. truncatis, marg. vix revolutis. Sem. parva orbiculari-reniformia vix rugulosa fusca. — Tota pl. glaberr., glauco-viridis.

   Moenchia octandra Gay in litt. et herb. caet. — Cfr. synonimiam l. c. p. 86 et 87.

5242. MALACHIUM *Fr.*

(Larbrea DC. Prodr. I. 395 nec St. Hil. — Walp. Ann. II. 89.)

1. MALACHIUM CALYCINUM Willk. (Walp. Ann. I. p. 89 n. 1). — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 80. tab. LIV.

Subordo IV. *SILENEAE* DC.

(Endl. gen. pl. n. 5243—5253.)

Tribus I. *DIANHTEAE* Knth.

5244. DIANTHUS *Linn.*

(DC. Prodr. I. — Walp. Ann. II. 98.)

CONSPECTUS DIANTHORUM in Europa austro-occid. provenientium sec. affinitates naturales dispositus. — Willkomm in Ic. et descript. pl. nov. Hisp. p. 25.

Subgenus I. PSEUDODIANTHUS.

Calyx pentagonus, inter angulos membranaceus. Petalor. limbus ap. emarginatus v. bifidus.

Sect. I. *TUNICA* Scop.

1. *Dianthus saxifragus* L.

Sect. II. *KOHLRAUSCHIA* Kunth.

2. *D. prolifer* L. — 3. *D. velutinus* Guss.

Subgenus II. EUDIANTHUS.

Calyx tubulosus. Squamae calycinae bracteaeque flores circumdantes scariosae enerviae. Pet. fauce convergentia corollam caryophyllaceam constituentes. Limbus aut integer aut ap. crenatus, dentatus, serratus, aut usq. ad med. et ultra in fimbrias divisus, numq. bifidus, plerumq. in ung. abrupte abiens.

Sect. I. *ARMERIASTRUM* DC.

4. *D. Armeria* L. — 5. *D. barbatus* L. — 6. *D. crassipes* Röm. — 7. *D. Liburnicus* Bartl. — 8. *D. Carthusianorum* L. — 9. *D. atrorubens* All.

Sect. II. *CARYOPHYLLUM.*

a. *petal. integris v. crenatis, dentatis, incisis.*

α. *Armeriastroides*, florib. plerumq. subfasciculatis.

10. *D. Seguierii* Chaix. — 11. *D. Toletanus* Boiss. et Reut.

β. *Pungentes*, spec. ex affin. *D. pungentis* Godr.

12. *D. Anticarius* Boiss. et Reut. — 13. *D. pungens* Godr. — 14. *D. laricifolius* Boiss. et Reut. — 15. *D. graniticus* Jord. — 16. *D. neglectus* Lois.

γ. *Caryophylloidei*, sp. latisquamae ex aff. *D. Caryophylli.*

17. *D. Cintranus* Boiss. et Reut. — 18. *D. Hispanicus* Asso. — 19. *D. brachyanthus* Boiss — 20. *D. virgineus* L. — 21. *D. Siculus* Presl. — 22. *Caryophyllus* L. — 23. *D. Boissieri* Willk. — 24. *D. saxicola* Jord. — 25. *D. Scheuchzeri* Reichb. — 26. *D. silvestris* Wulf. — 27. *D. caesius* Sm. — 28. *D. silvaticus* Hoppe. — 29. *D. deltoideus* L.

δ. *Attenuati*, spec. angustisquamae ex aff. *D. attenuati.*

30. *D. hirtus* Vill. — 31. *D. Requienii* Godr. — 32. *D. Lusitanicus* Brot. — 33. *D. attenuatus* Smith.

b. *petalis fimbriatis.*

34. *D. tener* Balb. — 35. *D. Monspessulanus* L. — 36. *D. Valentinus* Willk. — 37. *D. Broteri* Boiss. et Reut. — 38. *D. superbus* L. — 39. *D. Gallicus* Pers.

Subgenus I. PSEUDODIANTHUS Willk. (cfr. supra p. 264)

Sect. I. *TUNICA* Scop.

1. TUNICA ARTEGIOIDES F. et M. — Fisch. et Mey. Ann. sc. nat. IV. t. 1. p. 36.

Perennis b. sublignosa, tota corollis exceptis tenuissime pubescens, a b. ramosissima; panicula laxa fastigiata; florib. dichotomiar. subses-

sub., caeteris brevit. pedicellatis bracteatis; pet. crebre reticulatis calyce ½ longioribus.

Ali-Dagh (pr. Kaisariam).

2. TUNICA XYLORRHIZA Boiss. — Boiss. in Ann. sc. nat. ser. IV. t. 2. p. 246. — Perennis tota indumento velutino papilloso glanduloso-viscido obsita pallide virens, rhiz. crassissimo lignoso tortuoso in fasciculos fibrosos tandem soluto caules numerosos nudiusculos rubellos erectos superne opposite v. dichotome ramosissimos intricatos edente, f. abbreviatis lin-lanc. acutis sub anthesi in parte inferiori caulium jam destructis ad ramorum ramulorumq. ortum tantum obviis, fl. rarius solitariis saep. in fasciculos axillares et termin. breviter pedunculatos 2—4 floros secus ramulos dispositis paniculatis b. squamatis, sq. calycinis senis brevit. lanc. herbac. viscidis, superiorib. calyce ½ breviorib., calycis cylindrico-campanulati glanduloso-velutini nervis 5 latis viridibus dentib. lanc. acutis subaequalib., petalor. unguib. in laminas oblongo-lin. retusas albidas 3 nervis rubellis percursus sens. abeuntibus, staminib. 10, ovario ovato, styl. duob., caps. . . . . . — Hab. in loc. montos. silvaticis Ponti merid.

Species quoad genus ob semina ignota subdubia.

Subgenus II. EUDIANTHUS Willk. (cfr. supra p. 265).

Sect. I. *ARMERIASTRUM* DC.

1. DIANTHUS MUTABILIS Boiss. (sect. *Armeriastrum*). — Boiss. in Ann. sc. natur. ser. IV. t. 2. p. 244. — Perennis, radice crassa longa verticali, caudiculis suffrutesc. denudatis abbreviatis prostratis ramos steril. brevissimos foliosos caespitosos caulesq. floriferos tenues adscend. simplices v. ap. parce ramosos edentib., f. intense viridib. breviss. rigidis lanc., acutis trinerv., ad nervos et marg. pl. min. scabridis ramor. sterilium confertis subrosulatis caulium floriferor. angustiorib. strictis internodio multo breviorib., florib. ad caulium v. ramulor. ap. 2—3 aggregatis brevissime pedunculatis f. summis a b. lanc. lin-setaceis squamas saepe aequantib. bracteatis, sq. calycinis quaternis pallide rufescentib. e b. oblonga obs. nervosa in caudas lin-setaceas tubum calycis subaequantes productis, calyc. tubo cylindrico abbreviato parte superiori rubello nervoso dentib. lanc. ciliatulis, petalor. laminis parvis anguste oblongo-spathulatis acute denticulatis glabris primum lutescenti-virentib. dein purpureis. — Hab. inter Kadjimanyailassi et Farach Cataonia, leg. Tchihatcheff.

Species pulchella aff. *D. viscido* B et Ch.

2. DIANTHUS CRASSIPES Roem. — Willkomm in Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 7. tab. I. — Perennis, rhiz. sublignoso. Caul. 1—2 ped., teres, robustus, simplex strictus, breviter et retrorsum puberulus, b. incrass., folior. basilar. emortuor. vaginis pallidis imbricatis vestitus. F. basilar. et caulina inferiora elongato-lin., reliq. inde a b. sensim acutata, internodia breviora, omnia b. multi-(5—7-) nervia, vagina latitud. laminae dimidium v. semel superante praedita, utrinq. brevit. puberula, laete viridia. Capit. 1—3, (plerumq. bina ad ap. caulis pedunc. brevib. crassis angulatis insidentia, rarius tertium laterale e nodo caulis penultimo prodiens pedunculo longiore suffultum) densa, 2—30-flora, bracteis ovato-lanc. longe acutatis cuspidatis pallidis dorso multinerviis marg. albo-membranac. involucrata. Fl. subsess. Squamae calyc. 4 laxae erectae ovatae in acumen cuspidatum marg. scabrum productae, dorso pallide virentes nervis 5—7 dilute fuscescentib. notatae, marg. anguste scariosae ciliolatae, inaeq.; interiores longior. calycis longitud. aequantes, exteriores brevior., omnes ap. purpurasc. Cal. 10—12 l. lg., b. ovatus, ap. vers. attenuatus, striatus, laete viridis; dentib. lanc. cuspidatis patulis purpurasc. Pet. non contigua, fauce barbata, ungue calycem aeq., limbo ⅓ calyc. partem aequante, patentissimo obovato, subcuneato, trinervio, ap. acute serrato, roseo-purpurascente. Genitalia inclusa c. petalis antho-

phoro brevi inserta. Anth. ellipt. flavae. Ovar. lanc. stylos calyce breviores subaequans. Caps. brevit. stipitata cylindrica, dentib. in statu maturo revolutis obtusis. Sem. magna ($1^1/_4$''' diam.), orbicul., alata, nigra, sub lente undiq. eleganter tuberculata.

D. crassipes de Roemer ined. in herb. — Cfr. Willk. enum. pl. nov. et rar. in Linn. 1852.

Affinis *D.* **Liburnico* Bartl. Wendl. et ob capitulorum formam *D. calocephalo* Boiss. — In glareosis rupibusq. apricis, Sierra Morena.

3. DIANTHUS CARTHUSIANORUM Lin. (DC. Prodr. I. 356).

var. γ. *herbaceus:* Personnat dans le Bullet. de la soc. de Fr. I. 4. p. 160.

Haec varietas differt a typo vulgari fol. duobus floralib. oppositis, lineari-lanc., longe acuminatis (acumine saep. squamas calycinas superante), herbaceis, plerumq. bracteis coriac. floris capitulum cingentib. basi cohaerentibus.

Diff. a var. δ. *congesto* (Gr. et Godr. Fl. de Fr. I. 231)., floribus tantum 2—4 in quoque capitulo.

Crescit rare in montibus Arverniae.

4. DIANTHUS ATRO-RUBENS All. var. CRUENTUS Griseb. — (Cfr. *D. cruentus* Fisch. [Walp. Ann. II. 99. n. 41.]) — Regel Gartfl. I. p. 260 tab. XXVI.

Sect. II. *CARYOPHYLLUM.*

a. *Pet. integris v. crenatis dentatis incisis.*

α. *Armeriastroides, florib. plerumque subfasciculatis.*

5. DIANTHUS TOLETANUS B. et R. (Walp. Rep. I. 267 n. 16.) — Willkomm. Ic. et descript. l. c. p. 19. tab. XI. A.

β. *Pungentes: species ex affinitate D. pungentis* Godr.

6. DIANTHUS ANTICARIUS B. et R. — Willkomm. Ic. et descript. pl. Hisp. t. II. B. — Perennis glabellus pallide virens, caulib. suffrutescentib. ascendentib. elongatis foliosis obtuse angulatis inferne sub lente parce pruinoso-puberulis superne ramosis 1—5 floris ad folior. insertionem nodoso-incrassatis, f. anguste lin-lanceol. acutis rigidulis strictiusculis supra planiusc. infra nervo medio incrassato carinanti instructis marg. cartilagineo serrulato-scabris inferiorib. internodia superantib. superiorib. eis breviorib. vagina folii latitudine paulo longiori, fl. majusculis ebracteatis, sq. calycinis 4 glabris oblongis acuminatis stramineo-virentib. coriac. parte superiori striatis a calyce divergentib., calyce squamis duplo longiore oblongo-cylindrico virenti-striato dentib. lanc. acutis anguste scarioso-marginatis, pet. carnosulis imberbib. oblongo-cuneatis in unguem sens. attenuatis supra intense purpureis subt. virentib. profunde dentato-fimbriatis, laciniis paucis laminae latitud. 2 v. 4plo breviorib. areolâ intermedia oblongo-cuneata. — Habit. ad radices merid. montis Sierra d'Antequera. — Caules 1—2 ped. etc.

7. DIANTHUS PUNGENS Godr. — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. p. 13. tab. VI. B. — Perennis, rhizomate sublignoso, crasso, fusco-corticato, ramoso, turiones numerosos et caules floriferos plures edente. Turiones 1—2 poll., compressi, asperi, foliati, folior. fasciculo terminati. Caules $^1/_2$—1 ped., plerumq. simplices, interd. furcati, graciles subangulati, b. asperi, laete virides. F. turionum e b. ad ap. sens. acutata, 10—12''' longa, $^1/_2$—$^3/_4$''' l., recta, adultiora horizontaliter patentia; caulina plerumq. multo breviora, per paria remota disposita, erecto-patentia, summa bractei-

formia; omnia plana trinervia, acutiss., marg. argute serrulata, laete viridia v. interd. subglaucesc., vagina latitudinem folii aequante v. semel longiore praedita. Fl. term. solitarii. Squam. calyc. 4, ½ longitud. calycis partem aequantes, subaequilongae, ovatae v. ovali-lanc., in mucr. acutissimum ante floresc. patulum, sub anth. et postea adpressum modo breviorem modo longiorem productae, marg. scariosae, dorso nervoso-striatae. Calyx 5—6 lin. lg., b. paulo ampliatus, superne attenuatus et nervoso-striatus, dentib. late lanc., mucronatis, marg. late scariosis. Pet. non contigua, fauce nuda. Limbus ungue brevior obovatus subcuneatus, acute et irregulariter dentatus v. subinteger, laete roseus. Anth. exsertae, oblongae luteae. Styli inclusi. Anthoph. breve. Caps. cylindrica calycem superans, dentib. patulo-recurvis, obtusis. Sem. magna, 1½''' longa, ¾''' l., obovato-oblonga, alata, sub lente minutim tuberculata, rufa.

D. pungens Godr. Fl. Fr. I: p. 231. — *D. pung.* L. (?) mantiss. 240 teste Godr. l. c. — *D. furcatus* Balb. non Hornem. teste Godr. l. c. et Rchb. fl. Germ. VI. f. 5016. — *D. integer* Vis., et Rchb. l. c. f. 5012.

Affinis *D. brachyantho* Boiss., *D. laricifolio* B. et R. et praecipue *D. granitico* Jord. Hab. in Gallia austr. Pyrenaica in fissur. rup.; in Pedemontio pr. Tenda et in Dalmatia, Vis. — Fl. Junio.

8. DIANTHUS PLANELLAE Willk. — Willkomm. Ic. l. c. p. 79. tab. LIII. — Perennis, rhiz. horiz. lignoso digitum minorem crasso, cinereo-corticato, ramoso, turiones breves foliosos caulesq. florif. numerosos edente. Caules ped. et ultra, erecti, graciles laxi nodosi, teretes laeves superne dichotomi v. simplices, internod. long. curvatis b. incrassatis. F. turionum et nodorum infimor. 2—3'' longa, reliqua gradatim breviora, omnia anguste lin. inde a vagina latitudinem folii superante ad ap. usq. sens. angustata; acuta, trinervia planiusc., marg. sub lente denticulata, falcata (praec. inferiora). Fl. termin. pedunculati, cymam laxiss. diffusam irregularem formantes, parvi. Squamae calycinae 4 subaeq. mediam calycis longitudinem aequantes, ovales in acumen lg. patulum herbac. sens. productae, marg. anguste scariosae, dorso nervoso-striatae. Cal. 7—8 lin. lg. lanc. tota longitud. nervoso-striatus dentib. longis lanc. acutissimis marg. anguste scariosis. Anthophorum breviss. Petalor. ungues inclusi anguste alati, limbus 3''' lg. oblongus truncatus, irregularit. et levit. dentatus, reticulato-venosus, imberbis pallide roseus. Genit. exserta. Anth. oblong. lutescentes. Styli subclavati. Caps. calyc. aequans, dentib. patulis obtusis. Sem. ignota. Caules et f. glaucescentes.

Dianthus Planellae Willk. ined. — *D. caespitosifolius* Planellas Ensayo de una Flora fanerogamica Gallega (1853) p. 118. — *D. laricifolius*, Lange in schedula.

Species e sect. *Caryophyllum*, affinis *D. pungenti* Godr. — Hab. in Galecia merid.: in sterilib. aridis pr. Montalegre et in glarea sicca alvei fluvii Miño pr. Orense, Planellas in fissuris rupium pr. Tuy, Lange. — Fl. Julio.

9. DIANTHUS LARICIFOLIUS Boiss. et Reut. (Walp. Rep. I. 267. n. 17). — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. p. 12. tab. VI. A. — Cfr. l. c. descr.

Affinis *D. brachyantho* Boiss. quocum crescit et *D. pungenti* Godr., a quib. facile distinguitur tubo calycino 7—8''' longo nec solum 4—5''' longo, f. angustiorib., florescentia serotina, colore petalor. intensiori et praecip. folior. structura. — Habit. in Hisp. centr., ubi in siccis dumosis circ. San Rafaël in monte granitico Sierra de Guadarrama ad alt. circ. 3500—4000' crescit.

10. DIANTHUS GRANITICUS Jord. — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. p. 15. tab. VIII. — Perennis, rhiz. sublignoso, cinereo-corticato, in ramos cylindricos pennam corvinam crassos diviso, turiones elong. caulesq. floriferos numerosissimos promiscue edente. Turiones 1—2 poll. compressi glabri foliati, folior. fasciculo terminati. Caules ½ ped., simplic. v. rarius ap. dichotomi, b. brevit. adsc., caeterum stricti, teneri, inferne subtetrag. scabriusculi, superne teretes glabri, laete virides, b. atq. ad nodos purpurasc. F. turionum patentiss., caulina erecto-patula, omn. laete viridia,

plana, e b. dilatata, sens. in acumen subpungens angustata, 6—8‴ lg. ¾—1‴ l., marg. argute serrulata, trinervia, nervo medio in pag. inferiore valde prominente valido, nerv. lateralib. marginantib. Vagina latitudin. folii subaequans. Fl. termin., solitarii v. bini terni fasciculati. Squam. calyc. 4 subaequilong., ½ calyc. tubi longitudinem aequantes, exteriores ovali-lanc., interiores obovato-oblongae, omnes in acumen cuspidat. squamae aequilongum subpatulum productae, marg. late membranaceae; dorso nervosae, pallidae. Cal. 5—6‴ lg., cylindricus, striatus, purpurasc., dentib. ovalib., apiculatis, ⅓ tubi partem aequantib., trinerviis, marg. late membranaceis. Pet. non contigua fauce parce barbata, ungue exserto; limbo obovali cuneiformi truncato, ap. irregularit., dentato, trinervio, ven. anastomosantib. eleg. reticulato, ungue breviore intense purpureo, immaculato. Anthoph. breve. Genitalia exserta. Filam. stylos aeq. v. superantia, albida, vittata. Anth. ellipticae v. oblong., griseae. Ovar. sess. Styli b. angustati, medio dilatati, ap. subulati. Caps. cylindrica ap. paulul. contracta, dentib. patulis obtusis. Sem. obovata, utrinq. concava, marg. incrassata, tuberculata, atra.

D. graniticus Jord. in observ., fragm. VII. (1849) p. 13. — *D. hirsutus* Auct. gall. ex p. non Vill.

Affinis *D. pungenti* Godr. et *hirto* Vill. — Hab. in Gallia merid., ubi non nisi in fissur. rup. glareosisq. formationis graniticae provenit. — Fl. Junio Jul.

γ. Caryophylloidei: species latisquamae ex affin. D. Caryophylli.

11. DIANTHUS CINTRANUS B. et R. — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 18. tab. X. — Perennis glaber pallide virens, rhizomate lignoso in ram. elong. prostratos cylindricos pennam corvinam crassos dilute fuscos diviso, turiones permultos, caules paucos edente. Turiones elong. pallidi folior. emortuor. vaginis vestiti, fasciculo folior. satis longor. terminati. Caules 6—10″ longi adscend., teretes, simplic. v. ap. vers. unum alterumve ramum edentes, b. densiuscule, deinde laxe foliati. F. plana lin. subflaccida brevit. acuminata acuta subt. trinervia, marg. obs. serrulato-scabro; omnia vagina folii latitudine sesquilongiore praedita, b. saepe purpurascentia. Fl. plerumq. bini ad ap. caul. brevit. pedunculati, mediocres. Squamae calyc. 4 adpressae inaequales sed aequiformes, oblongae, abrupte in mucronem herbaceum ½ squamae partem aequantem productae, margine et parte infer. scariosae, superne virentes striatae, interiores med. calyc. partem superantes. Calyx 10‴ lg., cylindricus, superne paulo attenr. et crebre viridi-striatus, dentib. lanc. acutis marg. scariosis et ciliolatis. Anthophorum breve (lin. lg.) cylindric. Pet. angusta fauce nuda inde a b. unguis sensim in limb. truncato-cuneatum dilatata. Limb. pallide roseus, ap. obtuse paucidentatus v. subinteger, e calyce exsertus. Filam. compressa, vittata. — Anth. linoblong. luteolae. Styli longe exserti, ap. angustati. Sem. ignota.

— Boiss. et Reut. in pugill. pl. nov. Afr. bor. Hisp. austr. p. 20. — *D. Lusitanus* Welwitsch pl. Lusit. n. 223! non Brotero.

In glareosis et rupestrib. Serra de Cintra Lusitaniae.

12. DIANTHUS HISPANICUS Asso. — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 16. tab. IX. — Perennis, rhiz. lignoso, cortice cinereo-fusca tecto, crasso, in ramos adsc. numerosos tenues diviso, turiones caulesq. permultos edente. Turiones v. abbreviati (ad rosulas folior. sessiles reducti) v. elong. et tum. compressi, foliati, folior. fasciculo terminati. Caul. ⅓—1 ped., simplices v. superne dichotomo ramosi, b. subtetragoni caeter. teretes, glabri v. scabri, laete virides. F. lin. e b. ad ap. sensim acutata, turionum longiora pl. min. patentia recta v. subfulcata, caulina breviora et angustiora arrecta subadpressa, omnia plana v. subcanaliculata glaucesc. trinervia, marg. serrulata acuta. F. caulina internodiis multo breviora, summa squamaeformia marg. late albo-membranacea, omnia vagina latitudinem folii aequante praedita. Fl. parvi solitarii rarissime bini, interd. squamis 2 involucrati. Sq. calyc. 4, subaequales ⅓ longitud. calycis partem aequantes, ellipt. v. obovato-oblongae abrupte acuminatae, marg.

late membranae. saepe purpurasc., caeterum pallidae, dorso nervosae superne virides, in alabastro patulae, sub anth. adpressae. Cal. b. ampliatus superne brevit. attenuatus, in alabastro valde contractus, sub anth. cylindrico-lanceolatus, striatus, pallide virens saepe purpurascens; dentib. ovatis obtusis apiculatis, marg. membranaceis ciliolatis. Anthoph. brevissimum obconicum. Pet. non contigua, forma varia, fauce nuda, ungue incluso, limbo roseo integro v. crenato. Venae laterales marg. eleg. anastomantes. Genit. exserta. Anth. elliptico-lin., violasc. Ovar. sess. Stigmata subulata. Caps. cylindrica, calyc. vix superans, dentib. obtusis patulis. Semina 1‴ longa, obovata, alata, laeviuscula, fusca. Hujus speciei occurrunt formae typicae 2 form. intermediis numerosis inter se conjunctae.

var. *australes* tab. IX. A.

Fol. plane trinervia, nervis lateralib. non marginantib. Caules ramosi polyanthi. Cal. sub anth. 7—8‴ longus. Squamae lato-ellipticae, obtusae, saepe subemarg., abrupte in mucronem viridem ½—1‴ longum abeuntes. Petalor limb. obovato-cuneatus, ap. obsolete crenatus, ⅓ calyc. partem aequans. Stam. et styli subaequilongi.

D. Hispanicus Boiss. voy. p. 87, non Asso. — *D. pungens* Webb. It. Hisp. p. 63, non L., et var. β. minor (excepto synonimo).

var. β. *borealis.*

Humilis, caulib. 4—10 poll., simplicib., fere semper 1-fl. Turiones abbreviati. F. nerv. lateralib. submarginantib., in forma majore (B. 1) subcanaliculata, in forma minore (B. 2) planiuscula. Fl. majores quam in var. α. Calyx in forma maj. 10—11‴ in minora 7—8‴ lg. Sq. calyc. latiores et obtusiores quam in var. α. Petalor. limb. in forma maj. angustus lin-oblongus, ungue lineari paulo latior, integerrimus; in forma minore obovato-rotundatus obsolete repandus. Ungues in utraq. forma brevit. exserti. Utraq. var. floret Junio.

D. Hispanicus Asso in Synops. stirp. Arrog. p. 53. tab. III. (forma major). Cfr. Duf. in ann. gen. VII. p. 309 et Willk. in Flora 1851. p. 604. — *D. pungens* β. *Hispanicus* (DC. pr. I. p. 360).

Species proxima *D. brachyantho* Boiss. — Sine dubio per totam Hispaniam dispersus est.

var. *occidentalis.* Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 78. tab. LII. B.

Tertius hic typus speciei per totam paene peninsulam Pyrenaicam divulgatae et mire polymorphae diff. a caeteris gracilitate, f. angustis subulatis, fl. parvis, sq. calicinis ovatis minus acuminatis, anthophoro subnullo, petalis pallide roseis. Variat fl. majorib. quor. petala limbum cuneatum truncatum obtuse crenatum habent et fl. minorib., quib. limbus petalor. brevissimus rotundatus et integer est.

Hab. in Hisp. bor.-occid., ubi a cl. Lange anno 1852 detectus est: in fissur. rupium ad pagum Constantia Galeciae oriental., atq. in ericetis montium in regno Legionensi.

13. DIANTHUS BRACHYANTHUS var. RUSCINONENSIS Boiss. (Walp. Rep. I. p. 267 n. 14). — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 11. tab. V.

Cfr. l. c. descr. — *D. pungens* Benth. Cat. Pyr. 75 non L. — *D. attenuatus* Xat. et Maille pl. exsicc. sec. Boiss. l. c. non Smith. — *D. virgineus* Koch Syn. Fl. Germ. ed II. p. 113. in adnot., non Lin. nec DC. — *D. brachyanthus* Boiss. β. *macranthus* Godr. in fl. de Fr. I. p. 235.

Diff a specie fl. duplo majorib., petalor. limbo magno longe exserto, stylis inclusis a filamentis superatis et praecip. structura folior. persingulari. — An spec. distincta?

Hab. in Gallia merid. in rupib. calcareis, pr. Narbonne, pr. Collioure etc. — Fl. Jun. Jul.

14. DIANTHUS CARYOPHYLLUS L. (DC. Prodr. I. p. 359). — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. tab. 12. B.

var. *Juweel von Arnstadt* (Fischer). — Regel Gartfl. I. p. 323. tab. XXXII.

15. DIANTHUS BOISSIERI Willk. — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. tab. 13. — Perennis, rhizomate crasso lignoso fusco-corticato, in ramos breves adscendentes, turiones caulesq. numerosos edentes diviso. Turiones ad fasciculos folior. sessiles reducti. Caules elati 1 — 2 ped. stricti, simplic. v. frequentius ap. furcati, internodio infimo angulati, caeterum teretes, nod. incrassati, nodo infimo geniculati, glabri pallide virentes. F. turionum 2—1" longa falcata, b. valde dilatata membranacea albida, caeterum anguste lin., sens. acutata acuta, canaliculata ap. versus convoluta, marg. non nisi b. serrulata, trinervia, nervo medio subt. carinante. F. caulina infima internodium aequantia, omnia lin-subulata canaliculata b. valde dilatata nervosa et marg. albo-membranacea, vagina f. partis mediae latitudinem ter superante albida praedita. Fl. termin. solitarii ebracteati magni. Sq. calycinae 6 v. rar. 4 late ovatae acuminatae, coriaceae ap. virides caeter. pallidae. Cal. amplus 14—15''', cylindric., pallide virens superne saturatius striatus, dentib. longis lanc. acutis, marg. angustissime scariosis. Anthophorum brevissimum. Pet. vix contigua carnosula fauce nuda, longe unguiculata, ungue limbum quadruplum superante, limbo roseo parvo, obovato-cuneato truncato, ap. inaequalit. dentato-serrato, trinervio et eleganter transverse venoso, b. in calycis tubo occulto. Genitalia subaequilonga exserta. Filam. complanata albida, antherae lin-ellipt. flavescentes. Fr. ignotus.

D. Boissieri Willkomm ined. — *D. silvestris* Boiss. voy. bot. Esp. 85, non Wulf. —

Affinis *D Caryophyllo* L. et *D. longicauli* Ten. — In rupestrib. calcar. prov. Malacitanae, pr. Alhaurin, Monda et alibi.

16. DIANTHUS SAXICOLA Jord. — Willkomm. Ic. et descript. pl. Hisp. tab. 12.

17. DIANTHUS SILVESTRIS Wulf. (Caryoph. silvestr. biflorus C. B.) — Frölich Alp. Pflz. VI. tab. 1.

δ. *Attenuati: Spec. angustisquamae ex affinitate D. attenuati.*

18. DIANTHUS REQUINII Godr. et Gren. — Godron et Gren. fl. d. Fr. I. 234. — Affinis *D. hirto* Vill., differt tamen: flore ap. solitario, v. saep. c. flore altero laterali brevit. pedicellato; squamis calyc. ovalib., acutis, in aristam herbaceam contractis, laevib. adpressis; calyce longiore, ap. longe attenuato, b. paulo incrassato; petalis fauce laevib., limbo ½ ungue breviore; anth. longiorib. magisq. attenuatis; f latiorib., omnino planis, tantum in ap. attenuatis sed non subulatis; caulib. floriferis angulatis, laevibus. — Hab. Pirénées: Prats-de Mollo (Requien); Castanès (Grenier). ♃. Jun.

19. DIANTHUS LUSITANICUS Brot. — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 8. t. II. — Suffruticosus, rhiz. crasso, cinereo- et rimoso-corticato, in ramos permultos cylindricos breves vel elongatos et tum adsc. tortuosos intricatosq., vaginis basibusq. folior. emort. cinerascentib. vestitos diviso. Turiones et caules floriferi numerosissimi, priores ex ap. ramor. rhizomatis, caules ex ap. turionum anni praeteriti prodeuntes. Turiones in forma vulg. 1 — 2" longi, graciles tetraquetri, fasciculis folior. terminati. F. angustissima lin., juniora teretia glauco-pruinosa, adultiora viridia, canaliculata, omn. subfalcata, enervia glaberrima, apiculata, b. marg. scabra, super. elongata (8—12 l. l.), caules in forma vulg. ½—1 ped., b. adsc., erecti, teretes, glaberr., simplices et 1-fl., v. ap. vers. subdichot. ramosi et tum 3—5 fl. F. caulina laete viridia, inferiora internodio longiora lin-lanc. planiuscula, superiora internodio breviora lin. e b. dilatata sens. acutata, ob margines ap. involutos canaliculata et ap. subteretia, summa bracteiform., omnia apiculata glaberr., marg. vix scabra, b. dorso carinata et nervosa, caeter. enervia, vagina laminae latitudinem semel superante

praedita. Fl. pedunc. Pedunculi calyce plerumq. breviores, bracteis lanceolato-acuminatis, concavis scariosis suffulti. Squamae calycinae plerumq. 6 rarius 4, adpressae, valde inaeq., ¼ v. ⅓ calyc. partem aeq., intimae lanc. in mucronem sens. angustatae, reliquae obovatae abrupte in mucronem brevem productae, omnes dorso viresc., nervosae marg. anguste scariosae. Cal. lanc., ap. vers. valde attenuatus sub anth. plerumq. 10‴ lg. striatus, laete viridis, profunde dentatus; dentib. lanc. cuspidatis, marg. scariosis et ciliolatis, ap. purpurasc. Pet. non contigua fauce barbata, ungue valde exserto lato sens. in limb. dilatato, limbo cuneato, subtruncato, ⅓ unguis partem aequante, ap. acute et profunde serrato, eleganter venoso, dilute roseo, patule recurvo. Stam. sub anthesi vix, postea anth. delapsis longe exserta. Anth. lin. violac. Ovar. cylindricum elong. Styli exserti. Anthophorum satis longum. Caps. cylindr. e cal. exserta, dentib. obtusís patulis. Sem. orbicul. magna (1‴ diam.), valde alata convexo-concava, laeviuscula, dilute fusca.

D. Lusitanic. Brotero in fl. Lusit. II. p. 173 et *Phytograph.* Lusit. sel. tab. 70. — Boiss. voy. bot. Esp. II. 84. — Willk. serta Fl. Hisp. in Flora 1851 p. 604 (excl. syn.) *D. attenuato* prox.

Habit. in provinciis penins. Ibericae centralib. occidentalib. et australibus, ubi in glareosis rupestribusq. praecipue graniticis, micaceis et arenariis ad alt. 2500—4500′ (in Sierra Nevada ad 5—6000′) crescere solet.

20. DIANTHUS ATTENUATUS Smith. (DC. Prodr. I. p. 358). — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. I. p. 9. tab. III. —

Cfr. l. c. descript. pl. — Ser. in DC. Prodr. l. c. excluso syn. *Broteroano.* — Gren. et Godr. Fl. de Fr. I. p. 233. (excl. syn. *Broteroano*). — *D. longiflorus* Lam.

Habit. in Gallia merid. (et fortasse in Catalaunia).

var. *sabuletorum* Willk., tab. IV.

Differt a specie omnib. partib. duplo minorib., caulib. gracilib. non nisi ap. parce ramosis v. simplicib., f. caulinis adpressis, petalor. limbo oblongo. Caeterum omnia ut in stirpe vulgari.

b. *petalis fimbriatis.*

21. DIANTHUS VALENTINUS Willk. — Willkomm. Ic. et descr. pl. Hisp. I. 14. t. VII. — Perennis, rhizomate lignoso, pennam corvinam crasso, ferrugineo-corticato, repente, ramoso, turion. numerosos caulesq. florifer. edente. Turiones tetrag. scabridi, breves et dense foliati v. elong. et laxe foliati. F. turionum anguste lin. v. lin-lanc., plana, elong., 2 poll. lg., 1—1⅓ l., sens. acutata, acuta, trinerv., nervo med. dorso prominente, marg., sub lente eleganter serrulata, laete viridia. Caules erecti, v. assurg., stricti, teretes, asperuli, ped. et ultra, ap. v. inde a medio subdichotome ramosi; ram. patulo-erectis, 1—2 floris. F. caul. infima elongata, internodio multo longiora, stricta, lin., utrinq. attenuata; media internodio breviora subadpressa, e b. dilatata sens. acutata; summa brevissima subulata, bracteiformia; omnia plana laete viridia, marg. serrulata vagina latitudinem laminae aeq. praedita. Fl. speciosi, odorati, solitar., pedunculati, ebracteatis v. bract. 2 lanc. herbaceis involucrati. Pedunc. calyce brevior aut longior. Squamae calyc. plerumq. 6, interd. 8, mediam calyc. longitud. aequantes, valde inaeq., ante anth. patulae, postea arcte adpressae, infimae angustae, caeterae ovato-lanc., omnes in mucron. brevem sens. angustatae, coriaceae, dorso nervoso-striatae, marg. albo-scariosae ciliolatae. Cal. permagn. (sub anth. 14—15‴ lg.), ante floresc. valde attenuatus, fructifer cylindricus, dilute viridis, eximie nervoso-striatus; dentib. longe acutatis, marg. scariosis. Pet. non contigua, fauce parce barbata, ungue exserto. Limbus unguem subaequans, circuitu

obovatus v. ovalis, usq. supra ½ elegantissime digitato-fimbriatus (fimbr. angustis), dilute roseus, parte centr. integra, anguste oblonga, venosa. Genitalia inclusa. Anth. ellipt.-lanc., flavae, jam in alabastro perjuvenili dehiscentes, sub anth. delapsae. Styli etiam post anth. inclusi. Ovar. jam ante anthesin incrassatum, stipit., foecundatum pyriforme. Anthoph. subnullum. Caps. matura calycem dirumpens, exserta, lanc.-cylindrica, dentib. patulis acutiusc. Sem. magna orbicularia, valde alata, breviuscula, rufa.

D. Valentinus Willk. in Flora 1852. — *D. superbus* Willk. in Fl. 1851.

Aff. *D. Broteri* Boiss. et Reut. et *D. Monspessulano* L. — Habit. in reg. calida regni Valentini, pr. Valentiam in pineto, in collib. calcar.

---

22. DIANTHUS BROTERI B. et R. — Boiss. et Reuter pugill. pl. nov. (1852) p. 22. — Perennis b. suffruticosus, surculis sterilib. brevissimis foliosis in caespitem ad caulium b. confertis, caulib. fertilib. brevit. foliosis erectis simplicib. v. parce ramosis ad nodos incrassatis, f. anguste lin. acutis planis v. canaliculatis subt. nervo med. incrassato percursis marg. plus minusve scabris rigidulis surculor. pl. minusve elongatis, caulinis internodio multo breviorib. strictis, vagina folii latitud. non superanti, fl. solitariis pedunc., sq. calycinis pubescentib., 8—10-nis calyci arcte imbricatis oblongo-lanc. acutissimis marg. eximie ciliatulis parte superiori tantum pallide virentib. strictis, calyce longo cylindrico superne constricto tenuiter striato glauco in dentes lanc. acutos ciliatulos abeunti, pet. roseis obovato-cuneatis in unguem attenuatis ad ½ v. ad med. usq. extremitate fimbriatis lateraliter integris superne ad b. laminae squamulosis.

D. serrulatus Boiss. voy. bot. Esp. t. 23. c. var. *grandiflora* non Desf. — *D. fimbriatus* Br. non M. B.

Hab. in omni regione calida Lusitaniae austr. et Hisp. a Gadibus ad regnum Murcicum.

*23. DIANTHUS SANGUINEUS Vis. in sem. rar. h. Patav. 1845 p. 1.; Rchb. Ic. fl. Germ. IV. p. 44. — Visiani Fl. Dalm. III. p. 161. n. 1494.

Glaber, f. linearib. ap. attenuato-acuminatis, b. longe vaginantib., marg. serrulatis, subt. 3-nervibus, supremis vaginae subaequalib., fl. subcapitatis, bract. squamisq. calycinis oblongo-ovalib. aristatis calyce profunde 5-fido dimidio breviorib., dentib. lanc. acuminatis, pet. lin-spathulatis glabris.

Syn.: *D. Carthusianorum* Alsch. Fl. Jadr. p. 98, non L.; — *D. atrorubens* Vis. stirp. Dalm. p. 33. non All.

Ic.: Vis. Fl. Dalm. tab. XXXVI f. 1. — Rchb. Ic. f. Germ. VI. fig. 5016. 6. (b?).

Hab. in apric. et int. segetes Mavicze pr. Verlika, in saxosis montium Vellebith et Prologh, in apricis circa Baccagnazzo et Trau. Fl. aestate. Fl. sanguinei. ♃.

24. DIANTHUS OBCORDATUS Reut. et Marggr. ess. d'une flore du Zant. p. 31. — Visiani Flora Dalmatica III. p. 161 n. 1496.

Syn.: *Kohlrauschia obcordata* Rchb. ic. fl. germ. VI. p. 43. — Ic. Vis. fl. Dalm. tab. XXII. fig. 2. — Rchb. ic. fl. Germ. VI. fig. 5009 b. — (Walp. Rep. I. 267 n. 11).

Hab. ad margines agror. c. Castelnovo di Cattero, Budua, Pestrovich. — Fl. rubro-violacei, venis obscuriorib. reticulati. Fl. Jun. ⊙.

25. DIANTHUS CILIATUS Guss. — Visiani Fl. Dalm. III. p. 163 n. 1498. — Walp. Rep. I. 266 n. 6.

var. α. *racemosus:*

Fl. alternis subsessilib. v. infimis pedunculatis, solitar. fasciculatisve, subracemosis, petalor. lamina elliptica aut lanceolata subintegra.

Syn.: *D. racemosus* Vis. pl. rar. Dalm. in Ergzb. b. Ztg. 1829. 1. Bl. n. 16; — Rchb. fl. exc. p. 810; Alsch. fl. Jadr. p. 98. — *D. ciliatus* b. *litoralis* Rchb. Ic. fl. Germ. n. 5047.

Ic.: Vis. fl. Dalm. tab. XXXV. fig. a. — Rchbch. ic. fl. Germ. VI. fig. 5047 a. b. — Gussone pl. rar. tab. XXXIII.

var. β. *cymosus:*

Fl. longe pedunculatis subsolitariis, pedunc. cymosis paniculatisve, petalor. lamina obovata.

Syn.: *D. litoralis* Host fl. Austr. I. p. 522 ex herb.

Ic.: Vis. fl. Dalm. tab. XXXV. fig. b.

var. γ. *Brocchianus:*

Simplex uniflorus, f. abbreviatis obtusiusc. rigidis, petalor. lamina subrotunda dentata.

Syn.: *D. serrulatus* Brocchi herb., et Giornal in Egitho I. p. 21. non Desf.

Hab. in apricis saxosis collinis totius Dalm. litoralis; var. β. circa Ragusa et Cattaro, var. γ. circa Ragusa. — Fl. rosei vix odori. — Fl. aestate. ♄.

26. DIANTHUS VIRIDESCENS, Vis. (Vis. l. c. tab. LIII. fig. 2). — Visiani Fl. Dalmatica III. p. 163. — (Walp. Rep. II. 772 n. 13.)

Hab. ad sepes et margines pratorum int. Verlika et Sign, ubi invenit Prof. Jos. Clementi. — F. Julio. — Fl. supra rubri albo-maculati, subt. virescentes.

27. DIANTHUS STRICTUS Sm. et Sibth. — Vis. Fl. Dalmat. III. p. 163 n. 1500. — DC. Prodr. I. p. 362.

Syn.: *Dianthus alpestris* Balb. obs. sur les oeill., non Stern. — DC. Prodr. I. p. 358 n. 30. — Bertoloni Fl. Ital. IV. p. 565. — *D. furcatus* Balb. l. c. p. 13; Rchb. fl. exc. p. 810. — *D. alpestris* β. Bertol. fl. Ital. l. c. — *D. integer*. Vis pl. rar. Dalm. in Ergzbl. Ztg. 1829. 1. B. n. 15.

Ic.: Vis. Fl. Dalm. tab. XXXVI. fig. 2. — Rchb. Ic. fl. Germ. VI. f. 5042 et 5046. — Balb. l. c. tab. 1–2.

var. β. *grandiflorus:*

Calyce pollicari squamas triplo excedente, petalis dentatis calyce 1½ longioribus.

Syn.: *D. integer* β. *grandiflorus* Vis. in tab. Fl. Dalm. — *D. bebius* Vis. in Rchb. Ic. Fl. Germ. VI. p. 47.

Ic.: Visiani Fl. Dalm. tab. XXXVI. fig. 2. — Rchb. Ic. fl. Germ. VI. fig. 5041. b.

Hab. in saxosis apricis montium Vellebith ad Pakleniza montis Prologh ad Kamesniza et Biokovo ad Troglav. — Fl. apud nos albi, petalis in specie integris parvis. — Fl. aest. ♄.

28. DIANTHUS MULTINERVIS Vis. — Vis. Fl. Dalm. III. p. 164 n. 1502.

Suffruticosus, caule superne stricte ramoso, f. late lanceolato-linearib. planis acuminatis glaucis, ap. cartilagineis, marg. basi os ciliatis, subt. 5 nervib., squamis calycinis quaternis rotundo-rhombeis brevissime striatis, ap. nervosis mucronulatis bifidisq., calycis dentib. ovatis, marg. et ap. obtusiusculo incrassato-cartilagineis, petalisq. glabris.

Hab. in rupestrib. saxosis ins. Pomo. — Flores rubri. — Fl aest. ♄.

Species cultura adhuc probanda.

29. DIANTHUS CYATHOPHORUS Moris. — Moris enum. sem. h. bot. Taurinensis 1852. — Ann. sc. nat. ser. III. 19. p. 368.

30. DIANTHUS BARATI Duv. — Duval-Jouve, Bullet. de l. soc. bot. de Fr. II. p. 351. — Cfr. l. c. pl. descr. — Le Dianthus Barati de M. Duval, que j'ai en ce moment

sous les yeux est exactement la même plante que le D. tripunctatus, Smith. Fl. Graec. t. I. p. 286 et Sibth. Flor. Graec. tab. 398, lequel a pour synon. D. divaricatus, Urville, enum., p. 46; DC. Prodr. I. 360. La plante a été jusqu'ici observée en Chypre, par Sibthorp; à Candie, par Sieber et Heldreich, et à Samos, p. d'Urville. Alger est une localité (note communiquée p. M. J. Gay, Bullet. l. c. p. 351). Fide igitur cl. Gay, res ita se habeat: *Dianthus Barati* Duv. = *Dianthus tripunctatus* Smith. Prodr. Fl. Graec., I. p. 286 et Sibth. Fl. Graec. tab. 398 (DC. Prodr. I. 363 n. 92).

Syn.: *Dianthus divaricatus*, Urville enumerat. p. 46; (DC. Prodr. I. p. 360 n. 61). —

31. **DIANTHUS OCULATUS** (sect. *Caryophyllum*) Boiss. — Boiss. in Ann. sc. nat. ser. IV. t. 2. p. 245. — Perennis totus glaucescens ad f. caulesq. scaber sub lente papillosus, radice verticali tenui fasciculum folior. unicum caulesq. floriferos plures erectos elatos flexuosos nodoso - incrassatos superne dichotome ramosos edenti, f. elong. gramineis subt. plurinerviis longe ap. setaceo - acuminatis flexuosis, fasciculi sterilis angustiorib. rigidiorib. caulinis pro longitud. latiorib. internodia inferiora subaequantib. vagina basil. folii latitudine sublongiori, fl. magnis ad ramulor. ap. subsolitariis, sq. calycinis octonis stramineis adpressis oblongis brevit. et tenuiter acuminatis membranaceo-marginatis calyce triplo breviorib., calycis longe cylindrici glaucescenti-virentis tenuiter striati dentib. lanceolatis elong. b. purpurasc. extremitate pallidis marg. puberulis, petalor. lamina oblongo-cuneata denticulata ext. lutescenti-intus purpurea areola centrali papillosa oculo semicirculari purpureo - nigro picta. — Hab. in Cilicia, leg. Tchihatcheff.

Juxta *D. viridescentem* Vis. collocandus.

32. **DIANTHUS KREMERI** (sect. *Caryoph.*) B. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl nov. (1852) p. 21. Glaber, viridis, caulib. inferne suffrutescentib. procumbentib. dein erectis elong. teretiusc. tenuit. striatis superne ramos paucos breves strictos 1-floros alternatim edentib., f. angustissime linearib., marg. laevib. subt. nervo medio crasso elevato percursis elong. flexuosis, eis surculor. sterilium elongator. laxor. longissimis, caulinis infimis exceptis internodio breviorib., vaginâ folii latitud. duplo longiori, fl. magnis ebracteatis pedunc. strictis brevib. suffultis, sq. calycinis 8—10nis arcte imbricatis oblongo-lanc. acuminatis viridib. herbac. striatis intimis parte intermedia anguste marginatis, calyce cylindrico ap. vix contracto a b. tenuiter et dense striato sq. plus duplo longiori in dentes scarioso-rubellos lanc. acutos marg. glaberrimos diviso, pet. roseis cuneato-spathulatis obtusis integris. — Hab. in rupestrib. maritim. pr. Oran Mauritaniae. — Planta 1½ ped. longiorq. etc.

33. **DIANTHUS PELVIFORMIS** Heuff. — Heuffel in Flora, bot. Ztg. 1853 p. 625.

Florib. in capitulum terminale multiflorum subrotundum dense conglobatis, squamis membranaceis brunneo-scariosis, obovato-subrotundis, obtusissimis laceris, e medio aristatis, omnib. conformib., dense imbricatis, calicis medium attingentib.; calycib. atro-purpureis, strictis glabris, dentib. subulatis acutis; petalor. lamina oblonga lineari, paucidentata, abbreviata; caule angulato, f. 3—5 nerviis linearib. e b. sensim acuminatis, ap. callosis pungentibus.

Radix perennis, ramosa, caespitem caudiculor. folii- et floriferum nutrit etc. — Pet. cruenta. — In monte Rtany Serbiae. Jun. leg. et communic. amic. Pancic.

34. **DIANTHUS CALLIZONUS** (sect. *Caryoph.*) Schott et Kotschy. — Schott in Bot. Ztg. (Mohl u. Schltd.) 1851. p. 192.

Caulib. numerosis 1-floris, f. caulinis rigidulis, lanceolato-linearib., obtusiuscule acuminatis, 3—4-nerviis laete viridib., marg. scabris, involucri foliolis lin. calyce longiorib. v. breviorib., inferne purpura tinctis; bracteis ½ calycem v. fere totum superantib., atropurpureis; calycis late tubulosi, extus atropurpurei, striati, intus albidi laciniis

tubo vix breviorib., dense ac minutissime ciliolatis, petalor. laminis obovato-cuneatis, ap. irregulariter crenulato-dentatis, unguem versus albido-pallidis lineolisque reticulatim anastomosantib., purpureo-nigris signatis, caeterum purpureo-kermesinis, zona latissima velutino-purpurea albido-irrorata barbataq. ornatis.

Habit. freq. in alp. calcareis Transylvaniae or. e. gr. Piatra Krajuluj (alt. 6000—7500'). — Radix ramosa etc.

35. DIANTHUS HENTERI Heuff. — Heuffel in Flora, bot. Z. 1853 p. 625.

Fl. solitariis aut geminatis brevit. pedicellatis, foliorum pari summo involucratis; squamis calycinis lato-obovatis, obtusis emarginatisve in aristam aequilongam, calycis ½ non attingentem excurrentib., calycib. striatis, glabris, dentib. triangulari-subulatis mucronatis; petalis obovato-rotundatis, dentatis barbatis; caulib. angulatis; f. linearib. subtrinervib., vaginis folior. aequalib.

Sequitur l. c. pl. descript. — In rupib. subalp. circa Cibinium Transylvaniae. Jul. leg. et comm. D. Henter.

36. DIANTHUS CARYOPHYLLOIDES Schult. (DC. Prodr. I. p. 357). — Willkomm Ic. et descript. pl. Hisp. tab. 12. A.

37. DIANTHUS REPENS Willd. (DC. Prodr. I. p. 358 n. 40). — Seemann in bot. of. the voy. of Herald. p. 27. tab. IV. — Inter Kotzebue Sund et promont. Lisburne. —

38. DIANTHUS ALPINUS Lin. (DC. Prodr. I. 362 n. 77). — Regel Gart. Fl. IV. (1855) p. 110. tab. 119.

5245. GYPSOPHILA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 351. — Walp. Rep. V. 77. Ann. II. 97).

1. GYPSOPHILA HISPANICA Willk. — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. tab. 16. — Suffruticosa, rhiz. crasso lignoso in ramos tortuosos prostratos adscendentes pennam anserinam crassos griseo- et rimoso-corticatos ap. pluricaules diviso. Caules caespitosi stricti v. subflexuosi, ½—1 ped., nodoso-geniculati, glabri pallidi nitentes superne ramosi, ram. arrectis ap. trichotome ramosissimis. Internodia b. approximata, superiora accrescentia, omnia teretiuscula. F. similia eis G. Struthii, sed minus acutata erecto-patentia viridi-glauca, juvenilia in pag. sup. profunde canaliculata, subt. carinata, subtriquetra, adulta teretia in pag. sup. planiuscula. Cymae numerosae floribundae thyrsum subfastigiatum constituentes Bract. parvae eis G. Struthii similes. Fl. parvi pedicellati pedic. calycem aequantib. v. superantib. b. minute bracteolatis. Cal. campanulatus 1¼—1½''' lg., lobis ap. emarg. non coloratis, late albo-marginatis, dorso vitta viridi notatis. Anthophorum brevissimum obconicum. Pet. calyce plus ½ longiora obtusissima subcuneata sens. in ung. brevem angustata, trinervia nervis vers. ap. anastomosantib., venas rectas ad marg. emittentib. Fil. filiform. teretia petalis paulo longiora. Anth. subglob. aureae v. purpurascentes. Ovar. ovatum. Styli filif. b. et ap. incrassati stamina subaequantes. Caps. oblonga sub ore contracta calycem superans, valvis patulis brevib. obtusissimis. Sem. ovato-reniformia dorso convexa, undiq. tuberculis conicis obsita, brunnea.

G. Hispanica Willkomm in sert. Flor. Hisp. p. 172. — *G. Struthium* Asso in syn. stirp. Arragon. p. 52 non Lin.

Species aff. *G. Struthio* et *G. fastigiatae* L. inter utramque collocanda. — In gypsaceis argillosisq. salsuginosis Hisp. or. centr. et merid.

2. GYPSOPHILA STRUTHIUM L. (DC. Prodr. I. 352). — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. tab. 16. A. et tab. 17.

3. GYPSOPHILA PERFOLIATA L. β. TOMENTOSA (DC. Prodr. I. 352). — Willkomm Ic. et descr. pl. Hisp. tab. 18

5248. **SILENE** *Linn.*

CONSPECTUS SILENIUM in Europa austro-occid. provenientium secund. affinitates naturales dispositus. — Willkomm in Ic. et descr. pl. nov. Hisp. p. 74.

Subgenus I. PHYSALOCALYX Willk.

Calyx jam sub anth. vesiculoso-inflatus, nervis 20 longitudinalib. reticulatim inter se anastomosantib. percursus. Pet. aestivatione imbricata. (Behen Moench. — Behenantha Otth. DC. Prodr.)

In fissuris saxosis ad castellum „Kost" pr. Monacho-Hradecium, circuli olim Boliślaviensis, frequens.

Planta annis nonnullis ante, amicis quibusdam botanicis sub nomine *Lychnis diurna* Sibth. var. *glaberrima* communicata.

2. LYCHNIS SIEBOLDII van Houtte. — Van Houtte Fl. des serr. X. p. 31. c. tab.

L. rhizomate perennans, caulib. annuis erectis ramosis teretib. ad nodos vix tumidis puberulis, f. sessilib. infimis approximatis (non vere rosulatis?) spathulato-oblongis intermediis supremisq. ovato-oblongis acutis integris leviter undulatis mollib. utrinq. pubescentib., cyma terminali pauciflora contracta, pedicellis calyce breviorib., fl. hermaphroditis albis amplis, calycis basi nudi clavato-oblongi 10-costati sparse hirsuti dentib. triangularib., petalor. limbo cuneato irregularit. eroso levit. bilobo, ungue marginib. villoso limbo breviore, squamis exsertis dentatis, gynophoro calyce subquintuplo breviore, staminib. brevit. exsertis, stylis inclusis, capsula calyce paululum accreto laxe inclusa ovoidea 5-valvi, seminibus . . . .

L. Sieboldii van Houtte mss. — *Lychnis glandiflora* alba, Sieb. mss.

3. LYCHNIS GRANDIFLORA Jacq. (DC. Prodr. I. 385). van Houtte Fl. des serr. X. 27 c. tab.

5253. ACANTHOPHYLLUM *C. A. M.*

(Walp. Rep. I. 282 et II. 785.)

1. ACANTHOPHYLLUM GRANDIFLORUM, Stocks. — I. E. Stocks in Hook. j. Kew gard. misc. IV. 142.

Suffruticosum, humile, ramis dense intricatis caespitosum, pube brevi rasa densa griseo-canesc., f. persistentib. brevib. patul. confert. subulat. planis v. plano-triquetris ap. spinoso mucronatis nervo med. crasso subt. prominulo percursis, bract. 8—12 ovalib. explanat. albo-marginat. mucronat. calyce multo breviorib. vacuis, florem terminal. imbricatim stipantibus, calyce pubesc. striato elongato obconico-campanulato ad med. in lacinias lin. mucronatas everso-patentes trinerves fisso, corollae amplae petal. obtusis cum stylo et staminib. miniato-rubris.

In Beloochistan, The Berg Hills, prope Quetta. Fol. 4—5 lin. lg. Cal. 4 lin., pet. 7—8 lin. lg.

2. ACANTHOPHYLLUM MITE F. et M. — Fisch. et Mey. Ann. sc. nat. IV. t. 1. p. 35.

Suffruticosum ramosissimum; caulib. glabris; f. teretib. filiformib. carnosis glabris subincurvis, mucrone innocuo terminatis pseudoverticillatis; florum capit. pedunculatis in paniculas amplas dispositis, calyce hirsutissimo.

Inter Tchataloglou et Yaïladji.

(5250. d.) GASTROLYCHNIS *Fenzl.*

(Walp. Rep. I. p. 240. n. 1—10 sub „Melandrium".)

1. GASTROLYCHNIS (*Wahlbergella*) URALENSIS — Ruprecht Fl. boreali Uralensis, in E. Hofmann, der nördliche Ural. vol. II. p. 30. n. 44. c. tab. I. fig. 2. magn. natur.

Lychnis apetala auct. plurimorum aut species diversa a Linnaeana, aut nomen collectivum varias species generis Gastrolychnidis Fenzl sive Wahlbergellae Fries (difficile dictu, cui nomini prioritas tribuenda sit) comprehendens, facilius in vivo, quam ex herbariis et descriptionib. dignoscendas. Plagae arcticae multo majorem specier. huj. generis optime distinctarum numerum alunt, quam vulgo creditur. Facile 10—15 species in monographia hoc loco aliena proponere possem et montes editiores Asiae centralis ingentem specierum cohortem recondere videntur.

In flora Taimyrensi saltem species 4 bene diversae proveniunt;

Scil. 1) *W. macropetala* Cham. sub. $73^3/_4$° lat.

2) W. sp. apetalae proxima sub 75—$75^1/_2$°;

3) W. n. sp. quadam albiflora, sub 74 et $74^1/_4$°;

4) *W. Vahlii*? c. specie 3 et ad fl. Boganida sub $71^1/_4$°.

Varietates plures in Linnaeea I. et in suppl. Fl. Altaicae adlatae potius species constantes sistunt, etiamsi nullas v. subtiles tantum notas differentiales in forma et superficie seminum exhibeant. Forma et numerus florum magnitudo et indumentum herbae utique in ead. specie non semper constans, interd. tamen optimos characteres offert, si stadia evolutionis aequabilia comparantur. Fl. mere albi e fl. purpureo-violacei in eadem specie haud obveniunt; latitudo et longitudo petalor., tum absoluta, tum relativa ad calycem, sub iisdem vitae stadiis saepe valde diversa in diversis speciebus; adsunt praeterea indubie characteres microscopici constantissimi in conformatione pilorum, praecipue calycis et in textu cellulari s. reticulatione calycis.

Specimina *W. Uralensis* typica fere omnia jam dudum deflorata, capsulas praebuerant clausas, seminib. refertas immaturis, marg. membranaceo cinctis. F. majora et latiora sunt quam in plerisque specieb. affinib., v. gr. Taimyrensib.; forma folior. fere eadem ac in *W. tristi* Fl. Alt., sed f. infima glaberrima sunt. Specimina Kamtschatica (e Petropawlowsk) similia offerunt folia, sed specie diversa sunt: statura minori, petalis 1-linearibus et pilis longiorib., nequaquam glanduliferis. *W. Uralensis* facile cognoscitur ex indumento nervor. calycis; in quolibet fere pilo $^1/_4$ — $^1/_7$ lin. longo cellula terminalis globosa est (in pl. viva succo glutinoso repleta?) et magnitudine ($^1/_4$—$^1/_6$ lin.) excedit reliquas cellulas rubro coloratas; etiam pili subulati pauci interspersi rubri sunt; interstitia nervor. calycis albida, fere nuda, pilis tantum paucis coloratis v. omnino hyalinis vestita; pili glandulosi etiam in pedunculis inveniuntur et ultra par secundum foliorum; at quo magis deorsum in caule descendunt, eo crebrius c. pilis subulatis hyalinis, fere ad b. caulis tendentibus, mixti sunt. Petala in dicto stadio floris fere calycem aequant, 5 lin. lg. nullibi ultra $^1/_2$ lin. lata, ap. quidpiam emarginata; in sicco statu roseo-violacea, ap. decolorata.

Lychnis apetala Linnaei genuina e Lapponia Lulensi paulo humilior Uralensi et nunquam latifolia; pilos vix offert glanduloso-glutinosos sed subulatos, in nervo calyc. breviores et b. latiores quam in *W. Uralensi*; petala ad 1′ lin. superne lata. *W. angustiflora* et *W. Vahlii* Fl. Samoj. dissimiles sunt *W. Uralensi*, quae semper 1-flora et similior Taimyrensib. sub 75—75$^1/_2$° lectis, sed major et fol. latioribus, nec non forma calycis minus inflati diversa.

Ordo XXXI. ELATINEAE *Cambess.*

(Walp. Ann. II. 113.)

Ordo XXXII. LINEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 423. — Walp. Ann. I. 94, II. 113, III. 831.)

Tribus I. *EULINEAE* Planch.

(Walp. Ann. II. 113).

6056. **LINUM** *Lin.*

Subgenus EULINUM Planch.

(Walp. Ann. I. 94.)

1. LINUM USITATISSIMUM L. (DC. Prodr. I. p. 426. — Walp. Ann. II. 113). — Scheidweiler et Planch. in van Houtte fl. d. serr. VII. p. 181.

   var. *regale* Scheidw. (cum tab. l. c.)

2. LINUM GRANDIFLORUM Desf. (DC. Prodr. I. 427 n. 42. — Walp. Ann. II. 115. n. 9). — Decaisne in v. Houtte IX. p. 279. c. tab. — Glaberrimum, caulib. plurib. erectis v. diffusis, f. in ramis sterilib. confertis oblongis obtusis glaucis, in ram. fertilib. sparsis linearib. acutis supremis ovatis cuspiditatis, racemis terminalib., secundifl., sep. ovato-lanceolatis cuspidatis acutissimis, pet. cuneato-obovatis calyce triplo-quadruplo longiorib. pulcherrime kermesinis b. macula saturatiore striis nigrescentib. picta oculatis. — Decaisne in rev. hort. ann. 1848 p. 401. (c. icone).

3. LINUM MUNBYANUM B. et R. — Boiss. et Reuter, pug. pl. nov. (1852) p. 24. — Perenne glabrum inferne suffruticosum, caulib. b. procumbentib. ascendentibusve ramos steriles breves dense foliosos paucos edentib. dein virgatis longissimis duris striatis foliosis superne laxe corymboso-paniculatis, f. alternis caulinis lin-lanc. b. attenuatis acutis marg. laevib. trinerviis, nervis subt. prominulis infimis subspathulatis obtusiusc. ramealib. abbreviatis angustatisq. lin-filiformib., fl. in parte super. ramor. remotis laxis pedic. filiformi calyce breviore, fructifero calyce paulo longiore suffultis, bract. lin-setac. pedicellis sublongiorib., sep. lanc. acutis trinerv. nervo medio elevato marg. brevit. stipitato-glandulosis, corolla lutea calyce 4—5plo longiori stigmatib. oblongo-cylindricis stam. multo superantib., caps. parvâ mucronata calyce breviori.

   L. tenue Munby fl. Alger. non Desf.

   Hab. in rupestrib. apric. juxta urb. Oran Mauritaniae. — Caules 2—3 ped. longi etc.

4. LINUM ASPERIFOLIUM B. et R. — Boiss. et Reut. l. c. p. 25. — Annuum, radice subramosa albida, caule rigidulo erecto v. b. ascendenti simplici v. b. ramo uno alterove praedito pilis patulis hirsuto superne glabro v. eisd. pilis sparsis hirtello, valde flexifracto, ramis alternis rigidulis filiformib. flexuosis corymb. amplum multifl. ramosissimum formantib, f. lanc-linearib. acutissimis aculeis minimis ad costam et subt. praesertim scaberrimis marg. scabro nerviformi supra involuto, b. 3—5 nerviis nervo medio validiori ad ap. usq. percurso, lateralib. breviorib. interd. obsoletis; f. superiorib. breviorib. saepe utrinq. lobulo stipuliformi setaceo subulato b. auctis, fl. subsessilib. v. pedicello tenui calyce breviori suffultis, sep. trinerviis subscariosis e b. ovata longe acuminato-subulatis marg. brevit. stipitato-glandulosis ciliatis, corolla calyce

4 — v. 5plo longiore carneo-lutescenti ad faucem circulo violaceo striisq. tenuissimis eleganter picta, stylis staminib. breviorib. sublongiorib., stigmatib. capitatis, capsula . . . .

In fruticetis arenosis Africae bor. pr. Oran. — Caulis 1—2 ped. etc.

5. LINUM SQUARROSUM Munby. — Munby, Bullet. de la soc. bot. de Fr. II. 283 — Caule fruticuloso, fol. imis squarrosis brevib. linearib., super. lanceolatis marg. revolutis, omnib. glaberr., carinat.; sep. ovat., 1-nerviis, cum bract. sparse glandulos., capsulam ovatam sulcatam aequantib.; petal. albo-carneis, calyce 3—4 plo longiorib.; seminib. rufis. — Sur les remparts de la Vigie à Dhaya. — Fl. Maj. et Jun.

Secund. Cosson = *Linum suffruticosum* Lin. (*L. salsoloides* Lmk.); — Cfr. DC. Prodr. I. 427 n. 44 et 45.

Subgenus III. LINASTRUM Planch (sectio *Linopsis* Planch.)

(Walp. Ann. I. p. 95.)

6. LINUM CHIRONIOIDES Gr. — Griseb. diagn. pl. quas leg. Philippi et Lechler p. 30. — Suffruticosum glabrum, caulib. humilib. caespitosis erectiusculis 1-paucifloris, f. confertis sparsis rigentib. brevit. lanc-linearib. acuminatis sessilib. b. biglandulosis, sep. ovat. cuspidato-acutis marg. subglandulosis, cor. flava calycem quinquies superante stylum ad quartam partem usq. 5fidum paulo excedente, staminib. stylo superatis, stigmatib. globosis. — Diff. a *L. Macraei* Pl. glandulis stipularib., corolla multo majori (pet. 10''' longis), stylo 5-fido corolla superato. — Chili anstr.: pr. Valparaiso m. Decb. flor. leg. Philippi (coll. ej. n. 398).

7. LINUM GREGGII Engelm. — Asa Gray pl. Wright. in Smithson. Contrib. III. p. 26. adnot. — Viride, glabrum, caulib. plurib. e rhizomate ligneo adscendentib. a b. fruticulosa ramosis angulatis; f. alternis inferiorib. oblanc. superiorib. lanceolatis patulis; glandulis stipularib. geminis rarius inconspicuis; cym. virgatis dissitifloris contractis; pedicellis calyce saep. longiorib.; sep. lanc. acutis trinerviis marg. glandulosis; filam. b. brevi dilatatis 2 denticulatis; stylis liberis; stigmatib. cohaerentib.; caps. depresso-globosa cuspidata calycem subaequante 10-valvi, dissepimentis secundariis incompletis — Prope Saltillo Septbr. 1848 a Dr. Gregg. collectum.

Caules circit. 10 poll. alti, species *L. Mexicano* propinqua.

Tribus II. *HUGONIEAE* Planch.

(Walp. Ann. I. 96, II. 136.)

ROUCHERIA *Planch.*

(Walp. Ann. I. 97, II. 137.)

Planchon, Ann. sc. nat. IV. tom. 2. p. 262:

Sarcotheca Blume (Walp. Ann. II. 137) = *Roucheria* Planch.

Ordo XXXIII. MALVACEAE *Juss.*

(DC. Prodr. I. 429. — Walp. Ann. II. 139.)

Tribus II. *MALVEAE.*

(Endl. gen. pl. p. 980.)

5269. LAVATERA *Lin.*

(DC. Prodr. I. 438. — Walp. Ann. I. 98.)

1. LAVATERA BEHRIANA Schldl. (*Malva Behriana* Schldl. in Linn. XX. p. 633 n. 145). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 699. — Humanam sub diu culta altitud. fere superat. — Caulis a b. ramosus, sub coelo mitiori sine dubio frutescens, teres, ramos emittit sub angulo acuto iterum iterumq. ramosos scabros. F. longe petiolata, petiolo laminam superante, infima rotundata, b. cordata; obtusa 7-loba, 7-nervia, in tóto marg. inde a b. crenata, superiora sens. minus cordata, b. fere truncata, 5-loba, minusq. praesert. b. crenata, suprema tand. ovata, b. obtusa semp. 5-loba, lobo impari magis producto. Stipulae e latiore triangulari b. subito acuminatae, breves, dein decid., cicatric. parvam relinquentes. Fl. 2—4 axillares pedunc., pedunc. 1—2 p. longo paululum sub ap. incrassato et geniculato. Juxta pedunculos ramus plerumq. evolvitur. Cal. externus e sep. 3 fere usq. ad b. discretis, ellipticis acutiusc., apicib. extus curvulis, 2 lin. longis. Calyc. interioris 3 lin. longi sepala vix usq. ad $1/2$ conjuncta, lacin. triangularib., angulis basalib. rotundatis leviterq. prominulis terminalib. acuminatis erectis, dein conniventib. Pet. ultra $3/4$ p. longa, ex ungue angusto late ovalia, ap. biloba, lob. obtusiusculis, dilute rosea venis saturatiorib., ungue vero albescente imaque b. utrinq. ad marg. villosula pallide lutescente. Stam. circ. 4 lin. longa superantur a stigmatib. filiformib. Fr. e carpidiis 10—12 circa columnam mediam receptaculi convexo-conicam obtusam inter alas ej. persistentes disposita. — E seminib. ex Nova Holland. missis educata. — Proxima *L. plebejae* (bot. mag. t. 1269), sed in *L. plebejae* f. 5-lobis lobi extimi sunt interd. partiti et impar magis elongatus, facies infera viridi-tomentosa; petioli laminam aequant, calyc. exterioris sep. ad $1/2$ sunt conjuncta et obtusa, interior. sep. ap. sunt extus curvata, pet. sunt angustiora, modo emarginata et acuta.
2. LAVATERA MARITIMA Gouan. (DC. Prodr. I. 439). — Planchon in v. Houtte fl. d. serr. X. p. 103 c. tab.

5270. ALTHAEA *Cav.*

(DC. Prodr. I. 436. — Walp. Ann. II. 138.)

1. ALTHAEA HIRSUTA L. (DC. Prodr. I. 437). var. *grandiflora* Godr. fl. Juven. ed. II p. 65.

Corolla triplo major ac in typo, calyce longior.

5271. MALVA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 430. — Walp. Ann. II. 139.)

1. MALVA LATERITIA hort. (*Bismalvae* DC.). — Regel in bot. Ztg. 1851. p. 891.

Suffruticosa; caule decumbente radicante v. adscendente, pilis stellatis adsperso; f. longe petiolatis, cordatis, palmato- 3—5-lobis, scabri-

usculis; lobis obtusiusculis, grosse duplicato-crenatis, intermedio majore; fl. solitariis, pedunculis petiolo longiorib., involucro 3-phyllo, phyllis ovato-oblongis ciliatis; carpellis hirsutis. — Patria ignota. Stip. persistentes, ovatae. Cor. carnea b. lateritia, calycem duplo superans.

Probabiliter ex hortis Gallicis in h. bot. Thurici (Zürich) introducta.

2. MALVA INVOLUCRATA Torr. et Gray (*Callirhoe* Nutt.). — Hook. in bot. mag. tab. 4681.

Hirsuta, caulib. elongatis procumbentib. ramosis f. profunde tripartitis lob. 3-multifidis lin-lanceolatis submucronato-acutis, stipulis magnis late ovatis acuminatis, ped. erectis solitariis axillarib. 1-floris folio longiorib., involucri foliolis 3, lin-lanc. calyce $^2/_3$ breviorib., „carpellis numerosis hirsutis (non rugosis) laevibus".

M. involucrata (Lemaire jard. fleur. IV. tab. 356). — Torr. et Gr. fl. N. Am. I. 226. — *Nuttalia involucrata* Nutt. ex Torr. in Ann. Lyc. New-York II. 172.

Planta Americana primum detecta a Dr. James in ditione dicta valley of the Loup, Fork of the Platte, et in provinciis Texensibus.

Callirhoe involucrata As. Gray. (Walp. Ann. II. 150 n. 2).

3. MALVA BRACHYSTACHYA Ferd. Müll. — Id. diagn. nov. in Linn. XXV. p. 378. — (*M. ovata* Hook. in Mitchell trop. Austr. 397, non Cavan.)

Suffruticosa, erecta, ramosa, f. ovato-cordatis duplicato-serratis utrinq. pilis stelliformib. tomentoso-scabris, supra virentib. subt. pallidiorib., modice longe petiolatis, fl. in spicas terminales ovatas dem. brevit. cylindricas dense congestis, bracteol. binis angusto-lanc. sensim acuminatis b. connatis c. calyce et invol. extus hispidulis, phyllis invol. ternis lin-subulatis calyce acuminato-lobato parum breviorib., cor. luteis calycem paulo superantib., stamin. tubo et petalis ad origin. illius hispidulis, carpidiis suboctonis incurvatis, ad utramq. extremitatem obtusis laevib. secus dorsi apic. piloso-asperis caeterum glabris.

In tractu montano Flinders range. — Stirps 1—1½' alta, etc.

M. ovatae arcte accedens ab ej. tamen speciminib. certo divellenda. — Fl. vere.

4. MALVA INCANA Godr. fl. Juv. ed. I. p. 11 (incerta sedis). — Godron, l. c. ed. II. p. 64. — Fl. parvi, in racem. terminalib. compositis foliosis dispositi. Pedunc. axill. solitarii v. gemini, 1—3 flori, incano-tomentosi, f. floralib. breviores. Invol. foliola subulata, tubum calycis superantia. Cal. incano-tomentosus, tubo brevit. campanulato, dentib. lanc., acuminatis. Cor. calyce vix longior.; pet. obovata cuneata, subemarg., dilute rosea, ad unguem barbatum venis purpureis picta. Carp. ignota. F. crassiusc., brevit. pet., ovalia, obtusa acutave, serrata, supra cinerasc., subt. albotomentosa. Caul. fruticulosi, erecti v. adscendentes, graciles, ramosi; ram. dem. glabratis. — Patr. ignota.

5. MALVA VERTICILLATA Lin. var. *neuroloma* h. Hal. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 700. (ad *Malvastrum* § 5. DC. Prodr.) — Comprehendimus hac sub varietate plantas variis sub nominib. (Palava malvaefolia, Malva begoniaefolia) acceptas, quae a vulgari *M. verticillata* differunt: sinu basali folior., imprimis major., nervis lateralib. e medio provenientib. marginato b. hinc cuneata, dum in forma vulgari sinus profunde cordatus diachymate folii nec nervis est cinctus. In superiorib. foliis haec differentia multo minus nullove modo elucet.

6. MALVA HEDERAEFOLIA Vis. (*Lavatera* Lin.). — Visiani fl. Dalm. III. p. 205 n. 1610.

Stellulato-hispida scabrave, f. inferiorib. reniformi-orbiculatis obsolete obtuseque 5—7-lobis, superioribus acute angulato- 5-lobis, pedun-

culis calyce longiorib., fructiferis patulis declinatisve, involucri foliolis ellipticis ovatisve b. inter se et calyci adnatis, laciniis calycinis fructui incumbentibus, corolla triplo breviorib., carpellis tomentosis margine obtusis.

Syn.: *Lavatera Cretica* Lin. sp. pl. ed. II. p. 973; — Moris Fl. Sard., Malv en. pl. Austr. — *L. silvestris*, Brot. fl. Lusit. I. p. 277. — *L. Neapolitana* Tenore fl Nap. II. p. 113.

Hab. sponte in hortis ins. Lesinae unde misit Prof. Stalio. Fl. rosei, venis saturatiorib. aut violac. — Fl. aestate. ⊙ aut ♂.

Observ. Spec. a Malvis nec habitu nec ulla nota generice distinguenda. — Cum *L. Cretica* modo Malvis adscripta nequeat vocari nec *M. Cretica* nec *M. silvestris* et nomen *M. Neapolitanae* a synonymo Tenoreano mutuatum plantae patriam nimis circumscribat, aptius duxi ipsum ex antiquiore synonymo Morisoni „M. annua hirsuta f. Hederae instar angulosis" desumere.

(Sect. *Malvastrum.* § 5. Fasciculatae DC. Prodr. I. 432).

7. MALVA CYRILLI Vis. (*Lavatera* Lin.) — Visiani Fl. Dalm. III. p. 207 n. 1615.

Stellulato-scabra, f. inaequaliter serratis, inferiorib. cordato-subrotundis obtuse 5—7-lobis, superiorib. acute 5-fidis, supremis trilobis, lobis omnib. lanc. acutis, med. duplo longiore duplicate serrato, involucri foliolis elliptico-subrotundis cuspidatis ad med. coalitis.

Syn.: *Lavatera ambigua* DC. Prodr. I. p. 440 n. 24. Ic. Ten. fl. Nap. t. 168.

Hab. ad sepes et vineas ad Bossanka et Bergato circa Ragusam. Fl. rosei, fl. aestate. ♂.

Observ. Malva ambigua Guss. syn. fl. Sic. II. p. 225 alia est species, *M. silvestri* affinis v. eadem.

(Sect. *Malvastrum.* § 5. Fasciculatae DC. Prodr. I. 432).

8. MALVA THURINGIACA Vis. — Visiani Fl. Dalm. III. p. 207 n. 1614.

Syn.: *Lavatera Thuringiaca* L. sp. 973 (DC. Prodr. I. p. 439 n. 14).

Icon addenda.

MALVA CREEANO-MINIATA Rgl. (hybr.). — Regel Gartfl. I. p. 163 tab. XVI. et Garten Ztg. 1851 p. 892.

5288/4. MALVASTRUM *A. Gray.*

(Walp. Ann. II. 151.)

1. MALVASTRUM LEPTOPHYLLUM Gr. — Asa Gray Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 17.

Pube tenui lepidoto-stellata incanum; caulib. e b. lignesc. plurimis adscendentib. spithamaeis gracilib.; f. inferiorib. petiolatis trisectis, segmentis et f. superiorib. sessilib., ang. linearib. siccitate involutis nunc filiformib. integerr.; stip. minimis caducis; bracteol. 2—3 setac. caducis; lob. calycis triangulatis tubo aequilongis; carpellis reniformib. muticis.

Inter Texas et El Paso, Nova-Mexico. — Planta tota argenteo-canescens. Cor. testaceo-rubra, diam. ½ poll.

2. MALVASTRUM THURBERI A. Gray. — Gray, Pl. nov. Thurberianae p. 307.

Pube brevi stellata scabrido-pubescens; f. subcordato-rotundis crenatis nunc subtri- 5-lobis (lob. obtusissimis) subt. cinereis; fl. fere sessilib. glomeratis, glomerulis plurifl. remotiusc. secus ramos superne

aphyllos spicam interruptam efficientib.; bracteolis minimis; calyce fulvo-tomentoso, lob. late triangulari-ovatis tubo paulo breviorib.; corolla (majuscula) purpurea; coccis 10—12 muticis fere glabris.

In valli regni Sonorensis pr. Santa Cruz et in California. — Caules 3—5 pedales, herbacei etc.

3. MALVASTRUM MARRUBIOIDES Gr. — Plantae Heermannianae in journal of acad. of Philadelphia 1855. p. 38.

Planta erecta, circa 2-pedalis, omnino tomento stellato denso induta. F. petiolata, late ovata b. truncata vix triloba, crenato-dentata, subt. reticulato-venosa. Stipulae lin. Calyx laciniis ovato-lanc. acuminatis. Fl. glabri rosei, in paniculis brevib. axillarib. 3—5 fl. glomerati ac in spicam termin. subsecundam desinentes.

Fort Miller in California merid.; fl. Jul.

4. MALVASTRUM RHIZANTHUM Gr. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 148.

Acaule glabrum; radice fusiformi tuberosa; f. longe petiolatis rotundis subcordatis duplicato-crenatis; fl. in collo (an forte callo?) umbellato-congestis; pedunc. 1-floris petiolis multo breviorib.; bracteol. involucelli ciliatis; fr. glabro; coccis muticis dorso ad margines dentib. 3—4 muricatis.

Hab.: Andes altae Peruanae, pr. Baños. — Planta stricte acaulis etc.

5. MALVASTRUM RICHII, Gr. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 149.

Acaule, pilis stellatis hirsutum; radice napiformi; f. rotundatis subcordatis duplicato-dentatis v. incisis; fl. in collo (callo?) umbellato-congestis; pedunc. 1-floris petiolis breviorb.; bracteolis involucellis 2—3 exiguis.

Hab. Prope Obrajillo v. Baños, Andes Peruanae. — Planta minima vix acaulis, etc. Affinis *Malvastro rhizantho* et *M. acauli*, sed omnib. suis partib. minorib. et hirsutis.

6. MALVASTRUM ULOPHYLLUM Gr. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 150.

Nanum, e radice fusiformi multiceps, acaule; f. confertis, petiolo dilatato stipulisq. adnatis nudis, lamina reniformi-rotundata flabellato-multilobata supra cano-tomentosa subt. glabella, lob. 3—7 lobulatis confertissimis lobulisq. obovatis involutis quasi crispis; fl. solitariis petiolo insidentib. sessilib.; calyce haud involucellato corollam subaequante; coccis 8 subulato-rostratis hirto-villosissimis.

Hab. in alp. reg. Andium Peruan., pr. Alpamarca, ad lin. nival. — (Ad *Malvastra Phyllanthophora* collocanda quo in loco *Malvastr. Phyllanthos* [*Sida Phyllanthos* Cav.] *M. Pichinchense* sunt referenda.

7. MALVASTRUM MACLEANI Gr. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 52 in adnot.

Nanum multiceps e caudice brevissimo crasso, acaule; f. confertis biternatilobatis s. tripartitis segm. 2—3 fidis, lob. obovatis oblongis obtusis supra (c. calyce) albo-villosis, subt. villosulis; fl. in petiolo inferne stipulis adnatis alato-sessili magno.

Hab. in Andib. altis Peruan., M. 'Lean (in herb. Hook.). — Planta flore excepto, pollicaris, etc. — (Ad *Malvastra Phyllanthophora* collocanda.)

8. MALVASTRUM ARETIOIDES Gr. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 153.

Nanum densissime caespitosum, acaule; f. imbricatis parvis, petiolo stip. fere ad ap. adnatis alato squamaceo hispido-ciliato; limbo pedato 5—7 partito stipulas vix superante, segment. confertis obovatis supra concavis cano-tomentosis subt. glaberr.; fl. solitariis b. petiolo adnatis sessilib.; calyce exinvolucellato hirsuto corolla $\frac{1}{2}$ breviore; ovario tomentoso 7—8 loculari; coccis 8 subulato-rostratis?

Hab. in alp. reg. Andium Peruan., pr. Casa Cancha. — Specimen unicum, circ. ½ pollic. etc.

9. MALVASTRUM PINNATUM A. Gr. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 154.

Sida pinnata Cav. (DC. Prodr. I. p. 466).

10. MALVASTRUM STENOPETALUM Asa Gray l. c. p. 155.

Nanum caespitosum, acaule; f. pinnatipartitis, supra niveo-tomentosis subt. glabris, segm. 3—5-jugis confertis profunde 3-fidis, lob. lin. integerrimis v. jugi infimi 2—3-lobulatis; petiolo superne exalato, bas. versus florem sessilem inter stip. adnatas gerente; petalis angusto-spathulatis puniceis; ovario circ. 12-loc. hirsuto.

Hab. In Andib. Peruanis pr. Casa Cancha. — Planta ½—1 pollic. etc.

11. MALVASTRUM CAVANILLESII Gr. — Asa Gray l. c. p. 156.

Sida acaulis Cav. (DC. Prodr. I. 466).

5272. SPHAERALCEA *St. Hil.*

(*Malvae* sect. 3. *Sphaeroma* DC. Prodr. I. 435. — Walp. Ann. II. 140.)

1. SPHAERALCEA MINIATA Spach. — Garcke in bot. Ztg. 1853. p. 847.

Syn.: *Malva miniata* Cav. (DC. Prodr. I. 435). — *Sphaeroma* (Schltdl.) *miniatum* Garcke.

2. SPHAERALCEA HASTULATA Asa Gray — Asa Gray pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 17.

Humilis, hirtello-pubesc.; caulib. herbac, e b. suffrutescente erectis nunc decumbentib.; f. oblongis lanceolatisve hastato-subtrilobis sinuato-dentatis heteromorphis, juniorib. subt. canescentib.; fl. longiuscule pedunculatis axillarib. solitar. ad ap. ramor. subracemosis; lob. calycis triangulato-lanceolatis acutis, tubo subduplo longiorib. fructif. capsulam superantib.; carpellis biovulatis saep. dispermis dorso hirtis mucrone brevi apiculatis.

Texas ad fl. R. Grande; prairies trans the Pecos. — Fl. Aug.

3. SPHAERALCEA EMORYI (Torr. in pl. Fendl. p. 23). — Pl. Wright. l. c. p. 21. adnot.

Suffruticosa humilis; f. crassiusculis, cordato-trilobis triangulatis v. subhastatis supra incanis subtus ramisq. furfuraceo-tomentosis fulvis bullato-venosis; ped. unifloris; fl. majusculis; bracteolis involucelli 2—3 filiformib.; caps. depresso-globosa, tomentosa 15-cocca, calyce tomentissimo obtecta; coccis ap. mucronatis dispermis.

In Nova-Mexico merid.? Emory; Mexico Gregg. Fl. rubescentes, petalis bene pollic. longis. Caps. ½ poll. diam. Folia angusta.

4. SPHAERALCEA WRIGHTII A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. V. p. 21.

Pube laxa canescenti-tomentosa, sesquipedalis; caulib. e b. suffrutesc. plurim. simplicib. ap. longe racemoso-floriferis; f. cordato-rotundis longe petiolatis, radicalib. inciso-sublobatis crenatis, caulinis 3—5-fidis pedatisve, lobis cuneatis crenato-dentatis; caps. 12—15-cocca calyci aequilonga, coccis mucronulatis dispermis.

Im monte quodam pr. lacum Santa Maria, Chihuahua. — Apr. —

Species habitu Sidalcearum, 8—20 poll. alta; fol. circ. 1 pollicem diametro, pet. purpurea, caps. 3 lin. lg., ovoideo-subglobosa, ap. truncato.

5. SPHAERALCEA FENDLERI Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. III. p. 21.

Herbacea, minutim stellato-pubesc., subcinerea; f. trilobis s. hastato-oblongis, infimis cordatis, lob. incisis dentatisve, fl. parvulis axillarib., infimis solitariis, caeteris fasciculatis, superiorib. spicato-racemosis; ped. 1-fl. brevissimis; caps. ovoidea lob. calycis ovato-triangulatis, paulo longiore, coccis 15 mucronatis dispermis.

Sphaeralcea miniata Gr. pl. Fendl p. 19. et Gener. III. 2. tab. 127, non *Malva miniata*, Cav.

In montib. pr. El Paso.

6. SPHAERALCEA NUTANS Scheidw. — Planchon in van Houtte fl. d. s. VII. 221. c. tab.

Caule fruticoso ramoso, f. cordatis 5-lobis inaequalit. crenato-dentatis pube stellata tomentosis lobis acutissimis, stipulis filiformib., pedunculis axillarib. ut plurimum 3-floris folium superantib., bracteolis (involucri) tribus subuliformibus, fl. nutantibus.

Sphaeralcea nutans Scheidw. in litt. et in h. v. Houtte. — Paxton fl. gard. III. p. 173. xyl. 313.

5274. URENA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 441. — Walp. Ann. II. 140.)

1. URENA LOBATA Linn. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 169.

var. *rhombifolia:* F. b. 3—5 nerviis haud cordatis ovato-rhombeis oblongisve integris subt. cano-tomentosis; fr. longiuscule echinato.

Urena monopetala Lour. Fl. Coch. ed. Willd. 2. p. 508?

var. *scabriuscula:* F. subrotundis 7—9-nerv. acutiuscule 3—5 lobatis scabriusculis subtus albo-tomentosis, nervis c. petiolo ramisq. hirsutis; involucelli hispidi segm. linearib. calycem superantib.; fr. longiuscule echinato.

Urena scabriuscula DC. Prodr. I. p. 441.; W. et Arn. pr. Ind. or. I. p. 46. — *U. lobata* β. *tomentosa* Walp. Reliq. Meyen p. 304. — *U. lobata*, γ. Hook. f. Fl. Nigrit. p. 226.

Hab.: Rio Janeiro (probab. introducta). Tahiti, Tongatabu. Samoan or Navigator's Islands. Feejee Isl.

Miq. pl. Jungh. III. 283.

Forma *sinuosa;* f. subt. pilosiorib. et magis glaucis, sinuosis.

In Javae m. Magelang 1000—1200′, in graminosis, ad sepes; suffrutex 2—3 poll. (Jungh.).

Forma *hirtula;* hirtula, f. obtuse trilobis, lobo medio majore, subt. 1-glandulosis (petalis roseis).

In valle intermedia inter mont. Merbabu et Andong. (Jungh.).

Forma *tomentosa;* dense pubescens, f. subt. albo-tomentosis inferiorib. ovato-rotundatis sinuoso-angulatis, superiorib. ovatis integris, omnib. inaequaliter denticulatis.

Urena tomentosa Bl.? (Walp. Rep. I. 297 n. 2).

Hab. locis siccis pr. Padang Sumatrae, frutex (Jungh.).

2. URENA MORIFOLIA DC. (DC. Prodr. I. p. 442). — Asa Gray l. c. p. 170.

var. f. hirsutulis, superiorib. saepe indivisis lin-elongatis.

Hab. Feejee Isl.

3. URENA STELLIPILA Lemaire. — Lemaire jardin fleuriste III. pl. 281. — Caule fruticoso, ram. paucis elong. fulvo - pilosis, foliis distantib. subbrevipetiolatis simplicib. grosse crenulato-dentatis piloso-hirsutis (sicut et omnib. exter. part. plantae et calyce corollaq.) b. cuneato - v. obsolete cordato - ovato - lanceolatis acutis eglandulosis, pilis faciei sup. 3—5 fasciculato-stellatis brevib., inferioris crebrioribus, stip. subulatis erectis, invol. phyllis erectis lanc-acuminatis usq. ad bas. liberis, calycis lanceolatis acutis 3-nerviis, pet. albidis usq. ad basim inflatam intus tomentosam attenuato-liberis costatis oblique sinistrorsis, pollinib. flavidis grossis, gynandrophoro ap. truncatim 5-fido, stigmatib. 10 umbellatis capitato - depressis radiatim multifimbriolatís albis, ovario 5-loc., loc. 1-ovulatis, coccis gibboso - echinatis ap. pungentibus.

Urena stellipila sub praes. tab. et supra Ill. misc. p. 52.

Lebretonia candida hortulan.

5275. PAVONIA *Cav.*

(DC. Prodr. I. 442. — Walp. Ann. II. 140.)

1. PAVONIA (§ *Malache* Endl.) ALBA Seem. — Seem. in bot. of the voy. of Herald p. 81. —

Fruticosa, ramulis petiolisq. puberulis, f. cordato - ovatis acuminatis serratis pellucido-punctatis, supra puberulis pilis simplicib., subt. (praesert. juniorib.) hirsutis pilis stellatis, utrinq. glabratis, pedunc. axillarib. solitar. folio breviorib. v. subaequantib. supra medio articulatis vers. ap. incrassatis hirsutis, involucello 8 - phyllo, phyll. linearib. acutis pilosis calycem superantib., laciniis calycinis ovatis acuminatis, petalis (albis) oblongis obtusis sub 8-nerviis marg. ciliolatis, carpell. inermib. glabriusculis. ♄.

Cerro de Ancon, Panama.

Frutex circ. 6 ped., f. $2^1/_2$ — 3 poll. lg., 1 — $1^1/_2$ l.; fl. albi et c. 4 lin. diam. — Aff. videtur *Pav. corymbosae* Willd. et *P. diureticae* St. Hil.

2. PAVONIA TYPHALEA Cav. (DC. Prodr. I. 443 n. 2). — Garcke in bot. Ztg. 1853. p. 848.

Syn.: *Urena stellata* Spr. pugill. — *Pavonia stellata* Spr. Syst.

(5275 d.) GOETHEA *Nees et Mart.*

(DC. Prodr. I. p. 501.)

1. GOETHEA STRICTIFLORA Hook. — Planchon in van Houtte fl. d. s. VIII. 175. c. tab.

F. ovatis acuminatis vers. ap. grosse sinuato - serratis, fl. axillarib. aggregatis erectis brevi - pedunculatis, involucro tetraphyllo, foliolis cordatis Hook.

Patria Brasilia.

Goethea strictiflora Hook. b. mag. t. 4677. icon hic iterata. — *Goethea cauliflora* hortul. — Lemaire jard. fleur. IV. pl. 365.

Tribus III. *HIBISCEAE.*

(Endl. gen. pl. p. 982.)

5276. **KOSTELETZKYA** *Prsl.*

(Walp. Ann. II. 142.)

1. KOSTELETZKYA COULTERI A. Gr. — A. Gray, pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. p. 23. adnot.

Humilis, parce hispidula; caulib. ramisve gracilib.; f. rotundis subcordatis dentatis vetustiorib. glabratis, inferiorib. sublobatis, superiorib. 5-fidis v. pedatis; peduncul. axillarib. 1 floris, petiolo floreque parvo luteo saepius breviorib.; anth. paucis; caps. puberula acute 5-carinata, carinis (suturalib.) ciliato-hispidis; seminib. glabris.

In Mexico superiori, Sonora Alta.

2. KOSTELETZKYA PALMATA Presl. — Garcke, bot. Ztg. 1853. p. 84.

Syn.: *Pavonia pilosa* W. en. pl. suppl. p. 50. (1813), sine diagnosi. — *Hibiscus hispidulus* Spr. pugill. (1815). — *Pavonia parviflora* Desf. (1816). — *Pavonia pilosa* Lk. (1822). — *Hibiscus hispidus* DC. Prodr. p. 447 (1824). — *Pavonia hispida* Spreng. Syst. (1826).

5277. **HIBISCUS** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 446. — Walp. Ann. II. 142.)

1. HIBISCUS SCINDICUS, Stocks. — Hook. Ic. pl. nov. ser. V. tab. 802.

Suffrutex tortuosus humilis ramosissimus subspinosus, pube stellata incanus, f. parvis cuneatis sessilib. ap. crenato-serratis, stipulis subulatis, pedunculis solitariis brevissimis, involucelli foliolis 7—8 lanc-subulatis calyc. 5-fidi dimidium aequantib., petalor. unguib. spiraliter tortis, columna staminea inflata, anther. solummodo liberis, stylo longitudine staminum, capsula glob. 5-loc., seminib. lanuginosis.

Hab. in collibus ditionis Scinde.

Dr. Stocks (n. 480). „Suffrutex Scindicus depressus. F. omnia cuneata, parva, lepidotim stellato-pillosa. Invol. 6—8 phyllum, calyx 5-fidus, lacin. b. cohaerentib. Corollae pet. in tubum dextrorsum v. sinistrors. tortum c. columna stamin. connata, limbi segmentis tubo breviorib. Columna stamin. ap. libera antheras plurimas in globum confertas exserens. Ovar. 5 loc. Ovula loc. 2. Styl. terminalis ap. exserto 5-fid. Stigm. capitellata, papillosa. Caps. 5-loc. 5-valvis. Sem. in loculis 1—2; testa crustac., pilis gossypinis lanuginosa.“ I. E. S. Secund. Stocks probabiliter genus ab Hibisco distinctum conformans.

2. HIBISCUS CARDIOPHYLLUS Gray. — Asa Gray pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 22.

Humilis, tomentosus; caule e radice perenni erecto; f. cordato-subrotundis crenulato-dentatis obtusis v. acutiusculis supra velutinis subt. densissime cano-tomentosis; stip. setac.; pedunc. axillarib. solitar. 1-floris folium aequantib. v. superantib. paulo sub ap. articulatis; involucello 9—10 phyllo, phyllis spathulato-lanc. 3—5 nerv. aequilongis v. dem. breviorib.; cor. roseo-purpurea columnam stamineam superante;

caps. glabella calyce breviore, valvis chartac.; seminib. puberulis in lóculis paucis.

In provinc. Texensib. meridionalib. et occid.

3. HIBISCUS TRIONUM L. (DC. Prodr. I. 453). Asa Gray, Unit. expl. exp. p. 174.]

H. vesicarius Cav. diss. — *H. tridactylites* Lindl. in Mitch. journ. trop. Austral. et in Ann. sc. nat. ser. II. 15 p. 57.

Hab.: St. Helena. Woolongong, New Sooth Wales; indigena?

4. HIBISCUS (*Ketmia*) CUSPIDATUS Edgeworth. — Edgeworth, Catalogue of pl. found in the Banda district. — Journ. of the As. soc. of Bengal. (1852) p. 168.

Molliter pubescens, fol. 5-lobato-cordatis, capsulae valvis 2-alatis cuspidatis. — In collibus.

Simillimus *H. vitifolio* sed differt pubesc. sua molliore valvisq. suis cuspidatis capsularum. — Flores magni et pulchri.

5. HIBISCUS (*Ketmia*) BRACKENRIDGEI — As. Gray, Unit. St. expl. exp. p. 175. (tab. 12.)

Fruticosus, glabellus; f. longe petiolatis membranac. rotundatis 5—7-fidis, sinub. angustis, lob. grosse dentatis; fl. brevit. pedunculatis axillarib. ad ap. caulis confertis; involucelli phyllis 8 setaceo-subulatis integris rigidis calycem hispidissimum aequantib.; caps. sericeo-hispida loculis 4—5-spermis; seminib. lepidotis.

Hab. in monte quodam partis occ. ins. Maui, (ins. Sandwicensium).

6. HIBISCUS ARNOTTIANUS Gray. — As. Gr. l. c. p. 176.

Fruticosus glaberrimus; f. ovatis s. ovalib. subcoriac. integerr. (rare subdentatis) b. trinervatis; fl. solitariis pedunculatis; involucelli phyllis 5—7 parvis deciduis; pet. (rubris) oblongis b. attenuatis atq. in tubum gracilem calyce cylindrico longiorem coalitis; columna staminea praelonga spithamaea; capsula polysperma.

H. Arnottianus Gr. in herb. Hook. 1837. — *H. Boryanus* Hook. et Arn. bot. Beech. voy. p. 79, non DC.

Hab. In inss. Sandwicensib.

7. HIBISCUS (*Bombicella*) COULTERI (Harvey ined.). — Asa Gray pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 23.

Humilis, strigoso-hispidus; caulib. suffruticosis erectis 1—3 fl.; f. trilobis trisectisve dentatis v. infimis ovatis indivisis; stipulis setac.; pedunculo folium multo superante; involucello 10-phyllo, phyllis lin-setac. lacinias calycis 5-partiti lanceolato-acuminatas trinerves subaequantib. cor. speciosa sulphurea dimidio breviorib.; caps. glob. demum glabrata, loculis pleiospermis.

In montib. fluminis San Pedro.

8. HIBISCUS (*Bombicella?*) BANTAMENSIS Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 282.

Ramulis foliisque utrinq. pedunculisq. pube stellata tenerrima inspersis, in involucro calyceq. paulo densiorib., f. brevit. petiolatis ovato-oblongis acuminatis integris et subintegerrimis (sub lente subglandulose crenulatis), b. trinerviis et utrinq. circ. 5—6 costulatis, stipulis inaequilateris ovato-lanc. deciduis, fl. axillarib. solitariis, pedunculo petiolum superante pr. ap. articulato, involucri phyllis 8 lin. inaequalib. calyce breviorib. fere usq. ad b. liberis, calyce (in alabastro pentaptero-angulato) 5-fido, coriaceo, segm. ovato-triangularib. intus versus ap. luteo-tomentellis, cor. ampla purpurea? extus stellato-pubera, caps. (imma-

tina) ovoidea abrupte acuminata 5-sulcata, 5-locularis loc. polyspermis, seminib. immaturis parce piliferis.

Cresc. in Javae ora austr. Bantamensi. (Jungh.). — Rami teretes, etc.

9. HIBISCUS (*Bombicella*) VULPINUS Reinw. Cat. Bogor. — Miq. l. c. p. 3.

Syn.: *Hibiscus spathaceus* Blume (Walp. Rep. I. 303 n. 11).

10. HIBISCUS (*Bombicella* DC.) VENUSTUS Blume (Walp. Rep. I. 308 n. 20). — Miquel l. c. — Rheede hort. Malab. VI. tab. 38 — 42? ob semina pilosa huc potius quam ad *H. mutabilem* pertinent.

Species pulchra, *H. mutabili* primo adspectu simillima sed involucro et seminib. hirtis (quae glabra illi adtribuuntur) distinctissima. Affinis etiam *H. lunarifolio* W. (*H. prurienti* Roxb.) W. Ic. I. tab. 178.

H. totus pilis stellatis setisq. brevib. stellatis intermixtis quandoq. etiam pilis articulatis ap. deliquescenti-incrassatis brevit. fuscule tomentosus, f. rotundato-cordatis breviter 5-lobis, lob. infimis obsoletis obtusis, medio acuminato, inaequalit. serrato-dentatis, 7-nerviis, subt. dense tomentosis, supra scabriuscule pubescentibus, stip. parvis ovato-inaequilateris deciduis, fl. versus ap. ramorum axillarib. solitariis corymbose confertis, pedunculis pr. ap. articulatis petiolum superantib., involucri phyllis 5 ovato-lanc. calyce 5-fido breviorib., caps. hirsuta, seminib. griseo-hirtis. — Cresc. in Java pr. Pengalengan 4000′ alt. (Jungh.). — (Plantae cultae folia glabriora.)

Sectio *AZANZA*.

Garcke in Mohl et Schltd. bot. Z. 1849 p. 825. (*Azanza* et *Sabdariffa* DC.). — Miq. pl. Jungh. III. p. 279.

Characteri adde:

involucri major pars calyci adnata, limbus liber deciduus. Pericarpium crassum; septa tenuia.

§. 1. *Paritium*: capsula 5-locul. loculi singuli septo incompleto subdivisi, hinc sub-10loculares. — *Paritium* Juss. in St. Hil. (Walp. Ann. II. 149). — W. et Arn. Prodr.

11. HIBISCUS TILIACEUS Linn. (DC. Prodr. I. 454 n. 91). — Adr. Juss. in St. Hil. fl. Brasil. merid. excl. syn. *H. elati*. — Arbor in cultis ubique secus vias, pr. Weltewreden, ad Jogjakerta, in littore pr. Tjilankota in ora meridionali Bantamensi, incolis Waru seu Waru Saut (Jungh.).

12. HIBISCUS ELATUS Swartz. fl. Ind. (DC. Prodr. I. 454 n. 92). — Miquel l. c. — *Hib. similis* Bl. Bijdr. p. 73. — *Paritium elatum* G. Don. — *Paritium tiliaceum* Wght. ic I. tab. 189 ?, huic saltem magis simile quam praecedenti. — Cresc. in silvis pr. Pengalengan. — Inc. Waru (Jungh.).

§. 2. *Tiparium* Garcke l. c.: Caps. 5 loc., absq. septis secundariis.

13. HIBISCUS LAMPAS Cav. (Walp. Rep. I. 307). — Miquel l. c. p. 2.

H. Lampas et *H. callosus* Blume Bijdr. p. 66 et 67.

F. vulgo omnia triloba, in pauc. speciminib. superiora integra ovata, quare speciem alteram Blumeanam cum hac conjunxi. Capsulae ellipsoideae, obtusae glabriusculae, obs. 5-angulares, suturis 5 profundis, pericarpio crasso duro, 5 loc., dissepim. tenuib. dehisc. incompleta? Semina in loculis plura glabra. — Involucri pars inferior callosa irreg. 5-sulcato-costata glabra, in 5 desinens foliola lin., pilosa, parva libera decidua. Pet. oblique obovata, lutea, b. puniceo-sanguinea ibique praesert. imbricato-convoluta, dorso inferne tomentella, superne pilosa. — Cresc. in Javae m. Djali Kalangan, etc., in rupib. calcareis: frutex 6-ped. (Jungh.).

Icon addenda.

HIBISCUS SYRIACUS L. var. *Sinensis*. Lemaire jard. fleur. IV. pl. 370 (ic. ex Paxt. fl. gard. III. pl. 106 mutuata).

THURBERIA (*nov. gen. Malvac.*) *A. Gr.*
Gray in pl. nov. Thurber. p. 308.

Involucellum triphyll. persistens. Calyx cupulif., repando-truncatus, unguib. petalor. patentium brevior. Tub. stamineus columnaeformis, superne filam. plurima filiformia exserens: antherae reniformes. Ovarium triloc.; loc. 6—8-ovulatis verticalit. incomplete bilocellatis, semisepto tenui mox in lanam soluto. Styl. termin. indivisus: stigma clavatum, elong. tricostatum. Caps. coriac., triloc., loculicide trivalvis; loc. biserialim 4—8-spermis; valvis marg. lanigeris, medio septa seminifera gerentib.; columella centr. nulla. Sem. obovata, angulata; testa crustacea, epidermide membranac. tenuissime lanata. Album. nullum. Embr. conduplicatus; cotyledonib. foliac. nigro-punctatis maxime complicatis radiculam inferam fere includentib. — Herba elata speciosa, glabra; ramul. gracilib. floribusq punctis nigricantib. conspersis; stip. caducis; f. petiolatis tripartitis summisve bifidis v. integris, lob. lanc. acuminatis integerr.; pedunc. axillarib. et terminalib. 1-fl. medio articulatis; cor. alba post anth. rosea.

1. THURBERIA THESPESIOIDES. In regno Sonorensi inter locos Cocospera et Barbasaqui. — Oct. — Herba 4—10 ped. etc. —

(Ad trib. *Hibiscear.* collocanda et valde propinqua generi *Thespesiae*).

5278. **MALVAVISCUS** *Dill.*
(DC. Prodr. I. 445. — Walp. Rep. V. 92.)

1. MALVAVISCUS SPATHULATUS Garcke. — Garcke in Otto u. Dietr. Gart. Z. 1853 p. 321.

Ramis teretib. infra glabris superne lineis pilosis decurrentib. notatis; f. ovatis acuminatis, b. levit. cordatis, marg. inaequalit. crenato-serratis, supra glabriusculis, subt. stellato-pilosis; pedunculis petiolis breviorib. pilosis; calyce exteriore e foliolis 8—9 spathulatis calyce interiore breviorib. constante; corolla calycem triplo superante.

Patria Mexico, planta a Fr. Ad. Haage hortulano Erfurtensi culta. — Frutex pulcher. — Planta proxime accedit ad *Malvaviscum* sepium Schltdl.

2. MALVAVISCUS LONGIFOLIUS Garcke. — Garcke in Otto u. Dietr. Gart. Ztg. 1851 p. 321.

Ramis teretib. lineis pilosis decurrentib. notatis, caeterum glabriusculis; f. longe ovato-acuminatis, b. rotundatis marg. inaequaliter crenato-dentatis, utrinq. pilosiusculis, scabris; pedunculis brevib.; calyce exteriore octophyllo, foliolis spathulatis calyce interiore paulo brevioribus; corolla calycem fere triplo superante.

In Peruvia septemtr. detex. Warszewicz, culta a Fr. Haage, hortulano Erfurtensi.

5279. FUGOSIA *Juss.*
(Walp. Ann. I. 101.)

1. FUGOSIA DRUMMONDII Gray. — A. Gray pl. Wright. in Smithson. Contrib. III. p. 23. adnot.

Glabrata; caulib. e radice perenni decumbentib. angulatis; f. ovalib. e b. obtusa 5—7-nervatis grosse et inaequaliter dentatis, dentib. mucronatis, involucello 7 — 9 phyllo, phyll. linearib. calyce profunde 5 - fido paulo breviore; stigmatib. 4 — 5 adglutinatis; caps. suglob. calycem aequante glabra 4 — 5 locul. loculis dispermis; seminib. brevit. lanuginosis.

Gonzales, Texas. — Brasil. merid.?

5280. SERRAEA *Cav.*
(DC. Prodr. I. 457. — Walp. Ann. III. p. 830.)

1. SERRAEA ? RUPESTRIS Edgew. — Edgeworth, Cat. of pl. in the Banda distr. — Journ. of As. soc. of Bengal. (1852) p. 168.

Suffruticosa, incano-velutina f. ovato-oblongis argute serratis acuminatis, stip. caducis subulatis, fl. axillarib. solitariis, pedunc. articulatis, involucro 3-phyllo, sep. cuspidatis, caps. ovata 5-valvi, seminib. angulosis tuberculatis.

(Fortasse typus generis novi?)

In cacumine collis pr. Sehonda et ad chataractas flumin. Pysunee.

5281. ABELMOSCHUS *Medik.*
(DC. Prodr. I. 448. — Walp. Ann. I. 101.)

1. ABELMOSCHUS WARREENSIS Dalz. — Dalzell in Hook. j. Kew gard. misc. III. 123.

Caule setul. bulbos. erect. exasperato, f. late cordat. acuminat. grosse crenat. utrinq. pilis rigid. simplicib. v. stellat. conspersis, calyce spathaceo scarioso pubesc. ap. bifido, involucro 4-partito persist. cum fr. incresc., lacin. late ovatis ext. hispidulis int. pubescentib., florib. in ramor. brevium axillarium ap. fasciculat. v. terminalibus.

Fr. lin-oblong., rostrat. pentagon. pil. alb. long. patul. rigid. vestitus. Pedic. $1/2$—1 p. lg., b. bract. 2 subulatis suff. F. cum pet. 3 - pollic. 6 — 7 p. lg., $3 1/2$ p. l. Fl. lutei fundo purpurei. — Crescit in regno Warreensi; fl. et fr. Januar.

2. ABELMOSCHUS MOSCHATUS Moench. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 172.

Abelm. moschatus Moench. meth. p. 616; Wght. et Arn. pr. p. 53; Guillem. Zeph. Tait. p. 72. — *Hibiscus Abelmoschus* L. (DC. Prodr. I. 452). — *H. Pseudo-Abelmoschus* Blume Bijdr. p. 70.

Hab. Tahiti; Tongatabu; Samoan et Fejee Islands; Mindanao in inss. Philipp.

5283. PARITIUM *Adr. Juss.*
(Walp. Ann. II. 149.)

1. PARITIUM TILIACEUM Adr. Juss. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 178.

Hibiscus tiliaceus L. (DC. Prodr. I. 454).

2. PARITIUM TRICUSPE Guill. — Asa Gray l. c.

Hibiscus tricuspis Cav. (DC. Prodr. I. 454).

5286 **GOSSYPIUM** *Linn.*
(DC. Prodr. I. 456. — Walp. Ann. II. 149).

Irving, notes on the cultivation of Cotton in the Joruba Country, western coast of Africa, in Kew garden misc. VII. p. 297—302.

1. GOSSYPIUM KLOTZSCHIANUM Ands. — Anderss. om Galapagos - Öarnes vegetation p. 228.

F. rotundato - cordatis, acuminatis (integris), utrinq. brevit. et adpresse tomentosis, subt. 1-glandulosis, petiol. hirtis, involucro laciniato, vix epunctato, pilis stellatis consperso, cor. duplo breviori.

Hab. loc. lapidos., sterilib. regionis inferioris insular. Chatham et Charles. —

Species Ill. Dr. Fr. Klotzsch dedicata. — Frutex biorgyalis. F. $2^1/_2$ p. lg. circ. 2 p. l. Fl. expansi circ. $1^1/_2$ p. lati, pure flavo - sericei.

Tribus IV. *SIDEAE.*
(Endl. gen. pl. p. 984.)

5288. **CRISTARIA** *Cav.*
(DC Prodr. I. 458. — Walp. Ann. I. 101.)

1. CRISTARIA ECRISTATA Gr. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 165.

Glabra, caule erecto paniculato; f. caulinis 1—2 ternatisectis laciniatis hirtellis, ramealib. trisectis, segment. linearib.; coccis disco clypeato subintegerrimo accretis ap. exalatis etiam vix appendiculatis.

Hab. Rio Negro, Patagonia bor.; in arenosis. — Caulis 2 — 3 ped. etc. Flores 2 — 3 lin. longi, corolla pallide purpurea etc.

$5288^1/_2$. **SIDALCEA** *A. Gray.*
(Walp. Ann. II. p. 150.)

1. SIDALCEA MALVAEFLORA A. Gr. — Asa Gray. Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 16.

Sida malvaeflora DC. Prodr. I. 194. — *Sidalcea Neo - Mexicana* Gray (Walp Ann. II. 151. n. 7). — *Sidalcea Oregana* Gray (Walp. Ann. II. 151 n. 6). — *Sida delphinifolia* Nutt. (Walp. Rep. I. 316 n. 39), non *Sidalcea delphinifolia* Gr. (cfr. Walp. Ann. II. 151. n. 3, falsum synon.).

2. SIDALCEA HIRSUTA A. Gr. — Asa Gray nota in pl. Wrightianis in Smithson. Contrib. III. art. V. 16.

Annua; caule stricto simplici superne cum racemo dense hirsutissimo; f. radicalib. rotundo - cordatis sublobatis, caulinis 7 — 9 partitis sectisve, segmentis linearibus angustis simplicib.; calycis hirsutissimi lac. lin - lanceolatis acuminatis tubo pluries longiorib.; coccis reticulatis glabriusculis, rostello molli erecto hispido apiculatis.

Sidalcea delphinifolia Gray, Pl. Fendl p. 19 et gen. Ill. 2 t. 120. fig. 10 — 12. et in Benth. pl. Hartweg p. 300, non *Sida delphinifolia* Nutt. — (Cfr. Walp. Ann. II. p. 151 n. 3.)

5287. **ANODA** *Cav.*

(Walp. Rep. I. 313. II. 791.)

1. ANODA PENTASCHISTA A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. V. p. 22.

Scabrido-pubens; f. subt. cinereis, infimis cordatis, caulinis hastato-trilob., summis hastato-lanc. v. linearib. pedunculo breviorib.; pet. flavis integerr. lacinias calycis triangulares acuminatas paulo superantib.; caps. vix depressa 5-carpellari mutica calycem aequanti.

Nova-Mexico in ditione cupri fodinarum. Caulis erectus paniculato-rameatus, 1—2 ped. etc.

2. ANODA WRIGHTII A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 22.

Caulib. pedunculis petiolisq. scabro-pubescentib. et viscosis; f. glabriusc. obtusis, infimis ovatis grosse crenatis, caeteris oblongo-ovatis s. triangulato-lanc. integris aut vix subtrilob. b. haud cordatis; pedunc folium superantib.; petalis flav. ap. obsolete crenulatis calycis laciniis ovatis obtusiusculis duplo longiorib.; caps. hirsuta 11—12-carpellari stellariformi calyce patentissimo paulo breviore; carpellis dorso crista calcariformi obtusa appendiculatis.

In ap. montium pr. cupri fodinas, Nova-Mexico. Caules 1—2 ped. etc.

5289. **SIDA** *Linn.* (*As. Gray*).

(DC. Prodr. I. 459 (ex p.). — Walp. Ann. II. p. 153.)

PHYSALODES A. Gray (Sectio nova gen. *Sidae*).

A. Gray, pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 20.

SIDA PHYSOCALYX Gray (Walp. Ann. II. 155. n. 18) et

SIDA HASTATA St. Hil. (Walp. Rep. I. 318 n. 58) et

SIDA PHYSALÓDES Presl. (Walp. Rep. I. 318 n. 71) sectionem formant propter calycem vesiculoso-inflatum distinctissimam, quae nomine Physalode distinguatur.

---

1. SIDA PETROPHILA Ferd. Müll. — Ferd. Müller diagn. nov. in Linn. XXV. p. 381.

Suffruticosa, tomentosa, caule elatiore stricte ramoso erecto, f. brevit. petiolatis angusto-oblongis acutis v. truncatis supra med. obtuso-serratis utrinq. tomentosis, pedunc. axillarib. solitar. geminis ternisve medio articulatis crassiusculis folio plerumq. duplo breviorib., stip. caducis subulato-filiformib. teneris, pet. calycem superantib., carpidiis 5—8 depressis stellato-puberulis haud umbonatis.

In clivis montis Beevor, tractus Flinders range alibiq. lacum Torrens versus.

Suffrutex pauciped. F. 1—2″ lg., 3—5‴ l. Petala obcordata luteola 3—4‴ lg. Cal. interd. 6-fidus. — Fl. vere.

2. SIDA PHAEOTRICHA Ferd. Müll. — Id. in Linn. XXV. p. 382.

Fruticosa, erecta, tomento fuscato vestita, ramosa, f. brevit. petiolatis complicatis oblongis b. vers. latiorib. ultra med. obsolete crenatis, pedunc. axillarib. solitar. v. geminis, medio articulatis crassiusculis, folio plerumq. duplo breviorib., stip. deciduis, subulato-filiformib., pe-

talis calycem parum superantib., carpid. subquinis umbonatis stellatim puberulis.

Inter rupes a Cudnaka haud multo distantes, c. *Fitzroya australi.*

Fruticulus 1—3 ped. F. ½—1 poll. lg. 3—4''' l. Pet. flava. — Fl. vere.

3. SIDA NEMATOPODA Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 382.

Suffruticosa, diffusa, incano-tomentosa, f. oblongo-ovatis grosse subduplicato-serratis, b. subcordatis, petiolo aequilongis, stip. elongatis filiformi-setaceis, pedunc. axillarib. solitar. filiformib., ap. vers. articulatis, lamina folior. plerumq. duplo longiorib. tomentellis patentiss. deniq. pendulis, petalis calycem superantib., lacin. calyc. deltoideis, carpid. 6—7 depressis minutim puberulis paulo rugulosis.

Juxta Cudnaka.

E diagnosi Lindleyana arctissime finitima suae *S. fibuliferae* et fortasse non nisi pedunc. solitariis diversa et pro varietate sumenda. Haec et 2 sequentes habitu non parum c. *S. corrugata* conveniunt. — Fl. vere.

4. SIDA INTERSTANS Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 383.

Suffruticosa, adscendens, canescenti-tomentosa, f. late ovatis acutis truncatisve profunde serratis, serraturis acutiusculis inaequalib., petiolo folium aequante stip. elongatas setaceo-filiformas duplo superante, pedunc. axill. solitariis crassiusc. aetate deflexis calyci aequilongis, laciniis ultimum (sub fructu) deltoideis, carpidiis 5—6 glabriusculis corrugatis brevit. umbonatis.

In societate praecedentis. — Fl. vere.

5. SIDA SPODOCHROMA Ferd. Müll. — Id. in Linn. XXV. p. 383.

Suffruticosa, procumbens, cinereo-tomentosa, f. ovatis crenato-serratis b. subcordatis petiolo longiorib., stip. filiformi-setaceis, pedunc. crassiusculis med. vers. articulatis, axillarib. solitariis calyce paulo longiorib., laciniis ultimum (sub fructu) deltoideis, carpidiis 5—6 glabris rugosis umbonatis ad comissuras asperrimis.

Ad Murray fl. et fodinas Wheal Barton, solo argillaceo. — Fl. vere et aestate

6. SIDA TRICHOPODA Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 384.

Suffruticosa, multicaulis, caulib, elong. ramosis prostratis c. pagina folior. infera stellato-pilosis, f. laete viridib. supra glabris, oblongis, brevit. petiolatis, b. pl. minusve cuneiformib. integris, caeterum marg. inaequaliter serrato, stip. setaceis ap. recurvis, pedunc. capillarib. glaberr. patulis folia duplo superantib. ap. versus articulatis, petal. obcordatis calyce triplo longiorib., calycis stellatim pilosi laciniis brevib. subdeltoideis, carpid. senis puberulis paulo rugulosis brevissime umbonatis.

Pr. Cudnaka. — Fl. primo vere.

7. SIDA LONGIPES Gr. — A. Gray pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 19.

Pubero-scabrella; caule gracili stricto e radice lignesc., tuberculis infrafoliarib. nullis; f. linearib. imisve lanceolatis longiuscule petiolatis utrinq. obtusis superiorib. crebre serratis, serraturis juniorum glandulosis; stipulis setaceis petiolo multum brevioribus; peduncul. solitariis elongatis 1-floris, fructiferis f. ter quaterve superantibus; corolla aurantiaca calyce duplo longiore; carpellis 10 acutis erostratis omnino muticis.

Prairies of Live Oak Creek, fl. Junio.

8. SIDA LEPIDOTA Gr. — A. Gray pl. Wrightianae in Smithson. Contr. III. art. V. p. 18.

Undique furfuraceo-lepidota v. argentata; caulib. e radice perpendiculari lignescente procumbentib. diffusis; f. triangulari-cordatis v. ha-

stato-lanc., acutis b. valde obliquis laciniato-dentatis s. ap. versus integriusculis; pedunculis axillarib. solitar., 1-fl.; calycis ebracteolati lobis ovato-triangulatis acuminat. tubo subduplo longiorib. corolla (ut videtur rubella) paulo breviorib.; carpellis dorso puberulis laeviusculis rostro brevissimo obtuso apiculatis.

Nova-Mexico, Wright. Collect. 1851.

Species valde distincta quamquam polymorpha, e sectione *Pseudo-Malvastro*.

var. *depauperata:*

magis argentea f. floribusq. minoribus. — Ad regionem El Paso nominatam.

var. *sagittaefolia:*

f. lanceolatis hastatis v. sagittatis b. versus saepe dentib. laciniisve 2 — 3 instructis, caeterum integerr. (infimis desunt). Ad regionem Pecos nominatam.

9. SIDA THYRSIFLORA Miq. — Miq. in pl. Jungh, III. p. 287.

Ramulis petiolis foliisq. subt. in nervis supraque in nervo medio et infloresc. stellato-puberis, f. ovato- v. lato-ellipticis acuminatis, praeter b. rotundatam v. concavo-truncatam integerrimam dentatis, subquinquenerviis membranac., stip. caducis, fl. in ramulis brevibus subumbellatis thyrsoideo-confertis, carpellis circ. 8, dorso stellato-puberis, biaristatis, aristis retrorse hispidulis.

Habit. in Javae prov. Medini, in silvis montis Ungaran (Jungh.). — Frutex; ramuli teretes etc.

10. SIDA RHOMBIFOLIA Linn. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 158.

var. α. Carpellis ap. aristatis, v. subulato-rostratis.

var. β. Carp. apice mucronulatis v. omnino muticis.

S. rhomboidea Roxb. (DC. Prodr. I. p. 462). — *S. Hondensis* H. B. K. (DC. Prodr. l. c.). — *S. salicifolia* Forst. in herb. mus. Paris. ex Guill. —

Hab. Samoan et Feejee Isl. (frequens).

11. SIDA CARPINIFOLIA Linn. f. — As. Gray l. c. p. 159.

Sida carpinifolia (DC. Prodr. p. 461). — *S. planicaulis* Cav. diss. 1. p. 24. p. 181. — *S. bracteolata* (DC. Prodr. I. 460). — *S spireaefolia* Willd ? Lnk en. 2 p. 203 ? (DC. Prodr. I. p. 472 ?).

Hab. Prope Rio Janeiro, (frequentiss.).

12. SIDA FALLAX Walp. — Asa Gray l. c. p. 161.

Tomentosa, frutesc.; caule ramoso; f. cordato-ovatis s. ovato-rotundis canesc.-velutinis recte penninerviis creberrime serrato-crenatis; pedunculis axillarib. unifl. folia subaequantib. v. superantib.; calyc. lobis ovatis acutis; coccis 6 — 9 (12 ex Walp.) muticis glabellis ap. obtuso rima brevi dehiscentibus.

Sida rotundifolia Hook. et Arn. Beech. voy. p. 79, non Cav.

var. α. f. (saepe parvulis) utrinq. velutino-tomentosis subplicatis.

Sida fallax Walp. Meyen reliq. p. 306. — *Anoda ovata* Meyen, Reise 2. p. 139.

var. β. f. supra minus velutinis aut subglabratis obtusis acutis v. subacuminatis.

Hab. Oahu, Sandwich inss. etc.

13. SIDA DIELLII A. Gr. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 162.

Cano-tomentosa; caule b. suffrutescente? ramoso; f. oblongo-ovatis subacutis b. rotundatis s. levit. subcordatis crenato-serratis velutinis subt. incanis recte penninerviis; pedunculis axillarib. 1—2-fl. folia subaequantib.; calyc. lobis ovatis obtusiusculis; coccis 8 puberulis ap. apiculato-bidentatis.

Hab. Hawai, Sandwich inss. — Planta circ. 2—3 ped. etc.

14. SIDA SERTUM, Nutt. ined. — Asa Gray, l. c. p. 163.

Subcanescens; caule frutescente ramoso; ram. confertis; f. ovalib. crenulatis utrinq. rotundatis b. saep. subcordatis longius petiolatis supra glabratis, pedunc. axillarib. 1-floris folia aequantibus; calycis lob. obtusissimis; coccis 8—9 glabellis brevit. birostratis.

Sida Sertum, Nutt. ined. in herb. Hook. — *S. rotundifolia* Hook. et Arn. Beech. voy. p. 79 var.

Hab. Oahu, Sandwich isl.; in montib. pr. Honolulu.

15. SIDA BIVALVIS Cav. (DC. Prodr. I. p. 464). — Garcke in bot. Ztg. 1853 p. 848.

Sida bivalvis Cavan. ad genus Bastardiam Knth. referenda.

5292. **ABUTILON** *Knth.*

(*Sidae* sect. 3. DC. Prodr. I. 467. — Walp. Ann. II. 357.)

1. ABUTILON DISCISSUM Schlechtd. — v. Schlechtend. in Linn. XXV. p. 218. — Praeter corollam tota pl. pilis patentibus rigidulis albis est obsessa; in caule, petiolis, pedunculis glandulae pedicellatae aquoso-pellucidae his immixtae sunt, quae vero in foliorum pagina, ubi pili imprimis ad nervos reperiuntur fere desunt. Petiolus folior. inferior. lamina sua longior, superior. denique brevior. Lamina c. angustissimo sinu cordata, triloba, lobis acuminatis, impari magis elongato et anguste (subcaudato-) acuminato, omnib. grosse duplicato-dentatis, dentib. latis curvilineo-acutatis; septemnerviis, nervis cum venis venulisq. subt. prominentibus. Majorum folior. lamina a baseos sinu usq. ad ap. 3½ p. longa, in medio 4 p. l., lobi basales ¾ p. longi; superiora f. multo minora et evidentius triloba, lobo medio sc. magis producto. Stip. subulatae circ. 2 l. longae, pilosae. Pedunc. axillaris petiolo suo longior, ad 2½ p. extensus, in unaquaque superiori axilla solitarius, teres, ap. versus geniculo conjunctus c. pedicello pallidiore leviter incrassato et extrorsum flexo. Involucrum nullum. Cal. 4 l. altus, ad dimidium usq. 5-partitus laciniis sub fructu persistentib. patentissimis. Cor. malvacea, tota lilacina, petalor. bases incrassatae, angustatae, albidae, sinu obtuso rotundato nec dilatato inter se connexae, marg. sinus medio pubescente, superne petala sunt dilatato-spathulata, margine supero depresse convexo integerrimo, tota 7 lin. longa, totidem lin. ap. versus lata, b. cum columna staminea connata, medio paululum complicata, laterib. versus calycem declivib. (at non semper) extus glandulosa, pilosa, marg. ciliata, int. glabra. Columna stam. aequat ½ corollam e filam. albis patentim pilosis componitur. Anther. albido-aurantiacae ovales sulco medio notatae. Fr. in calyce patentissimo sessilis, ½ globosus medio umbonatus et pilis fasciculatis in juventute tam dense obtectus ut numerus carpellor. discerni fere nequeat; cito major fit, pollicis diametro metitur, e carpellis 12 ext. acute carinatis et multo minus pilosis compositus apparet, quae carpella matura fere reniformia 7 lin. alta et 6 lata e membrana tenui papyracea reticulato-venosa, albido-straminea formantur. Semina 2—3 in quoque carpello, nigra opaca globoso-lenticularia, altero marg. levit. oblique excisa, diametro majori fere ½-linearia muriculis sparsis fuscis obtecta, altero ap. apiculata, hilo excavato pyriformi ex hoc apiculo originem ducente, altero apice rotundata convexa, laterib. convexis quidem sed leviter compressis. — Semina sub nom. *Sida discissa* Bert. ex h. Bononiensi a. 1819 accepta coluimus. — Florib. lilacino-violaceis haec planta Anodas aemulatur, pluripedalem altitudinem attingit in caldario, inferne leviter lignescens, parce ramosa.

2. ABUTILON SUNDAICUM G. Don. (*Sida Sundaica* Bl., Walp. Rep. I. 315 n. 15). — Hasskarl in Retzia I. p. 130.

Diagn nova: Suffrutex erectus, f. cordatis subrotundis acuminatis aut deltoideis longit. acuminatis, inferne grosse superne repando-dentatis, longit. petiolatis, supra viridiusculis velutinis, subt. glaucescentib. molliter tomentosis, stipulis lineari-subulatis caducis; pedunc. axillarib. petiolo longiorib. sub 1-floris; calyce profunde 5-fido; cor horiz. expansa, plus duplo calycem superante; caps. 5-loc., hirta, 5-valvi, ap. 5-aristata; loc. dein secedentib. bipartibilib. 6-spermis; seminib. reniformib.

Hab. Javae occid. provinciam Preanger circa Sumadang, in graminosis, ad viam publicam.

A. tubulosum Hook. (Walp. Ann. II. 158 n. 11) vix ni calyce tubuloso diff.; — *A. polyandrum* W. et A. (Walp. Rep. I. 322 n. 1) f. abrupte acuminatis subrotundis et racemo.

Pariter et Sidae specieb. aliis valde accedit sed diagnosib. brevib. haud sufficienter recognoscendis. — Seq. l. c. plantae descriptio.

3. ABUTILON NEUROCARPUM Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 284.

Humile, frutescens; ram. petiolis foliisq subt. incano-tomentosis, tomento e pilis stellatis et pilis patentib. conflato, f. parvulis brevit. petiolatis cordato-ovatis brevi-acuminatis 7-nerviis dentato-serratis, supra pilis stellatis tomentosis, ped. axillarib. folia caulium excedentib. supra med., ad $^2/_3$ long., articulatis, calycis segmentis ovato-lanc. hirsutis, carpellis 5 tenuiter membranaceis subinflatis nervosis nitidis parce patenti-pilosis, seminib. nigrescentib., pilis brevissimis paucis inspersis.

Hab. in ins. Java, in graminosis m. Gunung-Gamping. (Jungh.).

Abut. Indico habitu simile, fructu vero distinctissimum.

4. ABUTILON ALBESCENS. Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 285.

Ramulis, petiolis, f. subtus, pedunc. calycibusq. tomento tenui densissimo stellato albido obductis, stip. lin-lanc. parvis reflexis, f. longit. petiolatis rodundato- v. ovato-cordatis acuminatis eroso-denticulatis subnovemnerv., supra pube stellata inspersis, pedunc. axillarib. solitariis v. in ramulis axillarib. parvifoliatis pr. ap. articulatis, calycis segmentis ovatis acuminatis trinerviis, carpellis 20 et pluribus reniformib., ap. acuto usq. ad med. sinum deflexo, hinc extrorsum semicircularib. denseque hirtis.

Sida populifolia Blume Bijdr. p. 79? haud auctor.

Hab. in Java. Specimina majora ad ped. mont. calcareorum Palimanan a cl. Junghuhn lecta, alia minora in Tjibogam a van Gesker lecta

Rami lignosi tenues cylindrici etc.

5. ABUTILON THURBERI Gray. — A. Gray, pl. nov. *Thurberianae* p. 307.

Humile, caulib. gracilib. cum petiolis pedunculisq. pilis longis patentib. hirsutissimis; f. cordatis crenato-serratis acuminatis membranac. utrinq. viridib. glabratis; pedunc. gracilib. axillarib. folio breviorib. 1-fl. s. ad ap. ramor. subcorymbosis; calyc. laciniis ovatis acuminatis, petal. aureis dimid. breviorib.; caps. pentacocca, coccis membranac. dein. patentib. bivalvibus longe aristatis trispermis.

Magdalena, Sonora; in locis umbrosis. — Octbr.

Caules pedales etc.

6. ABUTILON ANDERSSONIANUM Garcke. — Anderss. om Galapagos-Oarnes vegetation p. 230.

Velutino-tomentosum; ramis teretib.; f. petiolatis, cordatis v. ovato-cordatis, integris subtrilobisve, acuminatis, crenatis; stipulis lin-lanc., deciduis; fl. paniculatis, pedunc. sub 4 floris, pedicellis ap. articulatis; calycis 5-partiti lacin. ovatis, acutis, cor. fere duplo breviorib.; carpellis 8—9, birostratis, calyce longiorib., trispermis.

Cresc. locis aridis reg. inferioris insular. Chatam et Charles.

Frutex 2—3 ped. F. 4 p. lg. $2^1/_4$—$3^1/_4$ l. superiora minora etc.

7. ABUTILON SONORAE A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. V. p. 23.

Caule erecto petiolisque pilis longis patentissimis hirsutis; f. rotundato-cordatis acuminatis subtrilobis crenatis v. duplicato-dentatis 7—9 nerv. supra velutino-puberis subt. mollissime cano-tomentosis; stip. caducissimis; fl. laxe paniculatis parvulis; pedunculis plurifloris, calycis laciniis ovatis acutiusc. pet. flavis capsulaq. puberula ap. truncata dimidio breviorib.; carpellis 7—11 chartaceis mucronatis trispermis.

In parte bor. prov. Sonorae.

8. ABUTILON HYPOLEUCUM Gr. — Asa Gray in adnot. ad pl. Wrightianas in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 20.

Herbaceum, caule erecto, ramoso albo-tomentoso; f. e b. profunde cordata (sinu nunc clauso) elongato-ovatis sensim acuminatis s. cordato-lanceolatis eroso-serratis subt. mollissime candido-tomentosis supra scabrido-pubesc. aut subvelutinis; pedunc. axillarib. saep. 1-fl. petiolo longiorib.; calycis candido-tomentosi 5-partiti angulati lacin. ovatis quasi cordatis acuminatis corollam flavam capsulamq. subaequantib.; carpellis 12 et ultra villosis longe subulato-rostratis 3-spermis.

Monterey — Zimapan — prope New Braunfels. — Planta 2—4 ped.

9. ABUTILON PARVULUM Gr. — Asa Gray, pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 21.

Pube minuta laxa cinereo-tomentosum; caulib. e radice perenni lignescente diffusis gracilib. superne paniculatis; ramulis patenti-pilosis; f. parvis (6 — 12 l. latis) cordatis dentatis nunc subtrilobis saep. obtusis subt. canescenti-tomentosis; pedunc. axillarib. 1 fl. folio longiorib.; fl. parvis luteis; caps. ovoidea tomentulosa ap. brevit. 5-loba calyce brevi multoties longiore, carpell. erectis obtusiusc. muticis 2—3-spermis.

In montib. calcareis fluminum San Felipe et San Pedro. — Fl. Jul.

Species proxima Ab. Texensi.

10. ABUTILON HALOPHILUM Ferd. Müll. — Ferd. Müller diagn. nov. l. c. p. 381.

Fruticulosum, diffusum, tomentosum, f. cano-virentib. rotundis truncatis v. emarginatis interd. reniformib., subduplicato-dentatis b. versus integerr., supra tandem paene glabrescentib. subt. dense et reticulatim venosis, petiolo aequilongis aut breviorib., stip. subulato-linearib. caducis, pedunc. axillarib. solitar. 1-fl. ap. versus articulatis deniq. patulis v. erectiusc. petiolos aequantib., calycis profunde 5-fidi lob. lanc. acuminatis, carpidiis circ. 10 obliq. ovatis obtussimis compressis 1—2 spermis calycem patent. duplo superantib., valvis herbac. ext. tomentosis, seminib. fuscis puberulis.

Inter montes Flinders-range et sinum Spenceri locis salsis sterilibus.

Habitu praecedentis (A. diplotrichi). F. vix unquam 1" longiora, saepe tam. latiora. Cor. lutea major, cal. duplo longior quam in praeeunte (A. diplotricho), illa hunc non multo superans. Carpidia magnit. cor. *Ab. Behriani* nec tam. aristata. — Fl. primo vere.

11. ABUTILON DIPLOTRICHUM Ferd. Müll. — Id. diagn. novae in Linn. XXV. p. 380.

Fruticulosum, diffusum undiq. tomento brevi stellari articulato vestitum, pilis longiorib. sparse intermixtis, f. viridulis ovato- v. orbiculato-cordatis obtusis, serraturis subduplicato-crenatis petiolo aequilongis aut breviorib., stip. lin-filiformib. deciduis, pedunc. tenuib. axillarib. solitariis 1-floris ap. versus articulatis deniq. horizontalib. petiolum parum superantib., calycis 5-fidi lob. subdeltoideis apiculatis, carpidiis circa 10, marg. versus puberulis compressis acutis venosis dispermis calycem aequantib., seminib. albo-puberulis.

In planitieb. semisalsis sterilib. pr. Cudnaka.

Pl. humilis ab *Ab. Fraseri* caute distinguatur. F. circ. 1″ longa supra multo minus quam subt. tomentosa. Cor. flava calyce paene duplo longior. Carpidia ad 3‴ longa ap. fere 2‴ l. Semina squalide fusca. — Anthes: primo vere.

12. ABUTILON INSIGNE Planch. (Walp. Ann. II. 157 n. 4). — Curtis bot. mag. tab. 4840.

ABUTILAEA *nov. g. Ferd. Müll.*

Ferd. Müller diagn. nov. in Linn. XXV. p. 379.

Calyx monophyllus corollinus campanulatus 5-angulatus, 5-dentatus bracteolis destitutus. Cor. pet. 5 hypogyna obovata brevissime unguiculata calyce multo breviora b. inter se et c. tubo staminum polyandro connata. Filam. nonnisi summo ap. libera. Anth. 1-loculatae reniformes, rima dorsali dehiscentes. Styli 5 in unum connati supra tubum filamentor. liberi recurvi acuti capitellati. Carpidia .... — Fleischeriae generi quam maxime cognata, praecipue discernatur calyce stigmatib. habituque.

1. ABUTILAEA CRYPTANTHA Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 379. — Fruticulus humilis adscendens. Rami teretiusculi c. petiolis 2—3 pollicarib. cano- et velutino-tomentosi, praeterea villis patentib. interspersis induti. F. quoad magnitud., formam et vestimentum *Abutiloni Behriano* similia, sed subter magis canescentia et margine grosse duplicato-dentata petiolo aequilonga et breviora. Stip. lin. sensim acutatae fulvescentes ½—¾″ longae circa ½‴ l., deniq. deciduae. Calyx herbac., circ. 5‴ longus et 3‴ l. intus sericeo-tomentosus, ext. bas. versus flavescens pilis albis stellarib. tomentosus simulq. pilis elong. patentib. villosulus, acute 5-dentatus, dentib. utrinq. coerulescentib. tubo 5-plicato quater quinquiesq. breviorib. Pedunc. fere 1″ longus ut videtur c. calyce articulatus. Pet. flavida calyce quinquies sexiesve breviora venosa 1‴ longa. Genitalia glabra dilute flava. Fr. et juveniles probabiliter characterib. specific. gaudentes deesse doleo. — Anthes: vere.

Ordo XXXIV. STERCULIACEAE. (*Endl. gen. pl. p.* 987.)

(Walp. Ann. II. 159. — *Bombaceae* et *Büttneriacear.* trib. I. DC. Prodr. I. 475, 481.)

Trib. I. *BOMBACEAE* Schott et Endl.

(Endl. gen. pl. p. 988.)

5297. **ADANSONIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 478. — Walp. Rep. I. 329.)

1. ADANSONIA DIGITATA Lin. — Walp. in bot. Ztg. 1852. p. 295. —

5298. **PACHIRA** *Aubl.*

(DC. Prodr. I. 478. — Walp. Ann. II. 159.)

1. PACHIRA BARRIGON, Seem. — Seemann bot. of. the voy. of the Herald. p. 83.

Caule inerme, f. 8 - foliolatis, foliolis obovato - oblongis brevit. acuminatis, b. acutis utrinq. glabris, calyce truncato integerrimo b. glanduloso, pet. tomentosis vers. ap. glabratis, tubo stamin. lanato, antheris oblongo - reniformib., caps. seminibusq. maculatis. ♄. Nom. vernacul. „Barrigon".

Frequens in prov. Panama et Veraguas, Chagres (Fendl. n. 312). — Arcte affinis *P. marginatae* St. Hil. Arbor c. 40 ped. f. 5 — 7 poll. lg., 2½ — 3 p. l. Fl. 3 p. longi intus albi.

2. PACHIRA FENDLERI Seem. — Seemann in bot. of the voy. of Herald p. 83.

Caule aculeato, foliis . . . ., calyce truncato mucronato 5-dentato ferrugineo-tomentoso, pet. (albis) ext. dense ferrugineo-tomentosis, int. pubescenti-tomentosis, tubo stamin. villoso, pilis retrorso-adpressis, anth. oblongo-reniformib., stylo glabro, seminib. nigro-punctatis. — Nom. vernaculum „Cedro espinoso".

Panama; Chagres (Fendler n. 310). — Arbor mediocris, aculeis teretib. brevibusq. obsita. Fol. adhuc ignota. Fl. 3—4 pollicares, post foliorum delapsum apparentes.

3. PACHIRA INSIGNIS Savigny (*Carolinea insignis* Sw. DC. Prodr. I. 478). — Lemaire jard. fleur. III. tab. 295.

Foliis persistentib. 5 — 7 foliolatis, foliolis obovali - oblongis utrinq. attenuatis sessilib. infra glaucescentib., pedunc. brevissimo, fl. giganteis, calyce cupuliformi - campanulato subpubescente (sic et petalis extus) vix ap. sinuato, pet. angustis fere pedalib. laetissime kermesinis, staminib. petalis breviorib. luteolis, stylo breviore coccineo, stigmate 5-partito.

Pach. insignis Sav. in enc. bot. IV. 690 (?). — Ach. Rich. in dict. d'hist. nat. XII. 577. — *Bombax grandiflorum* Cav. diss. V. 295. t. 154.

Carolinea fastuosa Sesse . . . . var.?

4. PACHIRA ALBA (Walp.) Hook. (*Carolinea alba* DC. Prodr. I. 478). — (Walp. rep. I. 329 et II. 793. — Ann. II. 159 n. 1). — Lemaire jard. fleuriste pl. 94.

Foliis deciduis, foliolis septenis petiolulatis elliptico-lanceolatis acutis glabris, corolla extus pilis fasciculatis tomentosa, tubo staminifero ap. lobato, filamentis dichotomis.

Hook. (paucis emendat.).

5. PACHIRA MACROCARPA Hook. (Walp. Rep. I. 329. W. Ann. II. 159). — Planch. in v. Houtte fl. d. s. VI. p. 275. c. tab. — Hook. bot. mag. tab. 4549 (ubi sphalmate etiam Pachira longifolia et anglice „long flowered Pachira" dicitur).

F. 7 — 11-natis, foliol., oblongo-obovatis, b. cuneatis ap. acuminatis glabris, fl. maximis, calyce brevi-tubuloso truncato b. glanduloso, petal. longissimis albis ext. seric-velutinis, staminib. petala aequantib. flavo-coccineis, anth. anguste linearib., curvatis, stylo gracili, stigmate 5-lobato. „Hook."

Carolinea macrocarpa? Cham. et Schlecht. in Linn. VI. p. 423, ex Hook. l. c. Jacob-Makoy Cat. hort. 1851 p. 46.

Patria Mexico? introduxit Schiede?

Ic.: Lemaire jard. fleur. II. tab. 109. 110.

5299. CHORISIA *H. B. K.*

1. CHORISIA ROSEA, *Seem.* — Seemann in bot. of the voy. of Herald. p. 84.

Caule arboreo, foliis ...., bracteolis 3 ovatis acutis, calyce irregulariter 3—5 fido ext. glabro intus tomentoso, pet. (roseis) obovato-oblongis obtusis ext. sericeo-tomentosis intus pl. min. puberulis, tubo stamineo exteriore sericeo-tomentoso ap. dentato, interiore glabrato ap. soluto in filam. 5 divaricatis (ut in Eriodendro), stylo glabro. ♄. —

Volcano Chiriqui, Veraguas. — Frutex pulcherrimus circ. 30 ped., florib. magnis roseis.

5302. ERIODENDRON *DC.*

(DC. Prodr. I. 479. — Walp. Ann. II. 159.)

1. ERIODENDRON TRISCHISTANDRUM A. Gray. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. 182.

Trunco parce aculeato; foliolis 5—7 subintegerrimis acuminatis; petalis extus seric-lanosissimis; staminib. pentadelphis, phalangib. singulis e filam. 3 infra med. coalitis ap. monantheriferis: anther. anfractuosis.

Hab. In horto prope Lima (Peru) collectum. Patria haud citata. — Arbor dicta circ. 30 ped. etc.

5309. MONTEZUMA *Moç.*

(DC. Prodr. I. 477.)

1. MONTEZUMA SPECIOSISSIMA Moç. et Sesse. — B. Seemann, in d. Bonplandia I. p. 61. (DC. Prodr. I. 477. VI. 1). — Arbor 50—60 pedalis, in ap. foliorum coronam speciosissimam regularem conformans Fol. alternantia, cordata, 5 p. lg., 3 p. l.; Corolla regularis 5-petala int. purpurea, extus rosea. Filam numerosa, monadelpha, purpurea, antheris aureis. Fructus, caps. sphaericam proferens, 2 p. diam., 4—5 locularem, seminib. oblongo-rotundatis. — El Mosaico Mexicano tomo VII. p. 13 con pintura. — Plantarum pulcherrima quaedam Mexicanarum.

FREMONTIEAE *Torr.*

Sectio *Bombacearum* Torr. Pl. Fremont. p. 5.

FREMONTIA *Torr.*

(Genus ad *Cheirostemon* Humb. et Bonpl. collocandum).

(5307.)

Pl. Fremont. in Smithson. Contrib. VI. p. 5.

Calyx b. tribracteatus, patenti-campanulatus, 5-partitus, subpetaloid. b. foveolatus aestivatione quincuncialis. Cor. nulla. Stamina 5: filamenta vix ad med. monadelpha: anth. oblongo-lineares, biloc., subanfractuosae, extrorsae; loc. longitud. dehiscentib. Ovar. 4—5-loc.: ovula in loculis plurima, biseriatim inserta, horizontalia, anatropa: stylus filiformis, subincurvus, stigma indivisum, acutiusculum. Caps. ovata, turgida, plerumq. 5-locular., loculicide dehiscens, pilis rigidis stellatis dense vestita; loculis polyspermis. „Sem. ovata glabra." — Frutex Californicus, stellato-pubescens; f. alternis cordatis, lobatis; stipulis nullis v. caducis; pedunc. oppositifoliis 1-fl.; fl. amplis flavis.

1. FREMONTIA CALIFORNICA l. c. Tab. II. — Ad fonticulos flum. Sacramento, in parte boreali montium Sierra Nevada Californiae et pr. auri fodinas dictas „of the Merced Company." — Maj. — Frutex pulcherrimus 3 v. 5 pedalis usque 10 ped. Calyx sulphureo-luteus late campanulatus, circ. 1—1¼ poll. diam. etc. — Fremontia et genus Cheirostemon sectionem Bombacear. singularem conformant, cui nomen „Fremontieae sit adnumerandum.

5307. CHEIROSTEMON *Humb. et Bonpl.*

(DC. Prodr. I. 480.)

1. CHEIROSTAMON PLATANOIDES. (DC. Prodr. I. 480.) — Adr. d. Jussieu in v. Houtte fl. d. s. VII. p. 7 c. tab. — Paxton flower gard. III. p. 23. xylogr. 243.

Tribus II. *HELICTEREAE* Schott et Endl.

(Endl. gen. pl. p. 991.)

OUDEMANSIA *Miq.*

(Ad gen. *Methorium* Schott et Endl. (5315) collocand.)

Miq. in pl. Jungh. III. 295.

Calyx tubulosus, subbilabiatim 5-dentatus. Pet. 5, praeflor. convoluta, inaequalia, subbilabiatim disposita, spathulata, ungue medio bidentulo. Tubus stamineus cylindrac., ap. inflato ovarium stipitatum recondens, brevit. 10-fidus, filam. singulo monanthero, antheris transversis brevib., loculis divergentib. superne communi rima apertis. Ovar. 5-loculare, loc. pluri-ovulatis, stylo simplici, stigm. parvulo. Caps. ovoidea, processub. stellato-tomentosis obvallata, 5-locularis, loc. dem. in centro solutis, singulis sutura placentari apertis. Sem. loculor. angulo centrali inserta, angulata, glabra.

Frutic. Indici, f. alternis integerr. v. serratis, pube stellata, stip. binis liberis, fl. axillarib., subcymosis, bracteolatis, capsular. processub. singulares, genus sistunt pr. Methorium praesert. pertinens, amico doctissimo Oudemans, horti bot. Roterodamensis directori bene merito conservatum.

1. OUDEMANSIA INTEGERRIMA Miq. — Miq. l. c. p. 296.

F. ovato-lanc. v. lanc. subacuminatis integerrimis, marg. ciliolatis, subt. pilis stellatis tomentellis, subtrinerviis, cym. axillarib. brevib. pauci-floris; caps. oblonga, obtusa, ap. 5-dentula, extus processubus teretib. dense tomentosis obtecta.

Hab. ins. Javam ad ped. mont. calcareorum pr. Palimanan, in Sumatrae distr. Angkola sup. in regione silvatica (Jungh.). — Frutex 4—5 ped., etc.

2. OUDEMANSIA OBVERSA Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 297.

F. obovato-oblongis, acuminatis, b. attenuata obtusiusculis, inaequaliter subduplicate dentato-serratis, supra pilis stellatis scaberulis, subt. pilis stellatis dense obtectis, sub-5-nerviis et venosis, petiolis ramulisq. iisdem hirtellis, capsulis axillarib. pedunculatis solitariis (fl reliquis sterilib. deciduis) cylindrico-oblongis, processubus filiformib. dense stellato-tomentosis undiq. obductis, ap. obsolete 5-dentulis.

Cresc. in silvis pr. Wijnkoopbaai (Jungh.). — Pet. 2—3 lin., f. 4¾—3 poll. lg., 1⅔—1 supra med. lata, etc.

3. OUDEMANSIA JAVANENSIS Hsskl. — (*Orthothecium* Hsskl Cat. 202. *Helicteres* Bl. Bijdr. 80). — Hasskarl in Retzia I. p. 134. observ.

β. *angustifolia* Hsskl.
(*Helicteres angustifolia* L. [DC. Prodr. I. 476 n. 10; Bl. Bijdr. 80]).

4. OUDEMANSIA VIRGATA Hsskl. (*Helicteres Wll.* Walp Rep. I. 332. 3. II. 794. 4.) — Hasskarl l. c. p. 134. — F. 12—16 lin. lg., 4—6 lin. l., rigidiusc.: fr. ovato-subglobosi, nunc subtrigoni, 6 lin lg., 4 lin l., ap. 5-denticulati. — Fruticulus ex horto bot. Calcuttensi.

5. OUDEMANSIA HIRSUTA Miq. (Walp. Ann. I. 105. 3). — (Plant. Jungh. 297. *Orthothecium* Hsskl. Cat. 202.) — Hasskarl in Retzia I. p. 134 observ. — Huc pertinere videtur Helicteres spicata Colebr. (Walp. Rep. I. 332 1. II. 794 2), antherae autem sunt evidenter erectae, longitudin. dehisc., nec transversae, loculi superne rima communi aperti! — Frutex Javanicus 6′ altus.

5316. HELICTERES *Linn.*

(DC. Prodr. I. 475. — Walp. Ann. II. 159.)

1. HELICTERES OBLONGA Wll. (Walp. Rep. I. 332 4. II. 794 5). — Hasskarl in Retzia I. p. 133.

Diagn. reform.: Frutex f. oblongis aut ovato-oblongis, acuminatis, b. pl. min. obliq. cordatis, duplicato-serrato-dentatis, hirto-stellato-tomentosis, racemis axillarib. 2—4 floris, nunc subterminalib., lilacinis, tubi staminei lacin. 10 fertilib., conniventib., ad bas. fere liberis, anther. transverse dehiscentib., sterilib. lin-lanc. interiorib. 5; caps. oblonga calva, 5-loc., loc. rectis, dem. in centro solutis, sutura placentari apertis. — F. 1—3½ p. lg. 6—20 lin. l.; ramor. juvenil. majora magis molliter pubesc., senilium magis glabrata. Fl. parvi lilacini.

Ab *Oudemansia* Miq. (pl. Jungh. p. 295) diff. nostra: fr. haud processub. obvallato; — a Methorio Schtt fr. oblongo seminibusq. in quoq. loculo recto plurib.; ab Orthothecio tubi staminei lacin. fertilib. in urceolum haud coalitis, quae in nostra ad b. fere sejunctae reperiuntur.

Tribus III. *STERCULIEAE* Schott et Endl.

(Endl. gen. pl. p. 993.)

5319. **HERITIERA** *Ait. (Dryand.).*

1. HERITIERA LITTORALIS Dryand. — Asa Gray, Unit. St. explor. exped. p. 184.

Her. littoralis Dr. (DC. Prodr. I. p. 484). — *H. Fomes* Buchan. (DC. Prodr. l. c. ex R. Br.). — *H. minor* Lam. (DC. l. c. ex R. Br.). — *Balanopteris Tothila* et *B. minor*, Gärtn. fr. II. tab. 98, 99.

Hab.: Sooloo Isl. Feejee Isl. Tongatabu: in lacunis maritimis.

FIRMIANA *Marsili.*

(*Sterculia* Linn. [5320 k.]).

1. FIRMIANA DIVERSIFOLIA A. Gr. (tab. 13). — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 185.

F. cordatis integris v. ap. trilobis (quandoq. 5-lobis?), lob. acuminatis; folliculis apertis oblongo-lanc. utrinq. obtusis brevit. stipitatis.

Hab.: Ovalau, Feejee Isl. — Arbor haud parva, etc.

Ordo XXXV. BUETTNERIACEAE *R. Br.*

(Endl. gen. pl. p. 995.)

(DC. Prodr. I. 481. excl. trib. 1. — Walp. Ann. II. 161.)

Tribus I. *LASIOPETALEAE* Gay.

(Endl. gen. pl. 996. — Walp. Ann. II. 161.)

5322—5327.

5323. **GUICHENOTIA** *Gay.*

(DC. Prodr. I. 489. — Walp. Ann. I. 105.)

1. GUICHENOTIA MACRANTHA Turczan. (Walp. Ann. I. 105). — Lemaire jard. fleur. III. pl. 279. — Hook. in bot. mag. tab. 4651.

5325. **LASIOPETALUM** *Smith.*

(DC. Prodr. I. 489. — Walp. Ann. II. 164.)

1. LASIOPETALUM CONFERTIFLORUM Ferd. Müll. — Id. diagn. nov. in Linn. XXV. p. 377.

F. cordato- v. lanc-ovatis supra demum glabris subt. velutino-tomentosis, fl. cymoso-capitatis, capitulo pedunculato bracteolis radiantib. petaloideis superato.

In clivis calcareo-arenosis portus Lincoln leg. Wilhelmi. — Frutex 3—4 ped., debilis adscend. deniq. effusus, etc. — *L. dasyphyllo* et imprimis *discolori* videtur similis, sed infloresc. et bracteolis radiantib. valde insigne, quare speciei, si mavis, subgeneris dignitatem et nomen *Actinochlamys* tribuere queas. — Anthes.: vere, aestate.

Tribus II. *BUETTNERIEAE* DC. Prodr.

(Endl. gen. pl. p. 997.)

5328. **RULINGIA** *R. Br.*

(Walp. Rep. I. 337. — Walp. Ann. II. 165.)

1. RULINGIA PANNOSA R. Br. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 188.

Rul. pannosa R. Br., in bot. m. tab. 2191. — *Büttneria pannosa* (DC. Prodr I. p 486). — *B. dasyphylla*, Gay (DC. l. c.).

Hab. Sidney, New South Wales.

5329. **COMMERSONIA** *Forst.*

(DC. Prodr. I. 486. — Walp. Ann. I. 107.)

1. COMMERSONIA PLATYPHYLLA (DC. Prodr. I. p. 486). — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 188.

Commers. Javensis Don. — Hassk. pl. Jav. rar. — *Commers. echinata* Bl. Bijdr. p. 86.

Hab. Samoan et Feejee Isl. — Singapore.

5330. **ABROMA** *Jacq.*

(DC. Prodr. I. 485. — Walp. Rep. I. 337. V. 111.)

1. ABROMA DENTICULATA Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 283.

Ramulis, petiolis foliisq. imprimis subt. in nervis, pedunc. calycibusq. tomentello-puberis, f. brevit. petiolatis cordato-ovatis v. cordato-oblongis, raro rotundato-cordatis, acuminatis 5-nerviis, remote tenuiterq. denticulatis dem. subintegerr., subt. pube tenera stellata setisq. stellatis inspersis, supra in nervis tenere et evanescenti-puberis, capsulis pilis stellatis triradiatis setulosis conspersis, alis ap. truncatis extrorsum obtuse productis.

Hab. ins. Sumatram pr. Padang, in silv. pr. Tobing (forma mag. luxurians) Jungh. — Abromae molli praesertim affinis. Rami inermes etc.

5331. **BUETTNERIA** *Löffl.*

(DC. Prodr. I. 486 [excl. sp. Australasic.]. — Walp. Ann. II. p. 166.)

1. BUETTNERIA RHAMNIFOLIA, Benth. — Benth. in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 164.

Glabriusc., caule fruticoso aculeato (scandente?) f. oblg. obtusiusc. b. rotundat. subt. ad axillas nervor. barbatis, pedunc. axillarib. umbelliferis tenuibus.

Affinis C. tereticauli, Lam., sed f. non acuminata, pedunc. longior., flor. majores etc. F. brev. petiolata subtripollic., glandula costae majuscula. Pedicelli infra umbellam ½ p. Calyc. lacin. 2 lin. lg., tomento minuto ext. canescent. Petalor. lob. med. lg. subulato-acuminatus. Tubi staminei laciniae steriles, breves, latae, obtusiss.

glandulif. Anth. extrors., didymae. Ovarium mox tuberculoso-echinatum. Fr. non visus. — In ripa austr. flum. Amazon., contra Monte Alegre.

2. BUETTNERIA DISCOLOR Benth. — Benth. in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 165·

Fruticosa, inermis, fol. ovali - elliptic. oblongisve supra glabr. subt. tomento minuto albis, pedunc. breviss. umbellat. in glomerulos axillares confertis, petalor. lobo med. ungue multo breviore obtuso.

Frutex biorgyal., ramosiss., haud scand. F. 3—4 p. lg. 2 p. l., brevit. et obt. acuminata, b. rotundata et trinerv., caeterum penninerv., transversim venulosa; floralia 1½—2 p., ang. Fl. numerosiss., parvi, pedunc. pedicellisve 1—2 l. lg. Calyces ext. tomentosi, lacin. latis. Pet. calyces vix superantia, linear., ap. lev. cucullata, lobis lateralib. dentiformib. reflexis, dorsali oblongo, obt., brevi. Tubi staminei lobi breviss.; anth. subdidymae. — Brasilia septemtrion.

5332. **AYENIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 487. — Walp. Rep. II. 796.)

1. AYENIA MICROPHYLLA A. Gray. — Asa Gray pl. Wright. I. et II. in Smithson. Contrib. III. p. 24 et vol. V. p. 24.

Fruticosa, humilis; caulib. ramosiss.; f. parvis ovato- v. cordato-rotundis grosse dentatis pube stellata brevissima; fl. in axillis solitariis brevit. pedicellatis; petalor. lamina absq. glandula dorsali; tubo stamineo breviss. cyatiformi; antheris fertilib. (trilocularibus!) sessilib. sterilibus difformib. breviorib.; ovario haud stipitato; fructibus cinereis in ramulos confertis; stipulis subulatis persistentib.; caps. non stipitata.

In montosis prope El Paso.

Tribus III. *HERMANNIEAE* DC. Prodr.

(Endl. gen. pl. p. 999.)

5336. **WALTHERIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 492. — Walp. Ann. I. 108.)

1. WALTHERIA PYROLAEFOLIA Gr. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 190.

Fruticosa; foliis confertis coriac. rotundis saep. utrinq. retusis serrulatis plicato-venosis supra glabris subt. canescentib. glabratis; glomerulis axillarib. subsessilib. plurifl.; calycis cano - sericei lob. lanceolatis obtusis petalis glaberr. brevioribus.

Hab. in collib. arenosis pr. Wailuthu, Maui, insular. Sandwicens. — Caules fruticosi 1—3 ped. etc.

2. WALTHERIA DETONSA A. Gray. — Pl. Wright. in Smiths. Contrib. V. p. 24.

Pube brevissima cinereo-tomentulosa; caulib. e b. lignescente plurimis gracilib.; f. ovalib. denticulatis haud plicatis; glomerul. axillarib. brevit. pedunculatis; calycib. et ovario canescentib. (haud villosis).

Sonora, Rocky hills. — Septbr. — Caules debiles vix pedales, f. c. pollicaria et calyx haud hirsuto-villosus.

5340. HERMANNIA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 493. — Walp. Ann. I. 108.)

Icon addenda.

1. HERMANNIA INFLATA Lk. et Otto (?). — Paxton fl. gard. II. n. 159. xylogr. fig. 230.

5337. MELOCHIA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 490. — Walp. Ann. II. 166.)

1. MELOCHIA (*Visenia*) ODORATA Linn. f. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 192.

F. ovatis subcordatis serratis glabris v. glabellis; cymis ramulisq. tomentulosis; florib. pallide purpureis; capsulae hirsutae coccis cuspidato - apiculatis; seminib. ap. truncatis exalatis.

Melochia odorata L. f.; Forst. Prodr.; Cav. diss. — *Riedleia odorata* (DC. Prodr. p. 491. excl. syn. Gmel. et Houtt.).

Hab. in inss. Navigator. (Samaon Isl.). — Arbor mediocris etc.

2. MELOCHIA (*Visenia*) ARISTATA A. Gray. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 193.

Capsulis hirsutissimis, coccis acuminato-aristatis; seminib. subulato-apiculatis; caeter. fere praecedentis.

Hab. Upolu, Samoan Isl. — Fortasse varietas tantum odoratae?

3. MELOCHIA (*Visenia*) VITIENSIS, A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 193.

F. cordatis oblongisve glabris serratis; cymis pedunculisq. tomentoso-puberulis; pet. flavis; capsulae tomentoso - sericeae coccis mucronatis; seminib. ap. late alatis.

var. β. F. subcoriaceis haud cordatis, superiorib. b. acutis.

Hab. In inss. Feejee (frequens). — Frutex foliis valde variabilis etc.

4. MELOCHIA RHODOCALYX C. Koch et Bouché in indice sem. hort. Berol. anno 1854 p. 14.

Undique pilis stellatis dense vestita ideoque cinerascens; folia leviter cordata, plerumque subito acuminata, mollia, grosse et irregulariter dentata; stipulae angustissimae, mox deciduae; flores 6—12 corymbum potius, quam cymam, terminalem, saepe duplicem, folio supremo vix breviorem constituentes; calyx late tubulosus, saepe medio denique subventricosus, coloratus.

Fruticosa; folia $2\frac{1}{2}$—3 poll. longa, 2 poll. lata, petiolo pollicari insidentia; calycis sexangularis rosei laciniae dentiformes, triangulares, cuspidatae; petala violacea, patula, longe unguiculata, stamina ad medium connata duplo superantia; germen stipitatum, paululum e cupula staminum emergens, stylis brevibus 5 a staminibus superatis praeditum. — Simillima M. hispidae Hook. esse videtur, sed inflorescentia neutiquam umbellata discrepat. Pubescentia stellata non aegre a plerisque speciebus americanis differt, sicut inflorescentia et calyce colorato. Patria mihi ignota, quum jam diu in horto botanico culta sit.

5341. MAHERNIA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 496. — Walp. Ann. I. 108.)

TRICHANTHERA *Ehrenb.* (Endl. 6037.)
Planch. Ann. sc. nat. ser. IV. t. 3. p. 292.

Genus erroneo inter Zygophyllaceas collocatum. Constitutum est ex Maherniarum specie.

1. TRICHANTHERA MODESTA, Ehrenb. = MAHERNIA MODESTA Planch.

Tribus IV. *DOMBEYACEAE* Knth.

(Endl. gen. pl. p. 1001.)

ERIORHAPHE *Miq.*
Miq. in plant. Jungh. III. p. 289.

Involucrum 1-laterale, 3-phyllum, deciduum. Cal. 5-sepalus, persistens, praefloratione valvatus. Pet. 5. Stam. 15, filamentis b. in membranam ovarium ambientem connexis, 5 sterilia elongata lingulata, 10 brevia fertilia per paria sibi approximata et inter sterilia disposita, anth. linearib. longitrorse antice dehiscentib. Ovar. pilosum 5-loculare, stylo filiformi, stigm. clavato sulcato. Caps. 5-loc., loculucide 5-valvis, sutura singula nervum plumoso-hirtum liberante, septis a columna centrali hirta solutis medio valvarum insertis. Semina dissepimentorum margini interno affixa, funiculis rigidis persistentib., angulato-ovoidea, raphe parum prominula, albumine albo subpellucido, embryonis recti cotyledones bilobae varie contortuplicatae divaricatae. — Stirps perennans, Pentapetae et Trocheliae v. Dombeyae etiam affinis, f. angustis serratis, fl. axillarib. puniceis.

Character essentialis: Involucellum unilaterale. Cal. 5-sepalus persistens. Stam. 15, quorum 5 sterilia, 10 fertilia per paria approximata. Stylus stigmate simplici. Caps. 5-locularis 5-valvis, loculis polyspermis sutura nervum plumosum nudante. Semina exalata papillosa, albumine subpellucido.

1. ERIORHAPHE PUNICEA Miq. — ? *Pentapetes angustifolia* Blume. — Planta perennis 3 — ped. Rami ramulique laeves cylindrici, juniores pilis inspersi. Pet. 2½ — 1 lin longi. F. lanc - linearia, grosse dentato - serrata, 1—3 poll. lg. 2½—1½ l. l. Stip. lanceolatae parvae deciduae. Pedunc. axillares, 1 — 2, involucri phyllis 3 lanceolatis caducis paulo infra fl. insertis. Sep. distincte 1 - nervia et submarginata, in fl. 3 lin. aequantia, in fructu majora. Cor. calycem haud alte superans punicea, pet. obovatis truncatis. Ovar. dense hirtum. Stam. sterilia ovar. superantia. Antherar. fertilium loculi antici paralleli. Caps. globosa, hirta, calycem haud excedens, endocarp. pallido crustaceo a pericarp. soluto. Sem. in loculis plura 8 v. 9 (?) ovoideo-angulata, rhaphe et chalaza non multum incrassatis, testa griseo - nigrescente verrucosa. — Java in versuris oryzetorum, in terra limosa, pingui (Jungh.).

5346. **DOMBEYA** *Cav.*
(DC. Prodr. I. 498. — Walp. Ann. II. 167.)

DOMBEYA Cav. (Planch.). — Planchon in v. Houtte fl. d. s. VI 225.

Char. gener. reform. — Calyx bracteolis 3, unilateralibus, caducis stipatus, persistens, 5 - partitus, dem. reflexus. Pet. 5, calyce longiora, subtrapezoidea v. falciformia, valde inaequilatera, sub anth. patentia, marcescentia, dem. insigniter pergamacea, reticulato - nervosa. Stam.

15—20 b. monadelphia, fertilib. 10—15, sterilib. 5, liguliformib. 2-v. ternatim interpositis. Ovar. 2—5-loc., ovulis in loc. singulo 2, (v. interd. 4?) angulo interno supra b. affixis; collateralib., adscendentib., anatropis. Styli 2—5, in unum pl. min. longe concreti, parte libera lineari intus stigmatici. Caps. (fide auct.) septicide 2—5 cocca, coccis tandem bivalvib., abortu monospermis.

Sect. A. *EUDOMBEYA* Planch.

Stamina brevissime monadelpha, fertilia 15. Cymae (exinvolucratae) bifidae, dem. laxae, racemos bifidos simulantes, foliis coaetaneae. Bract. calyc. latae, cordatae. Stip. parv. subulatae. — Frutic. Madagascarienses, Borbonici et Mauritiani, habitu Sparmanniae, f. longe petiolatis, plerumq. cordiformib. et angulato-lobatis.

Dombeyae sp. Cav. DC. Endl. et alior. (excl. pl. spec.).

Huc referendae: Dombeya palmata, acutangula, angulata, tiliaefolia, tomentosa (DC. Prodr. I. 498 n. 1—5), platanifolia et triumfettaefolia (Walp. Rep. II. 797 n. 1 et 6).

Sect. B. *XEROPETALUM* Pl. (5347).

Stamina brevissime monadelpha, fertilia 15. Cymae (exinvolucratae) praecoces, in ramulor. apicib. congestae, repetito-divisae, dem. laxiusculae. Bract. calycinae parvae subulatae. Stipulae .... — Arbusculae Africae trop. et subtrop., sub anth. aphyllae, foliis praecedentium.

Xeropetalum Delile Endl. gen. p. 1002 (n. 5347).

Huc spectant:

Dombeya Delilei Pl. (Xeropetalum quinquesetum Del. l. c.; Walp. Rep. V. 113. n. 1). — *D. multiflora* Pl. (Xerop. multifl. Endl. Walp. Rep. I. 349 n. 1). — *D. minor* Pl. (Xerop. minus Endl. Walp. Rep. l. c. n. 2). — *D. tiliacea* Pl. (Xer. tiliac. Endl. Walp. l. c. n. 3). — *D. rotundifolia* Pl. (X. rotundifol. Hochst. Walp. l. c. V. 114 n. 2).

1. DOMBEYA SENEGALENSIS Planch. — Planchon l. c. — Ramis inflorescentiis petiolisq. glabris; f. cordato-subrotundis, grosse et subduplicato-crenatis, utrinq. stellato-pubescentib., 7-nerviis; cymis (fructiferis) ex axillis folior. delapsor. ortis, b. divisis, partialib. pedunculatis plurifloris petiolis parum longiorib.; bracteolis calycinis parvis, subulatis; calycis ext. adpresse pubescentis laciniis lanc-linearib.; staminib. calyce breviorib.; ovario subgloboso, hirsuto; stylis filiformib., fere e b. liberis, longis; petalis oblique cuneiformib. (5—6 lin. longis) ap. eroso-paucilobatis, calycem duplo superantib. — Hab. Senegambia: Heudelot n. 160 in herb. Hook.

Sect. C. *DOMBEYASTRUM* Pl.

Stam. longiuscula monadelpha, nempe tubo ovarium occultante, fertilia 15. Cymae (bracteis paucis brevib. involucratae) valde contractae, umbellam mentientes, nunq. relaxatae. Bract. calycinae latae, cordatae. Arbusculae Madagascarienses, habitu sect. A. — Dombeyae sp. Cav. DC. Guillem. Endlich. Bojer et alior.

Astrapeae sp. Sweet (Hook.): Huc spectant:

Dombeya hirsuta Boj. (Walp. Rep. II. 797 n. 2). — *D. erythroclada* Boj. (Walp. l. c. n. 5).

2. DOMBEYA AMELIAE Guillem. (Walp. Rep. I. 349 n. 2). — Planchon in v. Houtte fl. d. s. VI. 225 c. tab. — Novellis vernicoso-viscosis; f. amplis cordato-rotundatis, angulato-3—5 lobis, glabris; stip. late ovatis reflexis, pedunculis axillarib. petiolum aequantib. v. parum superantib. versus (v. supra) medium bibracteatis, glaberr., pedicellis sepalisq. ext. hispidis.

Domb. Ameliae (non Amelia, ut in Walp. l. c.). — Ann. de Fromont. III. 348. — *Domb. reflexa* hortul. et Reichb. fl. exot. tab. 348 fid. cl. Lem. — *Astrapaea viscosa* hort. et Sweet hort. Brit. (nom. tantum) fide cl. Hook. (Hook. in bot. mag. tab. 4544). — *Astrap. alba* hortul. fide cl. Lem.

Sect. D. *PACHYTHYRSUS* Pl.

Stamina b. pl. min. monadelpha, fertilia 15. Pet. angusta, insigniter falciformia. Cymae (foliis coaetaneae) compactae, repetito-dichotomae, pedicellis in pseudo-umbellas congestis. Bract. calycinae angustae. — Arbusculae Comorenses (et Madagascarienses?) habitu sect. A. et C. Huc spectant:

3. DOMBEYA VIBURNIFLORA Boj. (Walp. Rep. II. 797 n. 7). — Hook. bot. mag. tab. 4568. — Van Houtte fl. d. s. VI. p. 291 c. tab. — Lemaire jardin. fleuriste II. tab. 116.

4. DOMBEYA MOLLIS Hook. — Hook. bot. mag tab. 4578. — Arborea, ramulis pubescenti-tomentosis, f. amplis mollit. pubescentib. cordatis serratis, trilobis, lob. acuminatissimis rectis stip. ovatis acuminatis, pedunc. elong. tomentosis ap. dichotomis umbellatis, filamentis in tubum urceolatum unitis, pet. anguste lanc. et falcato-lanceolatis.

Astrapaea mollis hortulan. — Lemaire jardin fleuriste II. tab. 134.

Sect. E. *DECASTEMON* Pl. An genus proprium?
Planchon. l. c. in van Houtte.

Stamina longiuscule monadelpha, nempe tubo ovarium occultante, fertilia 10. Cymae (exinvolucratae), valde contractae, umbellam mentientes, numquam relaxatae. Bracteolae calycinae minutae, subulatae. — Arbusculae Madagascar. f. oblongis, acuminatis b. cuneatis, penninerviis grosse repando-dentatis, glabris nitidis, textura rigidis; ramulis juniorib. inflorescentiisq. levit. vernicosis. (Secund. specim. Madagascar. a cl. Bojer. coll. quod opinamur esse Dombeyam decantheram Cav. [DC. Prodr. I. p. 499] sub nom. Melhania decanthera).

Dombeyam ellipticam Boj. (Walp. Rep. II. 797 n. 3), Domb. ferrugineam, punctatam, ovatam Cav., *Domb. cordifoliam* DC. (DC. Prodr. I. 499 n. 8, 9, 10 et 6) speciminib. non suppetentib. in sectiones hasce inserere non potuimus. (Species fortasse per errorem ad Dombeyas ductae.)

5348. **MELHANIA** *Forsk.*
(DC. Prodr. I. 499. — Walp. Ann. II. 67.)

1. MELHANIA SPEC. Schltdl. — v. Schlechtend. in Bot. Ztg. 1851 p. 829. — Cfr. l. c. pl. descr. specim. ex Insula Majo (ex insular. Capitis viridis una).

5349. **ASTRAPAEA** *Lindl.*
(DC. Prodr. I. 500. — Walp. Ann. II. 168 n. 1)

1. ASTRAPAEA VISCOSA Sweet. — (Walp. Ann. II. 168 n. 1). Lemaire Jard. fleur. I. tab. 69. Confer supra Dombeya Planch. sect. I. (Eudombeya Planch.).

5353/1. **SCHOUTENIA** *Krthls.*
(Walp. Ann. II. 169.)

1. SCHOUTENIA OVATA Kths.? (Walp. Ann. II. 168). — Hasskarl in Retzia I. p. 135. — Arbor e toto characterem Schouteniae Krths quadrans, ni germen opponeret; fructum in Schoutenia dicit Korthals clrss. 3-locularem, loc. 3-spermis, dum in nostro

germen est 1-loc., gemmulis 6 in b. germinis geminatim sessilib. erectis; an forsan error in charactere generis? Omisso hoc signo germinis 1-locularis, inter Dombeyaceas Exiteliam inter et Ruiziam (Endl. gen. 5342) ponendum erit genus. Posterius defectu involucri, cor. majori, germine 10-loc., Exitelia (Endl. gen. 5357) cor. quam calyx majore, germ. didymo, stigmate simplice, drupa biloculari et f. integerr. b. biglandulosis diversa est. — Descriptio: Arbor habitu Pterospermi, 50' alta, etc.

ACTINOPHORA FRAGRANS Wall. Cat. 1163. — R. Br. in Horsf. pl. Jav. rar. IV. p. 239, t. 46. (ann. 1852). =

SCHOUTENIA OVATA Korth. (Walp. Ann. II. p. 168 n. 1). — Cfr. Planch. in Ann. sc. nat. ser. IV. tom. 2 p. 260.

Ordo XXXVI. TILIACEAE *DC.*

(*Tiliaceae* et *Elaeocarpeae* Juss. [DC. Prodr. I. 503, 519]. — Walp. Ann. II. 169.)

Subordo I. *TILIACEAE VERAE* Endl.

KELLETTIA

1. KELLETTIA ODORATA, Seem. (Gen. nov.). — Seemann in bot. of the voy. of Herald p. 85.

Calyx tripartitus, laciniis ovatis, acutis, aestiv. valvatis. Cor. nulla. Stam. plurima, hypog.; filam. filiformia, libera; anth. subrotundae, biloc. longitudinalit. dehisc. Ovar. sessile, ovatum, villosum triloculare, loculis multiovulatis. Stylus unicus; stigma obs. trilobum. Capsula . . . . .

Frutex Panamensis 10 — 12 ped., f. ovatis acuminatis serratis serraturis glandulosis, supra glabris, subt. ramulis racemisq. villoso-tomentosis, stip. persistentib. semicordatis acuminatis serratis; fl. terminalib., fasciculato-racemosis, odoratis. — In silvis pr. pagum La Mesa, Veraguas.

Genus Sloaneae proximum, ad honorem Captain Henry Kellett conditum.

ERINOCARPUS *Hasskarl.*

1. ERINOCARPUS KNIMONI Hrt. Bombay. — Hasskarl in Retzia I. p. 137. —

Arbor haec insignis ex horto bot. Bombayensi hoc sub nomine missa, genus novum sistere videtur inter Tiliaceas Heliocarpo Lin. (Endl. gen. 5367) sat affine, quod autem diff. fl. pentamero, stigmate bifido et capsulae structura. Nec min. Omphocarpus Krths. (Walp. Ann. II. 172) affine genus videtur, fructib. autem satis diversum.

Descript. Arbor comosa. Rami crassiusculi. Stipulae caducissimae. Foliatio alterna. Petioli 2, 3—8 poll. longi. F. cordata, subrotunda, dentib. glanduloso-mucronulatis. Infloresc. terminalis sparsa raraq. racemosa. Fl. 8 lin. lg. plerumq. 3 subumbellatim

congesti, breviter pedicellati et ante evolutionem alabastrorum bracteis 4, involucrum fingentib., obtecti. Cal. 5-sepalus in aestiv. valvatus. Pet. 5 hypogyna b. longit. unguiculata, in praeflor. convoluta, laete aureo-flava, flaccida, unguib. rufo-puberulis. Stamina ∞ seriata plurima, ima b. connata. Germen sub 3-gono-globosum, pubesc. hirtum, 3-loculatum; gemmulae in loculo quoque solitariae erectae; stylus longus filiformis. Fructus in ramo quoque inflorescentiae plerumq. solitarii, raro bini, nutantes, lignosi triquetri, sub 3-alati, indehisc., inter alas mucronib. firmis lignosis antrorsis armati, rarius abortu ancipites, 3-loculares, abortu plerumq. 1-loculares. Sem. solitaria ex ap. pendula, oblonga subcomplanata, testa coriac. flavesc.; album sat copiosum embryum involvens. Embr. laete viride lucidulum inversum; radic. recta supera hilum vers. spectans, cotyled. sat magn. planae applicatae. — Arbor fruticulosa circ. 25 ped., Bombayensis.

DICLIDOCARPUS *A. Gr.*

Asa Gray in Unit. St. expl. exp. p. 200.

Fl. polygamo-dioeci? Calyx 3-bracteolatus, 5-phyllus; sep. crassis aestiv. valvatis. Pet. 5, inappendiculata, aestivat. imbricata. Disc. hypog., annularis, crenatus. Stam. creberr., distincta (fl. fertil. pauciuscula effoeta?): antherae biloc. Ovar. sess. oblongum, biloc., pil. parcis circumdatum, stigm. sessili retuso coronatum, multiovulatum, floris masc. effoetum, saepissime exovulatum. Caps. latissime obcordato-rhomboidea, bilocularis, dissepimento contrarie compressa, marginib. alata, ab apice loculicide bivalvis, polysperma. Semina lenticulari-globosa, hinc impressa, marg. pilis praelongis crinita; testa fragili laxa. Embryo albumine carnoso vix brevior; cotyled. orbiculatis planis radicula aequilongis. — Arbor f. ovalib. integerr., stip. caducis, florib. in cymulis axillarib. parvis.

1. DICLIDOCARPUS RICHII (tab. XIV.) Asa Gray l. c. — Hab. Ovalau Vanualewu pr. Sandalwood Bay. Feejee Inss. — Arbor circ. 40 ped. etc.

5363. SLOANEA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 515. — Walp. Rep. V. 116.)

1. SLOANEA QUADRIVALVIS, Seem. — Seemann in bot. of the voy. of Herald p. 85 tab. XV.

Arborea ramulis hirtellis, f. oblongis v. obovato-oblongis obtusis v. brevit. acuminatis b. rotundatis v. subcordatis utrinq. glabris nitidis, stip. subulatis persistentib., pedunc. axillarib. trichotomo-trifloris, calyce 4-partito, laciniis ovato-acuminatis ext. glabris int. albido-tomentellis, corolla nulla, anth. lin. longissime acuminatis vers. ap. poro dehiscentib., ovario hirsutissimo 4-loculari, caps. 4-valvi, pilis nigris brevib. hirtellis. ♄.

In regionib. australib. prov. Veraguas. — Arbor silvestris circ. 60 ped. F. 4—5 p. lg. 1½—2 l. coriaceis. Capsula nucis Avellanae circ. magnitudine.

5367. HELIOCARPUS *Linn.*

(DC. Prodr. I. 503. — Walp. Rep. I. 353.)

1. HELIOCARPUS ARBORESCENS Seem. — Seemann in bot. of the voy. of Herald p. 86.

Arborescens, f. cordatis longe acuminatis grosse et inaequaliter serratis, serraturis glandulosis, supra villosis subt. ramulis paniculisq. fusco-tomentosis, stip. decid., flor. panicul. ramulosis, ramulis subdichotomis, sep. lin. acuminatis petala spathulato-oblonga triplo superantibus.

In littoribus flum. Santamaria, district. Nata. — Frutex v. arbor parva circ. 10—14 ped. F. 5—6 p. lg., 3—4 l.; flores albidi, mensib. Novbr. et Decbr. apparentes.

5371. CORCHORUS *Linn.*

(DC. Prodr. I. 504. — Walp. Ann. II. 169.)

1. CORCHORUS CAPSULARIS L. (DC. Prodr. I. 505 n. 15). (Wght ic. 311 bona!). — Hasskarl in Retzia I. p. 139.

F. ovato- s. oblongo - lanc. acuminata, b. rotundata aut subcordata dentib. infimis setaceo-productis; ped. 3-flori oppositifolii.

Herba 3—4 ped., Javanica.

5372. TRIUMFETTA *Plum.*

(DC. Prodr. I. 506. — Walp. Ann. II. 169.)

1. TRIUMFETTA SPECIOSA Seem. (§. *Bartramea*). — Seemann bot. of the voy. of Herald p. 86.

Ramulis petiolis f. junioribusq. dense ferrugineo - tomentosis, f. inferiorib. trilobis 7-nerviis, superiorib. ovatis acuminatis 3-nerviis, omnib. serratis, serraturis calloso - glandulosis, fl. cymosis, calycib. magnis coloratis ext. villosis int. glabris, sep. in tubum concretis apiculatis petala b. hirsutissima 3-plo superantib., staminib. circ. 15, fructib. longe echinatis villosiusc.

Prope Hacienda de Boquete, ad Vulcanum Chiriqui. — Frutex c. 5 ped. F. inferiora 5—6 poll. lg., 3—4 l., calyx permagnus fere $1^1/_2$ p. diam., laete luteus et rubens. In regionib. australib. Mexicanis 3000—4000' alt. (Galeotti, Jurgensen, Linden) itidem in Veraguas.

2. TRIUMFETTA HUMIFUSA Hsskl. — Hasskarl in Retzia I. p. 139. —

Diagn. Herba luxurians humifusa, minute stellato-puberula; ramis elong. teretib. subangulatis, f. sparsis in ramis longe inter se distantib., in ramul. juniorib. sat densis, f. subrotundis cordatis, 3-nerviis, profunde 3-, nunc sub 5-lobis, lobo intermed. obovato, b. versus attenuato, lateralib. ovatis v. oblongis nunc bilobis, ramulor. secundarior. nunc subintegris nunc profunde 3-lobis, omnib. dentatis crispatis e dentib. marg. reflexo prominulis, juvenilib. stellato-puberulis seniorib. glabratis, subt. glaucescentib.; stip. lin - lanc. serrulatis; fl. oppositifoliis solitariis, pedunc. brevib., sep. linearib., pet. flavo-aureis, obovato-oblongis 6—7, stamina superantib., sepala aequantib. — Caps. depresso-glob., diam. 5-lin., glaberr., lucidula, aculeis firmis rectis, vix hamulatis, echinata, vertice impresso, 5-locul., indehiscens, sublignosa; loculi 2-, aut abortu 1-spermi; semina ubi sibi sunt applicata, valde applanata, nec septo sejuncta, ovoidea, acutissima, primo dense striguloso - puberula, dein glabrata, 2 lin. longa, 1 lin. l.; testa coriac., suballutacea, valde crassa et dura, badia; embryum intra alb. axillare excentricum aut centrale.

Hab. Javae or. littora borealia, ubi reperit eam Teysmann, horti Bogor. hortulanus. — Affines: *T. procumbens* Frst. (DC. Prdr. I. 508. 28) quae diff. f. subtrilob.; — *T. radicans* Boj. (Walp. Rep. II. 119 n. 7) diff. f. longe petiolatis ovalib. etc.

5376. GREWIA Juss.

(DC. Prodr. I. 508. — Walp. Ann. II. 171.)

1. GREWIA PERSICAEFOLIA A. Gray. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 198.

Glabra; f. oblongo-lanc. acuminatis subserratis b. obtusa tantum trinerviis laxe venosis membranaceis; pedunc. axillarib. solitariis, petiolo

sublongiorib. 2—3-floris; pedicellis pedunculo aequilongis; petalis minimis? toro ap. villoso-barbato; fr. hirsutulo.

Hab. Ovolau, Feejee inss. — Frutex glaber etc.

2. GREWIA ANCOLANA Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 301.

Innovationib. foliisq. juniorib. fugaciter puberis, f. ovatis v. elliptico-ovatis acuminatis, b. subaequali levit. cordatis, inaequaliter serratis, serraturis inferiorib. glandulosis, submembranaceis, 3-vix 5-nerviis costulatisque, subt. discolorib., inflorescentiis superne axillarib. solitariis longiuscule pedunculatis, umbellam compositam fere regularem referentibus, inferne glabriusculis, sursum alabastribusq. globosis rufis, petalis ovalib. calyce paulo brevioribus obtusis ap. erosis, ima b. hirtis et glandula transversa ad basin.

In Sumatrae distr. Angkola super., in regione silvatica (Jungh.). — Species valde distincta!

3. GREWIA PRUNIFOLIA A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 199.

Glabra; f. ovato-oblongis s. oblongo-lanc. acuminatis serrulatis b. rotundata trinerviis supra nitidis, pedunculis axillarib. 1—3-floris; petalis ovalib. obtusis, nectario linea pubescente cincto; toro ap. pubescente; stigmate crasso peltato; fr. hirsutulo.

Hab. Ovalau, Feejee inss. — Frutex frequens etc.

$5376/_1$ **BELOTIA** *Ach. Rich.*

(Endl. suppl. II. Add.)

(*Adenodiscus* Walp. Ann. I. p. 111.)

ADENODISCUS, Turcz Bull. d. Mosc. XIX 501. — Planchon Ann. sc. nat. IV. t. 3 p. 292.
= BELOTIA Ach. Rich. Fl. Cub. 207.
= GREWIA MEXINA DC. (DC. Prodr. I. 510 n. 18).

Subordo II. *ELAEOCARPEAE* Juss.

5384. **ELAEOCARPUS** *Lin.*

(DC. Prodr. I. 519. — Walp. Ann. II. 173.)

1. ELAEOCARPUS (*Acronodia?*) LAURIFOLIUS A. Gray. — Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 203.

E. glaber; f. coriaceis oblongis subserratis utrinque acutis v. subacuminatis supra nitidis; racem. axillarib. brevib. paucifloris; fl. diclinis, masculis perianthio 5-mero; pet. laciniatis; antheris vix apiculatis plurimis.

Hab. Feejee inss. — Speciminis unici descr. cfr. l. c.

2. ELAEOCARPUS CASSINOIDES A. Gray. — Asa Gr. l. c. p. 204.

Glaber; f. coriaceo-chartaceis obovatis denticulatis levit. penninerviis; racemis axillarib.; drupa pyriformi.

Hab. Tonga s. Friendly Isl.; Feejee Isl. — Flores adhuc ignoti.

3. ELAEOCARPUS PYRIFORMIS A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 205.

Subglaber; f. membranac. ellipticis utrinq. obtusissimis serrulatis perspicue penninerviis; racemis axillarib.; drupa pyriformi.

Hab. Sandal-wood Bay, Vanualewu, Feejee isl. — Arbor cortice ruguloso etc.

5385. MONOCERA *W. Jack.*

(Walp. Rep. I. 364. — Walp. Ann. II. 174.)

1. MONOCERA GRANDIFLORA Hook. — Hook. in bot. mag. tab. 4680.

F. elliptico-lanc. b. attenuatis ap. obtusiusculis remote crenato-serratis integerrimisve, racemis axillarib. paucifloris pedicellis elongatis gracilib. petiolo longioribus.

Monocera grandiflorum in v. Houtte VIII. p. 185 c. tab. (ex bot. mag.) — Lemaire jard. fleur. IV. tab. 339 (ic. ex Hook. mutuata). — *Elaeocarpus grandiflorus* Smith. in Rees Cycl. n. 5. — *M. lanceolata*, Hassk. Cat. pl. hort. bot. Bogor. p. 208. — *El. lanceolata*, Bl. Bidr. p. 119. — Spreng. Syst. cur. post. p. 189.

Planta in ins. Java- indigena.

5387. FRIESIA *DC.*

(DC. Prodr. I. 520. — Walp. Ann. II. 174.)

ARISTOTELIA Herit. (DC. Prodr. II. p. 56). — Planchon in Ann. sc. natur. IV. tom. 2. p. 265.

= FRIESIA auct. (pr. p.). — *Aristotelia racemosa* Hook. f.

= FRIESIA RACEMOSA All. Cunningh.

5462. ANTHOLOMA *Labill.*

(DC. Prodr. I. p. 565.)

Planch. in Ann. sc. nat. IV. t. 2 p. 260.

Genus non ad *Margraviaceas* sed ad *Tiliaceas* et ad *Elaeocarpeas* collocandum.

Ordo XXXVII. DIPTEROCARPEAE *Blume.*

(Walp. Rep. V. p. 121.)

DOONA ZEYLANICA *Thw.* (tab. XII. vol. III.).

Thwaites in Hook. Kew gard. misc. IV, 7.

Char. gener.

Arbor ingens, resinifera, vers. ap. ramosiss. F. alterna, stipulata, vernatione conduplicata, nec plicata; stipul. binis decid. Cal. persist., 5-partit., in aestivat. contort.; sep. 2 interior. minimis, 3 exteriorib. majorib. crescentibusque. Cor. 5-pet., petal. ad b. connatis. Stam. 16, biseriata; filam. dilatatis ad med. connatis; anth. subquadrat. intrors., longitudinalit. dehiscentib., singula claviculo dorsali instructa. Ovar. super., 3-locul., locul. 2-sperm.; ovul. semianatrop. pendentib. Styl. simplex, curvatus. Stigma simplex. Inflor. ad ap. ramor. paniculata; paniculis axillaribus terminalibusque.

1. DOONA ZEYLANICA. — Arbor excelsa, 60 ped. f. 2—2½ p. lg. ¾ l., pet. ½ p. lg. Calyx pallide viridis rubro-tinctus; petala pallide rosea; antherae luteae, dorso claviculo atro-rubro instructae. — In Zeylaniae silvis frequentissima.

STEMONOPORUS *Thw.*

Thwaites in Kew gard. misc. VI. 67.

Cal. 5-partit., lacin. aequalib.; fructif. vix auctis. Cor. petala 5, aeq., aestiv. convolutiva. Stam. 15, biseriata (5 interna, 10 externa), monadelpha; filam. in annul. brevem, ovar. cingentem, coalita; antherae oblg., intrors., singulae poro terminali dehisc., connectivo non producto. Ovar. 3-locul.; loc. bi-ovulatis; ovula ex ap. anguli centr. collateraliter pendula, anatropa. Styl. filif. simplex. Stigma simplex. Fr. sphaeric., calyce reflexo suffultus, coriac., abortu 1-locular., 1-sperm., irregularit. dehiscens (¾—1 p. diam.). Semen testa membranac.; embryonis exalbuminosi cotyledon. crassiusculae, plicato-convolutae. — Arb. Zeylanicae; f. petiolat. altern., glabris, penniveniis, oblg., integerr., rigid., venosis, petiolis cylindricis; stipulis minutiss. fl. prope apices ramulor. sitis, paniculatis, racemos. v. subsolitariis, albid. v. flavescentib., 5—7 lin. lat.; panicul. axillarib.

1. STEMONOPORUS GARDNERI Thw. l. c.

F. oblong. lanc., acuminat., b. rotundatis 3½—4 p. lg., ½—2 p. l., pet. 1 p. lg., florib. paniculat., panicul. plus minusve elongatis, 4—12 fl., pedicell. 3—4 lin. lg., decurvatis. — (Tab. II. A.)

Arbor magna, vulgaris prope „Adams Peak" circa 5000′ alt. — Fl. Febr. — C. P. n. 1920 in herbar. Peradeniensi.

2. STEMONOPORUS AFFINIS, Thw. — Thwaites in Kew gard. misc. VI. 68.

F. oblong-lanc., acuminat., b. rotundatis 3—4 p. lg., 2—2½ p. l., pet. 8 lin. lg., florib. subsolitar., pedunculis brevibus.

C. P. n. 2430 in herb. Peradeniensi.

Arbor rarior in districto Hunasgiria, in elevatione c. 4000′. — Arb. *St. Gardneri* affinis, sed florib. suis subsolitariis foliisque minus rigidis et calycis divisionib. angustioribus a praecedenti discrepans.

3. STEMONOPORUS LANCEOLATUS, Thw. l. c.

Fol. lanc., acuminatis., b. angustatis supra minute venulosis 4—8 p. lg., $1^3/_4$—$2^1/_2$ p. l., pet. 6 lin. lg., fl. paucis subsolitar., pedunc. breviss., calyc. segmentis lin-lanc.

C. P. n. 2658 in herb. Peradeniensi.

Arbor parva, in silvis umbrosis humid. pr. Ratnapoora.

4. STEMONOPORUS OBLONGIFOLIUS, Thw. — Thwaites Ceylon plants in Kew gard. misc. VI. 68.

F. oblong., prope ap. angustatis obt. b. rotundatis, 4 — $6^1/_2$ p. lg., $1^3/_4$ — $2^1/_2$ p. l., pet. 6. lin. lg., pedunc. 4 lin. lg. 1 — 2 fl., pedicellis 2 — 3 lin. lg., calyc. segmentis ovato-oblongis.

n. 2646 in herb. Peradeniensi.

Arbor ampla, in silvis dictis Ambagamowa, in elevatione c. 4000′. — Fr. Decbr.

5. STEMONOPORUS RIGIDUS Thw. l. c.

F. rigidissimis oblong., obtus. b. subrotundat. aliquando cuneatis $3^1/_2$—$5^1/_2$ p. lg., $1^1/_2$—$2^1/_4$ p. l., pet. 6 lin. lg., pedunc. breviss. 1—3 floris, pedicell. 2 lin. lg., calyc. segmentis ovato-oblong., obtusis.

C. P. n. 2645 in herb. Peradeniensi.

Sparsim in districtu Ambagamowa. — Fl. Decbr.

MONOPORANDRA *Thw.*

Thwaites, Ceylon plants in Kew gard. misc. VI. 69.

Cal. 5-partitus, lacin. aequalib.; fructifer. vix auctis. Corollae pet. 5, aequal., aestiv. convoluta. Stam. 5, 1-seriata, monadelpha; filam. in annulum brevem ovar. cingentem coalita. Anth. oblg., introrsae, singulae poro termin. dehiscentes, connectivo non producto. Ovar. liber., 2-loc.; loc. 2-ovulatis; ovula ex ap. anguli central. collateralit. pendula hemianatropa. Styl. filiform. simplex. Stigma simplex. Fructus ut in genere Stemonoporo, sed dimidio minor. — Arbores Zeylanicae mediocres, f. alternis integerr., rigid., acuminatis; fl. axillarib., paniculatis v. subsolitariis, flavescentib., 4—5 lin. latis.

1. MONOPORANDRA ELEGANS Thw. — Thwaites, Ceylon plants, in Kew gard. misc. VI. 69. (tab. II. B).

F. lanc., lg. acuminatis b. subrotundat., $2^1/_2$ p. lg., (acumine $^1/_2$ p. lg.), 1 p. l., venis primar. supra prominentib., pet. 4 lin. lg., calyc. segmentis lanc-linearibus.

C. P. n. 371 in herb. Peradeniensi.

Arbor mediocris, in districto Saffragam abundans, ad basin montis „Adams Peak" dicti, in elevat. c. 2000′.

2. MONOPORANDRA CORDIFOLIA, Thw. l. c.

F. cordatis, acuminat., $2^1/_2$—3 p. lg., $1^1/_4$—2 p. l., venis primar. supra depress. subt. prominentib., pet. 6 lin. lg. calyc. segmentis lanceolat.

C. P. n. 2647 in herb. Peradeniensi.

Haud rara in district. Ambagamowa et Saffragam, circ. 3000′.

5392. DIPTEROCARPUS *Gaertn. f.*
(Walp. Rep. V. p. 121.)

1. DIPTEROCARPUS VERNICIFLUUS Bl. — Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. 35.

F. lato-lanceolatis firmis, subtus villosis.

Mocanera verniciflua Blanco Fl. Filip. 450.

2. DIPTEROCARPUS BLANCOI Bl. — Bl. l. c. p. 35.

F. lato-ovatis. obs. obtuse serratis (s. crenatis?) glabris; calyc. laciniis majorib. in fructu lanceolatis.

Mocanera grandiflora Blanco l. c. 451.

In Philippinis.

3. DIPTEROCARPUS QUINQUEGONUS Bl. — Bl. l. c. p. 36.

F. e b. rodundatâ ovatis ovalibusve (5 — 8 p. lg., $2\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$ l., pet. 1 p.) obtusiusculis repandis coriaceis supra glabris subt. in nervo med. et costis appresse puberulis; gemmis subulatis ramulisq. glabriusculis calyce ima (basi) subquinquegono.

D. Hasseltii (haud Bl.) Korth. bot. Verh. 65.

A Dipt. Hasseltii Bl. f. b. haud cuneato-obtusis sed rotundatis subtusq. in nervis pubescentib. satis distinctus. — In Borneo.

Species non satis cognitae.

4. DIPTEROCARPUS VALIDUS Bl. — Bl. l. c. p. 36. — F. e b. rotundata v. subcordata ellipticis (1—2 ped. lg., 7 — 11 p. l., pet. 2 — $2\frac{1}{2}$ p.) acutis v. obtuse apiculatis repandis coriaceis firmis transverse plicatis glabris v. in nervo med. (supra convexiusculo) utrinq. et costis subt. appresso-pubescentib.; gemmis cylindraceis obtusis ramulisq. pilis penicillatis stuppeis. — in Borneo.

5. DIPTEROCARPUS OBLONGIFOLIUS Bl. — Blume l. c. p. 36. — F. e b. obtusa oblongis v. elliptico-oblongis (6—9 p. lg., $1\frac{3}{4}$ — 3 p. l., pet. $\frac{3}{4}$ — 1 p.) obt. acuminatis repandis coriac. glabris v. in nervo medio et venis subt. appresso-pubescentib.; gemmis cylindraceis obtusiusc. ramulisq. fusco-tomentosis. — In Borneo.

6. DIPTEROCARPUS BALSAMIFER Bl. — Blume l. c. p. 37. — F. e b. obtusa v. subcordata oblongis (8—11 p. lg., $2\frac{1}{3}$—4 p. l., pet. $\frac{3}{4}$—$1\frac{3}{4}$ p.) obt. acuminatis subrepandis chartaceis supra glabris subt. in nervo medio et venis appresso-pubescentib.; gemmis subulatis ramulisq. glabris. — In Borneo.

7. DIPTEROCARPUS FULVUS Bl. — Blume l. c. p. 37. — F. e b. rotundatâ v. subcordata ellipticis lanceolatisve (4—8 p. lg., 1 — $3\frac{1}{4}$ l., pet. $\frac{3}{4}$ — 1 p.) brevit. acuminatis subintegerrimis coriac, juniorib. utrinq. villosiusc., adultis supra glabris subt. stellato-tomentosulis et in nervo med. et venis fusco-hirsutis; gemmis conicis obtusis ramulisque fulvo-villosis. — An a D. vernicifluo, qui mihi solummodo ex descr. cl. Blanco notus, satis distinctus? — In Philippinis a divo Perrottet lectus.

5392/1. ANISOPTERA *Korth.*
(Walp. Rep. V. p. 124.)

Blume m. bat. Lugd. B. II. p. 41.

1. ANISOPTERA POLYANDRA Bl. — Bl. l. c. p. 42.

F. ovalib. v. ovali-oblongis (2 — 6 p. lg., 1 — 3 l., pet. $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ p.)

acutiusculis v. obtusis b. rotundatis v. subcordatis venosis glabris; fl. polyandris — Dipterocarpus parviflorus et D. microcarpus herb. Zipp.

In Nova - Guinea.

Species adhuc dubiae.

2. ANISOPTERA THURIFERA Bl. — Bl. l. c. p. 42.

F. ovato-oblongis glabris; fl. paniculatis terminalib, polyandris.

Mocanera thurifera Blanco Fl. Fil. 446.

In Philippinis.

3. ANISOPTERA PLAGATA Bl. — Bl. l. c. p. 42.

F. lanc. glabris firmis in axill. venar. subt. glandulosis; fl. in racemis axillarib. ramosis polyandris.

Mocanera Plagata Blanco Fl. Filip. 447.

In Philippinis.

4. ANISOPTERA BANTAMENSIS Hsskl. — Hasskarl in Retzia I. p. 140.

Diagn. Arbor mediocris pyramidalis glaberr.; f. oblongis brevit. acuminatis b. nunc acutis nunc obtusiusc., nervis secundariis subopp., coriac., subt. lepidotis, supra nitidulis concavis, petiolo primo patenti, dein adscendenti, pet. oblongo-lanc., ap. inflexis et ciliolatis; antherar. connectivo in mucronem brevem producto, calycis fructiferi lobis subcoloratis 3-nerviis, lepidoto-punctulatis, 2 longiorib. subreflexis.

Hab. Reperi anno 1841 in silv. montanis litoris meridion. prov. Bantam, Javae insulae.

5393. **DRYOBALANOPS** *Gaertn.*

(Endl. gen. pl. suppl. II. p. 80. — Walp. Rep. V. 125.)

1. DRYOBALANOPS AROMATICA Gaertn. fil. — Bl. mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 38. —

Dr. Camphora Colebr. — *Dipt. Driobalanops* et *Dipt. teres* Steud. nomencl. *Shorea camphorifera* Roxb. — *Pterygium teres*, Correa in ann. mus. X. 159. tab. 8 f. 1 etc. — De synonymis hujus arboris. cfr. l. c. p. 38—41. — Cfr. de Vriese in Hook. Kew. gard. misc. IV. 33. et Hook. in Hook. l. c. p. 200—206., tab. VII. et VIII.

5494. **VATERIA** *Lin.*

(Walp. Rep. V. p. 126.)

1. VATERIA INDICA Linn. (Walp. Rep. V. p. 126 n. 1). — Bl. mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 29.

Paniculae ramis elongatis; anth. puberulis subsessilib.; connectivo bifido.

Linn. spec. pl. 734 (excl. ut in seq. Syn. hort. Malab.) Wght. et Arn. Prodr. I. 83 ex p.

In Zeylania.

2. VATERIA MALABARICA Bl. — Bl. l. c. p. 29.

F. e b. obtusâ v. subcordata elliptico-oblongis (4—8 p. lg., 2—4 l., pet. 1-poll.) acutis glabris; paniculae ramis brevib.; anth. glabris filam. distinctis suffultis, connectivo indiviso.

V. Indica (haud Linn.) Roxb. Cor. III. tab. 288, ejusd. fl. Ind. II. 602 2. Wght. ill. I. tab. 36. — *Chloroxylon Dupada* Buchanan Journ. in Mysore etc. II. 476. — *Paenoe Rheed.* hort. Mal. IV. 33. 15.

5395. VATICA *Linn.*

(Walp. Rep. V. p. 127.)

1. VATICA LANCEAEFOLIA Bl. — Bl. mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 31.
   Vateria lanceaef. Roxb. fl. Ind. et Wght. Ill. (Walp. Rep. V. 126 n. 2). — Wall. herb. n. 4405. — *Vateria lanceolata* W. et Arn. Prodr. I. 84. — *Retinodendron lanceaefolium* Korth.

   In Silhet, Chittagong, caet.

2. VATICA ROXBURGHIANA Bl. — Bl. l. c.
   Vateria Roxburgh. (Walp. Rep. V. 126 n. 3).
3. VATICA RASSAC Bl. — Bl. l. c.
   Retinodendron Rassak Korth. (Walp. l. c. n. 5).
4. VATICA PAUCIFLORA Bl. — Bl. l. c.
   Retinodendron paucifl. Korth. (Walp. l. c. n. 6).

Species dubia:

5. VATICA VENULOSA Bl. — Bl. l. c. p. 32.

F. oblongis lanceolatisve (3—4 p. lg., 1 — $1\frac{1}{2}$ p. l., pet. 2 — 3 lin.) utrinq. obtuse attenuatis venuloso-reticulatis.

In Borneo.

5395/1. SHOREA *Roxb.*

Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 32.

Calyx pentaphyllus, foliolis imbricatis, inaequalib., denique in alas foliaceas erectas aeq. v. inaequales expansis. Corollae pet. 5, hypogyna, aequilatera, praefloratione convolutiva, basib. latiora imbricata, superne patentia. Stam. 25 v. indefinita, hypog. bi-tri-seriata; filamenta basib. membranac-dilatatis cohaerentia; antherae biloc., subinaequivalves, cordatae obtusae, connectivo infra ap. in cuspidem penicillatam producto. Ovar. liberum, triloc., locul. biovulatis. Ovula ex ap. anguli centralis collateraliter pendula, anatropa. Styl. brevis crassus; stigma obtusiusc. v. tridentatum. Nux coriacea, calyc. foliolis inferne arcte imbricatis superne conniventib. inclusa, abortu 1-sperma. Sem. inversum dissepimentorum axe perforatum. Embr. exalbuminosum, orthotrop.; cotyled. max., crassissimae, inaeq. oblique incumbentes, petiolatae, b. bilobae; radicula immersa, supera. — Arb. Asiae tropicae, resiniferae; f. alternis, integerr. v. repandis, venosis; stip. lateralib., geminis, liberis, deciduis; paniculis axillarib. et terminalib.; fl. secundis, flavis, odoratissimis.

Genus hoc a *Vatica* Linn., cui pleriq. accensent auctores, plane diversum, nempe et praefl. calycis imbricatà et staminib. numerosiorib., in *Vatica* Linn. perinde dispositis atque in *Hopea* Roxb. Huc accedit differentia fructus.

1. SHOREA OBTUSA Wall. — Bl. l. c. p. 32.

F. coriaceis obovato- v. elliptico-oblongis ($3\frac{1}{2}$—7 p. lg., $1\frac{3}{4}$—$3\frac{3}{4}$ l., pet. $\frac{1}{2}$ — 1 poll.) obtusis b. acutis rarissime rotundatis subrepandis in

axill venar subt. pubescentib.; paniculis ramulisq canescentib subvelutinis. — Wall. Cat. n. 966 (sed impura!).

Vatica obtusa Steud. nomencl. bot. II. 745.

In India or.

2. SHOREA LEPIDOTA Bl. — Bl. l. c. p. 32.

Vatica lepidota Korth. (Walp. Rep. V. 127 n. 3).

In silvis Sumatrae.

3. SHOREA SELANICA Bl. — Bl. l. c. p. 33.

F. chartaceis cordato-oblongis (4—8 p. longis, 2—2¾ l., pet. 5—6 lin.) cum acumine brevi obtuso, supra in nervo med. tomentosulis subt. stellato-puberulis; paniculis ramulisq. ochraceo-tomentosis.

Engelhardtia Selanica Bl. in fl. Jav. Juglandeae 8. — *Dammara Selanica* mas Rumph. herb. Amb. II. 168 tab. 56. — *Dammar Selan* Boom, Valent. Amb. 211 fig. XXVIII.

β. var. *latifolia* foliis majoribus.

Engelhardtia spicata Bl. Fl. Jav. l. c. (solummodo quod attinet ad Syn. herb. Amb.) — *Dammara Selanica* femina Rumph. herb. Amb. II. 169.

Cum varietate in Moluccis.

Species non satis cognitae.

4. SHOREA OVALIS Bl., Bl. l. c. p. 33.

Vatica ovalis Korth. (Walp. Rep. V. 127 n. 4).

In Borneo ad m. Parawin.

5. SHOREA MAYAPIS Bl. — Bl. l. c. p. 33.

F. membranaceis brevissime petiolatis ovatis v. lato-lanc. glabris; fl. paniculatis terminalib.

Mocanera Mayapis Blanco Fl. Filip. 449. — *Mayapis indig.*

In Philippinis.

6. SHOREA GUISO Bl. — Bl. l. c. p. 34.

F. firmis brevissime petiolatis ovato-oblongis glabris; paniculis paucifloris.

Mocanera Guiso Blanco l. c. 449. — *Guiso* s. *Guijo indig.*

In Philippinis.

7. SHOREA MANGACHAPOI Bl. — Bl. l. c. p. 34.

F. membranaceis brevissime petiolatis lato-lanc; paniculis axillarib. paucifloris.

Mocanera Mangachapoi Bl. l. c. 450. — *Mangachapoi indigen.*

In Philippinis.

8. SHOREA MALAANONAN Bl. — Bl. l. c. p. 34.

F. ovato-lanc. subtus incanis.

Monacera Malaanonan Blanc. l. c. 858. — *Malaanonan indig.*

In Philippinis.

5396. **HOPEA** *Roxb.* (*non Hoppea*).

Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. 34.

A Shorea Roxb. maxime nonnisi staminum numero ac dispositione diversa, cum quo genere eadem prorsus ei intercedit necessitudo, quae Vaticae Linn. c. Vateria Linn.

1. HOPEA BALANGERAN Korth. (Walp. Rep. V. 128 n. 5). — Bl. l. c. p. 34.
Balangeran indigen.
Arbor haec resinam umbrinam, ab indigenis Njating Mahambong dictam profert. — In Borneo.

Species dubiae:

2. HOPEA SANGAL Korth. (Walp. l. c. n. 6). — Bl. l. c. p. 34.

3. HOPEA SERICEA Bl. — Bl. l. c. p. 35.

F. chartaceis e b. obtusa v. acutiusc. ellipticis (2—3½ p. lg., 1—1¾ p. l., pet. 3—4 lin.) cum acumine obtuso in axillis venar. subt. pubescentib. supra in nervo medio ramulisq. sericeo-velutinis.

Dryobalanops? sericea Korth. in Verh. nat. Gesch. bot. 72.
In Borneo.

4. HOPEA TANGILI. — Bl. l. c. p. 35.

F. membranaceis ovato-oblongis glabris.

Mocanera polysperma Blanco Fl. Filip. 448. — *Tangili indig.*
In Philippinis.

Ordo XXXVIII. CHLAENACEAE *Thouars.*

(DC. Prodr. I. 521. — Walp. Ann. I. 113.)

Ordo XXXIX. ANCISTROCLADEAE *Planch.*

(Walp. Ann. II. p. 175.)

Genus SYMPLOCEIS AFFINIS.

ANCISTROCLADUS *Wall.*

Wormia, Vahl; *Bigamea*, Kōnig.

Thwaites, note on the genus *Ancistrocladus* in Linn. transact. XXI. p. 225.

Fl. hermaphr. Cal. tubo c. ovario connato; limbo 5-partito; lacin. oblongis inaequalib., imbricatis, 3 majorib., omnib. increscentib., persistentib. Corollae petala 5, aeq., concava, b. connexa. Stam. 5, imae corollae inserta, petalis alterna, (in Anc. Heyneano stam. 10 in serieb. duab.). Filam. b. incrassata, monadelpha ap. cuspidata; anth. adnatae, bilocular., longitudinal. dehisc.; locul. b. divergentib. Ovar. infer. 1-lo-

culare. Ovul. 1 erect. anatrop. Styl. subglob. persist. Stigmata 3, erecta linearia, compressa, truncata, decidua. Nux coriac., calyc. laciniis coronata. Semen cerebriforme, erectum; testa plicato-intricata, album. carnosum plicis involventi. Embr. orthotrop., clavatus; cotyledon. subfoliac., divergentes; radicula prope hilum posita. — Frutices Indici et Zeylanici etc.

1. ANCISTROCLADUS Vahlii, W. Arn. (*Wormia hamata* Vahl.). — Linn. transact. XXI. tab. XXIV. fig. 1—18.

Ordo XL. TERNSTROEMIACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 523. — Walp. Ann. II. 176.)

(Endl. gen. pl. n. 4405 — 4432.)

Champ. the *Ternstroemiac.* pl. of Hong Kong in Transact. Linn. vol. XXI. 1853. p. 111—116. tab. XII. et XIII.

Zolling. Syst. Pfl. Verz. (Ind. or. et Jap.) 1854. p. 142—148.

Nobis reducendum videri intra fines huic appritos a clar. Decandolle in sua eximia dissertat. (mem. soc. h. nat. Gen. t. 1.) includentes prodromi 3 priores sectiones tantum: quod caeteras sectiones infelicissime in prodr. additas et quae limites inter *Camelliaeas* prorsus indistinctas praestiterunt, eas sine dubio huic posteriori ordini restituimus, quaerendae ergo nostrae Javanicae *Gordonieae* intra *Camelliaceas*, — Nobis omnino praeterea conveniens videtur nostras sic definitas *Ternstroemiaceas* intra *Corollifloras* non procul a *Stryacaceis* et *Ebenaceis* ratio collocare, ut censebat clar. Mirbel. — *Camelliaceae* intra *Thalamifloras* remanent et pr. Guttiferas quibus, mediantib. *Bonnetiacis*, affines.

E Ternstroemiaceis excludendae plantae:

(Zolling. Verz. p. 145.)

EURYA ROXBURGHII Wall. Cat. 1634. — ex Zoll. et Moritzi Verz. p. 26.

LEUCOXYLON BUXIFOLIUM Bl. potius ad *Styracineas* amandandum.

Tribus I. *COCHLOSPERMEAE* Endl.

6403. **AMOUREUXIA** *Moc. et Sess.* (*Planch.*).

(DC. Prodr. II. 638. — Walp. Ann. I. 114.)

Asa Gr. pl. Texano-Mexican. in Smiths. Contrib. III. art. V. p. 29.

Generis charact. completat: Capsula pendula ovoidea (bipollicaria) trilocularis, 6 valvis; valv. coriaceis ab endocarpis et dissepimentis scariosis tenuissimis, axi centrali persistente adnatis secedentib.; locu-

lis polysp. Semina placentae centrali incrassatae affixa, obovoideo-rotundata, breviter anatropa, integum. exterius tenue membranac., laxum fragile, arilliforme, facie ventrali rhachi brevi prominente percursum, hilo parvo notatum, ab integumento interiori osseo nitido leviter reniformi omnino solutum. Embr. in axi albuminis dense carnosi sigmoideo-biarcuatus, ejusd. fere longitudine; cotyled. foliaceis subflexuosis; radicula crassissima brevi, hilo proxima.

1. AMOUREUXIA WRIGHTII A. Gray. — Pl. Wrightian. in Smithson. Contrib. V. p. 26.

F. 5-partitis v. sub 7-partitis, segm obovatis b. cuneatis; fr. oblongo-ovoideo (saep. 2-pollic.); seminib. obovoid. haud incurvis, tegumento externo laxo arilliformi glabro; embryone biarcuato.

A. Schiedeana Gray Pl. Wright. Smith. Contrib. III. p. 29. tab. 3 B. excl. syn.

2. AMOUREUXIA SCHIEDEANA (Planch. in Hook. Lond journ. bot. VI. p. 140 t. 1). — Pl. Wright. II. (Smithson. Contrib. vol. V.) p. 26 tab. XII. A. (Walp. Ann. I. 115 n. 1).

F. 7-9-partitis, segm. spathulatis; fr. ovoideo-globoso pollic.; seminib. reniformi-curvatis, tegumento externo tenui hispidulo, interiori conformi, embryone homotropo incurvo.

Non Gray Pl. Wrigth. I. p. 29 tab. III.

In Mexico et in Nova-Granata indigena.

3. AMOUREUXIA MALVAEFOLIA A. Gray. — Asa Gray pl. Texano-Mexic. in Smithson. Contrib. III. art. V. p 29.

F. orbiculatis sublobatis, lob. (7) truncatis, costis subt. c. pedunculis calycibusq. tomentulosis; staminib. vix inaequilongis.

Mexico septemtr. pr. Chihuahua.

5405. **COCHLOSPERMUM** *Knth.*

(DC. Prodr. I. 527. — Walp. Ann. II. 176.)

1. COCHLOSPERMUM GOSSYPIUM DC. (DC. Prodr. I. 527; Walp. Rep. I. 367). — J. D. Hooker, Himalay. Journ. I. p. 53 tab. I.

Tribus II. *TERNSTROEMIEAE.*

5409. **TERNSTROEMIA** *Mut.*

(DC. Prodr. I. 523. — Walp. Rep. I. 368, V. 130.)

1. TERNSTROEMIA MICRANTHA Choisy. — Zollinger. Syst. Verz. 1854 p. 143 et 145.

Fol. elliptico-ovatis, acuminatis b. acutis marg. integris petiolatis, pedunculis brevib. unifloris secus ramulos dispersis spicam laxam efformantib., sepalis ovato-rotundis glabris. Frutex.

Species non procul a *T. carnosa* St. Hil. collocanda. — Cor. lutea. (Fl. virescenti-albidi Zoll.). — Java, in herbario h. bot. Bogoriensi e monte Gedé allata. — *Reinwardtia elongata* Korth. Verh. p. 103 t. 12. fig. 2. — *R. patens* Korth. Verh. p. 102. t. 12. fig. 1 vix differt a *T. Lushia* Ham.

5410. **EURYA** *Thunb.*

(DC. Prodr. I. 525. — Walp. Rep. I. 369.)

1. EURYA JAPONICA Thunb. (DC. Prodr. I. 525). — Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. 106.

β. var. *uniflora:* foliis textura tenui subchartacea, reticulatione venarum subt. paulo distinctiore; pedunc. vulgo solitariis. —

Eurya uniflora Sieb. in Münch. Abh.

In Japonia spontanea.

γ. var. *montana:* f. coriaceis v. subchartaceis, pedunculis saepe confertis.

Eurya montana Sieb. l. c. 203. — *Eurya multiflora* (haud DC.) Sieb. herb.

In Japoniae montanis sponte crescens.

δ. var. *hortensis:* f. minorib. (3/4—1 3/4 p. lg., 3—7 l.), lanc. coriaceis.

Eurya hortensis Sieb. l. c. 202.

Cum α. et β. in hortis regni Japonici:

a. fol. variegatis.

b. fol. crispulis. — *Eurya crispa* Sieb. herb.

ε. var. *linearifolia:* f. minorib. (7—14 lin lg., 1 1/2—3 l.) linearib. obtusis v. retusis.

In hortis, Jedo.

ζ. var. *pusilla:* f. minorib. (1/2—1 1/3 p. lg., 3—6 l. l.) ellipticis v. elliptico-lanc.

Eurya pusilla Sieb. herb.

In Japonia in litore.

η. var. *microphylla:* f. parvis (3—8 lin, 1 1/2—4 l. l.) cuneato-oblongis obtusis.

Eurya microphylla Sieb. l. c. 200.

In Oosaka culta.

2. EURYA OBOVATA Bl. — Blume l. c. p. 107.

Ramulis ultimis subancipitib. glabris; f. e b. cuneatâ obovatis v. ellipticis oblongisve (8—14 lin., 4—7 lin. l., pet. vix 1/2—1 lin. lg.) obtusiusc. v. retusis serratis glabris obs. reticulato-venosis; fl. solitariis geminisve brevit. pedunculatis; calyc. foliolis orbicularib. inaequalib., 2 exteriorib. minorib. rotundatis, interiorib. obs. retusis; stylis 3—4 brevissimis distinctis, baccis subglobosis, glabris.

Bl. Fl. Jav. praef. VII.; Korth. in Verh. 118. 5. (Walp. Rep. I. 369. n. 4 et 10). — *Geeria obovata* Bl. Bijdr. 125.

Arbuscula ramosissima glabra, caet. — In cacumine mont. ignivomorum Javae, Celebes caet.

var. *elliptica:* f. majorib. ellipticis (3/4—1 3/4 p., 1/2—3/4 p. l.).

E. reticulata Korth. in Verhandl. bot. 118. 6. ex p. t. 17.

In summo montis Merapi ins. Sumatrae.

3. EURYA RETICULATA Korth. — Blume l. c. p. 107.

Ramulis ultimis angulatis glabris; f. e b. acuta v. angustata ellipticis (3/4—1 1/3 p., 5—9 lin. l., pet. 1/2—2 lin.) obtusiusculis v. c. acumine

brevi retuso serratis glabris distincte reticulatis; fl. solitariis geminisve breviter pedunculatis; calyc. foliolis rotundato-ovatis subaequalib ; styl 4 brevissimis ima in stylum brevem crassum connatis; baccis ovoideo-. globosis glabris.

Korth. in Verhandl. bot. 118. 6 (ex parte!). — (Walp. Rep. I. 369 n. 5). Species praesert. f. subt. reticulatione ab obovata Bl. distincta. — Arbuscula 3—10 ped. caet. — In cacumine mont. ignivomi Merapi Sumatrae.

4. EURYA CHINENSIS R. Br. (DC. Prodr. I. 525 n. 2). — Bl. l. c. p. 108.
Eurya littoralis Sieb. in Münchn. Abh. — Cfr. Blume l. c. pl. diagn. et descr.

5. EURYA CONEOCARPA Korth. (Walp. Rep. I. 369 n. 3). — Bl. l. c. p. 108.

β. var. *flexuosa:* ramulis flexuosis; f. subsessilib. e b. cuneata ellipticis (1—1½ p., 6—10 lin. l.) obtusis v. retusis glabris v. ad nerv. med. subt. pubescentib.

γ. var. *pubinervis:* f. brevissime petiolatis e b. angustata oblongo-lanceolatis ellipticisve (1⅔—3 p., 7—13 lin. l., pet. 1—2½ lin.) brevit. obtuse acuminatis ad nerv. med. subt. interd. pubescentib.

δ. var. *elongata:* f. brevissime petiol. e b. angustata lanceolatis (1⅔—3¼ p., 6—10 lin. l., pet. ½—1 lin.) obtuse acuminatis glabris.

ε. var. *varians:* f. petiolatis e b. angustata oblongo-lanceolatis (2⅓—3½ p., 7—13 lin. l., pet. 3—5 lin.) longe acuminatis ad nervum med. subt. interd. pube appressa obsitis.

Cum varietatib. in Java circa declivia altiora montium Gedeh, Pangeranghu, caet.

6. EURYA GLABRA Bl. — Bl. l. c. p. 109.

Ramulis ultimis lin. decurrentib. obsolete angulatis glabris, f. e b. angustatâ ellipticis v. oblongo-lanceolatis (1½—3 p., 7—13 lin. l., pet. 1—3 lin.) acuminatis serrulatis glabris subt. reticulatis; fl. solitariis geminis v. saepius confertis brevissime pedunculatis; calycis foliolis subaequilongis, 2 exteriorib. subrotundo-ovatis; interiorib. subrotundis ap. complicatis; stylis 3—4 brevib. ad bas. in stylum crassum cylindricum connatis; baccis depresso-globosis glabris.

Bl. Fl. Jav. praef. VII.; Korth. in Verhdlg. 114 2. — *Eurya tristyla* (ex parte!) W. et Arn. Prodr. (Walp. Rep. I. 369. n. 12).

In Java occid. in monte Gedeh caet.

7. EURYA PHYLLANTHOIDES Bl. — Blume l. c. p. 110.

Ramulis ultimis teretiusculis v. lineis decurrentib. striolatis ap. sericeo-puberis; f. e b. angustata oblongo-lanceolatis (2½—4 p., ¾—1⅓ p. l., pet. 2—3 lin.) acuminatis serrulatis glabris marg. interd. revolutis glabris v. ad nervum med. subt. puberulis; fl. solitariis geminis confertisve breviter pedunculatis; calyc. foliolis subrotundis, 2 externis paulo minorib.; stylis 3—5 infra med. usq. in stylum brevem conicum connatis; baccis depresso-globosis glabris.

Phyllanthus nitida herb. Reinw. — Praesert. *E. glabrae* mihi nec minus *E. Wightianae* et *E. Zeylanicae* Wight accedens.

β. var. *brevifolia:* f. minorib., elliptico-lanc. (1—1⅔ p. lg., 8—10 lin. l.) reticulatione distinctiore.

In Javae occid. provinciis, var. β. in Sumatra.

8. EURYA ANCEPS Bl. — Blume l. c. p. 111.

Ramulis ultimis ancipitib. glabris; f. e b. acutâ lanceolatis v. ovato-lanc. ($1\frac{1}{3}$—$2\frac{1}{4}$ p., 6—11 lin. l., pet. 1—2 lin.) obtuse acuminatis serrulatis glabris subt. reticulato-venulosis; fl. solitariis geminisve longiuscule pedunculatis; calyc. foliolis inaequalib., 2 exteriorib. ovalis obtusis, interiorib. fere duplo majorib. subrotundis; stylis 3 medio usque in stylum crassum subtrigonum connatis; baccis subglobosis glabris.

Arbor alta *E. Japonicae* affinis caet. — In Javae occidental: silvis montanis.

9. EURYA VIRENS Bl. — Blume l. c. p. 112.

Ramulis ultimis subangulatis glabris, f. e b. acutâ v. angustata ellipticis lanceolatisve ($1\frac{1}{2}$—3 p. lg., $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{4}$ p. l., pet. $\frac{1}{2}$—2 lin.) acutis v. acuminatis serrulatis glabris subt. obsolete reticulato-venulosis; fl. solitariis geminisve breviter pedunculatis; calycis foliolis subrotundis ovalibusve inaequalib.; stylis 3 medio usq. in stylum crassum trigonum connatis; baccis depresso-globosis.

E. Japonicae, nitidae et ancipiti affinis.

In Sumatra.

10. EURYA HASSELTII Bl. — Blume l. c. p. 112.

Ramulis ultimis angulatis glabris, f. e b. acutâ ellipticis lanceolatisve ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{3}{4}$ p., $\frac{1}{2}$—1 p. latis, pet. vix $\frac{1}{2}$—1 lin.) acutis v. cum acumine brevi obtuso serrulatis glabris subt. obs. venulosis; fl. solitariis geminisve brevissime pedunculatis; calyc. foliolis inaequalib., 2 exteriorib. subrotundo-ovatis, interiorib. duplo majorib. orbicularib.; stylis 5 ultra medium in stylum elongatum unitis; baccis subglobosis glabris.

Maxime affinis *E. nitidae* et *myrtifoliae*. Arbor parva caet. — Juxta craterum montis Palussarie in Javae occid. a divo Van Hasselt detecta.

11. EURYA MYRTIFOLIA Bl. — Blume l. c. p. 113.

Ramulis ultimis subangulatis, glabris; f. lanceolatis ($\frac{3}{4}$—$2\frac{1}{2}$ p. lg., 3—7 l. l., pet. vix $\frac{1}{2}$ lin.) utrinq. attenuatis obiter serrulatis glabris subt. obsol. reticulato-venosis; fl. 1—3, masculis longiuscule pedunculatis, calyc. foliol. inaequalib., 2 exteriorib. multo minorib. ovato-rotundatis 3 interiorib. subrotundo-ovalib.; stylis 3 rarissime 4, fere ad b. usq. distinctis; bacc. subglobosis glabris. — Fol. minorib. angustiorib. minus distincte reticulatis ab E. ancipite satis diversa. Frutex 8—10 ped. caet.

In silvis mont. altior. Javae occid. cum variet.

var. *polymorpha:* f. saepe majorib. (usq. $3\frac{1}{4}$ p. et p. lat.) lanc. v. oblongo-lanc.; stylis ad med. aut infra med. usq. connatis.

12. EURYA ROXBURGHII Wall. — Blume l. c. p. 113.

Ramulis ultimis subancipitib. glabris; f. e b. acuta elliptico-oblongis v. oblongo-lanc. ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ p., $\frac{1}{2}$—1 p. l., pet. vix $\frac{1}{2}$—1 lin.) acutis v. c. acumine brevi obtuso v. retuso serrulatis glabris subt. reticulato-venulosis; fl. solitariis v. paucis brevissime pedunculatis; calyc. foliolis subrotundis retusis glanduloso-crenulatis subaequalib.; styl. 3 fere usq. ad ap. in stylum elong. subuliformem connatis; baccis . . . . glabris.

E. Roxburghii Wall herb. n. 1463 (ex parte). — *E. ancipiti* nec non *E. Japonicae* affinis, fl. autem minorib. stigmatibusq. in styl. gracilem unitis insignis.

In montosis Sillet Indiae or.

13. EURYA SYMPLOCINA Bl. — Blume l. c. p. 114.

Ramulis ultimis lineis decurrentib. striatis ap. sericeis; f. e b. acuta oblongo-lanceolatis ($2\frac{1}{2}$—$4\frac{1}{2}$ p., $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{2}$ p. l., pet 1—2 lin.) obtuse acuminatis integerrimis v. superne serrulatis reticulato-venulosis glabris ad nervum med. subt. pube appressa evanescente obsitis; fl. confertis brevissime pedunculatis; calycis foliolis subrotundis leviter retusis, 2 exteriorib. paulo minorib.; stylis 3 alte in stylum subuliformem connatis; ovar. glabris.

Eurya acuminata (haud DC.) herb. Wall. n. 1464/1 (ex parte). — Species haec Symplocladum quarundam plane refert faciem; fortasse ead. stirps, quae a Roxb. in ms. tamquam Symplocas fasciculata est descripta.

In silvis Napaul.

14. EURYA TRICHOGYNA Bl. — Blume l. c. p. 114.

Ramul. ultimis lin. decurrentib. striatis ap. sericeis; f. e b. acuta ellipticis v. oblongo-lanc. (2—3 p., $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{3}$ p. l., pet. 1—2 lin.) acutiusculis v. acumine brevi obtuso integerrimis v. superne serrulatis reticulato-venosis glabris ad nerv. med. subt. pube appressa evanescente obsitis; fl. confertis brevit. pedunculatis; calyc. foliolis subrotundis subretusis, 2 exteriorib. paulo minorib.; stylis 2—3 ad med. usq. cohaerentib. ovariisq. hirsutulis.

E. acuminata (haud DC.) herb. Wall. n. 1464/1 (ex parte). — *Eur. symplocinae* simillima sed pistillo hirsuto stylisq. breviorib. minus alte connatis.

In silvis Napaul.

15. EURYA SERRATA Bl. (Walp. Rep. I. 369 n. 8). — Bl. l. c. p. 115.

var. *membranacea:* f. inferne angustiorib. membranaceis ($2\frac{1}{2}$—4 p. lg., $\frac{1}{2}$—1 p. l.)

var. *firma:* f. minorib. firmiorib. (2—$2\frac{1}{2}$ p., $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ p. l.); fl. 3—5-gynis.

Cum varietatib. in silvis intactis montium ignivomorum Javae occid.

16. EURYA EUPRISTA Korth. (Walp. Rep. I. 369 n. 1). — Bl. l. c. p. 116.

β. var. *heteroidea:* foliis (2—$3\frac{1}{4}$ p., 7—11 lin l.) membranac. acumine acutiore magis exserte serrulatis, serraturis falcatis obtusis v. glanduloso-mucronulatis.

In Sumatra.

17. EURYA ACUMINATA DC. (DC. Prodr. I. 525 n. 4). — Bl. l. c. p. 117.

E. lucida herb. Wall. n. 1462/3 (ex parte).

β. var. *multiflora:* f. elliptico-oblongis v. oblongo-lanc. (2—$2\frac{1}{2}$ p., $\frac{1}{2}$—1 p. l.) brevit. obtuse acuminatis.

E. multiflora (DC. l. c. n. 3). — *E. Roxburghii* herb. Wall. n. 1463 (ex parte).

Cum varietate in silvis montium Himalaya ad alt. circ. 6500′.

18. EURYA WALLICHIANA Steud. — Blume l. c. p. 118.

E. angustifolia (haud Bl.) Wall. W. et Arn. (Walp. Rep. I. 370 n. 13).

In Pulu Pinang.

19. EURYA LUCIDA Wall. — Bl. l. c. p. 118.

Ramulis ultimis teretib. villosulis; f. e b. acuta lanceolatis (2—$3\frac{1}{2}$ p., 6—10 l. l., pet. vix $\frac{1}{2}$—1 l.) longe acuminatis serrulatis subt. obs. reticulato-venulosis et ad nerv. med. pubescentib.; fl. solitariis confertisve brevissime pedunc.; calyc. foliolis subaequilongis, 2 exteriorib.

ovalis obtusis, interiorib. ovali-subrotundis obtusis v. retusis; stylis 3 ad med. in stylum subuliform. connatis; bacc. subglobosis glabris. Herb. Wall. 1462.

In Martabana.

20. EURYA SALICIFOLIA Bl. — Bl. l. c. p. 118.

Ramulis ultimis teretib. tomentosis; f. e b. acuta anguste lanceolatis (2—3 p., $^1/_3$ — $^2/_3$ p. l., pet. $^1/_2$—1 l.) acuminatissimis serrulatis supra glabris subt. reticulato-venulosis et ad nervum med. subpubesc.; fl. 1—3 brevit. pedunculatis; calyc. foliolis subaequilong., 2 exteriorib. ovatis acutis, interiorib. subrotundis ap. induplicatis.

E. Roxburghii herb. Wall. 1463 (ex parte). — F. angustiora quam *E. cupristae* Korth. et *E. acuminatae* DC., quib. tamen reticulatione satis accedit.
Verosimiliter in montosis Sillet.

21. EURYA ANGUSTIFOLIA Bl. (Walp. Rep. I. 369 n. 9). — Bl. l. c. p. 119.

22. EURYA CONFINIS Bl. — Blume l. c. p. 119.

Ramulis ultimis teretib. sericeo-velutinis; f. e b. acuta lanceolatis ($1^3/_4$—$2^3/_4$ p., 6—9 lin. l., pet. 1—2 l.) obtuse acuminatis serrulatis supra glabris subt. obs. reticulato-venulosis et imprimis ad nerv. med. subpubescentib.; fl. solitariis geminisve brevit. pedunculatis; calyc. foliolis subrotundis, 2 exteriorib. minorib.; styl. 2—3 fere ad b. usq. distinctis; bacc. depresso-globosis glabris.

E. angustifoliae simillima, a qua maxime stylis fere ad b. usq. distinctis recedit.
In Java orientali.

β. var. *fusca:* f. nonnihil minorib. ($1^1/_3$-$2^1/_2$ p., 5-8 l. l.) crebre serrulatis.

In montib. Patuba, Talagabadas, caet. Javae ins.

23. EURYA ROSTRATA Bl. — Blume l. c. p. 119.

Ramulis ultimis teretiusculis ad apices sericeo-puberulis; f. e b. acuta lanceolatis ($1^1/_2$ — 3 p., 5 — 10 lin. l., pet. 1 — 2 lin.) acuminatissimis supra glabris subt. obsol. reticulato-venulosis et imprimis ad nervum med. sericeis puberulis; fl. solitariis confertisve brevissime pedunculatis; calyc. foliolis subrotundis, 2 exteriorib. paulo minorib.; stylis 2 4, rarissime 5 distinctis v. ad b. brevissime connatis; baccis ovoideo-globosis glabris.

Hinc ad *E. serratam*, illinc maxime ad *E. confinem* accedens, a quib. fructib. magis ovoideo-globosis non depressis differt. — In Sumatra.

24. EURYA BLUMEANA Korth. (Walp. Rep. I. 369 n. 6). — Bl. l. c. p. 120.

var. *virgata:* f. membranaceis saepe longe obt. acuminatis, serraturis passim distinctioribus falcato-obtusis magisq. inaequalibus.

In silvis altiorib. Javae occid.

25. EURYA CLANDESTINA Bl. — Blume l. c. p. 121.

Ramulis ultimis teretiusculis sericeis v. subvelutinis; f. e b. acuta v. angustata lanceolatis ($2^1/_4$ — 4 p., 5 — 12 lin. l., pet. 1—2 lin.) longe obtuse acuminatis serrulatis supra glabris subt. reticulato-venulosis et imprimis ad nervum med. sericeo-puberulis; fl. solitariis geminis ternisve brevit. pedunculatis; calyc. foliolis inaequalib., 2 exteriorib. minorib. rotundato-ovatis, interiorib. subrotundis; stylis 3—4 ultra med. in styl. filiformem elongatum connatis; fr. glabris.

β. var. *minor:* f. minorib. ($1\frac{1}{4}$ — $2\frac{1}{2}$ p., 5 — 7 lin. l.) submembranaceis.

In Java occ., in declivib. altiorib. mont. ignivomorum, unde et varietas.

26. EURYA SALICIFOLIA Choisy. — Choisy in Zolling. Verz. 1854 p. 146.

E ramulis rectis teretib. glabris, f. lin - lanc. mucronatis breviter petiolatis argute serratis superne lucidis subtus laete aureo - luteis, fl. minimis, sepalis obtusis.

Frutex ramulis elong. in sicco nigrescentib. foliosis. F. $2\frac{1}{2}$'' lg., 5''' l. fere a b. tenuiter serrata nervo intermedio superne canaliculato subt. prominulo venulis lateralib.; petiolus 2 — 3 lin longus; bracteae et sepala ½ lin. longa. — Affinis *E. acuminatae* Wall., a qua diff. toto habitu magis rigido, f. longius acuminatis, fl. minorib. paulo longius pedicellatis. (Descr. specim. Javan.).

27. EURYA ZOLLINGERI Ch. — Choisy in Zollinger Verz. 1854 p. 147.

Fruticulus; ramuli glabri teretes recti. F. ovato - acuminata utrinq. acuta, juniora lanc., 3'' longa, $1\frac{1}{4}$ l., marg. tenuit. serrata, superne viridia, avenia raro laevia subtus dilutiora reticulato - venosa, nervo intermedio prominulo; petiolus 3 lin longus glaber teres crassus. Fl. axillares gemini brevissime pedunculati. Sep. glabra ovato - elliptica acutiuscula aut mucronulata $1\frac{1}{2}$ lin. longa. Bracteolae minimae. Styl. unicus ap. tripartitus. Fr. globosus niger.

Ab *E. grandi* diff. f. arctioribus et b. acutis. — Species Javanica amplit. folior. et florum ab omnib. caeteris distinguenda.

28. EURYA GRANDIS Ch. — Choisy in Zollinger l. c.

Arbor aut frutex. ramulis glabris corticosis teretib. foliosis. F. ovato-acuminata utrinq. attenuata coriacea, marg. tenuiter serrata acumine obtusiusculo glabra superne viridi-lucida nervo intermedio canaliculato, venulis pinnato - reticulatis subt. dilatiora nervo prominulo 3 — 4'' longa, 1—2 l. Petiol. 2—3 lin. longus. Fl. parvi in axillis folior. solitarii aut gemini; pedunculi 2 lin. longi. Bracteolae 2 flori adpressae obtusae glabrae 1-lin. longae. Sep. 5 obtusa $1\frac{1}{2}$—2 lin. longa.

Caet. desunt. (v. s. in herb. Jungh. n. 90). Non multo distat ab *E. acuminata* var. *grandifolia*; sed f. latiora acumine mag. obtuso, fl. pauciorib. et majorib. Affinis ut quoque *E. Blumeana* Korth. et *E. euprista* Korth. quae ipsa vix diff. ab *E. serrata* Bl. — Species Javanica, *E. Zollingeri* valde affinis.

29. EURYA MACARTNEYI, Champ. — Bentham in Hook. j. Kew. gard. misc III. 307.

Dioica, frutesc., glabra, f. majusc. coriac. subelliptic. obt. acuminat. marg. revolut. serrulat., fl. majusculis, staminib. marium 19—22, styl. foem. 3—4 distinct., revolut., fructu purpureo circa 14-spermo.

In silvis et rupib. insulae Hong - Kong fl. et fr. Aug. — Novbr. Ovar. 3 loc. ovul. 5—10 in quoq. loculo.

30. EURYA ? SANDWICENSIS A. Gray. — Asa Gray Unit. St. expl. exped. p. 209.

Ramulis ultimis strigillosis; f ellipticis oblongisve b. subcordatis creberrime serrulatis reticulatis; fl. (masculis) in axillis solitariis nutantib. 10—15 andris.

Hab.: Sandwich Isl. — Probabiliter frutex magnus racemosus etc.

31. EURYA VITIENSIS A. Gray. — Asa Gray l. c.

Glaberrima; f. lanc - ellipticis oblongisve utrinq. acuminatis serrulatis supra nitidis; florib. plerisq. geminis, masculisve (10-andris) fasci-

culatis; sep. orbiculatis; stylis 3 v. 4 brevissime fere discretis; fr. globoso.

Hab. in cacumine montis cujusd. ins. Ovolau (Feejee Isls.). — In foliatione species *Euryae nitidae* Korth. proxima, etc.

Subgenus EURYODES.

Asa Gray, Unit. St. expl. exp. p. 211.

Flores masculi pentandri, rarius hexandri. (Samoënses, fl. subsessilib. solitar.).

32. EURYA (*Euryodes*) PICKERINGII A. Gray l. c.

Glaberrima; f. obovatis s. ovalib. b. acutis crebre serratis coriaceis supra nitidis.

Hab. Tutuila ins. (Samoan s. Navigator Isl.) alt. 2000' — Frutex 4—10 ped. etc.

33. EURYA (*Euryodes*) RICHII. — Asa Gray l. c. p. 212.

F. oblongo-lanceolatis serrulatis, novellis subt. (praecipue ad costam) ramulisq. ultimis pilosulis.

Hab. Upolu (Samoan Isl.).

5411. **CLEYERA** *Thbrg.*

(DC. Prodr. I. 524. — Walp. Ann. I. 117.)

1. CLEYERA FRAGRANS, Champ. — Benth. in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 307.

Arborea, tota glabra, ramulis 2—3-chotomis, f. lanc. marg. integriusc. levit. revolut. coriac., ramul. floribund., florib. axillarib. pallidis fragrantib. fugacib. solitar. bibracteolat., sep. fimbriat. petalisq. glabr. parvis, stamin. brevib. glabr., connectivo acuto, stylis 2 profunde divisis, stigmatib. reniformib.

Arbor magna ex parte silvas insulae Hong Kong conformans. — Fl. Maj. — Octbr. Fr. Oct. et Novbr. —

Cl. gymnantherae valde affinis et species adhuc amplius inquirenda I. G. Champ.

2. CLEYERA DUBIA, Champ. — Bentham in Hook. journ. Kew. gard. misc. III. 308.

Frutesc. tota glabra, f. lanceol. marg. integriusc. levit. revolut. coriac. fl. majorib. ($8\frac{1}{2}$ l. diam.) axillarib. pallid. bibracteolat., sep. fimbriat. petalisq. glabr., staminib. brevib. connectivo acuto, stylo saep. trifido, fr. glob. diam. supra $\frac{1}{2}$-unciali.

In insula Hong-Kong ad montem Victoriam. — Species cum *C. fragranti* fortasse eadem, differt vero ramulis tumidioribus, cinereis minusque compactis florib. majorib. vix inodoris, petalis minus fugacibus, et fructibus seminibusq. multo majoribus.

5412/1. **PENTAPHYLAX** *Gardn. et Champ.*

(Walp. Ann. II. 177.)

1. PENTAPHYLAX EURYOIDES Gardn. et Champ. (Walp. Ann. II. 177. 1). — Gardn. et Champ. in Linn. transact. XXI. p. 114. tab. XII.

Stamina 5 antheris poris terminalib. dehiscentia et fructus similes Gordoniae (magnitud. minore et embryone conduplicato), genus hoc reddunt valde singulare.

Fl. aestate, fruct. autumno, in regione Hong-Kong.

5412. **FREZIERA** *Swartz*

(DC. Prodr. I. 524. — Walp. Ann. II. 177.)

1. FREZIERA THEOIDES Swrtz. (DC. Prodr. I. 524. — Walp. Ann. II. 177 n. 1). — Lemaire, Jard. fleur. I. pl. 65.

Tribus III. *SAURAUJEAE* Endl.

5414. **SAURAUJA** *Willd.*

(DC. Prodr. I. 525. — Walp. Ann. I. 120.)

1. SAURAUJA KEGELIANA Schldl. — v. Schlechtendal in bot. Ztg. 1853 p. 694. — Frutex nunc 5 ped. parce ramosus. F. petiolata; petiolus bipollicar. circit., saep. purpurasc. fere teres, supra planiusculus, subglaber, revera pilis minutis vix $1/2$ lineam longis, adpressis fuscis ex lata rotundato-ovata b. cito attenuatis et sens. longe acuminatis, fuscis (paleis Filicum fere similib.) hinc inde adspersus, quor. ex parte deciduor. b. persistente fusco-punctulatus. Lamina 10 circ. poll. longa, ultra med. (ad $2/3$ circ.) $3^1/2$ p. l., sens. in b. obtusam rar. subcuneatam interd. quoq. obliquam 9 lin. circ. latam attenuata, ap. acuta et brevit. acuminata, marg. crenato-dentata, dentib. sc. incurvis et in ap. intus flexo apiculo fusco dein deciduo terminatis, nervo medio c. venis utrinq. circ. 16—18 (venulis transversis sese connectentib.) ap. subdichotomis et arcuatim se jungentib. subt. prominente, supra vix impresso; facie utraq. glabra, infera nitidula et in axillis venarum lanae laxae ferrugineae fasciculum gerente. Paniculae axillares pedunculatae, petiolo duplo triplove longiores, abbreviato-ex cymae lege ramosae, ramis oppositis alternisve, bract. parvis angustis ad summum 2 lin. longis erectis pilosiusculis mox marcescentib. arcte v. remote suffultis. Pedunc. teres 3-pollic. c. paniculae ramificatione et alabastris pilis ferrugineo-fuscis adpressis adspersus viridis. Sep. 5 subrotunda convexa, ap. imprimis ciliata, 2 lin. longa, 3 viridula s. potius viridi-striata in alabastro externa, quartum et quintum album medio viridi-striatum. Pet. 5 lactea, cuneato-obovata, ap. obtusa fere truncata, irreg. nunc emarginata nunc crenata, 5 l. longa, 3 l. ap. l., ima b. conjuncta. Stam. multa calyce paulo longiora, filam. vitellinis b. crassiusc. et toro ovarium ambienti insertis, anth. luteis b. versus in dorso affixis, loco insertione obscurius tinctis et abhinc longe bicruribus, poris sese aperientib. Pili brevissimi albi et levit. purpurei staminum bases imprimis extrinsecus circumdant. Ovar. viride, 5-sulcatum stylis brevissimis dense congestis viridib. superatur. Quae ead. stylor. abbreviata forma in *S. pedunculata* Hookeri Mexicana (ic. pl. t. 341 et 342) conspicitur. Species nostrae similis sed distincta: fl. multo minorib. calyce dense pubescente, defectu fasciculor. lanae in axillis venar. et folior. obsoleta serratura. Dolendum vero descript. mancam esse et brevem. Ex residuis terrae, e Guatemala missae exorta, et in horto bot. Halensi culta.

2. SAURAUJA MONTANA Seem. — Seemann bot. of the Harald p. 87 t. XVI.

Arborescens, ramulis petiolis paniculisq. ferrugineo-tomentosis, f. ellipticis v. obovato-oblongis b. acutis ap. acuminatis marg. mucronato-dentatis, supra subpubescentib. v. demum glabris, subt. ad nervos venasq. ferrugineo-tomentosis, panic. axillarib. folio multo breviorib., calyce tomentoso, lacin. obovatis obtusis, pet. obovatis obtusis v. emarginato-bilobis ext. tomentellis int. glabris, ovario tomentoso-hirsuto.

In vulcano Chiriqui, Veraguas. — Frutex v. arbor parva. F. 8—10 p. lg., 4—5 p. l. corolla alba; stamina numerosa, petalis adhaerentia; styli 5, ovar. 5-locul.

3. SAURAUJA LATIBRACTEA Choisy. — Zolling. Syst. Verz. 1851 p. 148.

F. obovato-ellipticis brevit. acuminatis spinoso-serratis, juniorib. strigosis ut et petiolis et ramulis, pedunculis supra-axillarib., bracteis involventib. sessilib., sep. albido-tuberculatis.

Hab. Philippinas. — Species forsan bene ad *S. giganteam* Blume non DC. admovenda; f. 4 — 12″ etiam 12 — 16 longa, 2 — 4 lata b. saep. obtusata etiam cordata, raro acute attenuata; bracteae serratae subpollicares; styli basi subcoaliti.

4. SAURAUJA JUNGHUHNII Choisy. — Zoll. syst. Verzeichn. 1851 p. 148.

Fol. oblongo-ovatis acuminatis b. angustatis serratis ciliatis, pedunculis ap. 3 — 4 floris, bracteis ovatis obtusis, sep. obtusis strigose setaceis.

Hab. Java herb. Jungh. 63, 71. — A *S. bracteosa* praecipue diff. f. oblongo-ovatis longius acuminatis b. non obtusis rufescentib., pedunc. magis rigidis non divaricatis et paucifloris.

5. SAURAUJA PENDULA Bl. (Walp. Rep. I. 370. 2). — Hasskarl in Retzia I. p. 142.

Observ. A charactere generico (Endl. gen. 5414) diff. nostra hisce: Cal. haud 2—3 bracteolatus, sed bracteae ad insertionem pedunculi et divisiones ejus sunt repartitae; axilla in bract. superiorib. saepe sterilis, gemma haud evoluta, reperitur; lacin. petaloideae. Pet. b. valde carnosa ad altitudin. 3—4 lin. connata, mox (?) decidua (una c. staminib.) praeflor. convoluto-imbricativa. Stam. 30, 1-seriata, ima cor. basi inserta, b. inter se in coronam ap. filamentosam connata; anth. in alabastro extrorsae semilunari-curvatae, ap. inflexo, dein rectae inflexae introrsae evadunt; loculi b. sejuncti ibiq. rimula quartam antherar. partem longa dehisc. Styli in alabastro b. erecti, superne sinistrorsum flexuosi turbinati, albidi dein erecti, ap. vix incrassato, stigmatosi. — Cfr. et pl. descript. l. c.

Hab. fruticeta ad pedem montis Gedeh, alt. circ. 4000′.

OBELANTHERA *Turcz. bullet. de Mosc.* XX. 148.

Planchon Ann. sc. nat. IV. 3. p. 292.

= SAURAUJA Willd.

DRAYTONIA *A. Gray.*

Asa Gray new genera of plants (1853) p. 3.

Cal. ebracteolatus, 5-partitus, imae b. ovarii tantum accretus, persistens; sep. inaequalib. aestiv. imbricatis. Pet. 5 obovata, aestiv. convoluta v. convoluto-imbricata. St. plurima; filam. b. dilatatis brevit. monadelphis: anth. bilocul., dorso affixae incumbentes, loculis ap. rima introrsa hiantib. Ovar. triloc. (rarius 4 — 5 loc.), styl. unicus, stigma obtuse trilobum. Ovula in placentis incrass., e loculor. angulo centrali prominentib., plurima, anatropa. Caps. subcarnosa, trilocularis (rarius 4—5 locular.), ap. loculicide trivalvis? loculis polyspermis. Sem. reticulato-scrobiculata. Embryo in axi albuminis carnosi, eodem dimidio brevior, subcylindricus; cotyl. brevibus semiteretib. — Arbuscula Saurauiae facie affinis, sed diff. stylis in unicum coalitis, ovario triloculari ima b. calycis connato, disco nullo.

1. DRAYTONIA RUBICUNDA A. Gray. — Ins. Feejee. — Genus Josepho Drayton dedicatum.

Tribus IV. *CAMELLIEAE* Endl.

5425. **CAMELLIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 529. — Walp. Ann. II. 178.)

1. CAMELLIA SALICIFOLIA, Champ. — Benth. Fl. Hong-Kong in Hook. Kew gard. misc. III. 309.

Arbuscula, ramul. pubescent. flexuos., f. subsess. elongato-ovat. acuminat. serrat. pubescent., florib. parvul. alb., sepal. acuminat. pubesc., capsulis glabr. parv. rostrat. 1—3-spermis.

In silvis insulae Hong-Kong.

2. CAMELLIA ASSIMILIS, Champ. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. III. 309.

Frutex ramul. glabr., f. subsessilib. lanceolat. acuminat. serrat. glabr., florib. parvis pendul. albis, sep. seric. obtus., capsul. glabris parv. rostratis.

In montib. Victoria et Gough insulae Hong-Kong. — Habitu glabrato, fol. breviorib. et latiorib. et praesertim sepalorum forma a *C. salicifolia* distincta, flores albae pendulae fl. Januario.

3. CAMELLIA SPECTABILIS Champ. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. III. 310.

Arborea, f. lanc. acuminat. glabr. crenat. subt. reticulat., florib. solitar. magn. alb. axillarib. et subterminalib., sep. coriac. fructibusq. pomi magnitud. sericeis.

In monte Victoria et in vallis felicis (Happy Valley) silvis insulae Hong-Kong.

Icones addendae.

CAMELLIA JAPONICA var. DRYSDALII. — Gardn. mag. of bot. II. p. 145 t. 14.

CAMELLIA PELAGIA v. Houtte (var. *Italiana*). — V. Houtte fl. d. s. VIII. 255. c. tab.

CAMELLIA (*Archiduchesse Marie*). — V. Houtte fl. d. s. VIII. 277. c. tab.

CAMELLIA *Fra Arnoldo da Brescia*. — V. Houtte fl. d. s. VII. p. 17. c. tab.

CAMELLIA *Camille Brozzoni* — V. Houtte fl. d. s. VII. p. 101. c. tab.

CAMELLIA *princesse Marie* (var. hybr.). — V. Houtte fl. des s. IX. p. 183. c. tab.

5428. **ADINANDRA** *Jack.*

(Walp. Rep. I. 375.)

1. ADINANDRA JAVANICA Choisy. — Zollinger Syst. Verz. 1854 p. 143 et 146. — Species maxime affinis *Ad. dossyanthae* (dasyanthae?) Korth. praecipue corolla hirsuto-sericea. Diff. f. elliptico-lanceolatis, petiolis et pedunculis glabris, nervo folior. intermedio subt. vix pubescente.

Herb. norm. n. 2955.

Hab. Java in monte Jang. 7000′. — Arbor.

5557. **IXIONANTHUS** *W. Jack.*

(Walp. Rep. V. 376.)

(*Cedrelaceae* R. Br.?)

1. IXIONANTHUS CHINENSIS, Champ. — Bentham in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 308.

F. petiolat. ovali-oblong. integerr. reticulatis, peduncul. folio multo breviorib., florib. decandris.

Aff. *Ix. reticulatae.* — F. distinctius et longius petiol., minora et b. angustata. Pedunc. multo brevior. Cal. prof. 5-fid. lacin. orbiculat. l. lg. Pet. persist., orbiculata, calyce subduplo longiora. Stam. 10 exserta. Disc. 10-crenulat. inter st. et ovar. Ovar. 5-locul., ovul. in quoq. loc. 2, ex ap. anguli central. pendulis. Styl. longiss. simpl., ap. discoideo-dilatatus, supra stigmatosus. Caps. f. pollic. rigida, septicido-5-valvis.

Ixionanthus Chinensis Champ. in Linn. Transact. vol. XXI. (1853) tab. XIII. Arbor parva, in ins. Hong-Kong, in valle felici (Happy Valley).

Ordo XLI. OLACACINEAE *Herit.*

(DC. Prodr. I. 531. — Walp. Ann. II. 178.)

RHYTIDANDRA *Asa Gray*

Asa Gray Unit. St. exp. exp. p. 302.

Fl. hermaphr. Cal. parvulus; tubo c. ovario connato; limbo cupulari truncato, marg. 6—7-denticulato. Corollae epig., pet. 6—7 lin., conniventia, aestiv. valvata. Stam. 6—7, petalis alterna, c. iisdem inserta, libera: filam. brevissima, intus barbata: anth. lineares introrsum adnatae, dithecae 4-locellatae, locellis transversim annulato-rugosis v. cameratis. Disc. epig. scutelliformis. Ovar. inferum, unilocul., 1-ovulatum, ovulo ex ap. loculi parvi suspenso. Styl. elong., sulcatus bifidus, lob. saep. ap. 2—3-dentatis; stigmatib. terminalib. parvis. Fr. ignotus. — Frutex sarmentosus, f. ovatis obliquis, pedunculis axillarib. cymulam paucifl. gerentibus.

1. RHYTIDANDRA VITIENSIS A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 303 tab. 28. — Hab. Feejee Islands. — Planta frutex esse videtur ramis tenuib. et sarmentosis. F. alterna, petiolata, ovata obliqua 3—4 poll. lg. et 1½—2 p. l., caet.

DIPLOCRATER *Benth.*

Bentham in Hook. Kew garden misc. III. 367.

Involucr. cupulat., integerr., calycem mentiens. Calyx cupulat., integerr. Discus petalifer calycem intus f. omnino vestiens, calyc. margine angustiss. vix prominulo. Pet. 5, margini disci imposita, aestiv. valvata, superne int. incrassata. Stam. 5, petalis opposita, ad b. eorum inserta et intra cavitatem petali quasi recepta, filam. breviss. crasso, anthera adnata, loculis rima brevi dehisc. Ovar. sess., orbiculare, med. carnoso-pyramidato in styl. simplic. abiens, ap. ovoideo-stigmatosum. Ovula 2, ex ap. placentae central. ad summitat. cavitatis non attingentis pendula, dissepimento separata ultra ovula non producto.

Species unica:

1. DIPLOCRATER ACUMINATUS. Benth. l. c. — Arbor 15—20 ped. ramul. foliac. elg. tenuib. ex omni parte glaber. F. alterna, exstip., brev. petiolata, ovato-oblonga, acuminata, b. rotundata, membranac., penninerv., reticulato-venosa, 3—5 poll.

Fl. minimi, ad axill. folior. fascicul., pedicellis $1/2$ lin. lg. Cupula exter. (e bract. 2 coalitis formata?) explanata, f. lin. diam. b. carnosula, marg. tenui; interior (calyx cum disco adnato) paulo longior. Pet. triangul.-lanc., $1/2$ l. lg., acuta, ap. carnosula et subinflexa, a b. paulo ultra med. int. excavata, concavitate intus superne costa prominente divisa. Stam. ad tertiam part. petali attingent., latiora quam lg., connectivo antherar. a filam. lato crassiusc. haud distincto. Styl. petalis brevior. Fr. non visus. — In vicinitate Barrae, ad confluentiam fluminis Rio Negro et Amazonae.

URANDRA *Thw.*, (Trib. *Jcacineae.*)

Thwaites on *Urandra* and some other Ceylon plants, in Kew. gard. misc. VII. 211.

Fl. hermaphr., cal. cupulif., 5-dentat., persist. Cor. pet. 5, calyc. segmentis obtus. alterna, oblonga, acuminata, valvata, laevia. Stam. 5, petalis alterna, exserta; filam. crassiusculis, versus ap. densissime pilis longis clavatis vestitum, latioribus; antheris adnatis, introrsis, longitudinalit. dehisc., loculis b. annulo glandulari parvo cinctum, 1-loc. biovulatum. Drupa oblongo-attenuata, 1-sperma; pericarpio subcarnoso, int. ligneo-fibroso. Embr. in axi albuminis, cylindrica, cotyledonib. planis, foliac., cordato-acuminatis, in albuminis med. sitis et eodem multo minorib. — Arbor Zeylanica ingens; ramul. teretib.; f. alternis penniveniis, petiolatis, integris, lanc., coriac., exstipulatis; capitulis 7—12 fl., bracteat., pedunculat., axillaribus.

1. URANDRA APICALIS, Thw. l. c. — O. P. n. 2569 in herb. Peradeniensi. — Arbor maxima, haud rara in silvis nonnullis provinc. centralis ins. Zeylaniae, in altitud. 1000—2000'. F. coriacea 4—6 p. lg., 2—3 p. l., ovato-lanc., abrupte acuminata et in petiolum canaliculatum, $1/2$—$3/4$ p. lg., angustata. Pet. purpurea, ap. viridescentia. Drupa oblonga, apicata, $1\frac{3}{4}$ p. lga, 10 lin. l., viridis, plus minusve punctis purpureis tincta, in dimidio superiore albida. — Ab Cinghalensibus Oorookannao-gass appellata. Species valde affinis Stemonuro, Bl. (Gomphandrae, Wall.).

5490. **PLEUROPETALON** *Blume.*

(Walp. Ann. II. 181.)

Asa Gray, Un. St. expl. exped. p. 299.

Char. paullo auctus nempe: Fl. hermaphrodyti, polygami v. abortu monoici. Cal. aut parvus aut mediocris. Caetera ut in opera infra citato.

Pleuropetalon Bl. mus. bot. Lugdun. Bat. p. 248, non Hook. f.

1. PLEUROPETALON SAMOENSE A. Gray. — Asa Gray, Un. St. expl. exp. l. c. tab. 27.

Fol. late ovatis; thyrso virgato racemiformi puberulo; fl. hermaphr. ad ap. pedunculor. partialium brevium glomeratis; sep. rotundatis ciliatis.

Hab. in inss. Samoensibus (Navigator Islds.). — Frutex glaber, caet.

5491. **HEISTERIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 532. — Walp. Ann. II. 181.)

1. HEISTERIA OVATA Benth. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. III. 366.

F. ovat. breviss. acuminat. b. rotundo-truncatis, pedicell. fructiferis petiolum (3—4 lin.) superantib., calyce fructifero patente ad med. diviso quam fruct. oblg. longiore, lob. lat. acutiusc.

Pernambuco (Gardner n. 2787.).

2. HEISTERIA SUBSESSILIS, Benth. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. III. 367.

F. oval. b. cuneat. rotundatisve, pedunculo fructifero petiol. breviss. (1 lin.) duplo triplove superante, calyce fructif. profunde 5-fido, lob. erect. acutiuscul. fructu oblong. paulo breviorib.

Provinc. Goyaz. (Gardner, n. 3040). — Fl. in hac specie alii ut in caeteris ad axillas folior. fasciculati, alii ad ap. ramor. brevit. fasciculato-racemosi.

(ad 5497.) **MAPPIA** *Jacq.*

1. MAPPIA Jacq. (*Stemonurus*, R. W.). — Thwaites in Kew gard. misc. VII. p. 212.

5497. **GOMPHANDRA** *Wall.*

1. GOMPHANDRA POLYMORPHA, W. et Arn. (Walp. Rep. I. 378. 2). — Thwaites in Kew garden misc. VII. p. 212.

Ordo XLII. BALANITEAE *Roem.*

(*Olacinear.* genus DC. Prodr. I. 708. — Walp. Ann. I. 126.)

5498. **BALANITES** *Delile.*

(DC. Prodr. I. 708. — Walp. Ann. I. 126.)

1. BALANITES AEGYPTIACA Del. (DC. Prodr. I. p. 708). — Planch. Ann. sc. nat. IV. t. 2. p. 258. — Petalis glabris.

2. BALANITES ROXBURGHII Planch. l. c. —

(*B. Aegyptiaca* Roxb.; Wght. non Del.).

Petalis pilosis donata.

Ordo XLIII. AURANTIACEAE *Correa.*

(DC. Prodr. I. 535. — Walp. Ann. II. 183. II. 834.)

5503. SCLEROSTYLIS *Blume.*

(Blume Bijdr. 133. — Walp. Rep. I. 380. III. 804.)

1. SCLEROSTYLIS BUXIFOLIA, Benth. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. III. 326.

Glabra v. ramulis minute puberulis, f. obovali-oblg. emarginat. crebre parallele venos., fl. axillar. sessil. subfascic., pentamer., stam. lib., ovario biloculari, locul. 1-ovulatis.

Severinia buxifolia. Ten. Cat. Hort. Nap. 96.

In insula Hong-Kong, et in jugis montium Chinae haud rara. — Frutex humilis, divaricato-ramosa, ramul. junior. obsc. angulat. v. compressiusc. Spinae axillar. validae, foliis saep. multo breviores, nunc rarius longiores. F. 1—1½ p. lg., 6—9 l. l., obtusiss. b. in pet. brevem angustata, coriac. rigida crebre punctata, glabra venosa. Fl. intra bract. minut. ad axill. folior. omnino sessil. v. pedic. breviss. rarius suff., nunc solitar., nunc saep. per 2—3 fasciculati. Cal. l. campan., lin. brevior, glab., lacin. 5 rotundat. obtusiss. Pet. 5, vix 2 l. lg., oblg., erecta, glabra. St. 10, cor. breviora. Fil. dilatata, ap. atten. Anth. ovat., locul. parallel. Ovar. intra disc. cupulat. sess., subglob., locul. minim., ovul. infr. apicem axis centr. affixis. Styl. breviss., stigm. crasso ovoideo pulvinato. Bacca depresso-glob., matura nigrescens, semin. magn. ovoideis.

2. SCLEROSTYLIS VENOSA, Champ. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. III. 327.

Glabra, f. subsessil. ovat. v. ovali-oblong. obtus. subemarginatisq. coriac. crebre parallele venos. reticulatisq. florib. axillarib. brevit. racemos., 4—5 meris, ovar. biloc. locul. biovulat., stylo stigmate longiore.

In ins. Hong-Kong. — F. ramulor. florifer. fere *S. buxifoliae*, 3 p. lg., 1½ p. l. — Spinae validae. Bacca aurantiaca, ea S. *Hindsii* minor.

3. SCLEROSTYLIS HINDSII, Champ. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. III. 328.

Glabra, f. ovali-elliptic. oblongisve obtus. tenuit. venosis, fl. axillar. subfascicul. pedicellat. pentameris, staminib. subconnat., ovario biloculari locul. biovulat., stylo stigmate breviore.

Atalantia monophylla, Benth. in Lond. journ. bot. I. 483.

In jugis silvosis ins. Hong-Kong. vulgaris. — Spinae validae, pleraeq. ½ p. F. 1½—3 pollic., pet. brevis, nunc teres, nunc marginat. v. in eod. ramo l. alatus. Pet. 3 lin lg. Bacca glob., majusc., aurantiaca.

PIPTOSTYLIS *Dalz.*

Hook. journ. of Bot. and Kew gard. misc. vol. III. 33. Contrib. to the bot. of West Ind. by Dalzell.

Calyx 4—5 fid. Corollae pet. 4—5. Stam. 8—10, libera; filam. alterna breviora, b. complan.-dilatata, ap. subulata; anth. oval., biloc., longitud. dehisc. Ovar. rotundat., toro stipitif. impositum, trilocul.; ov. in locul. gemina, collateral. ex ap. anguli centr. pendula. Styl. brev. crass., cum ovar. articulat., caducus. Stigma stylo haud crassius. Bacca abortu

bi-uni-locul., loculi abortu 1-spermi. — Frutex 6—7 ped. alt., inermis; f. imparipinnat.; foliol. altern., subcoriac., glabr.; crenulatis; panicul. terminalib., corymbiformib. elg.

Hoc genus inter genera Sclerostylin et Bergeram medium tenet, habitu vero Bergerae.

1. PIPTOSTYLIS INDICA Dalz. l. c. c. ic.

Calyx parvus, segment. rotundat., ciliat. Alab. sphaeric. Cor. pet. ovali-oblg., $1\frac{1}{2}$ lin. lg. Stam. cum pet. inserta, breviora, petal. opp. Foliola 2—4-juga, alterna, ovata, obt. acumin, ap. emargin., brev. petiolul., glaberr., nitida, pellucido-punct., 2—4 p. lg., $1\frac{1}{2}$—2 p. l. Panicul. corymbif., fol. aeq., panic. rami pedicellique velutini.

Crescit in Canara; fl. Mart. Fruct. matur. non vidi. —

5508. CLAUSENA *Burm.*

(DC. Prodr. I. 538. — Walp. Ann. II. 183.)

1. CLAUSENA SIMPLICIFOLIA Dalz. — Dalzell in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 180.

Arborea, f. simplicib. ovali-oblg. b. cuneatim attenuat. nigro-punctatis glabris, florib. ex axill. supremis cymoso-trichotomo-paniculatis folia superantib., alab. lin-oblong., sepal. parv, rotundatis, petal. linearib. obtus. reflex., b. intus sericeo-tomentosis, filamentis stylum aequantib. b. dilatat. ibique pilis fulvis sericeis vestitis, stylo gracili, stigmate breviss. 4-fido, stylo haud crassiore, ovario in toro elevato sulcato insidente, tomentoso, 4-loculari, loculis 2-sperm., fructu demum subglabro, pisi magnitudine.

F. cum pet. $\frac{1}{2}$ p. 4—$4\frac{1}{2}$ p. lg., 2 p. l. — Fl. Aug. et Sept.; fr. Octbr. — Cresc. in montib. Syhadree, prope Tulkut-ghât.

5511. LUVUNGA *Hamilt.*

(Walp. Rep. I. 382. — Walp. Ann. II. 183.)

1. LUVUNGA SCANDENS Hamilt. in Wght. (Walp. Rep. I. 382. — Ann. II. 183 n. 1). Lemaire Jard. fl. I. pl. 74.

5712. SKIMMIA *Thbrg.*

(DC. Prodr. II. 18. — Walp. Rep. V. 404.)

1. SKIMMIA JAPONICA Thunb. (DC. Prodr. II. p. 18). — Hook. bot. mag. 1853 tab. 4719. — Paxton fl. gard. II. n. 318 xylogr. fig. 163. — Lemaire Illustr. horticol. I. (1854) tab. 13.

Ordo XLIV. HYPERICINEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 541. — Walp. Ann. II. 184.)

5464. HYPERICUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 543. — Walp. Ann. II. 184.)

1. HYPERICUM PERFOLIATUM, Munby. — Munby, Bullet. de la soc. bot. d. Fr. II. 283.

Caule perenni, bipedali, erecto, ramoso; f. ovato-oblongis, connatis, c. caule pubescentib., imperforatis; corymbis laxiusculis, eorum pedunc. folio longiorib.; sepal. lanceolatis, glabris, marg. nigro-punctatis non fimbriatis, capsula matura breviorib.; pedicellis calyce longiorib.; petal. magnis, antheras excedentibus; stigmatib. simplicib.

Species affinis *H. cuprifolio*; prope Blidah in montib. umbrosis Algeriae.

Quum nomen *H. perfoliatum* jam a Linnaeo sit datum, a cl. Cosson nomen *H. Naudinianum* proponitur (a nomine plantae detectoris derivatum).

HYPERICUM NAUDINIANUM Coss. et DR. — Coss. et DR. bullet. de l. s. bot. d. Fr. II. 308.

H. perfoliatum, Munby non L.

Planta perennis, caudice subrepente lignoso, caules 1—2 v. plures herbaceos et saep. cauliculos steriles emittente; caulib. 7—15 decim. longis, diffusis, ascendentib. v. erectis, rigidis, teretib. haud angulatis, simplicib. ramosisve, pilis crispatulis molliter villoso-subtomentosis; f. oppositis, sessilib., ovatis obtusis, connato-perfoliatis, integris, venulis eximie anastomosantib. pellucid., punctis pellucidis nonnullis, utrinq. pubescentia furfuracea crispula praeditis, subt. pubescentia densiore albescentib.; fl. cymosis, cymulis pedunculatis plurifloris, ramos superiores terminantib. et ap. caulis cymam corymbiformem efficientib.; bracteis lin-lanceolatis, subintegris, marg. glandulis, nigris subsessilib. praeditis, interd. dorso parce nigro-glandulosis, capsula matura breviorib.; petalis calyce subtriplo longiorib., interd. nigro-punctatis; stylis 3, ovaria multo longiorib.; capsula chartac., triloculari, vittulis copiosis tenuib. longitudinalib. striata. Julio Augusto. — In rupestrib. irriguis et ad rivulos regionis montanae inferioris Algeriae, circ. alt. 300—800 metra. (Sect. *Adenosepalum* [Spach monogr.]).

2. HYPERICUM SCHLOSSERI Heuff. — Heuffel in Flora bot. Ztg. 1853 p. 626.

Carpophyllis 3.

Caule herbaceo, erecto, teretiusculo, foliisq. glabris linearib., marg. revolutis, obtusis sessilib., oppositis, axillis ramuliferis; cyma terminali; calycis 5-partiti, corolla plus duplo brevioris, segmentis lanceolatis, acutis integris; carpophyllis longitudinaliter vittatis.

H. Coris Schloss. non Linn. — Seq. l. c. pl. descript.

In rupib. Zagoriae in Croatia. Jun. leg. D. M. D. Jos. Schlosser, Physicus Criorisensis.

3. HYPERICUM RECOGNITUM F. et M. — Fisch. et Mey. Ann. sc. nat. IV. t. 1. p. 36.

Basi suffruticosum; caulib. simplicib. adscendentib. dense foliosis tomentosis; f. sessilib. ovalib. obtusissimis tomentosis; racemo brevissimo paucifloro sessili; calyce eglanduloso, phyllis orbiculato-ovalib.

obtusissimis pubesc.-velutinis; pet. ap. laciniatis parum glandulosis; stylis 5?

Nurtu (Troas)', loc. lap. parum altis.

4. HYPERICUM NERVOSUM Choisy. — Zollinger System. Verz. 1854 p. 152 adn.

Caule fruticoso tereti glabro rubricante, f. cordato-ovatis sessilib. etiam subamplexicaulib. ap. breviter acuminatis subtus grosse nervosis, juniorib. lanceolatis, florum cyma laxa terminali pauciflora, sep. lanceolatis acut., stylis 5 brevibus.

Species spectabilis foliis nostrum *H. grandifolium* referens, sed abunde, stylis praecipue, diversa. Eam comparavimus descriptioni clar. Blumii ad suum *H. coriaceum* adjunctae, quod in herb. nostro deest; sed verosimiliter non congruit, nam auctor de folior. spectabili natura tacet. — In montosis Walivan, supra 5000'.

5. HYPERICUM LESCHENAULTII Choisy (DC. Prodr. I 545). — Choisy in Zollinger Verzeichn. (1854) p. 151 in adnot. — Species folior. forma maxime varians. F. enim ap. nunc acuminata, acumine aut acuto aut obtusato, nunc obtusa; b. nunc sessilia subamplexicaulia, nunc attenuata et quasi petiolata. Has variationes in ipsiss. nostris numerosis speciminib. nob. observare licuit; non idcirco distinguere possumus *H. triflorum* Bl.; quod jam a cl. Guillemin non differre proclamavit; ill. auctor caeterum ipse varietatem indicat f. angustatis. — (Cfr. sub Norysca n. 19). — Pangerango. Frutex, 7—9000' alt. *Hyp. triflorum* Bl. Bijdr.

6. HYPERICUM CONCINNUM Benth. (Walp. Ann. II. 186 n. 11). — Plantae Prattenianae in Philadelph. journ. 1855 p. 83.

7. HYPERICUM CHINENSE L. amoen. non Retz. — Zollinger Verz. (1854).

Japonia. — *H. monogynum* L. var. *salicifolia*. — *H. salicifolium*? Sieb. et Zucc.

Hujus speciei stylis usque ad stigmata coadunatis spectabilis 2 varietates occurrunt. Vulgatior f. praebet b. sessilia lata et subamplexicaulia; altera f. lanc. b. attenuata etiamq. brevit. petiolata, apprime *H. lanceolatum* revocantia. Verosimiliter posteriorem cui pertinent nostra specimina ut speciem distinctam habuerunt ill. Siebold et Zucc. — Forsan nostra varietas identica est varietati β. Hook. et Arn. Beech. p. 172. cui ill. auct. referent *H. aureum* Lour. Coch. 2. p. 578. — (Cfr. sub Norysca n. 12).

8. HYPERICUM ERECTUM Thunb. (DC. Prodr. I. 548 n. 56). — Bl. mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 25.

β. var. *thyrsoideum:* caule paniculato-ramoso, ram. erectis.

γ. var. *divaricatum:* caule a b. laxe ramoso, ram. divaricatis.

δ. var. *obtusifolium:* caule simplici v. fastigiato-ramoso; f. e b, subcordatâ ovali-oblongis obtusis subt. calycibusq. nigro-punctatis.

ε. var. *flaccidum*: caule laxe ramoso, ramis flaccidis; f. e b. subcordata ovalib. v. ovali-oblongis pellucido-punctatis subt. ad marg. nigro-punctatis.

9. HYPERICUM GNIDIOIDES Seem. — Seemann bot. of the voy. Herald p. 88 tab. XVII.

Suffruticosum, ramulis erectis rigidis, f. oppositis subcoriac. lanclin. integerr. acutiusculis, fl. terminalib. solit., calyce 5-partito, laciniis aequalib. ovato-lanc., pet. olongis, staminib. circ. 20, filam. liberis, anth. subrotundis, ovario glabro uniloculari, stylis 3 distinctis, caps. 1-loc., trivalvi.

In Savannis, ad Vulcanum Chiriqui, Veraguas. — Planta suffruticosa circ. 1 ped. F. 4—6 l. longa, c. lin. l., cor. vix ultra 2 lin. diam.

5464 B. i. **NORYSCA** *Spach.*

Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. 21.

Eremanthen et Campylosporum tanquam subgenera (cfr. Endl. gener. pl. n. 5464 g. et h.) cum Norysca conjunxi, ex quib. genus admodum naturale efficitur, quo praeter allatas hae quoque spec. sunt referendae, partim tamen, quod ad sepcificum discrimen, accuratius comparandae.

1. NORYSCA MYRTIFOLIA Spach.

2. NORYSCA MYSORENSIS Wight. ic. et ill. — *Hyperic. Mysor.* W. et A. Prodr.

3. NORYSCA OBLONGIFOLIA Bl. — *Hyp. oblongif.* Chois. (DC. Prodr. I. 545 n. 24). — *Hyperic. patulum* (haud Thunb.) DC. Prodr. I. 545 n. 20 (ex parte).

4. NORYSCA HOOKERIANA Wght. ill. — *Hyperic. Hookerianum* W. et Arn. Prodr.

5. NORYSCA CORDIFOLIA Bl. — *Hyp. cordif.* Chois. (DC. Prodr. I. c. n. 12). — *Hyp. bracteatum* Don. Prodr. Nep.

6. NORYSCA CERNUA Bl. — *Hyperic cern.* Don et Roxb.

7. NORYSCA VENOSA Bl. — *Hyp. venos.* Lam. (DC. I. c. n. 22). — *Hyperic. calycinum* Spr. ex parte.

8. NORYSCA CALYCINA Bl — *Eremanthe calycina* Spach. — *Hyperic. calycinum* (DC. I. c. n. 25).

9. NORYSCA LANCEOLATA Bl. — *Campylosporus reticulatus* Spach. — *Hyperic. lanc.* (DC. Prodr. I. c. n. 18).

10. NORYSCA ANGUSTIFOLIA Bl. — *Campylosporus angustifolius* Spach. — *Hyperic. angustif.* (DC. I. c. n. 19).

11. NORYSCA MADAGASCARIENSIS Bl. — *Campylosporus Madagasc.* Spach.

Sectio 1. *verae:* Calycis foliola marg. subimbricata. Anth. glandula terminatae. Styli elong., saepissime fere ad ap. coaliti. Spermophorus indivisus, quinquecristatus, cristis dorso seminiferis. Semina rectiuscula.

12. NORYSCA CHINENSIS Spach. — Bl. mus. bot. Lugd. Bat. II. 22.
Hyperic. Chinense Linn. (DC. Prodr. I. 545 n. 11). Hassk pl. Jav. rar. 278 n. 192. (Cfr. supra sub *Hyperic.* n. 7.)

13. NORYSCA SALICIFOLIA Bl. — Bl. I. c. p. 22.
Hyperic. salicifolium Sieb. et Zucc. — *Hypericum monogynum* Thunb. fl. Jap. 297 (excl. Syn. Lin.).

14. NORYSCA AUREA Bl. — Bl. I. c. p. 22.
Hyperic. aureum Lour. fl. Cochinch. 578. 4.

15. NORYSCA PUNCTATA Bl. — Bl. I. c. p. 22.
Hypericum Chinense (haud Linn.) Chois. in DC. Prodr. I. 545 n. 11. (excl. Syn).

Sectio 2. *Eremanthe:* Calycis foliola in praeflorat. manifeste imbricata. Anth. eglandulosae. Styli distincti. Spermophorus indivisus v. tand. in laminas 5 lin-lanc. utrinq. seminiferas secedens. Sem. rectiuscula.

16. NORYSCA PATULA Bl. — Bl. I. c. p. 22.
Hypericum patulum Thunb. (DC. Prodr. I. 545. 20 pr. p.) fl. Japon. Ic. tab. 17.

17. NORYSCA RORIDA Bl. — Bl. l. c. p. 23.

Ramulis teretib.; f. sessilib. amplexicaulib. ovato-oblongis v. lanc. (1—1¾ p. lg., 5—8 lin l.) acutis v. obtusiusc. c. mucrone margine revolutis utrinq. pruinosis; florib. corymbosis v. solitariis, calycis foliolis ovali-oblongis obtusis v. acutiusculis.

In Java.

18. NORYSCA JAVANICA Bl. — Bl. l. c. 23.

Hypericum Javanicum Bl. Bijdr. (Walp. Rep. I. p. 385 n. 15).

19. NORYSCA LESCHENAULTII Bl. — Bl. l. c. p. 23.

Hyper. Leschenaultii Chois. (DC. Prodr. I. 545 n. 23). — *Hyper. triflorum* Bl. Bijdr. 142. (Walp. Rep. I. p. 385 n. 17). — (cfr. supra sub *Hypericum*).

20. NORYSCA CORIACEA Bl. — Bl. l. c. p. 23.

Hyperic. coriac. Bl. Bijdr. 142 (Walp. Rep. I. p. 385 n. 16).

5464. B. k. **ROSCYNA** *Spach.*

Bl. Mus. bot. Lugd. Bat. II. 20.

1. ROSCYNA JAPONICA Bl. — Blume l. c. p. 21.

F. cordato-oblongis v. cordato-lanc. (1⅔—3 p. lg., ⅓—¾ p. l.) acutis v. obtusis; calyc. foliolis ovalib. subaequalib. obtusis cor. triplo breviorib.

Hypericum Ascyron (haud Linn.) herb. v. Sieb.

In Japonia.

5464. C. n. **BRATHYS** *Mut.*

Blume Mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 19.

1. BRATHYS JAPONICA Bl. — Bl. l. c. p. 19.

Hypericum Japonicum Thunb. (DC. Prodr. I. 548 n. 57) excl. pl. Nepal.

var. *accumbens:* Caule plerumq. simplici; f. minorib. cauli rufo-appressis.

In Japonia.

2. BRATHYS NEPALENSIS Bl. — Bl. l. c. p. 19.

Caule herbaceo tetragono-decumbente; f. sessilibus ovalib. obtusis nervosis glabris pellucido-punctatis; fl. in dichotomia ramulor. solitariis v. furcato-racemosis; calycis foliolis ovato-oblongis mucronatis.

Hyperic. Japonicum (haud Thunb.) Don Prodr. Nep. 219. 7. (excl. ut in seq. syn.) Wight et Arn. Prodr. I. 99. 347. — *Brathys Japonica* Wght. Ill. I. 113.

In Nepalia.

3. BRATHYS LAXA Bl. — Bl. l. c. p. 19.

Caule herbaceo tetragono erecto v. ascendente simplici v. laxe ramoso, f. amplexicaulib. ovalib. v. suborbiculatis (1½—3 lin. lg., 1—2½ l.) rotundatis nervosis glabris subt. glaucis obsolete punctatis; fl. in ap. ramulor. (saepe furcatorum) paucis; bract. ovalib. oblongisve pedicellum adaequantib.; calyc. foliolis oblongis obtusis v. acutiusculis.

In Japonia.

4. BRATHYS DEBILIS Bl. — Bl. l. c. p. 20.

Caule herbaceo tetragono debili laxe ramoso; f. sessilib. ovatis ovalibusq. (2—4 lin. lg., 1—2 l. l.) rotundatis v. obtusis nervosis glabris

pellucido-punctatis; fl. in dichotomia ramulor. solitariis longe pedunculatis ebracteatis; calyc. foliolis lanceolatis mucronatis.

Hyperic. Japonicum (haud Thunb.) Bl. Bijdr. Fl. Ned. Ind. 143. — An a *Br. Nepalensi* satis distincta?

In Java.

5. BRATHYS RADICANS Bl. — Bl. l. c. p. 20.

Caule herbaceo tetragono procumbente radicante; f. amplexicaulib. subcordato-ovatis ovalibusve (2—5 lin. lg., $1\frac{1}{2}$—3 l. l.) rotundatis v. obtusis nervosis glabris subt. glaucis pellucido-punctatis; fl. in pedunculis terminalib. dichotomis laxe racemosis; bract. linearib. pedicello breviorib.; calycis foliolis lanceolatis acutis.

Aff. *Br. Japonicae*, sed caule debiliore, procumbente, inferne radicante diversa. — In Sumatra.

6. BRATHYS CAESPITOSA Bl. — Blume l. c. p. 20.

Caule herbaceo tetragono caespitoso; f. amplexicaulib. ovatis v. ovalib. v. subrotundis (1—3 l. lg., 1—$2\frac{1}{2}$ l. l.) obtusis v. rotundatis nervosis marg. scabridis subt. glaucis pellucido-punctatis; fl. terminalib. solitar. v. in pedunculis terminalib. dichotomis subracemosis; bract. linearib. pedicello breviorib.; calycis foliolis lanc. acutis

Cum. var. in Sumatra.

β. var. *pusilla:* caule plerumq. simplici ex ap. 1- v. cymoso-paucifloro.

7. BRATHYS ORYZETUM Bl. — Blume l. c. p. 20.

Caule suffruticuloso tetragono inde a b. ramoso erecto v. procumbente radicante; f. amplexicaulib. subcordato-ovatis ovalibusve ($1\frac{1}{2}$—4 lin. lg., 1—$1\frac{1}{2}$ l.) acutis v. plerumq. obtusis nervosis glabris subt. glaucis obs. punctatis; fl. in dichotomia ramulor. solitariis v. in ap. ramulor. paucis subracemosis; bract. ovatis lanceolatisve pedicello breviorib.; calyc. foliolis lanceolatis acutis mucronulatis.

In oryzetis ins. Celebes.

3465. **ELODEA** *Adans.*

(Walp. Rep. I. 390. — Walp. Ann. II. 188.)

1. ELODEA JAPONICA Bl. — Blume mus. bot. L. Bat. II p. 15.

F. sessilib. membranaceis oblongis v. spathulato-oblongis ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{3}{4}$ p., 5—11 lin. l.) obtusissimis; pedunc. terminalib. et ex folior. superior. axillis 1—3 floris; calycis foliolis lanc. obtusiusculis; pet. oblongis obtusis calyce paulo longiorib.; androphoro (s. filamentor. b. unitâ) filamentor. ap. vix dimidio longiore; stylis ovario triplo breviorib.

Affinis *E. axillari* Spach. — In Japonia.

2. ELODEA CRASSIFOLIA Bl. — Blume mus. bot. II. p. 15.

F. semiamplexicaulib. v. sessilib. crassiusc. cordatis v. subcordato-oblongis (1—$1\frac{2}{3}$ p. lg., $\frac{1}{2}$—$\frac{3}{4}$ l.) obtusis marg. revolutis; pedunc. terminalib. et ex folior. superior. axillis; calyc. foliolis oblongis obtusis; androphoro filamentor. ap. paulo longiore.

A priori f. crassiorib. b. subcordatis diversa. — In Japonia.

5472. **CRATOXYLON** *Bl.*

(Walp. Rep. I. p. 391 et Ann. II. p. 189.)

Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. 15.

1. CRATOXYLON CLANDESTINUM Bl. — Blume l. c. p. 15.

F. chartaceis e b. rotundata v. obtusa oblongis v. ovato-oblongis (2—5 p. lg., 1—1½ l., pet. 1 lin.) acuminatis reticulato-venosis; pedunculis cymoso-5—7-floris paniculatis axillarib. et terminalib.; squamulis hypog. minimis obtusis.

Affine priori, a quo fl. minorib. et inflor. paniculam magis laxam divaricatam ramulum terminantem sistente differt. — In Java.

2. CRATOXYLON RACEMOSUM Bl. — Blume l. c. p. 16.

F. subcoriaceis e b. rotundata v. obtusa oblongis v. ovato-lanc. (2½—6 p. lg., 1—1¾ p. l., pet. ½—1 lin.) acuminatis reticulato-venosis; pedunculis subtrifl. in racemum termin. dispositis; squamulis hypogynis subrotundis cucullatis.

In Java.

3. CRATOXYLON SUMATRANUM Bl. — Blume l. c. p. 16.

Cr. Hornschuchii (haud Bl.) Korth. — *Elodea Sumatrana* (Walp. Rep. I. 390 n. 1).

4. CRATOXYLON CELEBICUM Bl. — Bl. l. c. p. 16.

F. coriac. e b. obt. attenuata lanceolatis (2—6 p. lg., 8—15 l. l., pet. ½—1 lin.) acuminatis reticulato-venosis; pedunc. subtrifloris racemosis axillarib. et terminalib., squamul. hypog. spathulatis obtusis subcucullatis.

In Celebes.

5. CRATOXYLON LIGUSTRINUM Bl. — Bl. l. c. p. 16.

Ancistrolobus ligustrinus Spach. (Walp. Ann. II. 189. 1). F. subcoriaceis lanc. v. lanc-oblongis (¾—3½ p. lg.; ½—1 p. l., pet. 1—2 lin.) utrinq. acuminatis venulosis; pedunc. axillarib. et terminalib. 2—5-floris; squamulis hypog. obovatis cucullatis.

6. CRATOXYLON MYRTIFOLIUM Bl. — Blume l. c. p. 17.

F. chartaceis, ellipticis v. elliptico lanc. (½—1½ p. lg., 4—8 l., pet. vix 1 lin.) utrinq. acutis v. ap. brevit. cuspidatis venulosis, pedunc. supraaxillarib. 1—3-fl. v. lapsu folior. in racem. termin. dispositis; squamulis hypog. cucullatis obtusis.

Affine *C. ligustrino* nob. — In Borneo austr.

Species incertae v. minus cognitae:

7. CRATOXYLON PETIOLATUM Bl. — Bl. l. c. p. 17.

Fol. lato-lanceolatis; pedunc. axillarib. et terminalib. paucifl.; squamulis hypog. magnis.

Hypericum petiolatum (haud Linn.) Lour. fl. Cochinch. 577. 2 (excl. syn.).

An satis a *Cr. ligustrino* nob. distinctum?

8. CRATOXYLON COCHINCHINENSE Bl. — Bl. l. c. p. 17.

Hypericum Cochinchinense Lour. (DC. Prodr. I. 554).

9. CRATOXYLON BLANCOI Bl. — Bl. l. c. p. 17.

Fol. ovato-elongatis b. biauriculatis; fl. paniculatis.

Hypericum Olympicum (haud Linn.) Blanco Fl. Filipp. 613.

In Philippinis.

10. CRATOXYLON ARBORESCENS Bl. — Bl. l. c. p. 17. —

Vismia ? aborescens Choisy (DC. Prodr. I. 543 n. 17).

11. CRATOXYLON WIGHTII Bl. — Bl. l. c. p. 18.

F. e b. attenuatâ oblongo-ellipticis (3—4 p. lg., circ. $1^1/_2$ p. l.) obtusis; pedunc. axillarib. solitariis 1-floris; squamulis hypogynis cuneatis ap. saccatis.

Ancistrolobus spec. Wght. Illustr. I. 111. — In Mergui Indiae orient.

5471. **TRIDESMIS** *Spach.*

(*Tridesmos* Hook. et Arnot. — *Tridesmis* Spach. Suites a Buffon V. p. 360.)

Choisy in Zolling. Verz. (1854) p. 151 et adnot. — Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. 18.

Intra Hypericineas apprime distinguuntur Tridesmineae Spach. capsulis loculicido-trivalvis et quibusdam aliis minoris momenti characterib. Forsan subtilior distinctio est inter genera *Tridesmos* et *Ancistrolobus*, nec facile est species patiri quas merito clar. Hook. et Arn. in unum collocare proposuerant.

1. TRIDESMIS OCHNOIDES Spach. in Suites a Buffon V. 359.

Nouv. Ann. sc. nat. V. 352. 1. — *Tr. Billardieri* Spach. Nouv. Ann. sc. nat. V. tab. VI. A. — *Tr. Jackii* Spach. l. c. — *Tr. formosa* Korth. — *Elodea formosa* Jack. — *Ancistrolobus formosus*, Zoll. et Moritz. Verz. p. 25. — *Hypericum biflorum* (haud Lam.) Choisy (DC. Prodr. I. 546. 27). excl. syn. Lam. et Retz. — *Hyperic. Aegyptium* Blanco Fl. Filipp. 615.

Ad unam modo spec. synonyma laudata videntur referenda.

Ordo XLV. CLUSIACEAE *Lindl.*

(*Guttiferae* Juss. ex p. — DC. Prodr. I. 557. — Walp. Ann. II. 190.)

Cfr. *Clusiaceae:* in System. Verzeichn. Zollinger 1854 p. 148—150. — Spruce in Kew Journ. bot. Novbr. 1855.

Tribus I. *CLUSIEAE* (Endl. gen. pl. p. 1025.)

5436. **RENGGERIA** *Meissn.*

(Walp. Rep. I. 393. II. 811.)

1. RENGGERIA ACUMINATA Seem. — Seemann, bot. of the Herald p. 88. —

Fruticosa, f. longe petiolatis obovato-oblongis in pet angustatis ap. valde acuminatis glabris, paniculis ter trichotomis, pedunc. 4-angulatis, fl. foemin. 8-bracteatis, sep. 5 subrotundis obtusis, pet. 5 oblongis subtruncatis, stigmatib. 5, staminib. 5, ante anth. ovario brevioribus. Caps. ignota.

Bay of Cupica, Darien. — Frutex parasitice arboribus insidens; f. 5—6 p. lg., 2½—3 p. l., flores ante anth. circ. pisi magnitud.

5438. **CLUSIA** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 558 (excl. § 2). — Walp. Ann. II. 190.)

1. CLUSIA ODORATA Seem. — Seemann bot. of the voy. of Herald p. 89.

F. obovato-ellipticis obtusis in petiolum attenuatis, fl. in cymis trifidis paucifl. odoratis, sep. 6, pet. 4, obovato-oblongis albis, stigmatib. 6 distinctis, caps. ovata.

Nom. vernac. „Copecillo oloroso." Ad vulcanum Chiriqui, Veraguas. — Arbor 20—24 ped. F. 3—3½ p. lg., 1—1½ l., fl. circ. pollicem diam.

2. CLUSIA PRATENSIS Seem. — Seemann bot. of the voyage Herald. p. 89.

F. obovato-ellipticis obtusis vel subacutis in pet. attenuatis, fl. inodoris, calyce 8-phyllo, pet. 4 obovatis obtusis roseis v. albis sanguineo-maculatis, stigmatib. 8 distinctis. —

Nom. vernac. „Cope Chico." — In Savannis, juxta Panama frequentissima. — Arbor pulchra, circ. 18 ped.; f. 5 p. lg., 1½—2 p. l. Fl. 1½ poll. diam. Folia ad scribendum (tamq. f. Cl. odoratae) et in arte medica adhibita.

5439. **ARRUDEA** *St. Hil.*

(Walp. Rep. II. 811.)

1. ARRUDEA ? BICOLOR Benth. — Benth. in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 166.

Fol. petiolat. obovali-cuneat. margine recurvis, venis vix conspicuis corymbis (masc.) terminalib. pauciflor., sepal. ultra 20, pet. 5.

Frutex in arbor. parasitic., undiq. glaberr., ramis teretib. F. 3—5 p. lg., supra med. 1½—2½ p. l., ap. rotundata, b. in petiol. ½ p., lg. angustata. Fl. ad apic. ramulor. 3—9, dispositi in cymas breves trichotomas brev. pedunculat., multo minor. quam in A. clusioide, vix 1½ p. diam., in specim. suppet. omnib. masc. Sep. (v. bract.) circa

22, concava, coriac. arcte appressa, interiora gradat. majora, intima late membranac. — marginata et lacera. Pet. 5, sep. interior. majora, alba, b. lutescentia, late obovali-orbiculata, ap. emarginata, marg. undulato crispa, b. breviss. unguicul. Stam. circa 80, arcte conferta, libera tamen: filam. clavatis l. lg.; anth. in summo vertice sessil., bilocul., locul. brevib. divergentib. Ovarii vestigium nullum vidi.

Tribus III. *GARCINIEAE* (Endl. gen. pl. p. 1026.)

TERPNOPHYLLUM *Thw.*

Thwaites Ceylon pl. in Kew gard. misc. VI. 70.

Fl. dioici. Cal. ebracteolat., 4-phyllus; foliol. subaequalib., imbricatis decid. Cor. petala 4, hypog., calyc. foliolis alterna, aest. imbricata. — Masc. Stam. plurima in discum mamillatum bilobatum (v. sub-4-lobatum) inter se et c. petalor. singulor. media carina coalita. Disci mamillae antheriferae. Anth. in quaque mamilla 2, 3 v. 4, saepiss. 2; loc. horizontalib., subimmersis. Ovarii rudiment. mamillaeforme, minut. — Foem. Stam. sterilia c. 18, squamaeform., triangularia, ovarii b. amplectentia. Ovar. liber. biloculare. Ovula in loc. solitar., amphitr., in placenta discif. subimmersa, foramine inferiore. Styl. breviss. Stigma peltatum, sublobat. Drupa carnosa, balsamiflua, abortu 1-locular., 1-sperma. Sem. medio affixum, testa membranacea.

1. TERPNOPHYLLUM ZEYLANICUM, Thw. — Thwaites l. c. (Tab. II. C.)
O. P. n. 2695. in herbar. Peradeniensi.

Arbor mediocris; f. opposit., integerr., lanc., utrinq. angustatis, penniveniis (ven. primariis c. vena intra-marginali anastomosantib. v. potius ear. apicibus venam intramarginalem formantib.), petiolatis, 3—4 pollic. lg., 1—1¼ p. l., juniorib. jucunde rubris, pet. 4 lin. lg.; fl. axillarib. fasciculat. v. subumbellatis, 3½ l. l., flavescentib., pedic. 2 l. longis.

Species pulcherrima rara, in provincia centrali insulae Zeylaniae in elevat. c. 3000′.

5413. GARCINIA *Linn.*

(DC. Prodr. I. 560. — Walp. Ann. II. 190.)

1. GARCINIA MULTIFLORA, Champ. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. III. 310.
F. ovat. obovatisve acuminat., fl. (hermaphr.) corymboso-panicul. 4-sep., 4-pet., stam. 4-adelphis.

Frutex. F. brevit. petiolata, 3—3½ p. lg., 1½ p. l. Panicula corymbif., trichotoma, intra f. summa sessilis et ea subaeq. Bract. lanc. 2 l. lg. deciduae. Fl. numerosi ad apic. ramulor. terni, brevit. pedicellati. Sep. orbicul. 3 lin. l. Pet. obovat., duplo longiora. Stamin. phalanges breves, crasso-carnosi, anth. numerosiss. Ovar. quadrat., stigmate maximo peltato; loculi 2 in flore a me aperto. Fl. masculos haud vidi. — Frutex in regione montium nigrorum (ins. Hong-Kong) vulgaris.

2. GARCINIA ECHINOCARPA, Thw. — Thwaites Ceylon plants in Kew gard. misc. VI. 71. — F. integerr., coriac., oblongis, breve acuminat. v. retus., b. parce angustatis, 2½—5 p. lg., 1½—3 p. l., penniveniis; venis primar. 1½ l. distantib. folii marginem fere attingentib.; pet. 5—8 lin. lg., supra sulcato, rufesc. Fl. dioici, ad ramulor. apices aggregati, sess., pallide flavesc. Calyc. foliola crassa concava. Pet. oblonga. — Masc. Stamina filamentis in discum tetragon. infra coalitis, supra liberis; anth. subquadratis, rufescentib. Ovarii rudimentum saepiss. immersum. — Foem. Stam. steril. b. una serie coalita, supra libera ovar. cingentia. Ovar. liber. squamis carnosis numeros. imbricat. tectum; stylo brevi; stigmate peltato, irregularit. lobato, lob.

tuberculat. rufis. Drupa subsphaerica, echinulato-muricata, 1—3 sperma, 1—1½ p. lg. Sem. oblonga; testa coriac., rufo-brunnea. — Species valde distincta ovario squamuloso, quae squamulae demum echinulationes fructus maturi conformant. — In provinc. centr. ins. Zeylaniae vulgaris, 2000—5000′ alt. — Ab indigenis Madol s. Madol-gaha nominata.

3. GARCINIA MANGOSTANA Lin. (DC. Prodr. I. 560. 1). — Curtis bot. mag. tab. 4847.
F. elliptico-oblongis acuminatis coriaceis, fl. terminalib. solitariis „masc. fasciculatis“, bacca pomiformi globosa laevissima, stigmate 5—8-radiato-coronata.
In iusulis Moluccis et Sundaicis.

5446/1. DISCOSTIGMA *Hsskl.*

(Endl. gen. pl. suppl. III. p. 95. — Walp. Rep. V. 145.)

1. DISCOSTIGMA ? GRANDIFOLIUM Choisy. — Zolling. Syst. Verz. I. c. p. 150. — Specim. fructiferum, idcirco generis dubii. F. priore (D. rostrato) majora venulis adscendentib. minus regulariter approximatis ap. vix rostrata, petiolis crasso-rugosis Pedunc. fructiferi axill. breves 1—3 baccas gerentes globosas pericarp. spongioso 2-loculari; loc. 1-spermi semine carnoso dissepimento adnato. Stigma peltatum. — Arbor in silvis Padjo, ins. Bima 4000′ alt.

2. DISCOSTIGMA ROSTRATUM Hassk. (Walp. Rep. V. 145 n. 1). — Zolling. syst. Verz. 1851 p. 149 in adnot. — Frutex dioicus quoad flores masculos hucusque prorsus indescriptus et tamen singulariter constructus. — Pedunculi fl. masc. multifl. brevem paniculam efformantes. Bract. 2 virides glabrae obtusae ½ lin. longae. Sep. 2 viridia glabra obtusiuscula. Stamina numerosissima in 4 phalanges coadunata et idcirco 4 stamina tantum simulantia petalis alternantia filamentis crassis anth. mammillosis, filam. communia crassa rubricantia ½ lin. longa, post anth. extus paulisper reflexa; anth. singulae 2-loc. in agglomeratione biporosae apparentes. Ovarii rudimentum styli speciem referens stigmate peltato dem. lacero coronatum. Pedunculi fl. foem. 3-flori. Ovarium nigrum globosum minimum stigmate peltato nigro apertum. Fructus (sejunctus) niger subcostatus nudus glaber cylindrico-ovoideus 3 lin. altus baccam fungoso-coriaceam referens, seminib. in nostris absentibus. — F. utriusq. venulis horizontalit. approximatis tenuiss., acumine rostrato obtusiusculo, petiolis teretib. — Arbor ex silvis provinciae Bantam ins. Javae.

Tribus IV. *CALOPHYLLEAE* (Endl. gen. pl. p. 1027.)

5448. CALOPHYLLUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 562. — Walp. Ann. II. 191.)

1. CALOPHYLLUM VENULOSUM Zoll. — Zollinger syst. Verz. 1851 p. 150. — Ramuli teretes rugoso cortice griseo. F. ovato-ellipt. utrinq. obtusa etiam b. quasi truncata brevissime petiolata utrinq. lucida venulis subt. praecipue conspicuis 3—4″ longa, 1—1½ l.; petiolus crassus 2 lin. longus superne sulcatus subt. in nervum intermedium folii productus. Pedunc. subpollicares tenues nigresc. laxe 3-fl., raro 1—2 flori; pedic. quoq. pollicares aut paulo breviores; ad b. pedicellorum bracteae minutae acutae glabrae deciduae. Calyx bisepalus, sep. ovato-obtusa 2 lin. longa post anth. saep. reflexa glabra nigra. Petala 2 obovato-obtusissima 4 lin. longa glabra lutea. Stam. petalis breviora. Ovar. nigrum glabrum post anthes. nudum aut calyce suffultum. Fructus in sicco baccato-rugosus glaber, cerasi magnitudine. — *Cal. retuso* affine, sed abunde distinctum, pet. brevissimis, pedunc. 3-floris non paniculatis, fl. multo majorib. laxis non confertis. — Hort. bot. Buit. ex montosis Seribu. — Tjitjiringin in prov. Bantam.

2. CALOPHYLLUM HIRTELLUM Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 291.

Ramulis gemmis petiolis costaq. subtus ochraceo-hirtulis, f. (majusculis) oblongo-lanceolatis acutis v. breviter obtuso-apiculatis, b. acutiusc. v. obtusis, costa valida, venis densissimis tenuissimis, racemis axillarib., pedicellis subverticellatis.

Hab. in distr. Tjandjur Javae, loc. cultis (Jungh.). —

Species pulcherrima, ex affinitate *C. Moonii* Wght. Ic. tab. 111., facili negotio aut. discernanda. — F. 5—8 poll. longa, $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ l. etc.

3. CALOPHYLLUM TETRAPTERUM Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 291.

Ramulis compresso-tetragonis angulis subalulatis c. petiolis foliisq. glaberrimis, his lanceolato-oblongis acuminatis b. acutis, paniculis axillarib. contractis paucifloris floribusq. ochraceo-tomentellis.

Cresc. in Sumatrae distr. Angkola superiore, loc. silvatic., 1—3000′ alt. (Jungh.). — Rami vetustiores teretes, etc.

4. CALOPHYLLUM JAVANICUM Miq. — Miq. in pl. Jungh. III. p. 292.

Glabrum, ramulis compresso-tetragonis infra nodos subalato-complanatis, f. breviter petiolatis e b. divaricate subsagittato-cordata lanceolato-oblongis obtuse apiculatis, paniculis axillarib. brevib.

Cresc. in Javae m. Gunong-Saribu (van Gesker). — Rami stricti pallidi, etc.

5. CALOPHYLLUM EDULE Seem. — Seemann bot. of the voyage Herald p. 89.

Arborea, foliis elliptico-lanc., in pet. attenuatis ap. acuminatis, pedunc. axillar. geminis, calyce 2-sepalo, sep. obtusis, petalis . . . ., staminib. 10—12 persistentib., drupa oblonga flava 1-sperma.

Nom. vernacul. „Sastra".

Species e confinio *O. polyanthae* Walp., ex h. Pisano sub nom. *Ox. bifidae* accepta. Patria ignota, verosimiliter Chile.

DAPANIA *Korth.*

DAPANIA Korth. Nederl. Kruidk. Arch. 1851 p. 384. — Planchon in Ann. sc. nat. IV. t. 2. p. 266. — Dapania non ad Chrysobalaneas sed ad Oxalideas referenda est.

Ordo LXII. ZYGOPHYLLEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. I. 703. — Walp. Ann. II. 242. III. 840.)

SERICODES *A. Gray.*

Asa Gray in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 28 adnot.

Calyx 5-partit., persist.; lacin. ovato-lanceolatis. Pet. 5 rhombeo-ovata subacuta vix unguiculata, subperigyna, nempe imo calyci inserta, laciniis ejusdem aequilonga, tarde decidua. St. 10, aequalia, c. petalis inserta: filam. filif., 5 petalis opposita nuda, 5 sepalis opposita b. intus squamula bifida pilosa persistente appendiculata: anth. oblongo-lin., introrsae medio affixae. Discus nullus. Ovarium sericeo-villosiss., arcte sessile 5-loc., 5-lobum, loculis sepalis oppositis, stylus superne 5-angulatus, clavatus, angulis deorsum longiuscule stigmatosis. Ov. in loc. solitaria, pendula. Fr. 5-coccus, siccus; coccis sericeo-villosissimis, coriaceis indehiscentib., ab axi centrali gracili secedentibus. Sem. exalbumin., loculi conforme, ap. ultra hilum rostellatum. Embryo rectus, cotyled. ovales, axi contrariae, radicula conica supera.

Frutex humilis ramosiss.; f. simplicib.! parvis oblongo-spathulatis integerrimis sericeis sessilib. fasciculatis, fasciculis alternis! stip. minutis spinescentib.; fl. 1—3 ex eod. fasciculo folior. breviter pedunculatis; cor. flava.

1. SERICODES GREGGII. In Mexico boreali pr. San Lorenzo.

Tribus I. *TRIBULEAE:*

Semina exalbuminosa.

6030. TRIBULUS *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 703. — Walp. Ann. I. 149. II. 242.)

1. TRIBULUS (*terrestris* var.?) SERICEUS Ands. — Andersson om Galapagos-Oarnes vegetation p. 245.

F. 6-jugis, foliolis utrinq. adpresse sericeo-villosis, subdecrescentib., denticulato-ciliatis; pedicellis petiolo brviorib.; carpellis 5, connatis, transverse 4-locularib.

a. *erectus:* Caule eréctiusc. $^3/_4$—ped., ram. saltem strictis.

Ins. Chatham.

b. *humifusus:* Caule digitali, undiq. ramoso, ram. depressis.

Ins. Charles.

Maxime *Tr. terrestri* (speciei Europaeae et Africanae) affinis.

2. TRIBULUS ADSCENDENS Ands. — Andersson l. c. p. 245.

F. 3-jugis, foliolis penultimis majorib.; peduncul. erecto-patentib., hispidis; carpellis tuberculato- 10-costatis; laevirostratis, dispermis.

Hab. loc. graminos., siccis reg. infer. insular. Chatham et Charles. — Caules digitales, pedales v. ultra etc.

3. TRIBULUS CRISTATUS G. Ehrenberg in Herb. Berolin. — Körnicke Mss.

Carpellis late alatis, ala carpellum aequante vel quam id longiore grosse dentata; nervis alarum basi reticulatis supra basim fasciculato-conjunctis.

In deserto Dongolae inter Dale et Acme Decembri, et in Aegypto ad Emschahr el bakhah Majo leg. G. Ehrenberg (Herb. Berolin.). — Planta valde villosa. Folia 6-juga, valde villosa, usque $1\frac{1}{2}$ pollicaria. Fructus magni breviter pedicellati, pedicellis 1-linearibus vel brevioribus, crassiusculis, erectis. Carpella valde compressa, circiter 3-locularia, alata, breviter denseque pubescentia et praeterea pilis longis strictis conspersa, circiter 4 lineas longa. Alae rigidae, concaviusculae, basi apiceque subtruncatae, 4 — 5 lineas longae et longiores, 2 — 3 lineas latae. Nervatura alarum insignis.

4. TRIBULUS PTEROCARPUS G. Ehrenberg in Herb. Berolin. — Körnicke Mss.

Carpellis late alatis, ala ubique aeque lata, quam carpellum longiore, vix denticulata; nervis alarum parallelis.

In desertis Dongolae ad Ambukohl et in Arabiae agris ad Gumfida leg. G. Ehrenberg (Herb. Berolin.) — Planta villosa. Folia 5 — 6 juga, subtus villosa, 9 — 20 linearia. Fructus mediocres, pedicellati, pedicellis 6-linearibus vel brevioribus, refractis. Carpella compressa, 1 — 2 locularia, cum alis breviter pubescentia et praeterea pilis strictis conspersa, circiter 3 lineas longa. Alae arido-membranaceae, basi apiceque rotundatae, 4 lineas longae, $1\frac{1}{2}$ — 2 lineas latae. — Tribulus et cristatus et pterocarpus a Tribulo alato Del. alis ubique aeque latis carpello plerumque paullo longioribus (nec carpello brevioribus versus apicem decrescentibus) distinguuntur.

6031. **KALLSTROEMIA** *Scop.*

(Walp. Rep. I. 493. — Walp. Ann. II. 244.)

1. KALLSTROEMIA GRANDIFLORA (Torr. in herb. Hook.). — Asa Gray pl. Texano-Neo-Mexicanae in Smithson Contrib. III. art. V. p. 28.

Suberecta, setis patentib. hispida; f. 3—5 jugis; pedunc. folio longiorib.; petal. (aureis) sep. lanceolata longe acuminata duplo excedentib.; staminib. 10 conformib. subaequalibus; carpellis dorso rugoso-tuberculatis stylo persistente dimidio breviorib.

Col. Emory; Sonora Alta, Mexico.

var. *detonsa:* multo minus hispida v. nuda, f. minoribus.

Caules spithamaei-pedales. Petala pollicaria. Stylus multo longiorquam in K. maxima.

Tribus II. *ZYGOPHYLLEAE VERAE.*

Semina exalbuminosa.

6034. **FAGONIA** *Tournef.*

(DC. Prodr. I. 704. — Walp. Ann. II. 244.)

1. FAGONIA MAYANA Schltdl. — v. Schlchtdl. in bot. Ztg. 1851. p. 815. — Indumentum: pubes crassiuscula patens, gluten secernens per omnes partes exceptis corolla et stylo glaberrimis dispersa, in fructu multo brevior pilis tenuiorib. longiorib. sparsis,

imprimis ad angulos frequentiorib. comitatur. Caulis dichotome superne fere divaricato-ramosissimus. Folia inferiora majora petiolo 3 circ. lin. longo insidentia, 3-foliolata, superiora sens. minora summa paucas lin. c. petiolo longa. Foliolum folii majoris medium 9 circ. lin. lg, 6 lin. latum, fere obovato-cuneatum, lateralia paulo breviora, ½ angustiora, oblonga, inaequilatera hinc obliqua, omnia obtusa v. obtusiusc. mucrone pungenti pallido brevi terminata, carnosa, subsessilia. Stip. lineares subulato-cuspidatae, petiolo foliorum inferior. breviores, in superiorib. partib. tandem folium aequantes. Fl. brevissime pedicellati, pedic. fructifero deflexo. Sep. lata ovata cuspidata. Pet. sepalis ½ longiora oblonga ap. obtusa sens. bas. versus attenuata, 2 lin. longa. Anth. breves ellipticae. Caps. c. styli persistentis cuspide 2¼ lin. longa, late ovoideo-pentagona, loc. ab axi persist. solubilib. et a b. (ut videtur elastice) bivalvatim dissilientib. Sem. orbiculare, valde compressum, albidum, funiculo brevi affixum.

Fag. Cretica recedit habitu graciliore, defectu pubis glutiniferae etc. — *F. glutinosa* gracilitate omnium part. etc.

In montib. sterilissimis insulae Majo (inss. Capit. virid.).

6036. **ZYGOPHYLLUM** *Linn.*

(DC. Prodr. I. 705. — Walp. Ann. II. 245.)

1. ZYGOPHYLLUM CORNUTUM, Coss. — Cosson et Durieu, notes sur quelq. esp. d'Alger. Bullet. bot. de Fr. 1855 n. 6 p. 364. — Suffrut. a b. ramosiss., prostratus ramis teretib., novellis eod. modo ac fol. dense incano-subtomentosis; f. opposit., petiolat., bifoliolat., pet. crasso carnuloso tereti foliola subaeq. v. breviore, foliolis carnulos., teretiuscul., oblongo-lin., oblong. v. rar. ovato-oblong., obtus.; stipulis utrinq. cum stip. f. oppositi, in unicam connatis; pedicellis inter folior. stipulas enatis, solitar. geminisve, dem. erecto-patentib., fructu breviorib.; sepalis membranac., concavis ovato-oblong., obtus. saep. rubellis, dorso pubesc.-subtomentos.; pet. albis, calyce subdimid. longiorib., ovato-suborbiculat., in ung. longiusc. abrupte attenuat.; staminum filamentis inaequalib., squamulae oblg. integrae b. interd. adnatis; ovar. sess., 5-gono, dense pubesc.-tomentoso, stylum longitud. subaeq.; fructu pube breviss. adpressa obsito, acute 5-gono, in parte infer. ang. obconico v. cuneato, carpell. superne liberis in cornua oblong-lanc. fructu subdimid. vix breviora pl. min. divergentia productis, dem. in parte infer. a b. loculicide et septicide dehisc., et a columella filiformi persistente dem. secedente. — Febr. — Jun. — In salsis Alger. austr., ad marg. lacuum salsorum aestate exsiccator. ab indigenis „Chott" nuncupatorum: prope Biskra etc. — Habitu Zygophylli albi a quo fructu vero structura distincte differt.
2. ZYGOPHYLLUM IODOCARPUM Ferd. Müll. — Id. diagn. nov. in Linn. XXV. p. 372.

Herbaceum, diffusum, glabrum, foliolis binis petiolum alatum subaequantib. oblongo-cuneatis emarginatis, marg. recurvo, fl. fructibusque cernuis, pet. oblongo-cuneatis, staminib. cum stylo glabris squamula dimidio breviore omnino concretis, sep. lanc-subulatis, caps. depresso-globosa violacea exsiccando pentagona aptera.

In pascuis collinis lapidosis subsalinis pr. Cudnaka et Wulpena. — Pl. adscendens humilis nunc pedalis, etc. — Anth. primo vere.

3. ZYGOPHYLLUM APICULATUM Ferd. Müll. — Id. diagn. nov. in Linn. XXV. p. 373.

Suffruticosum, diffusum, glabrum, foliolis binis petiolo marginato duplo longiorib. planis oblique ovatis in b. cuneatam contractis, fl. erectis, sep. ovato-lanc. acutis, capsulis cernuis hemisphaericis acute pentagonis ad angulorum ap. in acum. latum breve obtusum dilatatis, ceteroquin apteris.

In pascuis semisalsis sec. flum. Broughton sinum Spenceri versus. — Suffrutex densus adscend. pauciped. ramosissimus etc. — Anthes. primo vere.

4. ZYGOPHYLLUM (*Roepera*) CRENATUM Ferd. Müll. — Id. diagn. nov. in Linn. XXV. p. 374.

Herbaceum, procumbens, glabrum, foliolis binis petiolo alato longiorib. cuneatis ap. incisuris paucis crenatis marg. planis, fl. erectis, sep. lanc-ovatis acutis, pet. cuneatis unguiculatis, staminib. c. stylo glabris squamula membranacea laciniata concretis, caps. tetragona, valvis dimidiato-ovalib. angustissime alatis.

A rivo Rocky river, lacum Torrens versus, locos depressos pusillum salsos sparsim inhabitans. — Herba annua, ram. nunc brevib. nunc pedem longis ramulisq. angulosis. etc. Anthes: Sept. — Novbr.

5. ZYGOPHYLLUM (*Roepera*) PRISMATOTHECUM Ferd. Müll. — Id. diagn. nov. in Linn. XXV. p. 375.

Herbaceum, erectiusculum, glabrum, f. simplicib. cuneatis ap. dilatatis profunde bilobis planis, fl. brevissime pedicellatis, sep. lin-subulatis, staminib. c. stylo glabris b. versus latiorib. dilatato - bidentatis v. edentulis!, caps. quadrangula oblongo - prismatica aptera, ap. in lobos 4 herbac. subclavatos desinente.

Ad clivos siccos amnis Arcaba. — Herba annua paucipollicaris, etc. — Anthes: veris priore parte.

Observat.: Ex indagatione specier. Zygophylli saltem 8 indigenarum prodit: *Roeperam* modo staminum numero et fl. fructusq. partitione quaterna discerni posse, quae signa, etsi in specieb. constantia, non majoris momenti videntur, quam floris et fr. divis. in Dodonaeae aliorumq. gener. specieb..... Idcirco *Roeperam* ut subgenus c. Zygophyllo connectere licebit. — Ferd. Müller cfr. l. c. p. 376.

6038. LARREA *Cav.*

(DC. Prodr. I. 705. — Walp. Ann. III. p. 840.)

1. LARREA MEXICANA, Moric. (Walp. Rep. V. 386. n. 1). — Pl. Heermannianae in journ. of the acad. of Philadelph. 1855 p. 38.

L. glutinosa Engelm. App. Visliz. p. 93. — *Zygophyllum tridentatum* DC. Prodr. I. 706 n. 18. (Fl. Mexic.).

(Kreosote plant.)

6041. GUAIACUM *Plum.*

(DC. Prodr. I. 706. — Walp. Ann. III. 840.)

1. GUAIACUM COULTERI A. Gray. — A. Gray in pl. nov. Thurber. p. 312.

Stipulis parv. spinescentib.; foliolis 3—5 jugis lin-oblongis mucronatis b. inaequalib.; capsula breviuscule stipitata 5-cocca, coccis ovalib. dorso acute carinatis.

In regno Sonorensi, in collib. inter Rayon et Ures. — Octbr.

Specimina fructus tantum maturos exhibuerunt. Fl. ignoti.

Ordo LXIII. DIOSMEAE *Adr. Juss.*

(*Rutacearum* trib. I. Dec. Prodr. I. 709. — Walp. Ann. II. 246.)

SYMPHYOPETALON *J. Drum.*

Harvey, new Genera of W. Austral. plants in Kew gard. misc. VII. 54.

Calyx b. bibracteolatus, parvus pentaphyllus, foliol. aestiv. imbricatis. Pet. 5, calyce multo longiora, erecta oblonga, hypogyna b. et ap. libera, medio longe valvatim cohaerentia, aestiv. valvata. Stam. 10 hypog., petalis aequilonga; filam. libera, glabra, b. squamula barbata int. aucta; anth. biloc., introrsae, medifixae, longitud. dehisc. Ovaria 5, gynophoro 10-crenato insidentia glabra; ovula in loculis gemina, oblique superposita. Styl. filiformis. Caps. pentacocca, coccis transversim rugulosis, endocarpio soluto. — Frutex parvus, ramosus foliosus; f. sparsis petiolatis oblongis uninerviis convexis obtusis, supra glabris pellucide punctatis, subt. dense squamosis, squamulis peltatis argenteis; fl. solitariis pedicellatis axillarib. rubris.

1. SYMPHYOPETALON CORRAEOIDES, J. Drum. — Hab. Prope Middle Mount Barren.

UROCARPUS *J. Drum.*

Harvey, New Genera of W. Austral. plants, in Kew gard. misc. VII. 54.

Cal. minimus, 5-dentatus. Pet. 5 obovata, patentia, calyce multo longiora. Stam. 10 hypogyna, petalis subaequalia, omn. fertilia; filam. filif., glabra; anth. ovatae muticae, dorso supra b. inserta, bilocul. longitud. dehisc. Ovar. 2 opposita, sutura ventrali cohaerentia, ap. truncata, angulis dorsalib. porrectis, lateralib. compressis. Styli 2 in unicum glabrum coaliti; stigma incrassatum, bilobum. Caps. dicocca, coccis cornutis, bivalvib., endocarp. cartilagineo, elastice soluto, abortu 1-spermo. — Fruticul. habitu Phebaliis simillim., pube squamosa vestitus; f. ovatis b. in petiolo angustatis; fl. albis terminalib. umbellatis, pedicell. filiformib. squamosis.

1. UROCARPUS PHEBALIOIDES J. Drum. — Hab. Ad rivulum quendam in latere orientali montis „Mount Lesueur"; planta rara.

ACRADENIA *Kippist.*

R. Kippist in Linn. Transact. XXI. p. 207.

Calyx 5-partitus. Pet. 5 hypog., calyce multo longiora, aest. imbricata, ovato-elliptica, undiq. velutina. Stam. 10 hypog., petalis sublongiora, alterna paulo breviora; filam. libera, subulata, glabra; anth. introrsae glabrae, biloc., rima longitudinali dehisc., ap. inappendiculatae. Ovar. 5, gynophoro disciformi margine sinuato insidentia, 1-locul., villosiss.; singulo ap. glandula majusc. sessili instructo. Ovula in loculis gemina, suturae ventrali collateraliter inserta, pendula. Styli in unic. glabrum coaliti. Stigma subcapitellatum. Caps. 5- (v. abortu 1—3-) cocca; cocci subquadrati, compressiusc., glabrati, ap. truncati et ext.

brev. cornuti, coriacei, transversim rugosi; endocarpio haud secedente. Semina?

Frutex Tasmanicus, ramosiss., f. oppositis exstipulat., petiolat., 3-foliatis; foliolis coriac. lanc., serrat., supra tuberculatis; pedunc. terminalib., trichotome cymosis, multifloris, fl. albis.

1. ACRADENIA FRANKLINIAE. Zieria Frankliniae, Milligen mss. — Rich. Kippist l. c. p. 208. (tab. 22 fig. 1—8). — Frutex ramosiss., florib. ramulisq. juniorib. exceptis glaberr. Rami teretes, oppositi v. subverticillati. F. opposita, exstipulata, breve petiol., trifoliata. Pet. vix ½ p., supra canaliculati, subter convexi. Foliola 2 p., coriac., discolora, lanc. v. obovato-lanc., marg. revoluta, vers. ap. obtusum serrulata, b. attenuata integerr.; supra glanduloso-tuberculata atro-viridia, subter pallidiora laeviss. v. glandulis minus prominentib. parce conspersa, undiq. nitida; nervo med. valido utrinq. prominente, venis immersis inconspic. Cymae terminal., trichotomae, multifl., pedunc. communi teretiusc. v. compresso subpollic., ramisq. opposit. teretiusc., pil. brevib. patulis velutinis nigrescentes. Bract. subulatae, pilis longiorib. lutescentib. appress. dense tectae. Pedicelli divaricati ebracteolati (5 — 6 lin. lg.). Cal. profunde 5-partit., sepal. ovatis carnosulis, ext. margineq. hirsutis, int. glabr. Pet. 5. (v. quandoq. 4), calyce 5-plo longiora, aest. imbricata, sub anth. patentia, ovato-elliptica, breviss. unguiculata, b. sub 5-nervia, alba, undiq. pil. simplicib. crispatis velutina. Stam. 8—10, hypog. (persistentia?), pet. subsuperantia, alterna iisd. opposita paulo breviora; filam. omnino libera, lineari-subulata, laevia glaberr.: anth. introrsae, ovato-cordatae, glabr., biloc., rima longitudinali dehisc., sp. inappendiculatae. Ovar. 5 in germen pentagon. cohaerentia, gynophoro disciformi glabro marg. sinuato insidentia, 1-locul., villosiss., singula ap. ad angulum extern. glandula tuberculove majusc. sessili instructa. Ovula in quoque loc. gemina, suturae ventrali collateralit. inserta, pendula. Styli ex ovarior. ap. in unic. glabr. angulatum, subulato-linearem, stamina subaequantem, germine subduplo longiorem, coaliti. Stigma subcapitellatum vix lobat. Caps. subpentacocca; cocci (quor. 1—3 saepe abortivi), b. subcohaerentes sepal. persistentib. pluries longiores, subquadrati v. rhomboidei, paulo compressi, b. rotundati, ap. abrupte truncati et angulo externo brev. cornuti coriac. v. sublignosi dorso carinati, transversim rugosi, ext. glabriusc., int. sulcati, glabri; endocarpio haud secedente. — Hab. ad margines silvae densae pr. portum Macquarie dictum, insulae Van Diemen.

DRUMMONDITA *Harv.*

Harvey, new Genera of W. Austral. pl., in Kew garden misc. VII. 53.

Calyx pentaphyll. brevis foliol. obtusis, aestiv. imbricatis. Pet. 5, navicularia, erecta, imbricata. Stam. 10 in tubum elongatum pilosum 10-dentat. arcte cohaerentia, 5 alterna breviora fertilia, 5 longiora anan-thera, plumoso-barbata; antherae medifixae, erectae, acutae, dorso barbatae, bilocular. longitud. dehisc. Ovar. 5, gynophoro 5 lobato carnoso insidentia; ovula gemina, collateralia. Styl. filiformis exsertus; stigma capitatum. Capsula . . . . .

Fruticulus erectus ramosus ericoideus, f. dense imbricatis incurvis ciliolatis semiteretib. canaliculatis, glandula magna apicali glandulisq. dorsalib. nigris conspersis; fl. solitariis terminalib. erectis subsessilib.; pet. flavescentib. ap. viridib.; tubo stamineo petalis longiore ext. albo-tomentoso extra med. purpureo, int. pilis parcis pubescente, filament. sterilib. densius barbatis. — Genus ad honorem fratrum Thom. et J. Drummond nominatum.

1. DRUMMONDITA ERICOIDES, Harv. — Hab. Prope apicem montis „White Peak" dicti, pr. Moresby's Range. Planta rarissima.

SANFORDIA *J. Drum.*

Harvey new Genera of W. Austral. plants, in Kew gard. misc. VII. 53.

Fl. bracteati, pedicellati. Cal. 5-phyllus, foliol. maximis imbricatis coloratis persistentib. Pet. 5, calyce multo breviora, hypog., navicularia. Stam. 10 hypog., petalis breviora, omnia fertilia; filam. subulata, glabra; antherae bilocul., oblongae, basifixae, longitud. dehisc. Ovaria 5, gynophoro parvo insidentia, glandulosa; ovula .... Styl. filiformis, exsertus, stigma capitat. Caps. 5-cocca, coccis mamilloso-echinatis bivalvibus, endocarp. subcartilagineo soluto, elastice bilobo, b. seminifero, abortu monospermo. Semina ....

Fruticulus 1—2 ped., erect. b. simplex, ap. corymboso-paniculatus glandulosus; ramis tomentosis; f. dense imbricatis erecto-patentib., concavis, obovatis obtusis crassis enervib. subpuberulis glanduloso-punctatis, glandulis magnis convexis; pedunculis terminalib. ternis brevib. tomentosis b. bracteatis; bracteis petaloid., citrinis; calyc. foliolis magnis, citrinis pellucide punctatis puberulis.

1. SANFORDIA CALYCINA J. Drum. — In campis arenosis in littoribus fl. Hill River in Australia occidentali.

Tribus I. *CUSPARIEAE.*

(Endl. gen. pl. p. 1150.)

NAUDINIA *Planch. et Lind.*

Planchon et Linden in Ann. sc. nat. III. tom. 19. p. 79.

Calyx cupuliform., brevis, marg. nunc regularit. truncato, denticulis subulatis 5, longiusculis aucto nunc irregularit. repande fisso, denticulis minus abrupte ortis. Cor. pseudomonopetalae infundibuliformi-tubulosae manifeste incurvae, tubo cylindraceo, tereti (non pentagono), in limbum ventricosum, tubaeformem 5-fid., gradatim dilatato, lacin. parum inaequalib. semi-lanceolatis, aestiv. induplicato-subvalvatis, subanthesi recurvo-patentib. Stam. 5 petalis alterna, filam. complanatis in tub. hypog. corollae subconformem longe connatis, posticis 2 antheriferis, anticis 3 in ligulas steriles petalis subaequilongas productis. Anth. 2, b. fixae, falcato-oblongae, loc. 2 linearib., connectivo crasso intus adnatis, rima longa dehiscentib. Disc. hypog. cupuliformis. Ovar. 5 columellae centrali circ. adnata, laterib. inter se libera, 1 locularia, ovula 2, angulo interno affixa, semisuperposita, pendula, hemitropa. Styl. unicus (e 5 subapicalib. concretis) filiformis; stigma subcapitellatum, obsolete 5-lobum. Carpella 5, uno saep. tantum fertili, columellae b. pyramidatim dilatatae persistenti angulo interno tantum adnata, dem. pl. min. soluta, laterib. compressis antice cuneata, dorso carinato dem. ab ap. dehiscentia, ecornuta, mesocarpio sublignoso intus crasso reticulato-nervoso, endocarpio elastice soluto, cartilagineo, bivalvi. Semen abortu unicum umbilico lato fenestrae membranaceae endocarpii peritrope affixum, reniforme hemitropo-campylotropum, chalaza hilo latiore et ei subjecta, integumento duplici, externo crasse membranaceo, castaneo, lucido, intus strato tenui cellulari pallide viridi, adhaerente vestitum, interno (albuminis lamina) tenui, pellucido inter embryonis rugas pl. min. intromisso.

Embryonis exalbuminosi cotyledones contortu plicatae, exteriore interiorem magis corrugatum involvente, radicula cylindracea hilo proxima, intra massam cotyledonarem latente.

1. NAUDINIA AMABILIS Planch. et Lind. — Frutex (v. arbor?) Novo-Granatensis. — Schlim n. 536. (Maj. 1851).

5989. ALMEIDEA *St. Hil.*

(DC. Prodr. I. 729. — Walp. Ann. II. 246.)

1. ALMEIDEA RUBRA St. Hil. (DC. Prodr. I. 729. — Walp. Ann. II. 246). — Lemaire Jard. fleur. I. pl. 77.

5992. ERYTHROCHITON *Nees et Mart.*

(DC. Prodr. I. 732. — Walp. Rep. V. 387.)

1. ERYTHROCHITON HYPOPHYLLANTHUS Planch. et Lind. — Planch. et Lind., Ann. sc. nat. III. 19 p. 75.

F. (floriferis) unifoliolatis, c. petiolo 1—1½ poll. nodoso-articulatis anguste cuneato-oblongis (1—1½ ped.) glaberrimis obtuse acuminatis marg. integro irregularit. repandis, cym. paucifloris abbreviatis e costa media subt. versus quartam—sextam partem superiorem laminae enatis, staminib. fertilib. 2 (an semper?) sterilib. 3 liguliformib.

Hab. Nova-Granata, alt. 2,500′. Fl. candide albi, ext. rosei. — Maj. 1851, Schlim, n. 544. —

2. ERYTHROCHITON BRASILIENSE. (DC. Prodr. I. 732). — Hook. bot. mag. 1853 tab. 4742.

Tribus II. *PILOCARPEAE* Bartl.

(Endl. gen. pl. p. 1152.)

5995. MELICOPE *Forst.*

(DC. Prodr. I. 723. — Walp. Rep. V. 387.)

1. MELICOPE CINEREA A. Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 350. tab. 39.

F. lanceolato-oblongis b. rotundato-retusis pallidis utrinq. subt. praesertim ramulisq. juniorib. puberulo-tomentellis pedunculis axillarib. paucifl.; fl. subracemosis ext. canescentib.

Hab. In inss. Sandwicensib., Oahu: Wajana distr., Kaala mountains. — Planta arborescens etc.

2. MELICOPE BARBIGERA A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 351. tab. 39.

F. oblongis utrinq. obtusis, adultis viridib. supra glabris subt. secus costam villoso-barbatis; pedunc. axillarib. 1—3 fl., petiolo brevioribus; folliculis lenticulari-ovoideis.

Hab. in Sandwicensib. inss., in montib. ins. Kauai. — Planta arborescens, caet.

3. MELICOPE SPATHULATA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 352.

Glabra; f. elongatis spathulato-oblongis s. oblanc., obtusis b. acutis; pedunc. axillarib. 2—3 fl.; sep. petalisque glabris orbiculatis.

Hab. in inss. Sandwicensib., in montib. ins. Kauai. — Folia 3—6 pollic. lg., 1—2 p. l., caet.

4. MELICOPE ? ELLIPTICA A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 353.

Glabra; f. ellipticis utrinq. obtusis coriac. subt. grosse reticulatis; pedunculis brevissimis axillarib.; folliculis ovoideis c. calyce persistente tomentulosis.

Hab. Inss. Sandwicenses: in montib. Kaala, ins. Oahu. — Carpella speciei illius dubiosae, carpella Peleae Sandwicensis valde adaequant, sed ab illa differunt endocarpio intus laevi, ac calyce persistente.

5. MELIÇOPE ? GRANDIFOLIA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 354.

Glabella; f. magnis obovato-lanceolatis s. spathulato-oblongis membranac. b. attenuatis, subt. pl. m. pubescentibus.

Hab. in insul. Sandwicensib., in silvis ins. Mouna Kea, Hawaii. — Arbor fere 20 ped. Folia adhuc juniora 8—12 pollic. lg., 2—3 p. l. (Nec flores, nec fructus in collectionib. suppetunt).

5998. **METRODOREA** *St. Hil.*

(Walp. Ann. II. p. 247.)

1. METRODOREA ATROPURPUREA ? Fisch. — Lemaire Jard. fleur. II. tab. 130—131.

Foliis trifoliolatis, foliolis obovato-lanceolatis utrinq. acutis, petiolulis brevib. b. inflatis, petiolo 1—2 poll. b. subinflato et ita auriculato ut gemmam in axilla sua inclaudat, panicula ampla sublaxa pyramidali terminali, ap. viscoso-pubescente. (Traduct. ex phr. specifica angl. cl. auct. l. infra cit. sub M. nigra.)

? *Metrodorea nigra* St. Hil. (Walp. Rep. I. 501 n. 1). — ? *Metrodorea atropurpurea* Fisch. (Walp. Ann. II. 247 n. 1).

Icon addenda.

2. METRODOREA NIGRA St. Hil. — Gardn. magaz. of bot. III. (1851) p. 49. c. tab. l. c.

5999. **PILOCARPUS** *Vahl.*

(DC. Prodr. I. 728. — Walp. Ann. I. 154.)

1. PILOCARPUS PENNATIFOLIUS Lemaire. — Lemaire jard. fleuriste III. tab. 263. — Frutex obsolete verruculosus et prima juventate totus puberulus dein glabratus; f. imparipinnatis alternis, foliolis 2—3-jugatis ellipticis v. oblanceolatis ap. subretuso-marginatis marg. obsolete undulatis pellucido-punctatis, petiolo longo b. et ad foliola nodoso, petiolulis brevissimis apicali etiam breviore articulato, racemi florib. numerosissimis confertissimis atro-rubentib., pedicellis horizontalib. ap. inflatis, bract. squamiformib. obsoletis, mediana inflata, calyce obsoleto, pet. crassis lanc., filam. purpureis erecto-patulis sublongiorib., anth. aureis, stylo clavato, stigmatis segmentis subliberis vix apicem ovarior. excedentibus subarticulatis et viridib., ovariis cum disco confusis depresso-globosis connatis, ap. abrupte acuto recurvo subliberis. — *Pilocarpus trijugatus* Lem. (olim ?).

Frutex ex provincia Brasil. St. Paul in hortis introductus.

Tribus III. *BORONIEAE.*

(Endl. gen. pl. p. 1154.)

6004. **BORONIA** *Sm.*

(DC. Prodr. I. 721. — Walp. Rep. V. 338.)

1. BORONIA DRUMMONDII v. Houtte. — V. Houtte fl. des serres IX. p. 65. c. tab. — Frutescens ramosa, ramul. teretib. puberulis, f. crebris oppositis brevit. petiolatis c.

impari 3—5-jugis glabris, foliolis linearib. (2—4 lin. longis) obtusis obsolete mucronulatis sub lente levit. crenulatis (oculo nudo integris) crassis 1-nerviis, pet. communi anguste dilatato, fl. axillarib. solitariis, pedicellis folio breviorib. floro parum longiorib. medium versus 2-bracteolatis, sep. ovatis brevit. acuminatis acutis apiculatis, pet. brevit. et late unguiculatis ovatis (2—3 lin. longis) apiculatis sub lente puberulis roseis, staminib. 8 fertilib., filam. calyce longiorib. incurvis pilosis, ap. verrucam globosam glandulosam sub antherae insertione gerentib., anth. aureis brevit. apiculatis, ovariis dorso glabris.

Boronia Drummondii hortul.

Ex Australia occid. (Lucky Bay) introduxit in hortos Drummond.

6006. **ERIOSTEMON** *Sm.*

(DC. Prodr. I. 720. — Walp. Ann. II. 218.)

1. ERIOSTEMON PULCHELLUM hort. — Lemaire jard. fleur. IV. pl. 396. — (Hybridum ?) Ramis numerosis strictis hirsutulis, f. lin-oblgis apiculato-mucronatis recurvis, marg. et facie infera verruculosis crassis supra subcanaliculatis, peduncul. folio breviorib. infra bracteas puberulis supra glabris lucidis, bracteis 4 verticillatis brevib., duabus paris oppositi breviorib., dentib. calyc. rotundato-acutis c. petalis alternantib. petal. lin-oblongis crassiusculis subobtusis infra carinato-verruculosis; filamentis translucido-planis vix ad ap. fimbriatis longiorib. ap. tridentatis, dente medio filiformi multo longiore antherifero, stigmate vix antheras superante. — Nob. ex vivo.

Eriost. pulchellus hortul. Angl. (hybrid.?).

2. ERIOSTEMON HALMATURORUM Ferd. Müll. — Ferd. Müller diagn. nov. in Linn. XXV. p. 376. — Ramis ramulisq. ob glandulas resinosas dense verrucosis, erectis glabris, f. semi-teretiusculis subobtusis imbricatis glanduloso-tuberculatis glabris, pedicellos axillares solitarios aequantib., sep. ovato-triangularib. minutis ciliolatis, staminib. subulatis infra med. ciliatis styl. glabrum aequantib., stigmate cruciato-quadrifido, anther. cordatis glandula ovali conspicua apiculatis, carpidiis ovato-rhombeis minutim glandulosis praesertim ad rostrum divaricatum pilosis. — Ad summitates lapidosiss. vix adscendendas montium Elders-range dictorum et circumjacentium. — Colonis „Rock Wallaby shrub" unde nomen. — Frutex plerumq. sat humilis, interd. ad 5' altus, aromatice graveolens, etc. — Fl. veris initio.

Tribus IV. *EUDIOSMEAE.*

(Endl. gen. pl. p. 1156.)

6020. **BAROSMA** *Willd.*

(DC. Prodr. I. 714. — Walp. Rep. V. 391.)

1. BAROSMA BETULINA Bartling. (DC. Prodr. I. 714 n. 14). — Berg. u. Schmidt, Offizin. Gew. Heft I. tab. I. f.

F. opposita subsessilia, rhomboidea, subovata, apice brevit. truncata, recurvata, basin versus cuneata, marg. cartilaginea, irregulariter, saep. duplo-serrata, in quaque serratura glandula oleifera instructa, supra convexo- subt. concavo-pellucido-punctata, laevia, nitida, 3—5 nervia. Fl. in ramis racemosim dispositi, pedunculis axillarib. terminalibusque foliosis, bracteis suffultis. Sep. lanceolata, ciliata. — ♄.

Diosma crenata Loddiges Bot. cab. V. tab. 404. — Woodville Medic. bot. suppl. tab. 14.

In montib. promontor. bonae spei. — Jul. — Truncus fruticosus, ramosus etc.

2. BAROSMA CRENATA Kunze var. α. *ovalis.* — Berg u. Schmidt Offizin. Gewächs. Heft I. (tab. I. e. A. 2).

F. oppositif. (alternifolia Knz.) brevit. petiol., ovalia v. obovata, obtusa v. rotundata, margine cartilaginea, crenata, inter crenula glandula submagna instructa, supra convexo- subt. plerumque concavo-pellucido-punctata, laevia. Pedunculi axillares 1-flori.

var. α. *ovalis:* F. ovalia 7—9 lin. lg., 4—5 l., in b. apicemque attenuata, in parte superiore obtusa, coriacea, margine incrassato - cartilagineo - crenata.

Diosma crenata, Thunb. Prodr. I. p. 43., Fl. Cap. II. p. 140. — *Borosma crenata* Rich., Kunze, Kummer II. p. 1227. — Berg Charakt. Tb. 76 n. 550. — *Bucco crenata* Roem. et S. V. p. 444. — *Adenandra crenata* Lk. Hdb. II. p. 226.

var. β *obovata:* F. obovata, apice rotundata v. obtusa, vers. b. cuneata, margine cartilaginea haud conspicue incrassata, crenata vers. b. dentata, 7—9 lin. lg., 4—5 l., minus rigida.

Diosma betulina Thunb. Prodr. I. p. 43., Fl. Cap. II. p. 139. — Willd. sp. pl. I. 1140. — *Bucco betulina* Roem. et Sch. V. p. 443. (excl. syn. *Bergii*).

Patria. Promontor. bonae spei.

3. BAROSMA ECKLONIANA Berg Pharmac. Bot. ed. 3 p. 374.

Ramuli puberuli; f. ovalia utrinq. obtusa, cartilagineo-marginata, obtusissime et brevissime crenata, serrulato - ciliolata, penninervia, facie incisurisq. nec ap. pellucido - punctata. ♄.

Bar. crenata Ecklon et Zeyher.

4. BAROSMA CRENULATA Hook. — C. Berg u. Schmidt Offizin. Gewächse Heft I. tab. I. e.

var. α. *latifolia* (tab. I. e. A. l. c.): F. brevissime petiolata, ovali-lanc., $7\frac{1}{2}$ — $10\frac{1}{2}$ lin. lg., $3\frac{1}{2}$ l. l., ap. obtusa, 5 - nervia, pedunculi dimidiam folii longitudinem paulo superantes, 1—3 fl., nonnunquam foliosi; sepala tenuiter ciliata, stylus a b. usque ad $\frac{3}{4}$ longitudinis suae villosus.

D. (*crenulata*) f. lanc. - ovalib. crenatis obtusis, sep. linearib., florib. solitariis. Linn. aemoen. acad. IV. p. 308. — *D. crenata* Lin. Syst. natur. ed. X. II. p. 940; Sp. pl. ed. II. p. 287.

var. β. *longifolia:* F. brevi - petiolata, oblonga v. lanc - oblonga 11—19 lin. lg., 3—4 lin. l., acutato - obtusiusc., rarius brevit. truncata, 3 - nervia; pedunculi nonnunquam foliosi, dimidiam folii longitudinem adaequantes, 1-rarius 2—3 fl.; sep. tenuiter ciliata; stylus usque ad med. villosus.

Parapetalifera odorifera Wendl. Coll. I. p. 50. tab. 15. — *Diosma odorata* DC. Prodr. I. p. 714. — *Barosma odoratum* Willd. enum. suppl. p. 12. — *Baryosma odorata* R. et S. V. p. 448. — *Diosma serratifolia* Burch. trav. I. p. 476. — Venten. Malm. II. p. 77. — *D. serratif* var. β. Bartling et Wendl. Diosm. p. 99.

var. γ. *angustifolia:* F. elliptico - oblonga, 6—9 lin. lg., $2\frac{1}{2}$—3 l., truncato - obtusa, 3—5 nerv.; Pedunculi mediam v. totam folii

longitudinem aequantes, 1-fl.; sepala laevia; stylus usque ad medium pilosus.

Diosma latifolia, Loddiges bot. Cab. III. tab. 290. (nec Linn. nec Andrews). — *D. serratifolia* Jussieu, mem. de. Mus. XII. tab. 29. — *D. crenata* Hb. Willd. n. 4794; sp. pl. 1138. — *Barosma crenulata* Hook. bot. mag. 62. tab. 3413.

Bucco — Bucho — Buckusstrauch, Götterduft. — Hab. Cap.

Ordo LXIV. RUTACEAE *Bartl.*

(*Rutaceae* ex p. DC. Prodr. I. 709. — Walp. Ann. II. 251. III. 840.)

6025. PEGANUM *Linn.*

(DC. Prodr. I. 712. — Walp. Rep. I. 517.)

1. PEGANUM MEXICANUM A. Gray. — Pl. Texano-Mexic. in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 30. adnot.

Caule humili pubescente; f. multipartitis, laciniis anguste linearib.; calyce 4-sepalo corollam 4-petalam duplo superante; sepal. 3—5-partitis foliiformib., lacin. subaequalib.; staminib. 12—13.

In Mexico bor., ad Saltillo et Monterey frequens. — Planta ab indigenis Garbanzilla appellata et in arte medica adhibita.

Ordo LXV. ZANTHOXYLEAE *Adr. Juss.*

(*Rutacear.* et *Terebinthacear.* gen. DC. Prodr. I. 725. II. 82. — Walp. Ann. II. 258. III. 841.)

5972. ZANTHOXYLUM *Knth.*

(DC. Prodr. I. 725. — Walp. Ann. II. 258.)

1. ZANTHOXYLUM (*Fagara* §. *Ochroxylum*) CAMPHORATUM Planch. et Lind. — Planch. et Lind. in Ann. sc. nat. III. 19. p. 81. — Glaberrimum, ramis aculeatis (aculeis raris brevib. crassis curvulis sicut epidermide ramor. nigrescentib.) ramulis inermib., f. 1-foliolatis c. petiolo $\frac{1}{2}$—1 poll. articulatis oblongo-ellipticis ($1\frac{1}{2}$—2—3 poll. longis) b. acutis ap. acuminatis (acumine obtusiusculo saep. retuso) marg. levit. repando-subcrenatis rigide membranaceis reticulato-venosis, paniculis thyrsoid. ad ramulor apices sessilib., facie inflorescentias Vitis viniferae referentib., florib. (in spec. nostro abortu masculis et polygamis) in paniculae ramis extremis subumbellato-congestis

parvis pedicellatis; petalis 5 ovato-oblongis calyce minuto multo longiorib. demum patentive flexis; staminib. 5 erectis petala superantib., ovariis abortivis 3 gynophoro glanduloso crasso impositis. — Hab. Venezuela prov. Carabobo pr. S. Esteban. — Funck et Schlim. n. 584. — Fl. albi; fl. Majo.

2. ZANTHOXYLUM CUSPIDATUM, Champ. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. III. 329. —

Aculeis sparsis, foliol. 15—25 petiolulat. ovat. lg. obtuseq. cuspidat. coriac. nitid., panicul. axillarib. terminalibusq. floribund. f. pluries brevioribus, florib. (masc.) tetrameris.

In insula Hong-Kong, X. nitido rarior. — Ramuli petioliq. parce aculeati, cinerascentes sed glabri. Petioli comm. 8 p. et ultra lg. Foliola longiusc. petiolulata, 1—2 p., vix inaequilatera ap. in acumen lg. abrupte contracta, supra nitidiss. subt. pallida et fusco-punctata. Panic. flor. masc. ramosiss., 1½—2 p., cinerascentes. Sep. minuta, pet. 4, lin. paulo longiora, glabra, aestiv. imbricata. Stam. 8, petal. duplo longiora. Ovarii rudiment. parvum, disco immersum. Fl. foem. non vidi. Fruct. carpella saep. 4, reticulato-rugosa, 3 lin. diametro.

3. ZANTHOXYLUM LENTISCIFOLIUM, Champ. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. III. 329. —

Aculeatum, glabr., foliol. 7—11 obliq. obovatis oblongisve obtus. b. acutis petiolo angulato, panicul. fructiferis lg. pedunculat. laxe corymbos. folia subaequantib., flor. (foemin.) pentameris.

In insula Hong-Kong. — Frutex erectus. Aculei ramulor. breves, pauci, sursum incurvi. Pet. comm. 3—5 p. Foliola pleraque opposita, 1—2 poll. pellucido-punctata. Paniculae foem. bis terve trichotomae v. umbellatim ramosae, glabrae. Sep. parva, petal. 1 l. lg., aest. imbricata. St. nulla. Ovar. 2, semiobovoid., singula ap. in styl. brevem stigm. magno peltato coronatum attenuata. Ovula in quoq. ovar. 2, collateralia. Carpella 2 lin. diam., tuberculata. Fl. masc. non vidi.

4. ZANTHOXYLUM PTELEAEFOLIUM, Champ. — Bentham in Hook. Kew gard. misc III. 330. —

Inerme, glabr., f. opposit. foliol. ternis oblg. acuminat. b. lg. angustat., panicul. axillarib. laxifloris, petiol. paulo superantibus, fl. (masc,) 3—4-meris.

Insula Hong-Kong; Philippinae ins. — Frutex erectus. Ramuli ad nodos compressi. Pet. comm. c. 1½ p. lg. Foliola majora 3—4 p. Florib. numeros. parv. Pet. ¾ lin. lg. aest. imbr. Stam. duplo longiora. Fl. foem. non vidi. Carpella fructus saep. 4, haud rugosa, 2—2½ l. l.

5. ZANTHOXYLUM KAUAENSE A. Gray. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 354.

Inerme glabrum; f. alternis pinnatis 3—5 foliolatis; foliolis coriaceis ovalib. integerrimis haud punctatis; paniculis axillaribus compositis; fructib. stipitatis.

Hab. in inss. Sandwicensib.: in montib. ins. Kauai.

Specimina ex arbore excelsa prompta fructus tantum maturos suppetunt, nec ad genus stricte determinandum ullo modo sufficiant.

5974. **BOYMIA** *Adr. Juss.*

(Walp. Rep. I. 522.)

1. BOYMIA GLABRIFOLIA, Champ. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. III. 330.

F. pinnat. glabr. foliol. 3—7 ovat. acuminat., supra nitid., corymbi ramis puberulis.

In littoribus Chinae vulgaris, rarior in ins. Hong-Kong. — Fl. Septbr. — Arbor. F. opposita, inferiora saepe trifoliata, pleraque 5- rar. 7-foliolata, terminalia 2—3 p., infer. saep. minora, parce pellucido-punctata subt. pallida. Panicula trichotoma, corymbosa, ad ramificationes articulata. Fl. (masc.) pedicello lin. lg. fulti. Cal. minut. 5-dentat. Corolla $1^1/_2$ l. lg. aest. valvata. Fil. b. incrassata et lg. ciliata. Anth. magn. Ovarii rudiment. disco tenui imposit. — Foemin. infloresc. eadem maris. carpella 5, juniora approximata, dem. radiat. divaricata, f. 2 lin. lata dorso biangulata, endocarp. cartilagineo dem. soluto. Sem. solitar. subglob., ventre affixa, in specimine adbuc immatura.

5978. **ACRONYCHIA** *Forst.* (Juss.)

(DC. Prodr. I. 722. — Walp. Ann. I. 159.)

* *Diversifoliae.*

1. ACRONYCHIA HETEROPHYLLA A. Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 333. tab. 32. —

Glabra; f. membranaceis amplis, aliis integris aliis trifoliolatis, foliisq. ovalib. oblongisve utrinq. acutis; cymis multifl. paniculatis compositis brevit. pedunculatis; fl. polygamis, foemin. stylo gracili, stigmate subquadrilobo, gynophoro cano-pubescente ovario fere aequilongo; fr. subgloboso loculicide 4-valvi, loculis 2-spermis.

Hab. in insul. Nagivatorum, Tutuila. — Frutex v. arbor parva, caet.

** *Simplicifoliae.*

2. ACRONYCHIA PETIOLARIS A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 335. tab. 33. A.

Glabra; f. chartac. oblongis utrinque acutis longe petiolatis; pedunc. brevissimis paucifl.; fr. ovoideo apiculato suberoso-lignescente tomentuloso demum 4-valvi? b. calyce petalisq. persistentib. ext. cinereis stipato.

Hab. in inss. Feejee, Muthuata. — Frutex v. arbor, fol. 3—5 poll. lg., $1^1/_2$—2 l. etc.

3. ACRONYCHIA RICHII A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 336. tab. 33. B.

Glabra; f. subcoriac. oblongis s. oblanc-oblongis obtusiusculis b. attenuatis, pedunc. brevib. paucifl.; fl. subpolygamis; stylo ovario aequilongo v. breviore; stigm. 4-lobo; gynophoro pubescente; fructu depresso-globuloso loculicide 4-valvi, loculis 1-spermis.

Hab. in inss. Samoensib. (Navigator). — Frutex v. arbor, caet.

4. ACRONYCHIA RETUSA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 338. tab. 31.

Subglabra; f. membranaceis obovatis ovalibusve retusis b. subacutis pedunc. petiolo vix longiorib.; cymis plurifl.; fl. polygamis; stigmate peltato-4-lobo subsessili.

Hab. Samoan Islands. — Frutex vel arbor, f. 2—$3^1/_2$ poll. longis, b. obscure articulatis, petiolo circ. 5—8 lin. longo, caet. (Affinis Acronychiae Endlicheri, Schott, Vepris simplicifoliae Endl.).

GENERA ZANTHOXYLEIS AFFINIA (Endl. gen. pl. p. 1148.)

PELEA*) *A. Gray.*

Asa Gray new gen. of plants (1853) p. 4.

Asa Gray Unit. St. expl. exped. (1854) p. 339.

Fl. polygami. Calyx 4-partitus, aestivat. imbricatus, cito deciduus. Pet. 4, aestivat. valvata, mox decidua. St. 8 filamenta subulata v. complanata, flor. fertil. breviora saepiusq. antheris (sagittatis) cassis donata. Discus hypog. brevissimus, integer s. 8-crenulatus. Ovar. 4-locul. (loculis petalis opp.), 4-lobum, saep. umbilicatum, styl. centralis: stigma 4-lobum. Ovula in loculis gemina, hemitropa adscendentia. Caps. 4-partita stellariformis (coccis divaricatis), loculicida; endocarpio chartac. ab exocarpio coriac. seu lignescente solubili. Sem. in loculis saepiss. bina, ovoidea; testa nitente drupac. Embryo intra album, carnosum rectus; cotyledonib. ovalib.; radicula supera. — Arbor. Sandwicenses nec non Samoenses inermes odoratae; f. simplicib. integerrimis oppositis s. verticillatis, coriac. punctatis venosissimis venis in venulam intramarginalem pl. m. confluentib.; fl. axillarib. — Genus Melicopi et Acronychiae affine; Deae Hawaiensium „Pele" dicatum. — Species verae Sandwicenses 6, septima dubia Samoensis.

* *Spec. Sandwicenses.*

1. PELEA CLUSIAEFOLIA A. Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 340. tab. 35.

Glaberrima; f. ter- 4-natim verticillatis v. oppositis obovatis petiolatis; florib. in axill. fasciculatis, brevissime pedicellatis; calycis lobis ovatis membranac., petalis plus dimidio breviorib.; stylo ovario glabro longiore; caps. obtuse quadriloba.

Clusia sessilis Hook. et Arn. bot. Beech. voy. p. 80, non Forst.

var. β. caps. multum majore, valvis crassis lignescentibus (tab. 34. fig. 10).

var. γ. f. tenuiorib. cuneato-oblanc.; caps. parvula.

Hab. in inss. Sandwicensib. — Arbor circ. 25 ped. etc.

---

*) Diagnoses generum Peleae affinium hoc in modo sint conformandae:

I. *Aestiv. corollae valvaris. Fl. polygami.*

1. EUODIA: Stam. 4. Ovar. 4, discreta, stylis tantum connexa, in disco urceolari inclusa. Folliculi bivalves.
2. ACRONYCHIA: Stam. 8. Ovar. in unicum 4-loculare omnino coalita. Fr. aut indehisc. aut loculicide 4-valvis.
3. PELEA: Stam. 8. Ovaria in unicum 4-lobum coalita. Caps. 4-partita, stellata 4-cocca.

II. *Aestiv. corollae imbricativa. Ovar. discreta.*

4. MELICOPE: Fl. hermaphr. (?) Stam. 8. Ovaria 4, stylis coalita, disco brevissimo insidentia. Cocci 4 bivalves.
5. PITAVIA: Fl. polygamo-dioici. Stam. 8. Ovar. 4, gynophoro satis elongato insidentia. Styli superne coaliti. Bacca indehiscens.

2. PELEA AURICULAEFOLIA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 343 tab. 36.

Glabra; f. ternis oblongo-spathulatis b. auriculatis sessilib.; fl. fasciculatis ad axillas folior. delapsor. secus caulem virgatum brevissime pedicellatis; caps. 4-partita.

Hab. in silvis ins. Hawaii. — Frutex fere simplex, erectus, fol. 3—5 poll. lg. caet.

3. PELEA OBLONGIFOLIA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 343.

Glabra; f. oppositis oblongis s. ovalib. petiolatis; pedunculis (fl. fert.) in axillis solitariis 1—2-floris petiolum adaequantib.; caps. 4-loba, coccis subcarinatis.

Hab. Hawaii, in distr. Puna, alt. 800—1000′; prope craterem Lua-Pele; in montibus pr. Honolulu, Oahu.

4. PELEA ROTUNDIFOLIA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 344. tab. 37.

Glabra; f. orbiculatis sessilib. valde reticulatis; fl. cymulosis; calycis lobis ovatis petala subaequantibus; stylo ovario puberulo breviore.

Hab. Oahu, in montib. pr. Honolulu.

5. PELEA SANDWICENSIS A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 345. tab. 37.

Ramis novellis c. infloresc. cymosa 3—9 flora hirsutulo-tomentosis; f. oppositis ovalib. oblongisve supra glaberr. subt. praesertim valde reticulatis petiolatis; calycis lobis ovato-rotundis petalis $1/2$ breviorib.; stylo fl. fert. ovario longiore; caps. profunde 4-loba tomentulosa, coccis ovalib. haud carinatis, endocarpio intus puberulo.

Brunellia Sandwicensis Gaud. bot. Freyc. voy. p. 93 sine descr.; Hook. et Arn. bot. Beech. voy. p. 80.

Hab. in montib. pr. Honolulu; Oahu; in montib. ins. Maui.

6. PELEA VOLCANICA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 346. tab. 38.

Ramis juniorib. petiolis et inflorescentia cymuloso-paniculata hirsuto-tomentosis; f. oppositis ovalib. longe petiolatis majusculis glabratis; calycis lobis ovatis petalis plus $1/2$ breviorib.; stylo gracili ovario tomentoso aequilongo; caps. ($1\,1/2$ pollic.) glabra 4-loba, coccis recurvis carinatis.

Hab. in silvis ins. Hawaii, Mouna — Kea. — Arbor 40 ped., diam. $1\,1/2$ ped. caet.

** *Species Samoenses.*

7. PELEA ? LUCIDA A. Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 348. tab. 34.

Glaberrima; f. oppositis ovalib. s. ovali-oblongis subcoriaceis supra lucidis creberrime penninerviis; cymis longe pedunculatis multifloris; ovariis fere discretis stylo connexis.

Hab. in montib. ins. Tutuila (Navigatorum insular.). — Frutex v. arbor, foliis 3—4 poll. lg., circ. 2 latis, caet.

Ordo LXVI. SIMARUBACEAE *Planch.*

(Walp. Ann. I. 160. II. 259.)

HOLACANTHA (nov. gen. *Simarubac.*), *A. Gray.*

Gray in Pl. nov. Thurber. p. 310.

Fl. abortu dioici. *Masc.* Cal. brevis, 7—8-partitus, lobis in alabastro juniore imbricatis. Pet. 7—8, hypogyna, oblonga, concava, aestiv. imbricata, cito decidua. Stam. 12—16, saep. numero petalor. dupla, margini 12 — 16 - crenato disci clypeati v. subcyathiformis inserta, brevia: filam. inappendiculata, crassa, fusiformia, gibbosa, villosissima: anth. oblongae, biloc. basifixae, introrsae, mox deciduae, locul. longitud. dehiscentib. Ovarii abortivi vestig. parvum in fundo disci. *Foem.* Cal. et cor.? maris. Stam. abortiva 7—8, filam. subulatis villosis, anth. inanib. Ovaria saep. 6, gynophoro brevissimo imposita, conniventia, b. tantum mediante columna centr. brevissime connata, 1-ovulata: styli totid. terminales, ima b. subcoaliti, deinde radiato - divergentes, int. prors. stigmatosi. Ovul. semi-anatrop., sutura ventrali infra medium insertum, adscendens, micropyle tenui supera. Drupae siccae 4—6, sessil., stellatae, ovatae, dem. e carpophoro brevi 4 — 6 fido secedentes; epicarpio tenui; putamine crustaceo laevi. Sem. ovatum, acuminatum; testa tenui; rhaphe brevissima. Embr. intra album. carnosum parcum; cotyled. obovatis planis subfoliac.; radicula breviusc. supera. — Frutex orgyalis, aphyllus, spinis validis horridus; ram. adscendentib.; fl. parv. secus ramulos spinesc. glomeratis.

1. HOLACANTHA EMORYI. — In deserto inter fluvios Gila et Tucson. et in regionib. dictis „table lands" pr. flum. Salinas. — Frutex 5—8 ped., ut videtur foliis carens etc. — Ramulus afolius et sine florib. in tabb. Cactear., ed. Engelmann, fig. 14 delineatus est, quo in loco haec planta per errorem spec. nova generis Koberliniae existimatur.

AMARORIA *A. Gr.*

Asa Gray, new genera of plants (1853) p. 5.

Asa Gray Un. St. expl. exped. (1854) p. 357.

Fl. monoici v. dioici. *Masc.* Sep. 6, an semper? Pet. nulla. St. 6, petalis opposita: anth. subsessiles. Discus carnosus, profunde trifidus, lob. bifidis. *Foem.* Sep. 4—5, parva, persist. Pet. 4—5, lin., carinata, reflexo - patentia. Rudimenta staminum petalis numero dupla, minima, sub disco incrassato 8—10-crenato inserta. Ovar. simplex, ovoid. 1-locul., 1-ovulatum, vertice stigmate sessili maximo depresso reniformi crasso obtectum. Ovulum sub ap. loculi appensum subanatropum. Drupa sicca, nuciformis, ovoidea, subcompressa; epicarpio tenui, putamine osseo. Sem. loculum implens, amphitropum, exalbuminosum. Cotyl. ovales, planae; radicula breviss., supera. — Arbuscula Soulameae amarae facie, foliis longius petiolatis.

1. AMARORIA SOULAMEOIDES A. Gr. — Asa Gray l. c. tab. 40. — In inss. Feejee. — Arbor verosimiliter haud magna, caet.

5941. PICRAMNIA *Swrtz.*

(DC. Prodr. II. 66. — Walp. Ann. I. 168.)

1. PICRAMNIA UMBROSA Seem. — Seemann bot. of the voy. of Herald p. 97 tab. XXIV.

Arborea, ramulis foliisq. juniorib. rufo-hirtellis dem. glabris; f. 9—11-foliolatis, foliolis petiolulatis ovato-lanc. integerr. acuminatis, acumine obtuso, b. acutis v. cuneatis, racemis axillarib. aggregatis, rhachi pedicello calyceq. rufo-hirtellis, fl. solitar. pentameris pedicellis inarticulatis, pet. ovato-lanc. longe acuminatis, fructu .....

In silvis densis pr. Hacienda Juan Lanas, prov. Panama. — Arb. mediocr. F. 9—14 p. lg., foliola $2^1/_2$—3 p. lg. c. 1 p. l.; flores ex ligno vetere erumpentes, racemi fere 6 p. longi. Foemin. fl. ignoti.

Species affinis *P. longissimae* Tulasne et *P. pentandrae*, Swartz.

5964. SIMABA *Aubl.*

(DC. Prodr. I. 733. — Planchon in Walp. Ann. I. 162; Ann. II. 259.)

1. SIMABA FOETIDA, Dalz. — Dalzell in Hook. Kew gard. misc. III. 370.

Caule arboreo, ramulis glabr., f. glaberr., foliol. 5—7 obovato-cuneat. obtusiss. emarginatisque, panicula laxa foliis longiore, fl. pro genere parv., stamin. squamis abbreviatis, ovario puberulo.

Arbor parva. Foliola opposita, tria ultima digitata, $1^1/_2$—2 p. lg., 1—$1^1/_2$ p. l. in petiolulum breviss. lg. angustata. Pet. vix 2 l. excedent. Drupae obovoideae rubrae, pericarp. crasso-carnoso, putamine lignoso oblique obovoideo valde compresso rugoso pollic. lg., $^1/_2$ p. l. Semen oblg. infra apic. lateraliter affixum. — In sinu fluminis Tapajoz prope Santarem. Fl. odorem stercorarium emittentes.

2. SIMABA ANGUSTIFOLIA Dalz. — Dalzell in Hook. Kew gard. misc. III. 371.

Caule arboreo, ramul. glabr., f. glabris, foliol. 5—9 ang. oblong. ap. obt. angustatis b. lg. acutis, panic. laxa foliis sublongiore, fl. pro genere parv., stamin. squamis breviss., ovar. glabro.

Aff. *S. Guianensi.* — Foliola 2—3 p. lg., pleraq. vix $^1/_2$ p. l., maxima rarius 4 p. lg. et f. 1 p. l. Pedicelli iis S. Guianensis longiores et tenuiores, fl. ejusd. magnitud. v. vix majores. — In littore australi flum. Rio negro prope Barra.

HOMALOLEPIS Turcz. Flora (bot. Z.) XXXI. 709.

(Walp. Ann. II. p. 245.)

Planchon Ann. sc. natur. IV. t. 3. p. 293.

= SIMABA Aubl.

Ordo LXVII. OCHNACEAE *DC.*

(DC. Prodr. I. 785. — Walp. Ann. I. 175 II. 260.)

BRACKENRIDGEA *A. Gr.**).

Asa Gray in new genera of pl. (1853) p. 5.

Asa Gray Unit. St. expl. exp. (1854) p. 361.

Cal. persistens. Anth. (laeves) longitudinalit. dehiscentes. Stigma levit. 5-lob. Ovulum circa processum e fundo ovarii assurgentem curvatum, hippocrepicum. Sem. angustum, circinnatum. Embryo semini conformis, gracilis, cotyledonib. anguste linearib.; radicula centripeto-infera. Fl. umbellato-fasciculati. — Caetera Gomphiae.

1. BRACKENRIDGEA NITIDA A. Gr. — Asa Gray l. c. tab. 42.

Glaberrima; f. oblongis lanceolatisve nitidis; pedicellis in umbellas sessiles axillares et terminales multifloras fasciculatis c. rhachi brevissima articulatis; fl. flavidis; filamentis brevissimis.

Hab. In insul. Feejee, Vanua-levu, Sandalwoodbay. — Frutex v. arbor parva 15—20 ped.; f. 3—6 poll. longis, 1—2 p. l., caet.

Perigonium tubo elongato, clavato, cum ovario connato; limbi superi 10—12-partiti lobis biseriatis, patentib., interiorib. majorib. petaloideis. Stam. 15—20, summo perigonii tubo inserta, ejusd. lob. interiorib. ternatim v. quaternat. opposita, c. glandulis 5—6 ante lacinias exteriores sitis alternantia; filamenta subulato-filiformia, libera; anth. introrsae, biloculares subrotundae, longitud. dehiscentes. Ovar. infer., 1-loculare. Ov. circ. 15, ex oophoris parietalib. nerviformib. ad ap. suspensa, anatropa. Styli 3—5, subulati, inferne connati; stigm. simplicia, acuta. Caps. 1-locular., abortu monosperma. Semen inversum. Embryo in axi albuminis carnosi orthotropum; cotyledonib. foliac.; radic. supera. — Frutex Javanicus, ramosus; f. alternis, brevissime petiolatis, exstipulatis, ellipticis, dentato-serratis, coriac., supra glabris, subt. imprimis ad costam puberulis; racem. axillarib., subramosis, puberulis, pedicellis 1—3 floris; fl. albidis, odoratissimis.

A *Blackwellia* Commers. tubo perigonii clavato, tota longitud. ovario connato diversa.

1. CORDYLANTHUS FRUTESCENS Bl. — In fruticetis humidis circa Kuripan Javae occidentalis.

5087. BLACKWELLIA *Commers.*

(DC. Prodr. II. 53. — Walp. Ann. II. 278.)

1. BLACKWELLIA GRACILIS Bl. — Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 26.

F. e b. acutiusculâ ovalib. oblongisve ($1\frac{1}{3}$—$2\frac{1}{3}$ p. lg., 7—13 l. l., pet. 1 lin.) obtusiusculis obtuse serratis subcoriaceis glabris; racemis axillarib. simplicib. elong. nutantib.; fl. 7-andris 2—3 rarissime 4-gynis fasciculatis.

A Bl. axillari Lam. distinguitur florib. racemosis nempe revera pedicellatis multo minoribus. — In Madagascaria, ex herb. mus. Paris. sub n. 297 nobisc. communicata.

2. BLACKWELLIA FOETIDA Wall. — Bl. l. c. p. 27.

F. ellipticis obovatisve (3—6 poll. lg., $2\frac{1}{3}$—$3\frac{3}{4}$ l.; pet. 4—6 lin.) utrinq. attenuatis v. ap. obtusiusculis v. rotundatis obtuse dentato-serratis coriac. glabris; rac. paniculatis axillarib. et terminalib. rectis; fl. 20—24-andris 4—5-gynis fasciculatis.

Wall. Cat. 4899. Guillem. in Delessert. Ic. sel. III. 32. tab. 53. — *Ludia foetida* Roxb. fl. Ind. II. 508. 2.

In Moluccis, Celebes caet.

Species dubiae v. minus cognitae.

3. BLACKWELLIA MOLUCCANA Bl. — Bl. l. c. p. 27.

F. ellipto-oblongis (5—6 p. lg., 3 p. l.), acutis serratis; spicis subterminalib. simplicib. v. subfurcatis rectis folio breviorib.

Metrosideros Molucca Rumph. herb. Amb. 25. t. 11.
In Moluccis.

4. BLACKWELLIA COCHINCHINENSIS. — Bl. l. c. p. 27.

Astranthus Cochinch. Lour. (DC. Prodr. II. 55).

5091. **NISA,** *Noronh.*

(DC. Prodr. II. 55. — Walp. Rep. I. 548.)

Bl. mus. bot. Lugd. Bat. II. 28.

1. NISA RETUSA Bl. — Bl. l. c. p. 28.

F. obovatis v. obovato-oblongis ($1\frac{3}{4}$ — 4 p. lg., $1\frac{1}{4}$ — 2 p. l., pet. 5 — 10 lin.) rotundatis v. retusis remote serrulatis firmis glabris subt. reticulato-venosis; spicis ramosis axillarib. et terminalib. puberulis.

Nomine Asteropeia et Mourangia Touditsch ex herb. mus. Paris mec. communicata. — In Madagascaria.

Ordo LXXVI. CHAILLETIACEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 57. — Walp. Ann. II. 279.)

5758. **CHAILLETIA** *DC.*

(DC. Prodr. II. 57. — Walp. Ann. II. 279.)

1. CHAILLETIA VESTITA, Dalz. — Dalzell in Hook. Kew gard. misc. III. 372.

Ramulis inflorescentiaq. rufo-velutinis, f. ovatis rugosis supra villosul. subt. mollit. tomentoso-villos., pedunc. dichotome corymbosis, inferiorib. axillarib. petiolo adnatis, summis paniculatis aphyllis, fl. polygamis, petal. calyce subbreviorib., staminib. marium brevit. exsertis. (Fructu oblique obovoideo compressiusc. velutino.)

Arbor parva. F. infer. vix breviss. petiolata, 3 — 6 p. lg. 2 — 4 p. l., floralia petiolo 2—6 lin. lg. fulta. Stipulae rufo-tomentosae. Cymae dichotomo-corymbosae $1\frac{1}{2}$—2 p. latae floribundae. Fl. quos vidi omnes masculi. Calyx prof. 5-lob., lacin. 1 l. lg. aestiv. imbricatae extus tomentosae, int. glabr., nigrae. Pet. nigra, calyce paulo breviora, semibifida, lob. longitudinal. plicatis. Stam. 5. Glandulae 5, bifidae, petalis oppositae. Ovarii rudiment. in centro floris disciforme, stylo breviss. intra lanam abscondito. — Prope Santarem.

5759. **TAPURA** *Aubl.*

(DC. Prodr. II. 58. — Walp. Rep. I. 549. II. 829.)

Bentham in Kew gard. miscell. V. 289.

Char. emend.

Calyx prof. 5-fidus, lacin. oval. concavis inaequalib., aestiv. valde imbricatis, interiorib. majorib. Cor. gamopetala, irregularis, 5-fida, lob. aestiv. imbricatis, 3 exter. angusti, integri, interd. alte coaliti, 2 interiores lati emarginati v. bifidi, lob. cucullato-concavis antheras fertiles in alabastro foventib. St. vers. apic. tubi corollae inserta et intra tubum decurrentia, 3 fertilia cum lobis corollae majorib. alternantia exserta, 2 ananthera v. effoeta inter lobos minores corollae sitae. Disc. perig. 1-lateralis, incompletus seminannulatus, v. 2-3-divisus. Ovar. sess., depresse glob., villos., 3-(rar. 2-) loculare. Ov. in loculis gemina, ab ap. collateralit. pendula. Styl. filiform., ap. 3—2-lobus, lobis subulato-clavatis stigmatosis saep. obliq. v. recurvis. Fruct. drupac. (maturum non vidi). — Frutices Americae tropicae. Stip. parv. subpersistentes. F. alterna integerr., coriac. Fl. glomerati (pedunculo petiolo adnato). Bract. minutae, squamaeformes.

1. TAPURA CUCULLATA, Benth. l. c.

F. elong-oblong. acuminat. glabris, fl. sessilib., corollae tubo breviss., lobis subaequilong. sessilib., exteriorib. lanc-oblongis.

Arbor gracilis 20-ped. F. 6—8 p. lg., 2 p. l., obliq. et obt. acuminata, coriac. reticulato-venosa, glabra, pet. 4—6 l. longo. Fl. ad ap. petioli densiss. glomerati, sessil. puberuli, virides, bract. parv. intermixtis, in specimine vix perfecte evoluti. Sep. inaeq., interiora corollam aequantia. Corollae tubus brevior et lobi superior. profundius bifidi evidentiusque cucullati quam in caeter. specieb., sed forte in fl. perfectiore congeneribus similiores evadunt. St. b. brevit. monadelpha, corollae brevissime tantum adnata. Disc. unilateralis, integer, ovario aequilongus. Styli lobi 3 reflxi. — In silvis prope San Gabriel ad fl. R. Negro. — F. et infloresc. eadem Stephanopodii Peruviani, florum structura omnino tamen alia.

2. TAPURA LATIFOLIA, Benth. l. c. p. 291.

Fol. ovali-elliptic. acuminat. glabris, fl. brevit. pedicellatis, corollae lob. omnib. unguiculatis subaequilongis, exteriorib. obliq. lanceolatis.

Ex Patagonia, (fortasse ex America tropica?).

Ordo LXXVII. AQUILARINEAE *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 59. — Walp. Ann. I. 198.)

2109. DRIMYSPERMUM *Reinwrdt.*

(Endl. gen. pl. suppl. III. p. 65. — Walp. Rep. V. 409.)

1. DRIMYSPERMUM BLUMEI Decsne. (Walp. Rep. V. 409. 2). — Hasskarl in Retzia I. p. 154.

Diagn. reform: Frutex ram. erectis, f. oblongo-lanc. utrinq. attenuatis glabris, capitulis subsessilib. axillarib. aut terminalib. 15-floris, extrors. glabris; laciniis minute ciliolatis.

Hab. Javae centralis part. merid., ubi pr. Djokdjakarta legit Teysmann. F. $4\frac{1}{2}$—$5\frac{1}{2}$ p. lg. $1\frac{1}{2}$ p. l., obsc. virid. integerr.; fl. 9 lin. longi, stamina plerumq. 8.

2. DRIMYSPERMUM LAURIFOLIUM Decsn. (Walp. Rep. V. 409. 3). — Hasskarl in Retzia I. p. 155.

Diagn. reform.: Arbor humilis, ram. patentib., f. brevit. petiolatis oblongis, aut elliptico-oblongis, acuminatis b. pl. min. attenuatis aut acutis; capitulis ad ap. ramor. terminalib. 6-floris plerumq. geminis congestis, fl. glabris, lacin. minute ciliolatis, drup. coloratis subglob. apiculatis glomerato-congestis.

Hab. Javae occid. sylvas, frequens. — Cfr. descr. pl. l. c.

2111. AQUILARIA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 59. — Walp. Rep. I. 549.)

Roxburgh and Colebrooke on the genus *Aquilaria* in Linn. transact. XXI. 199. tab. 21. fig. 1—13.

Gen. char.

Calyx campanulatus, 5-fidus. Cor. nulla, nectarium foliolis 10, c. staminib. alternantib. Capsula superior, 2-loc., 2-valvis. Semen solitarium. Embryo inversus, perispermio deficiente.

1. AQUILARIA AGALOCHIA, Roxb. (Walp. Rep. I. 549).

Fol. lanceolatis. Umbellis solitariis, interfoliaceis.

Agallochum, or Aloe wood tree. — *Aguru*, nomen Sanscritanum. — *Aggur*, *Uggor*, *Agor* etc., nomen Hindostanum et Bengalense. — *Agha-loochee*, *Agalugi*, *Agulugin*, *Yelunjooj*, nomen Arabicum. — *Owd* et *Owdhindee*, nomen Persicum. — *Calambac*, nomen Malaicum.

Arbor usque 120 ped., circumferentia f. 12′, in regionibus prov. Silhet orient. et austro-orient., lat. 24—25° bor. — Fl. Apr.

Ordo LXXVIII. ANACARDIACEAE *Lindl.*

(*Terebinthacear.* tab. I. et II. DC. Prodr. II. 62. 65. — Walp. Ann. II. 280.)

CAMPNOSPERMA, *Thw.* (Tab. I. A. l. c.).

Thwaites in Kew gard. misc. VI. 65.

Fl. hermaphr. Cal. 3-partit. persist., lacin. erect. triangularib. Pet. 3, sub disco urceolato imo calycis adnato inserta, orbiculato-triangularia, erecta. Stam. 6, c. petal. inserta; filam. b. dilatata, incurvata; anth. ovatae, adnatae, introrsae, longitudinalit. dehisc. Ovar. liber., sess., ovat., 1-locul.; ov. solitarium, ex ap. loculi pendulum, anatropum arcuatum; styl. subnullus; stigma dilatatum, discoid., irregul. lobatum. Drupa carnosa ovata, putamine osseo, cavitatis dimidio superiore diaphragmate osseo (putaminis processu?) diviso. — Arbor 30—40 ped., ramosa; ramulis teretib., rufescentib.; f. alternis, simplicib., integerr., ovato-lanc., b. gradatim angustatis, breve petiolat., penniveniis, reticulatis, subt. minute rufo-punctatis, juniorib. ferrugin., lentiginosis; inflorescent. simpliciss. paniculata, florum numero mediocri; fl. minutis, 2 lin. lg., 1-bracteatis.

1. CAMPNOSPERMA ZEYLANICUM, Thw., C. P. n. 216, in herb. Peradeniensi (Tab. I. A.). — Arbor haud rara in ripis fluminum prope Natuapoora et in parte inferiore districti Saffragam in insula Zeylania.

PTERIDOPHYLLUM, *Thw.* (Tab. I. B. l. c.) [*Sapindaceae?*].

Thwaites, in Kew gard. misc. VI. 65 and VII. p. 273.

Fl. polygami, monoici. Cal. 5-partit., persist., lacin. aequalib., aest. imbricatis. Cor. pet. 5, sub disco lanato inserta, sessilia, aequalia, concava aestiv. imbricata. Stam. 5, disco intus inserta, ovarium cingentia, aequalia, petalis alterna; filam. subulata, libera; antherae introrsae, sagittatae, dorso affixae versatiles, longitudinal. dehisc., in fl. foem. effoetae. Ovar unic., liber., sess., globos., biloculare, in florib. masc. effoetum. Ovula in locul. solitaria prope ap. appensa, anatropa. Styl. simplex curvatus. Stigma simplex v. subbilobum. Drupa carnosa, putamine membranaceo, saepiss. 1-sperma. Semen inversum, testa membranacea. Embryonis exalbuminosi cotyled. foliaceae, plicatae; radic. dorsalis vers. hilum directa et idem fere attingens.

Arbor Indica et Zeylanica; ramul. angulatis, sublaevib., f. alternis, coriac., laevib. subpari-pinnat., foliol. 12 v. supra, lin-oblong., acut. v. saepe retusis, ad b. angustatis, articulatis penniveniis, venis parallelis approximat.; infl. paniculata; panicul. ramosis, multifl., f. non aequantib.; fl. parvis albis; pedicell. bracteatis, bract. minutis.

1. PTERIDOPHYLLUM DECIPIENS, Thw. l. c. VI. p. 65.

Rhus decipiens Wight et Arn. Prodr. I. 172. — Wght. ill. I. tab. 75. — C. P. n. 536, in herbario Peradeniensi. (Tab. I. B.).

Arbor sempervirens ornamentalis, in Zeylaniae silvis vulgaris usque ad elvation. 3000′. Fructus maturi ab avibus frugivoris eduntur. Nomen Cinghalense Pehimbia.

CYRTOSPERMUM *Benth.*

Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 13.

Calyx parv. 5 - partit. Corolla.... Stam. 10, sub disco hypogyno inserta. Ovarium.... Drupa ovoidea, erecta acutiusc., pericarp. tenui. Endocarp. osseum dissepimento duro curvato separatum in loculos 2, altero parvo laterali vacuo, altero hunc fere circumdante, sect. transversa, hippocrepico. Sem. unic. loculo conforme et parit. curvatum, ex ap. pendul.; testa tenuis; alb. nullum; radicula brevis, supera. Cotyled. latae, carnosulae, dissepim. incumbentes. — Spec. unica.

1. CYRTOSPERMUM GUMMIFERUM. — Arbor 40 pedalis, ramul. crass. F. simplicia $1/2$ ped. v. paulo longiora, rar. f. ped., cuneato-oblong., obtusiss. v. retusa, b. angustata et in pet. brev. decurrentia, rigidula penninervia. Paniculae axill. 3—4 p. Drupae $1/2$ pollic., purpurascentes. — Arbor in silvis prope Barra resinam exhibet rubescentem.

GLYCYCARPUS *Dalz.*

Hook. Ic. pl. ser. nov. V. tab. 842 (Dalzellianae).

Fl. polygamo - dioici. Cal. 4 partit., persistens; lacin. ovatis, obtusis. Cor. pet. 4, sub disco hypogyno 4-crenato inserta, oblongolinearia, aestiv. imbricata. Stam. 4, sub disci marg. inserta, c. pet. alterna iisq. breviora. Filam. libera Anth. introrss., biloculares longitudin. dehisc. In fl. masculis ovarii rudimentum nullum; in fl. fertili ovarium 1, liber., sess., 1-loculare; ovul. unic., ex ap. funiculi complanati e b. loculi adscendentis pendulum; styl. breviss.; stigma capitato-discoideum. Drupa supera, transverse oblonga, depressa, carne parca, pulposa, dulci, esculenta; putamine crustac., monospermo. Embryonis exalbuminosi cotyled. crassae profunde plano - convexae. — Arbor Indica parva; f. alternis petiolatis, simplicib., oblongis penninerviis, integerr.; petiolo nudo; fl. racemosis, parvis. Spec. unica.

1. GLYCYCARPUS RACEMOSA Dalz., Kew gard. misc. II. p. 39. — Arbor rara in Concano australi. — Holigarnae generi proxima.

ONCOCARPUS *A. Gray.*

Asa Gray Un. St. expl. exp. 364.

Fl. dioici (s. monoici?). Calyx cupularis 5 - dentatus. Pet. 5 hypog. oblonga, patentissima, aestiv. valvata. *Masc.*: Stam. 5 circa torum hemisphaeric. hirsutum inserta. Gynaecium nullum. *Foem.*: Stam. nulla? Ovar. pyramidatum, b. 5-lobum, stigmate sessili truncato terminatum, 1-loculare? Drupa depressa, difformis torosa v. sublobata, toro incrassato carnoso obconico insidens; putamine osseo, sinuoso - multilobato, 1 - loculari, 1 - spermo. Sem. exalbuminosum, loculo sinuoso conforme; testa tenui. Embr. transversus; cotyledonib. carnosis lobatis; radicula brevissima. — Arbor simplicifolia, Semecarpi facie et inflorescentia.

1. ONCOCARPUS VITIENSIS Asa Gray. — Asa Gray l. c. tab. 43. — Hab. Feejee Islands. — Arbor 30—40 ped.; f. 4—9 poll. lg., 2—4$1/2$ p. l., petiolatis, petiolis crassis 6—18 lin. longis insidentibus, caet. — Arbor venenosa affirmatur.

5893. **PISTACIA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 64. — Walp. Ann. II. 280 et III. 813.)

1. PISTACIA KHINJUK, I. E. S. — I. E. Stocks in Hook. journ. Kew gard. misc. IV. 143.

Arbor 10—20 ped., cortice laevi, partib. juniorib. pubesc., adultis glabratis, foliis 5—7—9-foliolatis, pet. tereti, foliol. b. inaequilater. subfalcatis brevit. petiolatis lanc. (b. attenuata) v. ovatis (b. pl. min. rotundata) ap. in caudam setaceam attenuatis vel rar. abrupte productis, fructu obovato subcompresso.

F. $2^{1}/_{2}$ p. lg., 10—12 lin. l. —

Pistachia Khinjuk, I. E. Stocks in Herb. n. 719. — *Pistachia Terebinthus* L., var?

Hab. in montib. Beloochist 4—8000' alt, in Affghanistan Khinjuk et Schurumna nominata — Profert resinam Masticae succedaneam in Beloochistan, Affghanistan, Scinde et in Persia adhibitam.

2. PISTACIA CABULICA, I. E. S. — I. E. Stocks in Hook. journ. Kew gard. misc. IV. 143.

Arbor 10—20 ped., cortice tuberculato, minute pubesc., f. 5—7—9-foliol., pet. ad ap. inconspic. subulato, foliol. subsessil. ang. lanc-oblg. muticis, fructu rotundato compresso.

F. 2 p. lg., 5 lin. l.

P. Cabulica I. E. S. in Herb. n. 1072. — *P. mutica* Fisch. et Mey.? — *P. Atlantica* Desf.?

In collib. Beloochist. et in Affghanist. „Kussoor" nominata, resinam Masticae succedaneam proferrens.

3. PISTACIA NARBONENSIS L. (DC. Prodr. II. 64 n. 1) var. BAUHINI (Bauhin. h. pl. I. p. 278 c. icone). — Tenore in ind. sem. h. bot. Neap. 1853. — Ann. sc. nat. ser. IV. t. 1 p. 328.

5903. **MAURIA** *Knth.*

(DC. Prodr. II. 73. — Walp. Ann. I. 199.)

1. MAURIA? (*Tapirioides*) MULTIFLORA, Mart. fl. herb. fl. Bras. n. 1271. (nomen absq. descript.). — Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 14.

Abortu dioica, ramulis petiol. paniculisq. minute ferrugineo-tomentellis, foliol. 5—11 oblg. obt. acuminat. b. obliq. glabr., panicul. masc. ramosiss. floribund. minutifl., foem. oblong. pauci-fl., styl. 4—5 breviss. distinctis.

Arbor ramosiss., 18—20 ped. F. saepe ped. foliola opposita, brevit. petiolulata, maxima 5 p. lg., saep. 3 p. v. paulo minora. Panicul. masc. $1/2$ ped. Fl. breviter pedicellati, expansi vix linea latiores. Cal. apertus lacin. 5 orbiculat. Pet. ovata calyce duplo longiore, demum reflexa, aestiv. levit. imbricata. Stam. 10 disco integro inserta alterna breviora. Ovarii rudiment. hirsutum. Panic. foem. multo brevior.; fl. paulo majores. Ovarium glabrum ovoid., styl. 4—5 breviss. crasse capitato-stigmatosis, uniloculare. Ovulum suspensum. Drupae ovoideae, 6 lin. lg. nigrae, pericarpio pulposo dulci. — Frequens in littoribus flumin. Amazonici.

5905. RHUS *Linn.*

(DC. Prodr. II. 66. — Walp. Ann. II. 282.)

1. RHUS MICROPHYLLA (Engelm. in litt.). — Asa Gray, pl. Texano-Mexican. in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 31.

Fruticosa, ramulis verrucosis; f. impari-pinnatis 3—4-jugis, rhachidi alata; foliolis sessilib. parvis ovalib. obtusis v. mucronatis b. acutis integerr. v. levissime crenulatis pilosulis; fl. dioicis amentaceis praecocib. b. tribracteolatis; pet. ciliatis; drupa glob. subcompressa glandulari-pilosa, putamine laevi.

In ditione dicta „large prairie" inter Braunfels et San Antonio.

2. RHUS HYPOLEUCA, Champ. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 43.

Foliol. 11—17 ovato-lanc. acutiuscul. b. inaequalib. supra ad venas vix tomentellis subt. ramulis petiolisq. albo-toment., pet. tereti, panicula termin. sessili foliis multo breviore, drupis rubro-villosis.

F. ped. foliol. $1^1/_2$—3 p., breviss. petiol. Panicul. pyramid., ramosiss., toment., multifl. Bract. minutae. Pedic. calyce breviores. Fl. f. 2 l. diam. Pet. ovata, obtusa, calyce plus duplo longiora. Discus 10-crenat. Stam. flor. fertil. ovario villoso breviora. — Frutex in Ins. Hong-Kong (mount. Gough) vulgaris.

3. RHUS SIMARUBAEFOLIA Asa Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 367 tab. 44.

Glabra; f. pinnatis, rhachi superne marginata; foliol. 7—9 oblongis obtusis b. inaequilateris integerrimis supra nitidis subt. pallidis subsessilib.; panic. axillarib. laxifloris folio paulo breviorib.; fl. albis.

Hab. in insulis Vitiensibus (Feejee), Muthuata. — Frutex glaber, ramulis paulo rugulosis v. punctatis, caet. — (Ad sect. Sumac, affinis *R. Copallinae.*)

4. RHUS SANDWICENSIS Asa Gray. — Asa Gray l. c. 369.

Ramulis novellis velutino-tomentosis; f. pinnatis; foliolis 5—9 (rarius 3) ovatis oblongisve subacuminatis serratis subsessilib. supra glabratis subt. c. rhachi emarginata paniculaq. terminali composita amplissima tenuit. tomentosis; fl. parvis.

Hab. Sandwich Islands: Oahu, in montib. pr. Honolulu; Hawai. — Frutex 4—10 ped. habitu *Rh. typhinae*, caet.

5919. BUCHANANIA *Roxb.*

(DC. Prodr. II. 63. — Walp. Ann. II. 286.)

1. BUCHANANIA FLORIDA Schauer. (Walp. Rep. V. 416 n. 1). — Asa Gray Un. St. expl. exp. 366. tab. 44.

Glabra, f. obovato-oblongis, obtusis retusisve in petiolum attenuatis; paniculis ramosis laxifloris glabellis; pistillis in disco cupulari multidentato semiimmersis.

Crescit in Manilla.

* SPONDIACEAE.

DASYCARYA *Liebm.*

Liebmann, nov. pl. Mexican. gener. decas, in vetenskabelige Meddelelser 1853 pag. 98.

Fl. polygami. Cal. parvus 5-phyll. persist. extus pubesc., aestiv. valvata, sep. lato-ovatis concavis. Corollae petala 5 sub disco hypo-

gyno carnoso glabro purpureo marg. 10-crenato inserta calyce triplo longiora patentia dem. reflexa obovato-oblonga, aestiv. imbricata. Stam. 10 c. petalis inserta, filam. libera filiformia glabra, antherae parum supra b. affixae ovato-cordatae glabrae biloculares, loc. longitud. dehiscentib. Ovar. sess. depress. disco cinctum 5 loc., loc. 3 effoetis et sens. obliteratis, 2 collateralib. evolutis. Ovula in loculis 2 solitaria angulo centr. pr. ap. appensa anatr. Styli nulli. Stigma sess. 5 lob., lob. minutiss. globosis. Drupa parce carnosa villosa, putamine lignoso ext. sublaevi subbiloculari, loculi 3 fere obliteratis, 2 evolutis omnino coalitis 1-spermis. Sem. inversa falcata funiculo brevi crassiusculo insidentia, embryonis exalbuminosi radicula supera inflexa.

Arbor Mexicana, f. ad ap. ramulor. subfasciculata imparipinnata, foliolis sessilib. integerrimis oblique ellipticis utrinq. c. petiolo dense griseo-villosis. — Fl. glomerato-spicati parvi viresc. bracteati, masc. superne, facile decidui, foeminei inferne ad b. rhacheos; fr. sessilis oblong. villosus.

1. DASYCARYA GRISEA Liebm. l. c. — Arbor mediocris, ramis teretib. f. deciduis cicatricatis, cortice tenui fusco-purpureo tectis, ramulis fusco-villosis. F. approximata subfasciculata 2—4'' longa (nond. plane excreta) imparipinnata, 5—9 juga, petiolo comm. inferne nudo tereti, foliolis sessilib. oppositis oblique ellipticis utrinsecus obtusis penninerviis utrinq. dense griseo-villosis 7—5''' lg. 3—2''' l. Stip. nullae. Spicae axill. pollic. villosae. Fl. subsess. glomerulati b. bract. plurib. parv. rubris ovatis ext. villosis suffulti. Calyx viridis nigro-lineatus. Cor. flavo-virescens purpureo-lineata glabra. Drupa 8''' longa 5''' l. virescens villosa, putamine crasso lignoso. — Hab. in montib. porphyriticis aridis Cerro colorado dictis inter Quiotepec et convalle fluminis Rio de las vueltas (Dep. Oajaca), pr. Teotitlan del camino, Majo fl. et fructif.

Ordo LXXIX. BURSERACEAE. *Knth.*

(*Terebinthacear.* trib. IV. DC. Prodr. II. 75. — Walp. Ann. II. 288.)

THYRSODIUM (*Salzm. Ms.*).

Bentham in Hook. Kew gard. misc. IV. 17.

Fl. abortu dioici (v. polygami?). Fl. masc.: Cal. campanulat., semi 5-fid., lacin. acutis, aestiv. valvatis. Pet. 5, lacin. calyc. alternantia, ad ap. tubi inserti, aestiv. valvata. Stam. 5., petal. alterna et cum iis inserta, brevia, antheris medifixis intrors. bilocularib. loculis parallelis longitudinal. dehisc. Ovar. rudimentum cum stylo continuum, lineare, corolla paulo brevius, apice in stigma bilob. dilatatum. Fl. foeminei et fruct. ignoti.

Arbores austro-Americani. F. alterna, impari-pinnata, foliol. suboppositis. Paniculae masc. terminal., amplae, floribundae. Bract. parvae, lanceol., squamaef. Fl. pro ordine majusculi, fere Garugae.

Genus valde affinis generi Garugae Ind. or.

1. THYRSODIUM SPRUCEANUM; Benth. l. c.

Panicula mascula laxa, petiolisque minute tomentellis, foliol. 11—13 oblong. acuminat. supra nitid. reticulat. subt. vix sub lente tomentellis, b. acutis, pedicellis bracteas superantib., calyc. subaequantib.

Arbor 16 ped. F. 1—1½ pedalia, pleraq. opposita 3—6 p. lg. 1—1½ p. l. brevit. petiolulata, penninerv. Panicula ang. pyramidata. Pedic. 1—2 l. lg. ut calyces et petala ext. tomentelli. Calyc. tubus lin. lg., lacin. tubo aequilgis. Pet. paulo longiora, lanceolata, acumine inflexo. Stam. petalis dim. breviora. — In campis prope Santarem.

2. THYRSODIUM SALZMANNIANUM Benth. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. IV. 18.

Panicula mascula thyrsoidea fasciculiflora petiolisque ferrugineo-tomentosis, foliolis (11 — 13) late oblong. brevit. acuminat. coriac. supra nitid. reticulat. subt. vix tomentellis b. obtusis, pedicellis bracteas vix aequantib. calyce brevioribus.

Foliola quam in T. Spruceano latiora, rigidiora. Fl. secus ramos breves paniculae dense glomerati. Ad Bahiam in collibus. (Salzmann.)

3. THYRSODIUM SCHOMBURGKIANUM Benth. l. c.

Panicula mascula ampla ramosiss. petiolisq. ferrugineo-tomentellis, foliol. 11 — 13 amplis elliptico-oblong. acuminatis. supra ad costam subtusque ferrugineo-pubesc., pedicell. bract. vix aequantib. calyce brevioribus.

F. bipedalia. Foliola 6 — 8 p. lg., 2 — 3 p. l., vix coriac., supra scabriuscula, subt. undique pubesc. Panicula 2 ped. Fl. in ramulos ultimos fasciculati, quam in T. Spruceano et Salzmanniano paulo minores. — In Guiana Britannica.

5932. ICICA *Aubl.*

(DC. Prodr. II. 77. — Walp. Ann. II. 289.)

1. ICICA SPRUCEANA, Benth. — Benth. in Hook. Kew gard. miscell. IV. 16.

Ramulis glabr., foliol. 7 — 9 oblong. lg. cuspidatis integerr. impunctatis, costa subt. petiolisque puberul., panicul. brevib. e b. ramosis, fructu obliq. ovoideo-triquetro 1—2 pyreno.

Arbor 30—40 ped. Ic. heptaphyllae ut videtur affinis, pube petiol. et costar. facile distincta. F. ampla, foliol. petiolul. 4—5 p. b. saepe obliq. Drup. 8—9 lin. lg. rubrae v. albae (Spruce). Pyrenae saep. 2. — In silva prope Barra.

2. ICICA PUBESCENS Benth. l. c.

Ramulis novellis petiolisq. pubescentib., foliol. 1 — 3 ovali-oblong. cuspidat. paucidentat. glabr. puberulisve minute pellucido-punctatis, flor. 4-nerv,, 8-andris, stylo ovario longiore.

Arbor parva. F. alterna v. hinc inde opposita, valde irregularia, pleraque pinnatim trifoliata, maxima ½ ped. v. paulo majora, pleraq. multo minora, omnia rigide membranac. Petioluli villosi ap. intumesc. Flor. fasciculi densi axillar. v. supra-axill. Pedicelli 1 l. lg. Cal. parv., lob. 4 orbiculatis. Pet. lanc. 1¼ l. l., aestiv. valvata. Stam. petal. dimidio breviora. Ovar. disco insidens loculis 4, biovulatis. Drupa carnosula coccinea v. di- v. monosperma. Pyrenae crustaceae. Semen pendulum. — In locis arenosis silvae prope Barra.

3. ICICA COPAL Schldl. — v. Schlechtdl. hort. Hal. fasc. III. (1853) p. 23. tab. XII. fig. 1—10.

(*Elaphrium Copal* et *Elaphr. macrocarpum* Schiede in litter., *Icica*? — Linnaea V. p. 601 n. 716.)

Patria: Beat. Dr. G. Schiede leg. in imperio Mexicano: Papantlae, sterilem Febr. m.

Misantlae cum alabastris Mart. m., et in calidiorib. ad Hacienda de la Laguna Aug. m. fructiferam.

Ex schedis beati amici haec:

„Arbor e cuj. cortice vulnerato stillat gummi, Copal appellata" (ab indigenis). — „Fr. capsularis biloc. 4-valvis, dispermus. Dissepimentum medio valvular. duarum adnatum, quae ideo reliquis duab. valvulis jam delapsis longius persistunt. Valvulae autem sunt siccae, magna copia vasorum resiniferor. percursae, intus uti dissepimentum roseae extus in statu fructus maturo purpureae. Semen cavitati conforme, delapsis jam capsulae valvulis ap. per aliquot tempus appensum. Hilus infra ap. observatur. Seminis integum. primum (forsan arillus) album carnosum, succo dulci non resinoso scatens, a valvulis dissepimentoq. solubile, testae seminis arcte adhaerens. Testa sublignosa, extus nigra, intus olivacea. Integ. tertium fuscum membranac. Cotyled. corrugatae. Radiculam parvam cotyledonib. non obtectam observavi. Plumula parva teres."

Descriptio: Rami suppetentes teretes sicci ex cinerascente fusci etc. — Cfr. l. c. pl. descr.

Adnot.: In Hernandesii opere quum nullam reperimus nec iconem nec descriptionem huic arbori adoptandam, quum nullam a beato amico de usu huj. arboris gummate accepimus notam, dubium utrum in medicina an in artibus adhibeatur hoc gummi Copal, quod nunquam in Europam transvectum esse videtur.

5936. CANARIUM *Linn.*

(DC. Prodr. II. 79. — Walp. Ann. II. 291.)

1. CANARIUM VITIENSE As. Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 373.

Glaberimum; stip. subulatis parv. caducis; foliolis 5—7 oblongo-ellipticis utrinq. obtusis nunc subacuminatis nitidis; paniculis axillarib. paucifl.; pedicellis ($\frac{1}{2}$ pollicarib. et ultra) clavatis.

var. β. foliolis 5—9 saep. ap. v. utrinq. pl. m. acuminatis.

Habit. in Inss. Vitiensib. (Feejee), Muthuata, alt. 2000'. — Frutex v. arbor caet. — Affinis Canario aspero Benth. apparet.

5937. HEDWIGIA *Swartz.*

(DC. Prodr. II. 80. — Walp. Ann. II. 293.)

1. HEDWIGIA RHOIFOLIA, Benth. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. III. 17.

Foliol. 9—13 obliq. ovali-elliptic. acuminat. pauciserrat. rigide membranac. ad costam petiol. inflorescentiaq. puberulis, panicul. axillarib. brevib., drup. tomentos., 1—2 pyrenis.

Arbor 25 ped., resinoso aromatica. F. majora $1\frac{1}{2}$ ped., foliolis ultim. interd. $\frac{1}{2}$ ped. Panicul. 4—5 p. Stam. 10; drupae 6—8 lin. lg. Pyrenae osseae, pulpa alba obtectae semen pendulum. Cotyledones crasso carnosae, plano convexae, rectae, apice (infera) productae in acumen breve radiculaeforme tenue incurvum, in dorsum alterius cotyledonis incumbens (nec ut in Mauria multiflora accumbens). Radicula vera brevis, supera, intra emarginaturam cotyledonum inclusa. — Brasilia septemtr. prope Barra.

Ordo LXXX. JUGLANDEAE *DC.*

(Endl. gen. pl. p. 1125. Suppl. III. p. 99. IV. p. 94. — Walp. Ann. II. 293.)

Ordo LXXXI. CONNARACEAE *R. Br.*

(*Terebinthacear.* trib. VII. DC. Prodr. II. 84. — Walp. Ann. II. 294.)

5949. CONNARUS *Linn.*

(*Omphalobium* Grtr.; DC. Prodr. II. 85. — Walp. Ann. II. 300.)

1. CONNARUS PICKERINGII As. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 375. tab. 45.

Ramulis foliisq. juniorib. pube ferruginea decidua tomentosis; foliolis 5—7 (rarius 3) lanc-oblongis nunc ovato-oblongis subacuminatis b. obtusis v. rotundatis, adultis glaberrimis, venisq. utrinq. 5—6 subt. prominentib., rete tenui transverso; paniculis folio multo breviorib. calycibusq. rufo-tomentosis; pedicellis breviss.; petalis ext. tomentosis glanduloso-punctatis calyce triplo longiorib.; folliculis obovatis turgidis tomento detersibili primum vestitis; stipite petalis longiore.

Hab.: Inss. Vitienses (Feejee); Owalau, Rewa, Vanua-levu. — Frutex magnus, Conn. mutabili Bl. valde affinis apparet, sed ramulis tomentosiorib. caet.

ANISOSTEMON TRIFOLIATUS Turcz. (Walp. Ann. I. 199 n. 1). — Planchon in Ann. sc. nat. ser. IV. tom. 2. p. 266.

= CONNARUS POLYANTHUS Planch. in Linn. transact. XXIII. p. 428. — (Walp. Ann II. 300 n. 8).

Ordo LXXXII. LEGUMINOSAE *Juss.*

Subordo I. *PAPILIONACEAE.*

Tribus I. *PODALYRIEAE* Bnth.

(Endl. gen. pl. p. 1254.)

Subtribus I. *EUPODALYRIEAE* Benth.

(Endl. gen. pl. p. 1254.)

6425. **BRACHYSEMA** *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 105. — Walp. Ann. II. 308.)

1. BRACHYSEMA LANCEOLATUM Meisn. (Walp. Rep. V. 422). — Hook. in bot. mag tab. 4652.

6427. **OXYLOBIUM** *Andrews.*

(DC. Prodr. II. 101. — Walp. Rep. V. 423.)

1. OXYLOBIUM NERVOSUM Meisn. — Meisner, bot. Ztg. 1855. p. 12. — Ramis ap. subcompresso cano-villosulis, stip. tenue setaceis (2 l. lg.) f. oppositis subsessilib. late lin. (1½ — 2 p. longis, 2½—3 l. l.) b. attenuatis ap. pl. m. recurvo obtuso pungenti-mucronatis utrinq. grossiuscule reticulatis glabris, fasciculis axillarib. 2—3 floris, pedicellis (sic) calyce subsericeo-cano, labiis subaequilongis, lob. acutis, inferiorib. tubum aequantib., superioribus parum latiorib., ovario stipitato sericeo 3-ovulato. — Australia occ. pr. Swan River.; Drumm. Coll. VI. n. 21. — A proximo Ox. reticulato diff. f. ½ angustiorib. glabris haud emarginatis etc.

2. OXYLOBIUM ? GENISTOIDES Meisn. — Meisner, in bot. Ztg. 1855 p. 12. — Humile (spithamaeum) caulib. erectis ramisque angulatis ap. minute sericeo-puberulis, stip. setac. brevissimis deciduis, f. sparsis subsessilib. patulis cuneato-spathulatis emarg. obsolete recurvo-mucronatis (4 — 6 l. longis, 2 — 2½ l. l.) planis 1-nerviis aveniis utrinq. subsericeo-pilosiusculis, racemis terminalib. (digitalib.) aphyllis laxe multifl. secundis, pedicellis medio minute bibracteolatis fructiferis calycem subaequantib. (1 — 1½ lin. longis) nutantib., calyce campanulato sericeo-puberulo b. obtuso, labiis tubo subdimidio breviorib., superiore paulo longiore truncato-bidentato, inferioris dentib. aequalib. ovatis acutis, corolla ...., legumine ovato inflato cuspidato (3—4 l. longo), parce adpresso-puberulo intus glabro, suturis tenuib., stipite calycis tubum aequante. Seminib. 6 — 8, uniformib. estrophiolatis (immaturis opacis reticulatis). — Hab. Australia occ. pr. Swan Riv., Drumm. Coll. VI. 9. — An Chorozematis speciem? cui stip. obsoletis et f. sparsis accedit. — Satis bene convenit cum descript. Ch. humili Turz., sed cuj. calyx et fr. non descripti, et caules prostrati et f. minora dicuntur. Infl. et calyx omnino Oxylobii parviflori Benth.

3. OXYLOBIUM ? HAMULOSUM, Benth. ined. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 379.

F. confertis acerosis ap. hamato - recurvis minute hispidulis; ramis ap. paucifloris; leguminib. calycibusq. hirsutis.

Hab.: New - South Wales, Hunter's River. — Flores ignoti, fructus Oxylobii, caet.

4. OXYLOBIUM OVALIFOLIUM Meissn. (Walp. Rep. V. p. 424 n. 4). — Paxt. fl. gard. III. p. 63. pl. 85.

6428. PODOLOBIUM *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 103. — Walp. Rep. V. 424.)

1. PODOLOBIUM OBOVATUM A. Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 379.

F. obovatis subrotundisve retusis integerr. subt. ramulisq. hirtello-puberis; ovario hirsutissimo brevit. stipitato.

Hab. Prope Sidney, New - South Wales. — Planta evidenter procumbens v. scandens, et P. scandenti DC. (Oxylobium Benth.) simillima, sed ovario substipitato, ovulisque (in specim. suppetenti singulari) 6—7.

6431. CHOROZEMA *Labill.*

(DC. Prodr. II. 162. — Walp. Ann. II. 309.)

1. CHOROZEMA NERVOSUM, Moore. — Moore in the gard. compan. (1852) p. 122 tab. l. c. fig. 2. — Ramis tomentosis; f. late cordatis rigide cuspidatis, glabris undulatis et leviter carinatis, marginibus incrassatis et venis utrinq. conspicue prominentib.; racemis paucifl., pedicellis supra med. bibracteolatis, calyce breviorib. — Hab. in Austral. ad fl. Swan River.

2. CHOROZEMA FLAVUM Henfr. — Gard. mag. of bot. II. p. 73. tab. 7. 1. — Foliis elongato - ovatis, marg. sinuato - dentatis, dentibus apiceque spinulis angustis armatis, supra glaucescentibus subt. reticulatis, bracteolis circ. in medio pedicellorum suffultis; corollae vexillo saturate luteo, alis carinaque aurantiacis.
Lemaire jard. fleur. I. 13.

3. CHOROZEMA TRIANGULARE Lindl. (Walp. Rep. I. 567. 3). — Gardn. mag. of bot. II. p. 73. tab. 7. 2. — Lemaire jard. fleur. I. 27.

6432. GOMPHOLOBIUM *Sm.*

(DC. Prodr. II. 105. — Walp. Ann. II. 309.)

1. GOMPHOLOBIUM DRUMMONDII Meisner. — Meisner in Bot. Ztg. 1855 p. 25. — Erectum, caule ramisq. corymbosis teretib. flavido - tomentosis dense foliosis, stip. nullis, f. sessilib. 3 -foliolatis, foliolis aequalib. subtereti - filiformib. (3—5 l. longis vix $1/4$ l. crassis) obtusis muticis puberulis puncticulato - scabriusculis subt. 1 - sulcis florib. in ap. ramor. corymboso - racemosis, pedicellis axillarib. 1 - floris folio duplo longiorib. pubescentib. pr. ap. 2-bracteolatis, bracteolis patulis setaceis (1—$2\frac{1}{2}$ lin. longis) calyce pube brevi pallida subviscida dense villoso (4—5 l. longo) ultra med. 5-fido, lob. lanc. acuminatis, superiorib. 2 paulo majorib., vexillo parum breviorib., carina obtusissima albo - ciliolata, ovario glabro 8 - ovulato. — Habit. in Austr. occ. pr. Swan Riv. Drumm. Coll. VI. n. 10. — Affine *G. aristato*, sed jam foliolis breviorib. muticisq. distinctum. Primo vultu Burtoniae villosae simillimum, at char. omnino Gompholobii.

Subtribus II. *PULTENEAE* Benth.
(Endl. l. c. p. 1256.)

6434. **JACKSONIA** *R. Br.*
(DC. Prodr. II. 107. — Walp. Ann. II. 310.)

1. JACKSONIA CARDUACEA Meisn. — Meisner in bot. Ztg. 1855. p. 25. — Ramis fastigiato - corymbosis compresso - angulatis sericeis dem. teretib. glabris, sterilib. folio parvulo squamaeformi fusco (2 l. longo deciduo) fultis, foliiformib. planis verticalib. cuneato - lanc. v. irregularit. 2 — 3 fidis pungenti - acutis, marg. nerviformi remote (utrinsecus 1 — 3 -) spinoso - dentatis, prominulo 1—3 - nerviis sericeis dem. glabratis (1—1½ poll. longis 1½—3 lin. l., dentib. rectis 1 — 2 lin. longis, sinub. acutis obtusisve) capitulis terminalib. densifl. involucro ramulor. foliiformium dense cinctis superatisq., bract. squamaeformib. fuscis linearib. acuminatis dorso pilosis calyce breviorib., pedicellis breviss. ap. setaceo - bibracteolatis, cal. sericeo - piloso, prof. 5 - partito, lob. lanc. setac - acuminatis (4—5 l. longis, 1 l. l., seta term. 1—1½ lin. longa) vexillo calycem subaequante dilatato - bilobo, ovario stipitato albo-villoso intus puberulo (2 - ovulato). — Hab. Australia occ. pr. Swan River. — Drumm. Coll. VI. n. 14. — Spec. insignis, accedens ad *J. Grevilleoidem* Turcz. etc.

2. JACKSONIA MACROCALYX Meisn. — Meisner in bot. Ztg. 1855 p. 26. — Ram. ramulisq. dichotomis teretib. sulcatis glabris, juniorib. subcompresso - angulatis parce sericeis, sterilib. ap. subspinescentib., f. sparsis raris fugacib. spathulatis obtusis obsolete mucronulatis sericeis (9—11 l. longis, 1—3 l. l.) racem. remote paucifl., pedic. brevissimis ap. minute 2 - bracteolatis, calyce oblongo corollam subaequante (6—7 l. longo) acute 5 - gono sericeo sep. erectis contiguis lanc. acutis 1 - nerviis (1 lin. latis) ovario stipitato ½ calycem aequante sericeo (2 ovulato) stylo breviss. crassiusculo incurvo obtuso glabro, legum. . . . . — Hab. Australia occ. pr. Swan River. — Drumm. Coll. VI. n. 15. — Fruticul. circ. ped. erectus e b. ramosus, ramulis vix rigidis. Species folior. praesentia, florum magnitud., calycis forma ab omnib. distinctissima.

3. JACKSONIA ULICINA Meisner. — Meisner in bot. Ztg. 1855. p. 26. — Aphylla, ram. strictis teretib. profunde sulcatis, sterilib. squamula minuta decidua fultis brevib. (2—4 l. lg.) rigidissimis patulis 2 — 3 partitis glabris, laciniis compressis inermib. (1—3 l. longis, ½ l. l.) obtusis c. v. absque mucronulo exiguo sphacelato utrinq. 1—2-costatis, fl. axillarib. 1—3 (racem. breviss. formantibus) in racemum densum pseudofoliosum approximatis, pedicellis calyce multo breviorib. medio bracteolatis, calyce obovato-oblongo (4 lin. longo) obtusissimo mutico corollam subaequante dense brevi-villoso (rufo) lob. dem. patentib. tubo 4 - plo longiorib. acutis, ovario stipitato sericeo villoso. — Hab. Australia occ. pr. Swan River. — Drumm. Coll. VI. n. 13. — Habitu ad I. horridam et dumosam accedit, sed ramulis sterilib. multo breviorib. haud spinescentib. etc. distinctissima. Pedicelli infra ramulum sterilem ex axilla folii rudimentarii oriuntur.

4. JACKSONIA STRICTA Meisner. l. c. — Aphylla, ramis ramulisque gracilibus strictis teretibus sulcatis glabris, sterilibus patulis rigidis divaricato - 2 — 3 - partitis passimque indivisis, laciniis rectis spinescentibus subulatis subcompressisve sulcatis, intermedia longiore (4 — 6 lin. longa ½ lin. crassa) lateralibus passim bifidis, fasciculis lateralibus 2—4-floris, pedicellis brevissimis medio patulo - bibracteolatis, calyce corollam aequante (3 lin. longo) obovato - oblongo mutico sericeo, laciniis tubo triplo longioribus (⅔ lin. latis acutis) ovario sericeo. — Drumm. Coll. VI. n. 12. — Proxima *J. sericeae*, sed jam ramis haud compresso - angulatis, sterilibus rectis folium tripartitum simulantibus (rarius bifidis simplicibusve) etc. facile distinguenda.

5. JACKSONIA CUPULIFERA Meisner l. c. — Aphylla, ramis gracilibus teretibus striatis apice ramulisque subtiliformibus angulatis sericeo-puberulis (albidis) inermibus,

floribus laxe racemosis, pedicellis calycem aequantibus apice incrassato subangulatis prope medium bracteolis 2 papillaeformibus munitis, calyce obovato-oblongo tereti corollam subaequante (4—$4\frac{1}{2}$ lin. longo) brevissime apiculato subsericeo, lobis linearibus (fere 1 lin. latis) a tubo persistente cupuliformi circumscisse deciduis, ovarii sericei stipite cupulam superante ($1\frac{1}{2}$ lin. longo) legumine compresso oblongo acuto (7—8 lin. longo 3 l. lato) enervi demum glabriusculo intus puberulo, seminibus estrophiolatis. — Drumm. Coll. VI. n. 11. — Primo vultu cum *J. gracili* identica videtur, sed notis indicatis constanter diversa. Calyce omnino convenit cum genere *Piptomeris* Turcz. in Bull. Soc. Mosc. 1853 n. 2. p. 257, sed *P. aphylla* Turz. l. c. p. 258. (Drumm. Coll. V. n. 32, quam non vidimus) a nostra discrepat glabritie, pedicellis calyce duplo brevioribus etc. Sepala in nostra minime supra basin articulata, et solummodo post florescentiam transverse rumpentia. *Piptomeris* igitur vix a *Jacksonia* separanda videtur, nisi ovarium revera „multiovulatum" (uti describitur) sit.

6435. **DAVIESIA** *Sm.*

(DC. Prodr. II. 113. — Walp. Ann. II. 310.)

1. DAVIESIA LATIPES Ferd. Müll. — Ferd. Müller diagn. nov. N.-Holl. in Linn. XXV. 390. —

Glabra, f. subulato-lanc. mucronatis vage patentib. b. latissima verticali adnatis decurrentib., corymbis folio duplo breviorib. v. aequilongis, calyce pedicellum subaequante, legumine sessili vix mucronulato.

In fruticetis juxta Dombey-Bay reper. Wilhelmi.

Spec. in genere quam maxime insignis, c. *D. pectinata* proprium typ. formans.

Frutex validus densiss. ambitu globosus, etc. — Fl. primo vere.

2. DAVIESIA EPIPHYLLUM Meisner in bot. Ztg. 1855 p. 25. — Glaberrima glauca, ramis plano-compressis late alatis (5—12 lin. latis) alterne ramosis rigidissimis tenuiter venoso-striatis, foliis verticalibus decurrentibus ovato-oblongis patulis v. subrecurvis (2—6 lin. longis) et apice rotundato v. attenuato pungenti-mucronatis, racemis simplicibus paucifloris e facie rami nascentibus basi imbricato-bracteolatis, calyce pedicellum subaequante (3 lin. longo) late subcampanulato, dentibus brevibus, inferioribus 3 aequalibus acutis, superioribus 2 obtusis, corolla ....., legumine breve stipitato compresso triangulari breve acuminato laevi glabro. — Drumm. Coll. VI. n. 18. —

Species distinctissima, ramis cornu cervinum v. Phyllocactum imitantibus.

6437. **SPHAEROLOBIUM** *Sm.*

(DC. Prodr. II. 107. — Walp. Ann. II. 311.)

1. SPHAEROLOBIUM CRASSIRAMEUM Meisner in bot. Ztg. 1855 p. 25. — Glaberrimum, ramis aphyllis teretibus crassis sulcatis laevibus, fasciculis 3—5-floris, calyce dimidiam corollam aequante (2 lin. longo) dense nigro-puncticulato, tubo brevissimo labium inferius pedicellumque vix aequante, labio superiore duplo majore emarginato-truncato, carina geniculato-arcuata obtusa (purpurea, basi flava) stylo elongato incluso basi incurvo apice breviter recurvo hinc anguste membranaceo. — Drumm. Coll. VI. n. 20. — A proximo *S. grandifloro* differt ramis brevioribus crassioribus (diam. 1—2 lin.) calycis tubo breviore, stylo sigmoideo. — Rami fastigiati, cicatriculis (foliorum dilapsorum?) ternatim verticillatis 3—4 lin. distantibus fuscis vix prominulis notati. Vexillum alasque non vidimus.

2. SPHAEROLOBIUM PULCHELLUM Meisner l. c. — Glaberrimum, ramis aphyllis teretibus sulcatis subspinescentibus, novellis folia ternatim verticillata subulata ($1\frac{1}{2}$ lin. longa) gerentibus, fasciculis 3—6-floris, calyce dimidiam corollam aequante impunctato,

tubo labiis plus duplo breviore pedicellum aequante, labii superioris lobis rotundato-truncatis, carina semilunari (flava) obtusa vexillum (purpureum) aequante, stylo incluso a basi arcuato-inflexo apice recto hinc anguste membranaceo. — Drumm. Coll. VI. n. 19. — Valde affine *S. acuminato* Benth., sed certe distinctum stylo jam a basi (nec apice) incurvo et vexillo alisque pulchre roseo-purpureis (nec flavis) carina vero flava et subangulata. Rami corymbosi, ½—1 lin. crassi, simili modo ac in praecedente cicatriculati, sub lente minute elevato-punctati, tactu tamen non scabri.

6440. AOTUS *Sm.*

(DC. Prodr. II. 109. — Walp. Ann. II. 311.)

1. AOTUS WÜRTHII Rgl. — Regel in Bot. Ztg. 1851. p. 596.

Ramis gracilib., flaccidis; f. pedunculis calycibusq. pube cinerea patula hirsutis; f. sparsis, linearib., saepiss. subtortis, breviss petiolatis, subacutis, superne canaliculatis, inferne convexis tuberculatis; fl. solitariis, axillarib in racemum terminalem, ovato-capitatum dispositis.

Fruticul. erectus, ramosiss. Stip. parvae, lanc-subulatae, fusco-membranaceae. F. circ. 4 l. lg. et 1 lin. lata. Pedunc. 2 l. lg. Cal. campanulatus, labio superiore bifido. — Semina ex portu Adelaide a cl. Würthio missa.

2. AOTUS DRUMMONDII Moore. — M. in Gardn. compan. (1852) p. 97. c. tab. l. c.

Ramis pilosis, rigidis, divaricatis; f. sparsis seu nonnihil verticillatis, petiolatis, linearib. b. et apice acutatis, supra in margine revoluta parce scabris, subtus in nervo prominente pilis nonnullis obsitis, pedicellis binis v. ternatis, axillarib. calyce breviorib., calyce piloso, dentib. vix aequalib., iis labii inferioris reflexis.

Frutex ex Nova Hollandia a regione fluminis „Swan River" in hortis introductus.

6443. GASTROLOBIUM *R. Br.*

(DC. Prodr. II. 110. — Walp. Ann. II. 312.)

1. GASTROLOBIUM VELUTINUM; Lindl. — Paxt. fl. gard. III. p. 76 n. 549. xylogr. 270. — Cinereo-velutinum, f. ternis subsessilib. cuneato-oblongis v. subbilobis mucronulo interjecto margine recurvis subcrenulatis, racemis elgatis terminalib., calycis villosi labio superiore rotundato recto bilobo inferiore trifido revoluto, ovario villoso stipitato dispermo. — Pl. ex seminib. Novae-Hollandiae exorta.

2. GASTROLOBIUM PYRAMIDALE Moore. — Gardn. comp. (1852) p. 81. c. tab. l. c.

3. GASTROLOBIUM HÜGELII Gardn. — Gardn. mag. of bot. II. p. 161. tab. 15. — Caule rigido, repetite tripartito, pubescente, f. verticillatis ternatis, cordato-orbiculatis obtusis, ap. longe aristatis, pedunculis calyce longioribus; calycis dentib. acutis, ciliatis; corolla intense lutea.

4. GASTROLOBIUM VERTICILLATUM Meisner in bot. Ztg. 55. p. 25. — Ramis strictis teretibus apice puberulis conferte foliosis floriferisque, stipulis setaceis petiolum brevissimum crassum aequantibus (1 lin. longis) foliis ternatim verticillatis crassis rigidissimis obovato-oblongis extra medium 4—7-lobis infra cuneato-attenuatis (1½ poll. longis, apice 10—12 lin. latis, parte cuneata subpollicari 2½—3½ lin. lata) lobis divaricatis lineari-oblongis obtusis cum v. absque mucronulo, inferioribus majoribus (3—5 lin. longis) terminali recurvo v. ad mucronem reducto, sinubus obtusiusculis reflexis mucronulatis! marginibus fortiter recurvis, faciebus minute reticulatis glabris, superiore nitida enervi, inferiore parce prominulo-penninervi, fasciculis axillaribus verticillatis sessilibus densifloris, pedicellis stipulas aequantibus calyce canescenti

plus duplo brevioribus, ovario stipitato villoso 2-ovulato, legumine parvo globoso-ovato-pubescente. — Drumm. Coll. VI. n. 24. — Species distinctissima, insignis foliorum sinubus revolutis mucrone brevi pungente (rarius obsoleto) armatis, nervo in pagina superiore sulco immerso invisibili. Calycis labia subaequilonga, lobis acutis superioribus brevioribus. Carina purpurea, alis vexilloque luteis. — Patria Australia.

5. GASTROLOBIUM AXILLARE Meisner l. c. — Humile, ramulis erectis tenuibus apice subcompressis cano-tomentellis, stipulis setaceis recurvis petiolum aequantibus deciduis (1 lin. longis) foliis oppositis ellipticis passim oblongis obcordatisque obtusis v. apice acutiusculo recurvo v. retuso obsolete mucronulatis utrinque dense reticulatis supra glabris subtus sericeis (6—9 lin. longis, 4—6 lin. latis) fasciculis axillaribus subsessilibus 3—6 fl. folio breviorib., florib, subsessilibus, calyce albido-sericeo, ovario breve stipitato villoso 2-ovulato, legum...... — Drumm. Coll. VI. n. 22. — Species nulli cognitarum propius accedens, inflorescentia cum *G. obovato* conveniens, sed foliis diversa; foliorum reticulatione *G. calycino* similis, sed foliis multo minoribus, haud glaucis, et inflorescentia distinctissima. — Patria Australia.

6. GASTROLOBIUM BIDENS Meisner l. c. — Ramis teretibus apice cano-tomentellis, stipulis capillaribus petiolo 2—3-plo longioribus (2—2½ lin. longis, diu persistentibus) foliis oppositis rigidissimis linearibus (1—2 poll. longis, 1½—2½ lin. latis) basi vix angustata obtusis, apice truncato-emarginatis v. inciso-bilobis cum mucrone setaceo innocuo deciduo, lobis divergentibus obtusis muticis (1—1½ lin. longis latisque) margine recurvis, supra dense prominulo-reticulatis glabris, subtus 1-nerviis incano-villosis, racemis axillaribus et terminalibus simplicibus sessilibus folia aequantibus densifloris, bracteis ovato-lanceolatis acutis deciduis, calyce parvo (1½ lin. longo) cum pedicello brevissimo rhachique villosiusculo, ovario breve stipitato sericeo 2-ovulato, legum...... — Drumm. Coll. VI. n. 23. — Plurimis notis convenit cum *G. emarginato* Turz. in Bull. Soc. Mosc. 1853. n. 2. p. 273. (Drumm. V. n. 51, quod non vidimus) sed hoc differt ramulis angulatis et pedicellis calycem aequantibus. Affine quoque *G. polystachyo* Meisn., sed bene distinctum foliis (quorum forma fere eadem ac *Bossieae bilobae*[1]) dimidio angustioribus nunquam trilobis, nec undulatis nec subtus reticulatis. — Patria Australia.

7. GASTROLOBIUM LINEARE Meisner l. c. — Ramis teretibus gracilibus apice cano-tomentellis, stipulis obsoletis, foliis sparsis (passim subverticillatis oppositisque) subsessilibus vix rigidulis linearibus basi attenuatis apice rotundato v. subemarginato obsolete mucronulatis utrinque transverse venosis prominulo-reticulatis supra nitidis glabris subtus adpresse pilosiusculis mox glabratis, racemo terminali simplici folia longe superante gracili laxiuscule multifloro, calyce cum pedicello ⅓ breviore pedunculoque brevi angulato ebracteato cano-sericeo, labiis subaequilongis, superioris lobis obtusis, inferioris angustioribus acutis, ovario stipitato villoso 2-ovulato, legum..... — Drumm. Coll. VI. n. 25. — Forsan var. *G. callistachyos*, cui simillimum, sed constanter recedens foliis longioribus angustioribusque (2—2½ poll. longis 1 lin. latis) calyce paullo minore (vix 2½ lin. longo) parcius puberulo vix sericeo, lobis brevioribus etc. A *G. stenophyllo* Turcz. l. c. p. 275. (Drumm. V. n. 52, quod non vidimus) differre videtur foliis planis (nec complicatis) rectis muticis, pedicellis calyce brevioribus etc. — Patria Australia.

8. GASTROLOBIUM OVALIFOLIUM Arth. Henfrey. — Gardn. Compan. 1852. p. 41. c. tab. l. c. fig. 1.

9. GASTROLOBIUM CUNEATUM A. Henfr. l. c. p. 49 c. tab. l. c. fig. 1.

6446. PULTENAEA *Sm.*

(*Pultenaeae* sect. *Hymenola* DC. Prodr. II. 110. — Walp. Ann. II. 313.)

1. PULTENAEA ERICOIDES, Gardn. — Gardn. mag. of bot. III. (1851) p. 145. tab. l. c.

Subtribus III. *MIRBELIEAE* Benth.
(Endl. l. c. p. 1258.)

6449. **DICHOSEMA** *Benth.*
(Walp. Rep. I. 576 — V. 433.)

1. DICHOSEMA SUBINERME Meisner (Walp. Rep. V. 433 n. 1). — The gard. compan. (1852) p. 129. c. tab. l. c. fig. 1.

Tribus II. *LOTEAE* DC.

Subtribus I. *GENISTEAE* DC.
(Endl. gen. pl. p. 1259.)

6451. **HOVEA** *R. Br.*
(DC. Prodr. II. 115. — Walp. Ann. II. 314.)

1. HOVEA BECKERI Ferd. Müll. — Ferd. Müller diagn. nov. in Linn. XXV. p. 391.

Erecta, foliolis 7 — 9 oblongis obtusis retusisve recurvo-mucronatis supra glabris subt. ramulisq. argenteo-villosis, stip. bracteisq. ovato-lanc., racemis elong. rigidis, pedicellis fasciculatis calyce sublongiorib. calyc. laciniis tubo paulo longiorib. infima vix longiore, vexillo sericeo-villoso, legumine juniore sericeo-demum ferrugineo-villoso intus continuo. — Stamen vexillare ima b. liberum, dein cum caeteris in tub. completum connatum. Styl. intus barbatus.

In. ins. Taboga, in sinu Panamensi.

8. TEPHROSIA (*Reineria*) CONFERTIFLORA Benth. — Benth. in pl. Jungh. II. p. 208.

Herbacea v. suffruticosa, ramulis pubesc-villosis, stip. subulatis, foliolis 11 — 13 anguste cuneato-oblongis obtusis retusisve subt. sericeo-villosis, racemis confertis subcapitatis, staminib. subdiadelphis, leguminib. parvis rectiusculis villosis.

Hab. in Javae graminosis pr. Jogjakerta et in prov. Bantam (specim. villosius) (Jungh).

Species *T. diffusae* W. et Arn. affinis, distincta habitu, f. angustis et inflorescentia; forte ad *T. capitulatam* Linn. referenda, quae tam. nimis breviter descripta est. Planta nostra, herba 1 — $1^1/_2$ ped, etc.

9. TEPHROSIA (*Brissonia*) NICARAGUENSIS, Örd. — Benth. et Örsted. Legum. Centroameric. p. 6.

Suffruticosa, ramis adscendentib. dense villosis, foliolis 15 — 21 oblongis ap. basiq. obtusis utrinq. villosis, subt. subsericeis, racem. brevib. terminalib., pedic. subfasciculatis calyce vix breviorib., calyc. lacin. summis breviss., infima acuminata tubo aequilonga, vexillo sericeo-villoso, leg. ferrugineo-villoso int. continuo.

Rami angulati 1 — $1^1/_2$ ped. Stip. 3 — 5 lin. lg. Pet. comm. 4 — 5 poll. Vexillum 6 lin. lg., ungue brevissimo. Leg. (immaturum) $1^1/_2$ p. lg. 2 lin. l. — In Nicaragua.

10. TEPHROSIA (*Reineria*) DECUMBENS Benth., (*T. oroboides* Benth. bot. Sulph., non H. B. K.). — Benth. et Örst. Legum. Centroameric. p. 7.

Herbacea v. suffruticosa, diffusa, villosa, stip. lanc-setac., foliol. petiolo brevi 5 — 11, cuneatis obtusis reflexo-mucronatis supra parce

subt. dense seric-villosis, racem. paucifl. subfoliatis, calyc. lacin. tubo cyathiformi 3—4 plo longiorib. setac., corollae ($4\frac{1}{2}$ lin.) vexillo dense tomentoso-villoso.

Spec. c. *T. diffusa* W. et Arn. (ex Ind. or.) valde aff., differt imprimis florib. dimid. majorib.

In Nicaragua.

(6539 pr. p.) MUNDULEA Benth.

(Sect. I. *Tephrosiae* DC. Prodr. II. 249. — Sect. *Mundulea* Walp. Rep. I. 677.)

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 157.

Calyx truncatus v. brevit. 5-dentatus. Vexill. exauriculatum. Stam. monadelpha. Legum. coriac. subdehisc. Reliqua fere Tephrosiae. Conf. Benth. in pl. Jungh. I. p. 248 in adnot.

1. MUNDULEA SUBEROSA Benth. (*Tephros. suberosa*, DC. l. c. n. 1. et Walp. Rep. I. p. 678). — Miq. l. c. p. 158.

Cytisus sericeus Willd. sp. III. p. 1121. — *Robinia suberosa* et *sennoides* Roxb. fl. Ind. III. p. 327 et 328.

Mysore, Madura, Pondichery, Madagascar, Africa austr.-or., et probabiliter et in Archip. Ind.

6546. ROBINIA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 261. — Walp. Rep. I. 679.)

1. ROBINIA NEO-MEXICANA A. Gray. — Asa Gray in pl. nov. Thurber. p. 311. et adnot. l. c.

Aculeis stipularib. subrecurvis; foliol. ellipticis oblongisve; pedunc. hispidiusculis calycibusque (dentib. subulato-lanc.) glanduloso-pubesc.; racemis brevib. confertifloris; cor. rosea. Legumina simillima iis *R. viscosae*, — ad quam speciem planta hic descripta fortasse sit referenda, quamquam omnino exudatione ulla viscosa caret.

Nova-Mexico. — Fl. Majo. — Frutex 4—6 ped. etc.

6546/1. LENNEA *Kltzsch.*

(Walp. Rep. I. 680.)

1. LENNEA ROBINIOIDES, Kltzsch. (Walp. Rep. I. 680. 1). — Paxton fl. gard. III. p. 27. xylogr. 246.

6549. COURSETIA *DC.*

(DC. Prodr. II. 264. — Walp. Rep. I. 680.)

1. COURSETIA GRANDIFLORA Benth. — Benth. et Örst. Legum. Centroameric.

Foliolis multijugis oblongis utrinq. sericeo-villosis, racemis folio longiorib., fl. majuscul. numerosis, calyc. dentib. tubo subbreviorib., carina arcuato-subrostrata.

In Peruvia prov. Chachapayas. — Foliola ½ p. Vexillum 9 lin. lg.

6551. **SESBANIA** *Pers.*

(DC. Prodr. II. 264. — Walp. Ann. III. 819.)

1. SESBANIA POLYPHYLLA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 288. — Suffruticosa erecta inermis, innov. seric - villosae, rami glabri, f. usq. 5 - pollic., superiora multo breviora, lanc., foliola utrinq. usq. 30, infima et suprema depauperata spathulata obtusa, $1\frac{1}{2}$ lin. longa, media spathulato - lin. obtusa mucronata, 3 — 4 lin. longa, linea angustiora, brevissime petiolulata c. petiolis villosule pubescentia subglabresc., supra puncticulata, racemi axill. breves vulgo trifl. folio multoties breviores, fl. fere Sesb. aculeatae, cal. brevis campanul., glaber, 5 - dentatus. Cor. vix $\frac{1}{2}$ poll., vexill. maculatum, leg. usq. 7 - pollicaria.

A *Sesb. aculeata* notis indicatis distinctissima.

Monstrosa adsunt folia petiolo ap. ramoso et in ramulos dense hirtos confertim foliatos partito. — Gajatus luteus Rumph. herb. Amb. IV. p. 61 ad hanc v. ad aliam congenerum spectat, minime ut plures volunt auctores Aeschynomenes species. — Java pr. Soerakarta.

2. SESBANIA GRANDIFLORA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 288. — Subherbacea, inermis, praeter innov. et petiolulos glabra, f. lanc. $\frac{1}{2}$ pedalia, foliola 15 — 20 utrinque, infima et suprema diminuta subspathulata, reliq. subsessilia e b. acutiusc. lato-lin. obtusa mucronulata subt. pallida tenerrime punctulata, p. longa, fere 2 lin. l., rac. axill. folio paulo breviores pedunculati circ. 10 fl., fl. graciliter pedicellati, cor. flava fere pollicar. vix puncticulata.

Spec. probabiliter ex radice adjecta paludicola. *S. Javanicae* proxima, sed illius pubes multo magis manifesta, fl. minores.

Java, in Demak, Horsfield detex.

3. SESBANIA JAVANICA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 288. — Suffruticosa, inermis?, innovationes pubesc., rhaches et pet. puberi glabrescentes, foliola 20 - 22 - 30 - vulgo circ. 25 - juga, oblongo - lin. obtusa subemarginata mucronulata, subt. subglaucescentia et appresse pubera, sens. glabriora, infima valde rudimentaria, media maxima pollic., rac. axill. folio breviores, 6 — 8 - fl., pedic. subunilater. ap. decidue bibracteolati, cal. campanulatus f. $2\frac{1}{2}$ lin. altus, in sicco fusco - punctatus, dentib. triangularib. acutis, vexill. flavum calyce ter longius. — Galegae spec. Blume herb. L. B.

A *Sesb. Cochinchinensi* praes. foliolor. numero et infl. distinguenda.

In Java.

6553. **AGATI** *Rheede.*

(DC. Prodr. II. 266. — Walp. Rep. I. 681.)

1. AGATI TOMENTOSA, Nutt. in herb. Hook. — Asa Gray Un. St. expl. exped. p. 409. tab. 46.

Sericeo - tomentosa, demum glabresc.; caulib. reclinatis; foliolis 8 — 12 - jugis supra glabris; calyce cyathiformi; leguminib. teretiusc. torulosis folia aequantib. ap. longe rostratis.

Sesbania tomentosa Hook. et Arn. bot. Beech. voy. p. 286, excl. loco natali.

Hab.: Sandwich Ins.: Oahu; Hawaii. — Planta tomentosa, caulib. decumbentib., 15 — 20 pedalib., caet.

2. AGATI GRANDIFLORA Desv. (Walp. Rep. I. p. 681 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 289. — Hassk. pl. Jav. rar. p. 338. — Benth. pl. Jungh. I. p. 209. — Aeschynomene aspera Noronh. Verh. Batav. Gen. V. p. 68 non Lin.

α. *albiflora* Wght. et Arn.

A. grandiflora (DC. Prodr. II. 266. 1).

β. *coccinea* W. et Arn.: Fl. rubri.

A. coccinea (DC. l. c. n. 2).

α. Java pr. Weltevreden, Jogjakerta, Soembing. — β. pr. Jogjakerta.

6554. **DAUBENTONIA** *DC.*

(DC. Prodr. II. 267. — Walp. Ann. I. 232.)

1. DAUBENTONIA? THURBERI A. Gray. — Asa Gray in pl. nov. Thurberian. p. 313.

Frutescens; 1—2 ped.; ramis petiolisq. dense viscoso - hirtellis; stip. lanc. acuminat. striat. deciduis; foliol. 9—12 - jugis ovalib. subretusis venosis glabris marg. ciliolatis; racem. laxe paucifloris; cal. glabro bracteolis 2 caducis stipato, tubo cyathiformi b. obliquo longius angustato, limbo 5 - fido, lob. subaequilongis, 2 superiorib. oblongis acutiusc., 3 inferiorib. ovalib. obtusissimis; ovario pubesc. longe stipitato.

In regno Sonorensi: Sonora, Hillsides, Mabibi.

6555. **DIPHYSA** *Jacq.*

(DC. Prodr. II. 269. — Walp. Rep. I. 681.)

Benth. et Örsted. Legum. Centroameric. p. 10.

Char. ampl.

Cal. turbinato - campanulatus, disco staminifero fere ad $1/3$ adnatus, dentib. 2 supremis latis obtusis, infimo lanceolato longiore lateralib. intermediis. Pet. subaequilonga unguiculata. Vexillum orbiculatum arcte reflexum b. complicatum et int. longitudinalit. bicallosum v. bigibb., exauriculatum. Alae falcato - obovatae, transverse rugosae, ungue superne hinc auriculato v. calcarato. Carina valde arcuata saep. rostrata, petalor. lamina hinc b. angulata v. auriculata. Stam. diadelpha, stamine vexillari b. a caeteris distante mox intra tubum postice fissum incluso. Anth. ovato - oblongae, subuniform. Ovar. stipitatum pluriovulatum, stylo valde arcuato glaberr. acuto stigmate punctiformi. Leg. stipitatum, endocarp. lin. compresso - subplano coriaceo, valvulis inter sem. arcte appressis (an dem. dehiscentibus?), pericarpio membranac. viresc. reticulato ad utramq. faciem in vesiculam amplam v. compresso-carinatam inflato, suturis nudis v. carinato - subalatis. Sem. transverse oblonga v. ovata, funiculo parvo, radicula incurva. — Frutices v. arb. Americae centralis, infloresc. saepe pl. m. glandulifera. Stip. parvae caducae. F. alterna, impari - pinnata, foliol. alternis v. vix oppos. exstipellatis. Racemi axill. breves laxiflori. Pedic. solitarii, sub calyce articulati, ibid. bracteolis 2 caducissimis instructi. Calyces virentes superne subfoliacei. Fl. (an in omnib.) lutei.

Genus quoad affinitatem adhuc dubium.

1. DIPHYSA ROBINIOIDES, Benth. — Benth. l. c. p. 11.

Foliol. 11—15, ovali-elliptic. obtusis subretusisve, racem. abbreviatis 3—6 fl., pedicellis calyce vix longiorib., leguminis stipite calyce breviore, vesicis amplis ecostatis.

Arbor 12—15 ped., folior. rhachis 3—4 pollic. Foliola pollicaria v. paulo majora. Legum. $2^1/_2$ p., stipite $2-2^1/_2$ lin. lg. — In Nicaragua, in monte ignivomi Mombacho et in Guatemala.

2. DIPHYSA SENNOIDES Benth. — Benth. l. c. p. 12.

Folior. 11—25 oblongis v. ovali-ellipticis mucronulatis, racem. laxis 2—5 fl., pedicell. calyce vix longiorib., leguminis stipite calyce longiore, vesicis ecostatis.

Habitu et foliis Ormocarpo sennoidi similis. — In Mexico pr. Vera Cruz etc.

3. DIPHYSA HUMILIS Örsted. — Benth. et Örsted Leg. Centroameric. p. 12.

Foliol. 5 obovali-ellipticis v. late oblongis, racem. folio sublongiorib. remotifl., pedicellis calyce breviorib., leguminis stipite calycem aequante, vesicis compresso-carinatis, suturis carinato-subalatis.

Fruticulus $^1/_2$—1 ped. etc. — In provincia Guanacaste in monte vulcano Rincon.

6557. CARAGANA *Lam.*

(DC. Prodr. II. 268. — Walp. Rep. II. 858.)

1. CARAGANA ULICINA, J. E. St. — J. E. Stocks in Hook. journ. Kew gard. misc. IV. 145.

Suffrutic., pubesc., f. 2—3 jug. ovoval. saepe retusis mucrone inconspic. v. omnino nullo adpresse et minute pubesc., petiol. stipulisq. demum spinescentib., fl. solitariis v. ex ap. pedunculi binis, calycib. pubesc., dentib. tubo paulo breviorib., leg. recto pubesc. lin. acuminato.

Hab. In Beloochistan infer. n. 619 a. — Florib. multo minorib. quam in *C. ambigua*, leg. stricto apice prolongato-attenuato, 1 p. lg., $1^1/_2$ lin. lato.

2. CARAGANA AMBIGUA, J. E. S. — J. E. Stocks in Hook. journ. Kew gard. misc. IV. 145.

Suffruticosa, pubesc., f. 2—3 jug. ellipt. mucronat. appresse canescentib., petiol. stipulisq. spinescentib., fl. solitariis, calycib. pubesc. campanulat. dentib. tubo vix breviorib., legum. pubesc. oblg. brevit. mucronato, levit. curvato.

Hab. in Beloochist. super. alt. 5—9000'. n. 6196. „Shinaluk" appellata. Flores magnae et conspicuae ab indigenis eduntur. Leg. 1 p. lg., $3^1/_2$ lin. lat.

3. CARAGANA TRIFLORA Lindl. — Paxton fl. gard. II. n. 420, xylogr. fig. 212. — Frutex Nepalensis subsempervirens, caet.

6562. SWAINSONA *Salisb.*

(DC. Prodr. II. 271. — Walp. Ann. II. 368.)

1. SWAINSONA MICROPHYLLA As. Gray. — Asa Gray, Un. St. expl. exp. p. 410.

Glabella suffruticulosa; foliol. 6—12-jugis obcordato-crenatis; racemis multifl. folia superantib.; leguminib. deflexis ovoideis coriaceis glabris estipitatis rostro brevi abrupto incurvo apiculatis.

Hab., New South Wales, in distr. of Hunter's River and Puen Buen. — Planta spithamaea et ultra, caet.

2. SWAINSONA OSBORNII, Moore. — Gardn. compan. (1852) p. 65. tab. l. c. fig. 2.

Suffruticosa, laevis, f. pinnatis 9—15-jugis, foliolis lin-oblongis retusis; racemis paucifloris, folia fere adaequantib., pedicellis ebracteolatis, calyce ciliato-dentato duplo longiorib.

Habitat in collibus Australiae, dictis „Darling downs", ad rivulorum ripas.

3. SWAINSONA STIPULARIS Ferd. Müll. — Idem in Linn. XXV. p. 393.

Pilis appressis canescens, caule herbaceo . . . . ., foliolis 5 — 6 - jugis lin - cuneatis, emarginatis, racemis brevib. longe pedunculatis 6 — 9-floris, stip. magnis triangularib. acutis grosse paucidentatis, stylo postice ap. versus barbato, legumine . . . . . .

Prope Arkaba. — Plerisque notis c. *Sw. phacoide* convenire videtur, statura c. *S. phacaefolia.*

4. SWAINSONA TEPHROTRICHA Ferd. Müll. — Ferd. Müller nov. diagn. in Linn. XXV. p. 392. —

Perennis, appresso - tomentoso - pubescens, caulib. herbac. erectis, foliolis 5 — 9 - jugis subcuneato - oblongis obtusis v. recurvato - apiculatis racemo multifloro superatis, calycis dentib. triangulari - subulatis, stylo postice tota longitudine barbato, germ. sericeo - tomentoso sessili, legumine . . . . . .

In collib. nudis aridis pone fodinas Burra Burra, et secus rivos Broughton, Hutt et Hill. — Herba ½—1 ped. etc. — Fl. Oct.

5. SWAINSONA FROEBELII Rgl. — Regel Gartenfl. III. (1854) pag. 178 c. tab.

Cano - pubesc., suffruticosa; f. 5 — 6 - jugis, juniorib. cano - pubesc., adultis subglabris, foliolis elliptico - oblongis, ap. acumine reflexo retusis; stip. e b. latiore lanc. acutis; racemis foliis duplo triplove longiorib.; fl. pulchre violaceis, bract. subulatis, ovar. multiovulatis brevissime stipitatis; stylo incurvato longitudinaliter barbato. Vexillum ecallosum, b. maculo luteo.

E seminib. e Nova - Hollandia missis exorta.

6568. CARMICHAELIA.

(Walp. Rep. I. 684. — Walp. Ann. I. 233.)

1. CARMICHAELIA STRICTA Lehm. — Lehmann in ind. hort. bot. Hamb. 1852. — Ann. sc. nat. III. 19. p. 359. — Ramosissima, 2 — 3 ped.; ramulis erectis, strictis ancipitibus, subaphyllis glaberr.; f. ternatis v. simplicib.; foliolis ovatis, deciduis; racemis e denticulis ramulorum erectis simplicibus; leguminib. glaberrimis, laevissimis.

Diff. a *C. australi* (Walp. Rep. I. 684 n. 1): statura minora, ramulis breviorib. angustiorib. confertissimis strictis, foliolis ovatis.

Carm. Cunninghamii Raoul (Walp. Ann. I. 233 n. 1) a nostra differt: statura multo robustiore, ramulis foliosis, leguminibus transverse rugosis.

Subtrib. IV. *ASTRAGALEAE* DC.

6571. PHACA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 273. — Walp. Ann. I. 233.)

1. PHACA MOLLISSIMA Nutt. (Walp. Rep. I. 689 n. 95).

Astragalus Purshii, Dougl. (Walp. Rep. I. 704 n. 83).

var. β. *Utahensis.*

Torrey in Stansbury explorat. of the Salt Lake p. 385 tab. II.

Foliolis 6 — 8 - jugis, obovatis; pedunculis folio longiorib. — Planta in littorib. et in insulis lacus salsi Utahensis, nec non in toto Utah - territorio indigena. — *Astragalo glareoso* Dougl. (*A. argophyllo* Dougl.) habitu non dissimilis.

6572. **OXYTROPIS** *DC.*

(DC. Prodr. II. 275. — Walp. Ann. II. 370.)

1. OXYTROPIS PARVOPASSUAE Parl. — Parlatore in Viaggio alla catena del Monte Blanco etc. del 1849. (Firenze 1850). — Flora bot. Z. 1855. p. 171.

Acaulis, piloso-sericea, f. 7—8 jugis, f. ovatis v. ovato-lanc., acutiusculis, pedunc. folio longiorib., racem abbreviatis sub-7-fl., bracteis pedicellos vix superantib., apiculo carinae longiusculo, leguminib. pendulis, lin-ovatis, pilosis, nigricantib.

In honorem „Signora Lucilia Parvopassu in Torino" species creata. — In monte Cremont in alt. 6000—8000′.

2. OXYTROPIS PYRENAICA Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 449.

O. montana Benth. Cat. Pyr. p. 110; — *Astragalus montanus* Lapeyr. abr. Pyr. 429 (non L.).

Fl. 9—15 erecti, demum paulo secundi, in racemum brevem, confertum, tandem ovalem dispositi; bract. oblongis muniti. Calyx pilosissimus vix lanatus, tubulosus, tubo in statu maturo non scissili, dentib. brevib. lanc. exstructo. Vexillum limbo late ovali crenulato; alae ovali-oblongae, sub ap. paulo emarg.; carina curvata, obtusa, apiculo prominente. Legumen 20—25 millim. lg., 5 l., arcuatum, pilosum, oblongum, sensim in rostrum hamosum attenuatum, thecaphoro tenui calycis tubum aequante insidens; sutura interna depressa, in parte interiori replicata semidissepimentum conformans. Sem. reniformia. F. foliolis 15—20 jugis lanc. v. oblongis, acutiusculis subconcavis pilis longis sericeis obtectis. Foliola infer. remota, superiora vix contigua; stip. elongatae b. petiolo connatae lin-lanc. Caudex in ramos adscendentes lepidotos abiens, in ramorum apice fasciculos foliosos et 1—2 scapos floriferos, pilis stelligeris obtectos procreans. Planta 10—15 centim., cinereo-viridis, pilosissima; fl. coerulei. — Hab. in Pyrenaeis montib. centralib. — ♃ Jul.

6573. **ASTRAGALUS** *DC.*

(DC. Prodr. II. 281. — Walp. Ann. II. 370.)

CONSPECTUS DIVISIONUM ASTRAGALORUM TRAGACANTHARUM.

Fischer, Syn. *Astragalor. Tragacanthar.* p. 10.

I. *TRAGACANTHAE SESSILIFLORI.*

A. MICROCALYCINI: dentib. calyc. costato-nervosi, tubo multo breviorib., legumine 1-spermo.

1. *Pycnophylli:* acervulis paucifl., vexillo stenonychino, pandurisemio.

2. *Caucasici:* acervulis paucifl., vexillo platonychino.

3. *Aurei:* acervulis multifl., vexillo platonychino.

B. MACROCALYCINI: dentib. calyc. costato - nervosi tubo aequilongis aut longiorib., coroll. gamopetalis, leg. monospermo.

4. *Compacti:* acervulis multifl., bract. angustis, calycib. apteris.

5. *Obvallati:* acervulis multifl., bract. latis obvallatis, calycib. apteris.

6. *Pterophori:* acervulis multifl., calycib. bibracteolatis.

C. TUBOCALYCINI: calyce venoso - reticulato.

7. *Altaganoidei:* acervulis subpaucifl., leguminib. polyspermis.

II. *TRAGACANTHAE PEDUNCULATI.*

8. *Caraganoidei:* remote foliosi, paucifl., habitu Caraganae.

9. *Laxiflori:* racemoso - spicati, parvi - bracteati.
   a. Horridi.
   b. Gymnolobi.
   c. Heterodoxi.

10. *Vestiti:* dense - spicati, grandibracteati, pilanthi, calycib. inflatis.

11. *Laguri:* dense spicati, grandibracteati, leianthi, calycib. inflatis.

12. *Cephalanthi:* capitato - spicati, calycib. inflatis.

13. *Tricholobi:* racemoso - capitati, calycib. campanulatis.

14. *Physanthi:* racemoso - spicati, calycib. inflatis.
   a. Coluteoidei.
   b. Cystanthi.

15. *Tumidi:* uniflori, calycib. inflatis.

1. *Pycnophylli.*

(1). ASTRAGALUS BOISSIERII F. tab. A. n. 1. — Fischer, *Astragalorum Tragacanthar.* syn. p. 11. — Fruticulosus, humilis, ramosiss., patulus, dense foliosus erinaceus ramis brevibus, tomentosis. Stipulae late lanceolatae, acuminatae, dorso glabrae caeterum pilosae. Spina rhacheos 6—8 jugae, hirsutae strictae, patulae subbrevior foliol. elliptico - lanc., incano - hirsutissimis, brevit. mucronatis. Acervuli geminifl. bibracteati constituunt glomerulos subglobosos, avellanae magnitudine ad ipsam ramorum annotinor. basin. Bract. naviculares, falcatae, lanc. - lineares, acutae, dorso praesertim ap. versus hirsutae mucronatae calyci aequilongae. Calyc. villosissimi tubus turbinatus, ipsa b. glabra, 5 - costatus ut in omnib. affinib. facile fissilis dentib. villo omnino involutis subulatis vix longior. Cor. calyce sub - duplo longior, vexillo panduriformi acutangulo, alis cum carina b. connatis, stylo glabro ovario hirsutissimo triplo longiore.

A. echinus Boiss.

In montib. altiorib. regni Granatensis, Sierra Nevada, Sierra Texeda.

Speciem hanc c. *A. echino* Labill. conjungere non audeo. — Petioli 1—2 lin., foliola 3''' lg. Cal. 2''', cor. 4½ lg.

(2). ASTRAGALUS ERINACEUS F. et Mey. — Fischer l. c. f. 12 tab. A. n. 2. — Fruticulosus, dense foliosus et erinaceus, ramis strictis, rectis tomentosis, pennae cygneae crassitie. Stip. late ovatae, eximie acuminatae, b. lanato-tomentosae, dein glabrae, callosae, ciliatae. F. 5—6 juga, erecto-patula, spina rhacheos hirsutulae rigidae flavidae parum breviore foliolis oblongo-linearibus, utrinq. valde acutatis, mucronatis, incano-hirsutis. Acervuli per p. inferiorem ramor. novellorum distributi glomerulos oblongos et oblongo-cylindraceos constituunt, caeterum biflori, bibracteati. Bracteae naviculares, valde incurvae, lin., mucronatae, tota carina ciliatae. Calyc. villosissimi tub. turbinatus, facile fissilis, dentib. subulatis, villo absconditis fere aequalis. Corolla calyce vix duplo longior, vexillo pandurisemio acutangulo, pet. interiorib. liberis. Styl. glaber ovar. hirsutissimo quadruplo longior. Var. ovario breviore et longiore. — Legit b. Szovits ad limites Turciae et prope pagum Seidkhodsi prov. *Atrapanicae* (*Aderbeidshan*) Persiae septemtr.

(3). ASTRAGALUS ACANTHOSTACHYS F. — Fischer l. c. p. 13. tab. A. n. 3. — Fruticulosus, laxius foliosus, parce et fasciculatim ramosus, rarius tomentosus. Stip. ovatae, acutae hirsutae. F. sub 8-juga, erecto-patula. Spina rhacheos firmae, hirsutae, albido-flavescentis, breviore foliolis lin. complicatis, innocuo-mucronatis, villosis. Acervuli per totam longitutid. ramor. novellor. dispositi constituunt glomerul. spicatum, axillis bifl., bibracteatis. Bract. filiformi-clavatae, rectae, ap. villosae, longit. calyc. brev. villosi, cujus tubus ovato-cylindraceus dentib. subulatis rectis, hirsutis sesquilongior. Cor. vexillum calycem ⅓ superans pandurisemium, acutangulum. Pet. inter. libera. Styl. hirsutus ovario cylindraceo-oblongo hirsuto duplo longior. Legum. suborbiculare, hinc gibbum, compressum, villosum, 1 lin. longum, 1-locul., 1-spermum.

Lectus a martyro botanices Aucher Eloy, absq. indicatione loci naturalis.

Habitu accedit ad *A. floccosum* Boiss.

(4). ASTRAGALUS MICROCEPHALUS Willd. — Fischer l. c. p. 14.

A. pycnocephalus Stev. — *A. compactus* M. B. fl. t. c., Meyer Ind., Hohenack. enum., Ledeb. fl. Ross., excl. syn. Willd. DC. (cfr. DC. Prodr. II. p. 297 n. 150).

(5). ASTRAGALUS DENUDATUS Stev. — Fischer l. c. p. 15. tab. A. n. 5. — DC. Prodr. II. 297. n. 154.

(6). ASTRAGALUS MARSCHALLIANUS F. — Fischer l. c. p. 15. tab. A. n. 6. (tab. duae).

A. caucasicus M. B. fl. taur. Cauc. excl. syn. *Pallasii*.

Fruticulosus erectus, robustus, nunc dense nunc laxius foliosus, ramosus, ram. crassis, pennae cygneae crassitie, elongatis tomentosis. Stip. dorso villosissimae, ciliatae. F. 6—8-juga etc.

Legit b. Marschall-Bieberstein ad portas Caucasicas; in rupib. pr. Lars Fritsche; in m. Balkan Turcomaniae cl. Karelin.

(7). ASTRAGALUS GHILANICUS F. — Fischer l. c. p. 16. tab. A. n. 7. — Fruticulosus remotius foliosus, ramosus, ram. tomentosis crassitie pennae cygneae. Stip. e lata b. ovatae, abrupte et brevit. acuminatae, b. tomentosae, junior. ciliatae. F. 6—7-juga, patula. Spina rhacheos rectae, firmae, glabrae, mox lutescenti-albicantis brevior foliolis elliptico-lanc., spinula terminatis, juniorib. pube crispula adspersis, adult. glabris et quasi corrugatis, pallide virentib. Acervuli biflori, bibracteati, dense apices ramor. in glomerulos cylindraceos, rarius abbreviatos obtegunt. Bract. navicular., incurvae, lin., toto dorso barbatae, apiculatae, longitudine calycis villosissimi, cujus tub. urceolatus fissilis subaequilongus dentib. subulato-lin., incurv., totis tomento involutis et supra lanam apiculatis. Vexillum calyce fere duplo longius,

emarginatum pandurisemium, acutangulum. Pet. inter. ipsa b. connata. Styl. b. hirsutus ovar. villosissimo duplo longior.

Lect. pr. Rescht, prov. Ghilanensis.

(8). ASTRAGALUS ARNACANTHA M. B. fl. Taur. Cauc. — Fischer l. c. p. 17. tab. B. n. 8.

A. Poterium Pall. Astrag. p. 1. tab. 1. — *A. horridus* Herb. Willd. (DC. Prodr. II. p. 297 n. 151).

Fruticulosus ramosissimus, subdense foliosus, erinaceus, ram. brevib. tomentosis etc.

(9). ASTRAGALUS CRIACANTHA Stev. — Fischer l. c. p. 18. tab. B. n. 9. — Suffruticosus, ramosus, dense foliosus et erinaceus, ram. strictis, tomentosis, pennae cygneae crassiores. Stip. late ovatae, subulatae, tomentellae, ciliatae. F. sub 5-juga, patula dem. patentissima. Spina rhacheos validae strictae tomentellae viridi-flavescentis, brevior foliol. lanc. aut elliptico-lanc., utrinq. acutatis, eximie mucronatis, tomento albo densissimo adpresso incanis. Acervuli bifl., bibracteati, ad ap. ramor. congesti in glomerulum ovato-cylindrac., compactum, crassum. Bract. navicular., lin., mucronatae, obliq. incurvae, dorso et sub ap. villosae, calyce paulo longiores. Cal. lana candida villosissimus, tubo turbinato, fissili, parum longiore dentib. subulatis, mucronatis, incurvis, lana absconditis. Cor. calyce duplo longior, vexilli lamina ovato-elliptica, obtusa, emarginata, panduriformi, acutangula. Alae infra med. c. unguib. carinae connatae, laminâ unguib. fere triplo breviore. Styl. inferne hirsutus, ovar. obovato-sphaerico villosissimo triplo longior. — Pr. Aluschta et fortasse ad Balaclava Tauriae, diu confusus cum *A. Arnacantha* (Criacantha-spina arietina).

(10). ASTRAGALUS FILAGINEUS Boiss. (Walp. Ann. II. 387 n. 89). — Fischer l. c. p. 19. tab. B. n. 10.

(11). ASTRAGALUS ARGYROTHAMNUS Boiss. (Walp. Ann. II. 387 n. 90). — Fischer l. c. p. 19. tab. B. n. 11.

(12). ASTRAGALUS TALAGONICUS Boiss. (Walp. Ann. II. 387 n. 86). — Fischer l. c. p. 20.

2. *Caucasici:* acervulis paucifl., vexillo platonychino.

(13). ASTRAGALUS ECHINUS Labill. — Fischer l. c. p. 21. tab. B. n. 13. (duae). — Hab. in Libano, Labill.; in m. Sinai, Schimper. — Planta Sinaica sistit fruticul. erectum, ramosum, dense foliosum erinaceum, ramis brevib. intricatis, juniorib. hirsutis. Stip. pl. Labill. ovato-lanc., longe acuminatae, hirsutae, ciliatae; in pl. Sinaica late ovatae, brevit. acuminatae, glabriusc., ciliatae. Axillae paucifl. bracteatae colliguntur in glomerulos oblongos, totam partem infer. ramor. novellor. occupantes. Bracteae plantae Labill. calyc. longitudine, naviculares, valde incurvae, mucronatae, dorso ciliatae, in planta Sinaica calyce parum longiores, lin., subobliq., levit. mucronatae, ap. versus barbatae. Calyx utriusq. turbinatus, villosissimus, dentib. ex ovata b. lanc-subulatis, rectis, tubo fissili paullul. breviorib. Vexillum in alabastro plantae Labill. latiusc., oblongo-ellipticum in pl. Sinaica angustius et ad unguem sens. attenuatum. Pet. interiora plantae Sinaicae, ni fallor, libera ovarium ejus hirsutiss., stylo ad b. hirsutulo, duplo brevius. (*A. Echinus* DC., ut bene monet cl. Boissier, est *A. Caspius* M. B.).

(14). ASTRAGALUS MYRIACANTHUS Boiss. (Walp. Ann. II. 388 n. 92). — Fischer l. c. p. 22. tab. B. n. 14.

A. denudatus Kotschy pl. Pers. austr. ad M. Kuh-Daëna n. 650.

(15). ASTRAGALUS ERIANTHUS Willd. (DC. Prodr. II. 296 n. 146). — Fischer l. c. p. 23. tab. B. n. 15.

A. eriocaulos DC. (DC. Prodr. II. 296 n. 141). — *Tragacantha Armenia* f. incanis, caule et ramulis tomentosis. Herb. Tournef in mus. Paris.

Suffruticosus dense foliosus et erinaceus. Stip. late-lanc., brevit. acuminatae, glabrae. Spina rhacheos pollic., 4—5 jugae, brevior foliolis lin-oblongis, in specimine fructifero omnino glabris. Acervuli 2—3 fl., primum bract. stipulari glabra, chartac., tum bract. latis, ovato-subrotundis, tenellis vix breviorib. circumdati. Calyc. villosissimi, fissilis, tubus turbinatus 5-costatus, dentib. ovato-lanc. acutis triplo longior. Vexillum calyce duplo longius, lamina ungue aequilata emarginata. Styl. longitud. ovarii hirsutissimi.

Vidi specim. originale Hb. Willdenow. F. pollic. Foliol. 2—3''' lg. Cal. 3''' lg. — (Cfr. tab. B. n. 15).

(16). ASTRAGALUS CRETICUS (Lam. encycl. 1 p. 329) — Fischer l. c. p. 24. tab. B. n. 16. — DC. Prodr. II. 297. n. 256. (?). — Suffruticosus, patulus, dense et patule foliosus etc. — F. 1 ad 1½ p., foliola 2—4 lin. Calyx 3 lin.

(17). ASTRAGALUS BRACHYCENTROS F. — Fischer l. c. p. 24. tab. B. n. 17. — Suffruticosus, ramosiss., brevirameus, dense foliosus et erinac., ram lanatis. Stipul. valde abbreviatae, triangulares, acum. brevi, mox deciduo terminatae, primo villosae, dem. glabratae. F. 4—5 juga, patula. Spina rhacheos strictae parum longior foliolis elliptico-lanc., pungenti-mucronatis, complicatis, tenuit. hirsutis dem. glabrescentib. Glomeruli oblongi, subsphaerico-oblongi, acervulis gemmifloris, bibracteatis (si 3 fl., flos tertius intermedius serotinus). Bract. naviculares, lanc-oblongae, brevissime intra villos mucronatae inferne glabrae, superne dorso barbatae, calyce paulo breviores. Calyc. turbinati villosissimi, 5-costati, dentes lanc., tubo fissili paulo breviores. Cor. calyce sesquilongior, pet aequilong. liberis. Vexilli lamina ovato-subrotunda, emarginata, ungue aequilato, deorsum angustato. Styl. b. hirsutus ovar. villosissimo 2—3plo longior.

Lectum in M. Persiae Firuz — Koh.

Exacte refert A. *microcephalum* Willd. in prima sect. *militantem*. Specim 1½ ped. F. 1 poll. Foliol. et calyc. 3 lin.

(18). ASTRAGALUS TRANSOXANUS F. — Fischer l. c. p. 15. tab. B. n. 18. — Suffruticosus ramosus, dense foliosus, ramis robustis, juniorib. lanato-tomentosis, stip. ovatis, acutis, b. lanatis, hirsutis, dem. glabris. Spina rhacheos 6-jugae, erecto-patulae firmae, hirsutulae longior foliolis oblongis, utrinq. acutatis, mucrone brevissimo terminatis, complicatis, albo-tomentosis. Glomeruli........ Acervuli geminifl., bibracteati, bract. navicularib., oblongo-obovatis, obliq. truncatis, ciliatis, calyci subaequilongis. Calyc. turbinati, villosissimi, fissilis, dentes tubo 4-plo breviores, ovati subulati. De reliquis taceam; specimina autumnalia nimis sunt manca.

Legit b. Lehmann in montib. Samarkandicis usq. ad abrupta altiora M. Sarefschau-Karatau, initio Septb.

Aff. *A. Caspico*. F. 2—2½ p. lg., robusta; foliola 3—4'''; calyces 4''' lg.

(19). ASTRAGALUS FLOCCOSUS Boiss. (Walp. Rep. II. 871 n. 53). — Fischer l. c. p. 26. — Caulib. fruticosis caespitosis etc. — F. 1½'', foliola 4''' lg. Cal. 4''', cor. 6 lin. lg. — Secund. schedulam Aucherianam herb. academ. scient. lect. in prov. Persiae Aderbeidshan, n. 1279.

(20). ASTRAGALUS CAUCASICUS Pall. (DC. Prodr. II. 296 n. 142). — Fischer l. c. p. 26. tab. C. n. 20. — Suffruticosus erecto-patulus, laxius foliosus, ramis lanato-tomentosis etc.

β. *laxus:* ramis gracilib., elongatis dem. glabratis, f. acervulisq. remotis. Rami pedal. et longiores. Rhachides tenuiores, patulae, bipollicares (cfr. l. c. tab. C. n. 20).

Planta occurrit in Iberia, Adams; Steven etc.; varietas attamen rarior.

(21). ASTRAGALUS FALLAX F. — Fischer l. c. p. 27. tab. C. n. 21. — Suffruticosus ramossimus dense foliosus et erinac., ram. brevib. lanato-tomentosis. Stip. e lata b. ovata longe et eximie acuminatae, b. lanatae, glabrae aut cito glabratae. F. 4—6-juga, patenti-erecta. Spina rhacheos glabrae, strictae, flavescentis paulo longior foliolis lin., aculeoto mucronatis, complicatis, levissime tomentellis, mox glaberrimis. Glomeruli densi ramulos totos obtegunt, acervulis gemini-rarius trifloris bibracteatis. Bract. naviculares, lin., valde incurvae b. glabrae, superne villoso-barbatae, mucrone villis occultato, calyci aequilongae. Calyc. villosissimi turbinati fissilis 5-costati dentes tubo ⅓ breviores, subulati, in villis absconditi. Cor. calyce fere duplo longior; vexilli lamina suborbiculata, emarginata, b. constricta, dein in unguem cuneatum fere aequilatum sens. abiens. Pet. interiora libera. Ov. villosissimum, styli glabri longitudine. — Proximus *A. Caucasico*.

Legit in prov. Ghilanica amic. Bar. Bode.

(22). ASTRAGALUS STROBILIFERUS Royle (Walp. Rep. I. p. 705 n. 100). — Fischer l. c. p. 28. tab. C. n. 22. — Petioli e tenuioribus 2 unciales, erecti. Foliola 4 lin. Cal. 2½ lin. lg.

(23). ASTRAGALUS CASPIUS M. B. (DC. Prodr. II. 297 n. 158). — Fischer l. c. p. 29. tab. C. 23.

A. Cretensis Pall. — *A. echinus* Hb. DC.; Meyer enum. Casp.

Suffruticosus ramosissimus etc. — Iberia. Talysch. Aderbeitschan.

(24). ASTRAGALUS MESOLEIOS Boiss. et Hohen. (Walp. Ann. II. 388 n. 93). — Fischer l. c. p. 29.

(25). ASTRAGALUS TOURNEFORTII Boiss. (Walp. Ann. II. 388 n. 94). — Fischer l. c. p. 30. — Nonne haec species ad primam sectionem rectius referenda? (Fisch.).

(26). ASTRAGALUS LEIOCLADUS Boiss. (Walp. Rep. II. 871 n. 55), lapsus in indice Repert. hic delendus. — Fischer l. c. p. 31.

(27). ASTRAGALUS CRENOPHILUS Boiss. (Walp. Ann. II. 388 n. 91). — Fischer l. c. p. 32. tab. C. n. 27.

A. erianthus? Kotschy Kurd. 582.

(28). ASTRAGALUS LEPTODENDRON F. — Fischer l. c. p. 32. tab. C. n. 28. — Fruticulosus, ramosissimus, ram. juniorib. tenuit. tomentosis, vetustiorib. cortice glabrato vestitis, ad originem ramulor. saltem dense-foliosis. Stip. ovatae, acutae, ad b. hirsutulae, caeterum glabrae, parce ciliatae. Spina rhacheos patulo-erectae, 8—11-jugae, pubescentis, virescentis, flavida, foliolis superiorib. longior. Foliola anguste lin., nunc obtusiusc, nunc mucrone brevissimo innocuo terminata, juniora hirsutula, mox omnino glabrata, viridia. Acervuli secus ramos in glomerulum tenuem dispositi, geminifl., bibracteati; bract. naviculares, incurvae, linear., obliq. truncatae, glabrae, marg. superiore ciliatae. Calyc. villosissimi non fissilis tub. urceolatus 5 costatus, dentib. ovatis subulatis fere duplo brevior. Cor. calyce sesquilongior. Vexilli lamina suborbiculata, vix emarginata, b. contracta, ungue dein aequilato. Alae liberae. Stylus ovario longe villoso duplo longior.

Legit Bar. Bode in M. Tiruz-Koh, rarius.

(29). ASTRAGALUS ROUSSAEANUS Boiss. (Walp. Repert. II. p. 871 n. 51). — Fischer l. c. p. 33. tab. C. n. 29. — Hinc inde distributus sub nom. *A. malacotrichi* F. Kotschy, in collib. vers. Latakia n. 224.

Species anomala, characterib. suis varias sectiones *Tragacanthar.* conjungens.

(30). ASTRAGALUS PSEUDOCASPIUS F. — Fischer l. c. p. 34. tab. C. n. 30. — Fruticulosus, caespitosus, humilis, ramosus, ramis subdense foliosis et erinaceis, tomentosis. Stip. ovatae lanc-ovatae, acuminatiss., b. tomentosae, villosae. Spina flavescens rhacheos 4—5 jugae, erecto-patulae, hirsutulae, virescentis parum longior foliolis lin., mucrone pungente terminatis, complicatis, juvenilib. hirsutis, adultis

glabris, glaucescentib. Acervuli bifl. bibracteati, nunc in glomerulos oblongos, nunc laxius secus ramulos per totam cor. longitudid. dispositi. Bract. vix naviculares, lin., calyce paulo longiores, villosae, ap. subulato, glabrae. Cal. cylindraceo-urceolatus, non fissilis, villosus, dentib. ovatis subulatis, mucrone supra villos saep. emergente, tubo triplo breviorib. Cor. calyce $1\frac{1}{2}$ longior, vexilli lamina subrotunda, emarginata, levissime contracta, in unguem cuneatim abeunte. Alae liberae. Stylus ovarii villosissimi longitudine.

Lect. b. Wiedemann pr. Mersivan Natoliae.

(31). ASTRAGALUS GUMMIFER Labill. (DC. Prodr. II. 296 n. 143). — Fischer l. c. p. 35. — Cfr. tab. C. 31. — Huc referendus est *A. adpressus* Ehrenb. herb., lectus in summo *M. Makmel*, juxta Cedros. — Fruticulus ramosissimus etc. — F. ad $1\frac{1}{2}$ pollic. lg. Foliola uti et calyces 2‴.

(32). ASTRAGALUS CRYPTOCARPOS DC. (DC. II. 296 n 138). — Fischer l. c. p. 36.

(33). ASTRAGALUS VERUS Oliv. (DC. Prodr. II. 296 n. 144). — Fischer l. c. p. 36. tab. C. f. 33.

A. Persicus v. potius *A. mercatorum* Oliv. l. c. Kermanschah à Hamadan.

3. *Aurei:* acervulis multifl., vexillo platonychino.

(34). ASTRAGALUS BRACHYCALYX F. — Fischer l. c. p. 37. tab. D. f. 34. — Fruticulosus, erectus, superne ramosissimus erinaceus, ram. dense foliosis, brevib. initio hirsutulis, mox glabris, cortice lutescenti-fusco rugoso vestitis. Stip. ovatae, marg. et ap. acuto mox canescentib. tenerrime scariosae, dorso hirsutulae, flavidae. Spina rhacheos 5—6 jugae hirsutulae erectae dem. patulae flavescens, plerumq. brevior foliol. ellipticis, obovato-ellipticis, brevit. et acute mucronatis, venosis, brevissime hirsutulis. Glomeruli compacti, avellanae aut juglandis minoris magnitudine, subglobosi, ramulos omnino obtegunt, acervulis dense multifl. Fl. stipati, bract. inter se aequalib., minutis elliptico-orbiculatis, obtusissimis, concavis, ext. villosis, calycis longitudine. Calycis villoso-tomentosi tubus subglobosus, levit. costatus, duplo longior dentib. ovatis, mucronatis, flavo-fuscis. Cor. calyce triplo longior. Vexilli lamina suborbiculato-elliptica, emarginata, ad b. obsolete auriculata, sensim in unguem latum abeunte. Ovar. et legumina villosissima, stylis aequilonga. — In subalpinis M. Gara Kurdistaniae Kotschy 563.

Inter omnes mihi cognitas *Tragacanthas* ad unicum *A. aureum* accedit. — F. magnitudine variant, 1—3″ lg. Foliola viridia 3‴ lg., $1\frac{1}{2}$‴ l. Fl. 3‴ longi.

(35). ASTRAGALUS AUREUS Willd. (DC. Prodr. II. 296 n. 148). — Fischer l. c. p. 38. tab. D. f. 35.

A. pseudotragacantha Pall. (DC. Prodr. II. 296 n. 155).

Fruticulosus, caespitosus ramosissimus dense foliosus et erinaceus, ram. juvenilib. tomentosis etc.

Astragalus aureus mirum in modum ludit, sed comparatis characterib. graviorib. in diversas species divellere non potui. *A. pseudotragacantha* Pallasii nullo modo ab *A. aureo* W. differt. — Varietatem glabram legit cl. Buhse. n. 506.

Est vero *varietas* a clar. Hohenacker e prov. Karabagh orientali communicata, quae vegetationis notis tali modo differre videtur, ut fortasse accuratius observata, speciem peculiarem sistere queat, quam nomine *A. macropodii* insignire voluerim. Est vero laxius foliosus, ramis multo magis tomentosis, petiol. fere tripollicarib. robustiorib. flavido-albis, 10-jugis, glomerulis non subglobosis ad originem ramulor. solitariis, sed in modum *A. compacti* elongatis et inflorescentiam spectabilem constituentib. Reliquis characterib. a pl. typica recedere mihi non visus est.

Vidi specimina Armenica, Iberica, Hyrcanica, Caucasica, Talyschensia, Atropatnica.

(36). ASTRAGALUS CHROMOLEPIS Boiss. (Walp. Ann. II. 385 n. 80). — Fischer l. c. p. 40. tab. D. f. 36.

Specimen semipedale. F. patula 1—1½ poll. Foliola 3'''. Cal. 3½ lin. lg. Vexill. 5½ lin., pistill. 3''' lg.

(37). ASTRAGALUS OCHROCHLORUS Boiss. (Walp. Ann. II. 385 n. 79). — Fischer l. c. p. 40. tab. D fig. 37. — Folia 2—2½ poll. lg. Foliola usque ad 3 et 3½''' lg., 1½ lin. l. Cal. 4½, fl. 6—8''' longi.

(38). ASTRAGALUS BACTRIANUS F. Bunge in reliq. Lehmann. — Fischer l. c. p. 41. tab. D. fig. 38. — Fruticulosus, robustus, caule laxius folioso, hystricino, dense lanato-tomentoso, ram. fastigiatis. Stip. ovato-lanc., acutissimae, parce-pilosae, mox glabratae, rugoso-venosae. Spina rhacheos sexjugae, patentiss., hirsutulae, mox calvescentis aequilonga foliol. obovatis, utrinq. acutatis, spinoso-mucronatis, juniorib. utrinq. hirsutis, supra mox denudatis, nervoso-reticulatis. Glomeruli..... Acervuli multi-(8?) flori. Bract. subnaviculares, obverse lanc., acutae, ciliatae, uniformes, praesertim ap. vers. hirsutae, calyce breviores. Calyc. tub. turbinato-cylindraceus, hirsutus, dentib. rectis, lin-lanceolatis, acutis, tubo parum breviorib. Cor. calyce vix longior, vexillo obovato-elliptico, lamina emarginata in unguem parum angustiorem attenuata; petala inter. libera, lamina alar. unguib. aequilonga, hinc obtuse auriculata, carina longitud. alarum. Styl. glaber, ovario hirsuto duplo longior.

Lectum a b. Lehmann in rupib. apricis ad Samarcand, usque ad M. Karatau. — F. 3 pollicaria. Foliola 3'''. Cal. 5''' longi.

B. MACROCALYCINI.

4. *Compacti:*

α. sphenosemii.

(39). ASTRAGALUS CYLLENEUS Boiss. et Heldr. — Fischer l. c. p. 42. tab. D. fig. 39. Fruticulosus, procumbens (?) caespitosus, ramosissimus, dense foliosus et erinaceus, ram. glabris. Stip. ovato-lanc., insigniter acuminatae, glabrae, cartilagineae, levissime ciliatae, purpureae. Spina flavo-fusca rhacheos 6-jugae, erecto-patulae gracilis, hirsutulae, virentis, longior foliol. obovatis mucrone acutissimo terminatis, cano-hirsutis. Glomeruli avellanae magnitud., speciosi ad b. folior. summor.; acervuli bifl., bibracteati. Bract. biformes, majores (exteriores) lanc. lin., sensim acutatae, membranac., villosae, calyc. longitud.; minores ad b. calycum positae et ad instar majorum solubiles, capillares, villosae, calyce duplo breviores. Calyc. villosi tubus cylindraceo-urceolatus, costatus, dentib. aequilong., ex ovata b. subulatis. Cor. speciosa purpurea, calyce duplo longior. Vexillum reliquis petalis, ipsa b. inter se cohaerentib., parum longius, lamina oblonga obtusissima, subemarginata, med. levit. angustata et ad b. rotundato-auriculata, tum in unguem lamina duplo breviorem abrupte angustatum. Laminae petalor. interior. b. gibboso-rotundatae, nec auriculatae, ungue duplo breviores. Ovar. longe villosum stylo quadruplo brevius.

Leg. cl. Heldreich in M. Kyllene (alt. 5000—7122'). — F. 1—1½ poll. lg. Foliola 1—2'''. Calyc. 3—4'''. Cor. 6—8''' lg.

(40). ASTRAGALUS CRUENTIFLORUS Boiss. (Walp. Ann. II. p. 385 n. 77). — Fischer l. c. p. 43. tab. D. fig. 40. — Petioli pollic. Foliola 1—1½'''. Calyx 6'''. Cor. intense purpurea.

(41). ASTRAGALUS NEVADENSIS Boiss. (Walp. Rep. II. 872 n. 57). — Fischer l. c. p. 44. tab. D. fig. 41. — F. 2—2½''. Foliola 4—5'''. Calyces 5'''.

(42). ASTRAGALUS SICULUS Rafin. (DC. Pr. II. 297 n. 157). — Fischer l. c. p. 45. tab. D. fig. 42. — Hanc speciem c. praecedentib., propt. solam unguium petalor. interior. indolem a reliquis huj. sect. specieb. separare non ausus sum. — F. 1—1½''. Foliola 3—4''' lg., 1''' l. Cal. 4'''. Cor. 6—7''' lg.

(43). ASTRAGALUS BREVIFLORUS DC. (DC. Prodr. l. c. n. 147). — Fischer l. c. p. 45. tab. E. fig. 43. (2). Huc quoque refero *A. pseudo-Tragacantham* Herbar. or. Aucher Eloy, n. 1256, in subalpinis Armeniae lectum.

(44). ASTRAGALUS MICHAUXIANUS Boiss. (Walp. Rep. II. 871 n. 56). — Fischer l. c. p. 47. tab. E. fig. 44.

A. breviflorus var. *glabra* (DC. Prodr. II. 296 n. 147).

Dubius refero ad hanc speciem plantam Oliverianam, sub nom. *A. pseudo-Tragacantha* in mus. Parisino asservatam.

(45). ASTRAGALUS PRUSIANUS Boiss. (Walp. Ann. II. 387 n. 87). — Fischer l. c. p. 47. tab. E. fig. 45. — Caules 3—4"; f. 2"; foliola c. mucrone 3''' lg. Capitula magnitud. nucis. Affinis *A. Mitchelliano*.

(46). ASTRAGALUS MEYERI Boiss. (Walp. Ann. II. 387 n. 88). — Fischer l. c. p. 48. tab. E. fig. 46. — Fruticulus fere semipedalis, spin. densis subincurvis et intricatis horridus. Petioli 1½—2" lg. Foliola 3—4'''. Calyc. 3'''.

(47). ASTRAGALUS OLEIFOLIUS DC. (DC. Prodr. II. 297 n. 152). — Fischer l. c. p. 49. tab. E. fig. 47.

A. longifolius Willd. act. Berol. 1794 p. 30 t. 2 f. 1 (excl. syn. Lamark.) exc. fructib. qui ad A. quemdam e tribu caprinorum pertinere videntur.

Rami 4—6 pollic. F. plusquam pedal., petiol. stipulisq. flavescentib. Foliola plusquam pollicar. Calyces 5—6''' longi.

b. *Pandurosemii.*

α *longifolii*

(48). ASTRAGALUS DEINACANTHUS Boiss. (Walp. Ann. II. 383 n. 68) — Fischer l. c. p. 50. — Petioli 6—12 pollic., foliola saepe pollic., 4—5''' l., capitula saepe ovo majora, cal. 8''' longus.

(49). ASTRAGALUS LAGONYX F. — Fischer l. c. p. 51. tab. E. fig. 49. — Caules humillimi, 1—4 pollic. alti, f. ped. 13 juga, spina rhacheos multo breviore quam in *A. oleifolio*, rhacheos b. ultra lineam crassa, pubescente. Foliola ovata, brevissime spinuloso-mucronata venosa, juniora dense et adpressisime pubescentia, dem. glabrata, glauca. Stip. in speciminib. examinatis incompletae. Inflor. densissima, pugni minoris crassitie. Bract. naviculares, lin., acutissimae, dorso villosae et ciliatae, pollicares. Calyces villosissimi pollic., tubo turbinato-cylindraceo, membranaceo, 10 nervio, fissili, dentib. incurvis unguiformib., lanc-subulatis, mucronatis, mucrone excepto villosissimis, tubo fere duplo breviorib. Cor. calyce ⅓ longior. Vexilli lamina elliptico-panduriformis, ap. rotundata, b. acutangula, in unguem lin-cuneatum angustata. Pet. interiora vexillo paulo breviora, fere ad med. unguium connata. Stylus b. tortuosus ad med. usq. villoso-pubescens, triplo longior ovario villosissimo obovato.

Valde affinis videtur. *A. deinacantho*, diff. folior. numero, calyce facile fissili, dentib. ejus respectu tubi breviorib., lamina vexilli acutangula, foliol. exacte ovatis. — Adservantur in herb. mus. Paris. specim. 2, lecta a b. Olivier inter Kermanschah et Amadan.

(50). ASTRAGALUS HASBEYANUS Boiss. (Walp. Ann. II. 383 n. 69). — Fischer l. c. p. 52. — F. 5—6 pollic. lg., foliola 6—7''' lg. 4''' l., capitula magnitud. ovi parvi, calyces 6—7''' lg. Valde aff. *A. deinacantho* et medius inter eum et A. *oleifolium* DC.

(51). ASTRAGALUS LONGIFOLIUS Lam. (DC. Prodr. II. 297 n. 153). — Fischer l. c. p. 53. tab. E. fig. 51.

Tragacantha Armenia, (?) latifolia, fl. purpureo magno. An Tr. 3 Rauwolf. — *Tr. Syriaca* purpurea Park. herb. Tournef. etc. in herb. Vaillant: *Tr. orientalis* viciae foliis argenteis, fl. amplis purpureis D. Sherard. mus. Paris.

Hab. in Armenia, Tournef.; in Syria, Labill., Kotschy.

Suffruticosus, humilis etc. — F. caule longiora, ½—¾ pedem longa, foliola 4—14‴ longa.

β. *Compacti.*

(52). ASTRAGALUS LASIOSTYLUS F. — Bunge in reliq. Lehm. p. 271 (95). — Fischer l. c. p. 54. tab. fig. 52. — Suffruticosus, procumbens, ramosus, ram. brevib. tomentosis dense foliosis et erinaceis. Stip. ovato-lanc. acuminatae, membranaceo-hyalinae, villosae, ciliatae. Spina rhacheos 6—7 jugae, robustae, patentis, albidae, saepe incurvae, tenuissime tomentosae, dein glabratae, brevior foliolis lin-oblongis, aculeato-mucronatis. Glomeruli ad b. folior. novellorum, globosi, bombycini, magnitud. juglandis. Bract. numerosae, lin-lanc., acutae, pilis longis, praesertim ap. versus, ornatae, longitud. calycis, interiorib. paulo minorib. Cal. lanato-villosissimus tubo cylindraceo fissili, 5-costato vix breviore dentib. lin. subulatis curvulis. Cor. calyce ¼ longior, vexilli lamina panduriformi acutangula, acutiuscula (?) in ung. latiusculum abiens. Pet. interiora parum breviora vix b. cohaerentia (?). Styl. hirsutissimus, ovario ovato villosissimo duplo longior. Legum. obortu 1-spermum. Specimina vidi semipedalia.

Legit b. Lehmann in Bucharia.

(53). ASTRAGALUS COMPACTUS Lam. Encycl. I. p. 322 n. 64. — Fischer l. c. p. 55. tab. E. fig. 53. — Suffruticosus humilis, parum ramosus etc.

Tragacantha Armenia humilis etc. Hb. Tournef. in Mus. Parisino. — Armenia — provinc. Atropatana — Libanon.

(54). ASTRAGALUS LAMARKII Boiss. (Ann. II. 385 n. 78). — Fischer l. c. p. 56. tab. F. fig. 54.

A. compactus Willd. (DC. Prodr. II. 297 n. 150).

Planta 1—1½″ alta. Fol. 8—12‴, foliola 3‴ lg., calyces 4‴ cor. 5‴ longi. — Ab auctorib. antiquiorib. ad *A. compactum* Lam. relatus, sed ab eo longe differt capitulis glob., avellana vix majorib., nec amplis oblongis, plurimisq. aliis notis.

(55). ASTRAGALUS TOKATENSIS F. — Fischer l. c. p. 57. tab. F. fig. 55. — Fruticulosus, humilis, ramosus, dense foliosus et hystricinus, ram. brevib. tomentos., fastigiatis. Stip. ovato-lanc., acutae dorso brevit. tomentosae, ciliatae, fructiferae duplo latiores, eximie subulato-acuminatae, apicib. mox marcescentib. Spina flavescens rhacheos 6—7 jugae, virentis gracilioris dem. patentissimae et patulo-reflexae, brevior foliol. planis oblongo-ellipticis spinuloso-mucronatis, approximatis, ap. versus vix decrescentib., candido-tomentosis. Glomeruli speciosi sub ipso ramor. ap., ovati, compacti, ovi gallinacei magnitud., acervulis 5-floris, 5-bracteatis in spicula depressa, abbreviata. Bracteae naviculares, mucronatae, calycis fere longitudine, 2 lateralib. ovatis, obliquis, dorso valde gibbis et tomentosis, unica antica et 2 posticis spathulato-linearib., dorso tomentellis. Calycis villosissimi tubus fissilis complanato-turbinatus, 5-nervius, dentib. filiformi-subulatis, ei sesquilongiorib. Vexillum calyce ⅓ longius, lamina elliptica, obtusa, levit. emarginata, panduriformi, acutangulo-hastulata, unguib. petalor. interior. ad med. usq. inter se connatis, vexillo paulo breviorib. Styl. inferne villosulus, ovario subgloboso-ovato villoso quadruplo longior.

Sect. a b. Wiedemann (Salis) pr. Tokat Natoliae. — Fruticulus ped. Petioli graciles 1—3 pollic. Foliola 3—4‴ lg. Calyces fere ½ pollicares.

(56). ASTRAGALUS PYCNOCEPHALUS F. — Fischer l. c. p. 58. tab. F. fig. 56. — Fruticulosus humilis, erectus, dense foliosus, parum ramosus, ram. tomentosis, dense vestitis induviis atratis et abbreviatis stipular. et petiolor. Stip. breves ovatae, acutae, hirsutae, ciliatae, lutescentes, floralib. majorib. acuminatis. Spina rhacheos 3-jugae strictae, robustae, erectae, dem. patentissimae, albidae brevior foliolis elliptico-oblongis, mucrone pungente terminatis, planis cano-tomentosis. Glome-

ruli subglob., juglandis minoris magnitud., bombycini, acervulis compactis 5-floris, 5-bracteatis. Bract. naviculares, exteriores oblongo-lineares, subacutae, dorso dense villosae, interiores filiforme-clavatae, superne dorso villosissimae, calycem aequantes. Calyc. villosissimi tub. turbinatus, 5-costatus, fissilis, dentib. subulato-filiformib. tubo subtriplo longiorib. Vexillum calyce parum longius, lamina ovata, panduriformi, obtusissima, subemarginata, acutangulo-hastulata in unguem aequilongum attenuata; alae supra b. connatae. Ovar. villosissimum, stylo triplo longiore terminatum. — Petioli 1½—2″. Foliola 4—6‴ apic. petioli versus plerumq majora, 2—2½‴ l. Calyces ½ unciales.

Legit A. Kotschy ad pagum Gara Kurdistaniae. Kotschy pl. exsicc. n. 373 b.

(57). ASTRAGALUS AMBLOLEPIS F. — Fischer. l. c. p 59. tab. F. fig. 57. — Fruticulosus, humilis, parum ramosus, ad ramulor. tomentosorum originem dense, caeterum laxe foliosus. Stip. triangulari-ovatae, subulato-acuminatae, tomentosae. Spina rhacheos 5—6 jugae, gracilis erecto-patulae, tenuit. tomentosae, flavo-virentis, brevior foliol. remotis oblongis, spinuloso-mucronatis, cano-tomentosis, supra calvescentib., apic. vers. paulo descrescentib. Glomeruli ad ap. ramor. hornotinor. elongator., stipulis adpressis flavicantib vestitor., magnitud. juglandis minoris, subglobosi, densi, bombycini. Acervuli 5-fl, 5-bracteati. Bract. calycib. aequales, elliptico-obovatae, obtusae, ext. praesertim superne tomentosae, concavae, exteriores flores arcte amplectentes. Calyc. villosissimi tubus subglob.-turbinatus, dentes oblique lanceolatos acutos aequans. Vexillum calyce 1½ longius, lamina panduriformi-obtusangula, pet. interiorib. supra b. connatis. Stylus ovario villis longis hirsutissimis duplo longior.

Ad pagum Gara Kurdistaniae. Kotschy n. 573. — Rami 4—6 pollic., pennae cygneae crassitie. Pet. 4—5″. Foliola 4—6‴. Calyc. 3‴. — Ab omnib. affinibus bractear. et calyc. forma diff.

(58). ASTRAGALUS GOSSYPINUS F. — Fischer l. c. p. 60. tab. F. fig. 58. — Fruticulosus, humilis, fastigiato-ramosus, inferne denudatus, subdense foliosus, ram. tomentosis. Stipulae breves, e late-ovata basi eximie subulato-acuminatae, b. tomentosae, caeterum glabrae, ciliatae, flavae. Spina rhacheos 5—7 jugae, gracilis patulae, tenuissime tomentellae et mox glabratae, flavescentis, longior foliolis parvis orbiculato-obovatis, pungenti-mucronatis, candido-tomentosis, subimbricatis, nervo medio subt. valde prominulo. Glomeruli ad ap. ramor. annotinor. elongator. subglobosi, avellanae magnitud., bombycini. Acervuli multi (5?)-fl., bract. navicularib., oblongo-lin., acutis, ext. et superne villis longis hirsutissimis, incurvis, calyci subaequalib. Calyc. densissime et candido-villosi tubus brevis, urceolatus, 5-costatus, fissilis, dentib. subulato-filiformib. duplo brevior. Cor. calyce duplo longior. Vexilli lamina panduriformi-acutangula, oblongo-obovata, emarginata, in unguem paulo breviorem attenuata. Pet. interiora supra b. connata. Ovar. dense et brevit. bombycinum, stylo duplo brevius.

In valle Gara Kurdistaniae. Kotschy n. 598. — Specimina ½ ped., ramis pennae anserinae crassitie. F. 1—2½ poll. lg., foliol. 1—3 lin.

(59). ASTRAGALUS STRICTIFOLIUS Boiss. (Walp. Ann. II. 384 n. 70). — Fischer l. c. p. 61. tab. E. fig. 59.

(60). ASTRAGALUS DRUSORUM Boiss. (Walp. Ann. II. 384 n. 71). — Fischer l. c. p. 62.

(61). ASTRAGALUS PARNASSI Boiss. (Walp. Ann. II. 384 n. 73). — Fischer l. c. p. 62.

(62). ASTRAGALUS MITCHELLIANUS Boiss. (Walp. Ann. l. c. n. 74). — Fischer l. c. p. 63. — Huc quoque spectat probabiliter Aucher-Eloy n. 1297.

(63). ASTRAGALUS GLOBIFLORUS Boiss. (Walp. Annn. l. c. n. 75). — Fischer l. c. p. 64.

(64). ASTRAGALUS PTILODES Boiss. (Walp. Ann. II. 385 n. 76). — Fischer l. c. p. 64. — Comparandi sunt c. hac specie *A. Lydius* et *A. brachyphyllus* in sectione pterophororum reperiundi; bracteolis calycinalib. a cl. Boiss. obscurius indicatis et autopsia specier. non concessa, non ausus sum neq. *A. ptilodem* neq. *A. Parnassi*, fortasse ad eandem pterophororum sectionem revocandum, c. aliquapiam specier. a me descriptar. conjungere.

(65). ASTRAGALUS PORPHYROLEPIS F. — Fischer l. c. p. 65. tab. F. fig. 65. — Suffruticosus, ram. strictis tomentosis, pennae anserinae crassitie, stip. late-ovalis, acutis, chartac., fuscis, floralib. latiorib., hirsutis, purpureis, acumine flavo, mox evanido. Spina flavida rhacheos 6-jugae erectae v. erecto-patulae, strictae robustae, virentis, inferne ad marg. hirsutae, longior (?) foliolis. Foliolum unicum quod prostat, e minorib., obovatum, spinula pungenti valida terminatum, subcomplicatum, cano-tomentosum. Glomerulus compactus, speciosus, acervulis per totam superiorem rami partem cumulatis, cylindraceus, crassus. Bract. oblongo-obovatae, subulato-acuminatae, naviculares, rarius bifidae, dorso villo denso vestitae, calyce parum breviores. Calyc. villosissimi tubus fissilis, turbinato-campanulatus, dentib. subulato-lanceolatis, curvulis tubum fere aequantib. Cor. calyce duplo longior, vexilli lamina oblongo-obovata, obtusissima, vix panduriformi, h. obtusangula, tunc sens. in unguem ea breviorem attenuata. Ungues petalor. interior. ad $1/4$ longitud. connati. Styl. h. villosus duplo longior ovario villosissimo. Legumen abortu 1-spermum.

Comm. lectum in prov. Aderbeidshan h. Aucher-Eloy n. 1279 sub nomine *A. cryptocarpi*. — Infloresc. 3-pollicaris, corolla $1/2$-pollicaris.

(66). ASTRAGALUS BYZANTINUS F. — Fischer l. c. p. 66. tab. F. fig. 66. — Fruticulosus, ramosus, laxius foliosus et hystricinus, dicitur amplos caespites constituere, ram. subsimplicib. tomentosis, pennae anserinae crassitie. Stip. ovatae, acuminatae, h. tomentosae, hirsutae, florales multo latiores, ad marg. mox glabratae, flavescentes. Spina rhacheos 6—7 jugae, patentis hirsutae, lutescentis; brevior foliolis ellipticoobovatis, spinula pungente terminatis, approximatis, adpresse hirsutis et canis. Glomeruli cylindraceo-ovati, crassi, compacti, ad apic. ramor. elongator., acervulis polyanthis, multibracteatis. Bract. exteriores naviculares, carinatae, oblongo-obovatae, acutae, interd. ap. bifidae, dorso et vers. ap. quoque margine villosae; intermediae lin-spathulatae, acutae, dorso et ap. barbatae, interiores $1/3$ breviores, ex ungue filiformi barbato-clavatae, omnes calycib. breviores. Calyx villosissimus tubo fissili turbinato, dentib. subulatis villosissimis aequilongo. Cor. calyce $1/3$ longior. Vexilli lamina subelliptica, parum panduriformis, acutangula, repente in unguem aequilong. contracta. Ungues alarum carinaeq. ad med. usq. connati. Stylus h. hirsutus ovar. subrotundo villosissimo sequilongior.

Species lecta in agri Brussiensis silvulis; pr. Byzantium et in Bithynia. — An cum *A. Prusiano* fortasse conjungenda?

(67). ASTRAGALUS KURDICUS Boiss. (Walp. Ann. II. 386 n. 81). — Fischer l. c. p. 67. tab. F. fig. 67. — Transitum sistit a compactis ad obvallatos.

(68). ASTRAGALUS TRACHYACANTHUS F. — Fischer l. c. p. 68. tab. F. fig. 68 — Fruticulosus, humilis, ramosus, dense foliaceus, erinac., ram. brevissimis tomentosis. Stip. breves late ovatae, mucronato-acuminatae, valde nervosae, h. tomentosae, caeterum glabrae, ciliatae. Spina flavescens rhacheos 4—5 jugae, durae, rigidae erecto-patulae, pallide virentis, adpresse hirsutulae aequilonga foliolis lanc-linearib., subcomplicatis, in spinulam longiusc. terminatis, patulis, canis, adpressissime tomentellis. Glomeruli sub ipso ramor. ap., nucis myristicae magnitud., ovato-globosi, bombycini. Acervuli multifl., multibracteati. Bract. navicul., incurvae, subobliquae, mucronatae, dorso et ap. villosae, calyce parum breviores. Calyc. villosissimi tubus urceolatus, fissilis, dentib. lin-subulatis $1 1/2$ brevior. Cor. calycem $1/3$ superat. Vexilli lamina obovato-panduriformis, obtusissima, acutangula, in unguem parum breviorem atte-

nuata. Ungues petalor. interiorum fere usque ad med. connati. Styl. usq. ad medium villosulus, ovario villoso 3plo longior.

Specimina 3—4 pollic. Petioli sulcati $1\frac{1}{2}$—2 p. longi. Foliola 4 lin. lg. vix 1 lin. l. Calyx 5—6‴ lg. — In monte Feruz Koh. L. Baro Bode.

(69). ASTRAGALUS BARBA-JOVIS DC. (DC. Prodr. II. 296 n. 139). — Fischer l. c. p. 69—71. tab. F. fig. 69. — Dubius huc adduco hanc speciem usquedum valde obscurum cum specimina authentica sint incompleta.

(70). ASTRAGALUS PLUMOSUS Willd. (DC. Prodr. II. 297 n. 149). — Fischer l. c. p. 72. tab. F. fig. 70. — Haec quoque species ulterius examen requirit.

(71). ASTRAGALUS ANTABICUS Boiss. (Walp. Ann. II. 386 n. 84). — Fischer l. c. p. 72.

(72). ASTRAGALUS PSILODONTIUS Boiss. (Walp. l. c. 386 n. 85). — Fischer l. c. p. 73.

(73). ASTRAGALUS STENOLEPIS F. — Fischer l. c, p. 74. tab. G. fig. 73. — Suffruticosus, robustus, ramosus, erectus, trunco $\frac{1}{2}$ pollic. diametro, ram. crassis tomentosis, densissime obtectis et hystricinis foliis foliorumq. vestigiis. Stip. triangulari-ovatae, hirsutissimae, acuminatae. Spina rhacheos 7—8 jugae, elongatae, patentissimae, incurvae, tomentellae et virentis, dein brunneae et fuscae, brevior foliolis ovato-ellipticis, spinula tenui terminatis, incano-tomentosis, planis. Glomeruli sub ipso ap. ramulor., compacti, subglob., bombycini, avellanae aut juglandis magnitud. Acervuli multifl., multibracteati. Bract. ex ungue longo, tenui glabro, lineari et fere filiformi, spathulatae, ap. villis longis et ciliis barbatae, rectae, majores calyci aequilongae, minores $\frac{1}{3}$ breviores. Cal. villosissimus, tubo anguste cylindraceo, fissili, 10 striato, dentib. subulat. triplo breviore. Cor. calyce vix $\frac{1}{4}$ longior, vexilli lamina elliptico-panduriformi, obtusissima, ad b. acutissime auriculata et dein in unguem, laminae aequilongum angustata. Ungues petalorum interior. ad $\frac{1}{3}$ longitudinis coaliti. Styl. inferne villosus, ovario villosissimo triplo longior. — In vicinia Teheran. L. B. Bode.

Specimen ped. Rami vix unciales. Pet. 2—4″ lg. Foliola usq. ad 6‴ lg. $2\frac{1}{2}$‴ l. Calyces 8‴ longi.

A. *Tokatensi* et A. *pycnocephalo* affinis.

(74). ASTRAGALUS STENORHACHIS F. — Fischer l. c. p. 75. tab. G. fig. 74. — Suffruticulosus, humillimus, multiceps, dense foliosus, ramis florentib. pennae anserinae crassitie, tomentosis. Stip. triang.-ovatae, acuminatae, reticulatae, ciliatae, glabrescentes. Spina rhacheos 5—13 jugae, rubentis, gracilis, patentissimae, villis raris hirsutae, brevissima, brevior foliolis remotiusc., patentib. ap. versus decrescentib., oblongo-lin., complicatis, ap. in spinulam fere innocuam exquisite acutato, subt. pilis sparsis hirsutulis, ciliatis, viridibus. Glomeruli sub ipso ap. ramor., subglobosi, magnitud. avellanae majoris, compacti. Acervuli multifl., multibracteati. Bract. naviculares, oblongae, acutae, superne rubentes, ciliatae, calyce parum breviores. Calyc. villosissimi tubus tenuissimus, fissilis, cylindraceo-turbinatus, dentib. lanc. subulatis, tubo $\frac{1}{3}$ brevioribus. Cor. calyce duplo longior, vexilli lamina panduriformi acutangula, in unguem lamina parum breviorem attenuata. Ungues petalor. interior. inter se ad ultra med. concreti. Styl. glaber, ovario villoso 4-plo longior.

Ad pagos Thorbali et Therakli in ditione Angorensi Natoliae. Wiedemann. — Caules 3—4″. Foliola majora 3‴ lg. Cal. 3‴. Cor. purpurea 6‴. — An *A. andrachnifolii* varietas?

(75). ASTRAGALUS ANDRACHNIFOLIUS Fenzl. (Walp. Rep. I. 706 n. 104 et II. p. 893). Fischer l. c. p. 76, tab. G. fig. 75.

(76). ASTRAGALUS LAXIFLORUS F. — Fischer l. c. p. 77. tab. G. fig. 76. — Suffruticosus, fortasse prostratus, ramosus, caule et ram. elong., gracilib. vix pennae columbinae crassitie, laxius vestigiis folior. vetustor. vestitis et remote foliosis, pubescen-

tib. Stip. ovatae aut ovato-lanc., acutae, membranaceae, dorso pubesc., marg. hyalinae, ciliatae. Spina rhacheos 4—6 jugae, erecto-patentis, strictae, pallide virentis, hirsutae, longior foliol. minutis, imbricatis, subcomplicatis, obovato- v. subrotundo-oblongis, obtusis et mucrone brevissimo terminatis, incano-tomentosis, ap. petioli versus decrescentib. Glomeruli bombycini, ex acervulis distantib., secus ramos distributis, quodammodo interrupto-cylindracei. Acervuli multifl., multibracteati. Bract. naviculares, erectae lanc. aut ovato-lanc., acuminatae, dorso ad bas., margine ap. versus ciliatae, calyce breviores. Cal. breviter tomentellus et longe villosus, tubo oblongo-cylindracco, non fissili, 5 nervio et tenuit. inter nervos reticulato, dentib. e b. triang. filiformib., tubi circ. longitudine. Cor. purpurea calyc. longidut. Vexilli lamina ovato-elliptica, obtusissima, obtuse auriculata, in unguem lamina fere breviorem sens. attenuata. Ungues reliquor. petalor. ad tertiam p. longitudinis coaliti. Styl. inferne pubescens, ovar. oblongo, dense pubescente (4-ovulato?) aequilongus aut parum longior.

Specim. Aucheriana in monte Libano lecta. Conferatur *A. psilodontius* Boiss. cui proximus videtur esse nisi idem.

5. *Obvallati:* acervulis multifl., bract. latis obvallatis, calycib. apteris.

(77). ASTRAGALUS LEPIDANTHUS Boiss. (Walp. Ann. II. 386 n. 83). — Fischer l. c. p. 78.

(78). ASTRAGALUS BETHLEHEMITICUS Boiss. (Walp. Ann. II. 386 n. 82). — Fischer l. c. p. 79. tab. G. fig. 78.

(79). ASTRAGALUS DIPHTHERITIS Fenzl. (Walp. Rep. V, 518 n. 5). — Fischer l. c. p. 80.

6. *Pterophori:* Acervulis multifl., calycib. bibracteolatis.

(80). ASTRAGALUS LYDIUS F. — Fischer l. c. p. 80. tab. G. fig. 80. — Fruticulosus e graciliorib., procumbens (?) ramosus, ramis satis dense foliosis erinaceis, hirsutis. Stip. ovatae, acuminatae dense ciliatae, ap. vers. subcoloratae. Spina rhacheos 4—5-jugae, erecto-patentis, dem. patentissimae, gracilis, hirsutae, flavescentis, longior foliolis elliptico-lanc., utrinq. acutatis, brevit. mucronatis, adpresse hirsutis et canis venosis, internodia superantib. Glomeruli ad b. ramor. novellorum, subglobosi, avellanae magnitud., plumosi, acervulis depauperatis (?) bract. lanc-linearib., subulatis, ap. coloratis, dorso villosis et ciliatis, calyce parum breviorib., bracteol. calycinis filiformib., totis plumosis, calyce parum breviorib. Calyc. villosissimi tubus cylindrac., tenuissimus, fissilis, dentib. filiformib. aequilongus. Cor. calyce longior, purpurea. Vexilli lamina oblongo-elliptica, obtusissima, emarginata, b. acute auriculata et sens. in unguem aequilongum attenuata. Ungues petalor. interiorum, ad gibberem laminarum levit. cohaerentes, fere ad med. usq. connati. Styl. inferne villosulus, triplo longior ovario longe et parcius villoso.

Vidi specimen comm. a *A. Boissier* sub n. *A. Cretici* e *Lydia*. — Petioli plusquam $1\frac{1}{2}$ pollic., foliol. 3—4‴ longis. Cal. 6‴.

(81). ASTRAGALUS BRACHYPHYLLUS F. — Fischer l. c. p. 81. tab. G. fig. 81. — Fruticulosus humillimus, ramosus, dense caespitosus, dense foliosus et erinaceus, ram. fere glabris, pennae anserinae crassitie. Stip. ex ovata b. lato-lanceolatae, acutae, ciliatae, florales multo latiores. Spina rhacheos 4- raro 5-jugae brevissimae, patentis, strictae hirsutulae, brevior foliolis minimis, patentib., elliptico-linearib., complicatis, mucrone brevissimo terminatis, seric-incanis. Glomeruli sub ipso ap. ramulor. subglobosi, compacti, plumosi, juglandis aut myristicae magnitud. Acervuli densi, multifl., multibracteati. Bract. naviculares, ovato-lanc., majores acuminatae, ap. coloratae, reliquae oblongae aut subspathulatae tenuiores, acutae, omnes dorso

villosae, ciliatae, calycib. breviores. Bracteol. binae calycinae filiformes, plumosae, calyce parum breviores. Calyc. villosi tubus turbinatus, tenuiss., fissilis, sesquibrevior dentib. filiformib., rectis, plumosissimis. Cor. purpurascens calycis longitudine. Vexilli lamina elliptica, subpanduriformis, obtusissima, emarginata. Ungues petalor. interiorum ad $\frac{1}{3}$ longitudinis connati. Styl. usq. ad medium villosulus, ovar. villoso sextuplo longior.

Inter Kutaija et Eski-Scheher Natoliae. Wiedemann. — Caulis paucos pollices altus. F. $\frac{1}{2}$ pollic., foliola $2-2\frac{1}{2}'''$. Calyx $6-6\frac{1}{2}'''$ longus.

Species valde affinis *A. ptilodi* Boiss., sed bract. calycinalib. aliisq. levioris momenti notis videtur differre.

(82). ASTRAGALUS WIEDEMANNIUS F. — Fischer l. c. p. 82. tab. G. fig. 82. — Suffruticulosus, humilis, ramosus, dense foliosus, erinac., ram. tomentosis, pennae anserinae crassitie. Stip. ovato-lanc., acutae, hirsutae, ciliatae, florales late-ovatae, acuminatae. Spina rhacheos 6—9 jugae erecto-patentis, laxiusculae, dorso tricostatae, hirsutae, pallide virentis, brevior foliolis lanceolato-ellipticis, utrinq. acutatis, spinula mucronatis, adpresse hirsutis et subincanis. Glomeruli ad b. ramor. novellor. ovato-globosi, magnitud. juglandis, speciosi, compacti, plumosi, acervulis multifl., multibracteatis. Bract. naviculares, acutae, dorso villosae, superne ciliatae, calyce breviores, exterior. interd. ovato-oblongae et inaequalit. bifidae, plerumq. lanc., spathulato-lanc., nunc lanc.-lineares et acuminatae. Bracteolae filiform., plumosae, calyce breviores. Calyc. villosissimi tubus oblongo-cylindraceus, multinervius, fissilis, parum brevior dentib. subulato-filiformib. plumosis. Cor. calyce $\frac{1}{4}$ longior. Vexilli lamina ovato-elliptica, obtusissima, subemarginata, panduriformis, acutangula sens. in unguem aequilongum attenuata. Ungues petalor. interior. ad $\frac{1}{3}$ longitudinis connati. Styl. b. villosus, ovar. villoso 5 ad 6 plo longior.

Lect. pr. Kastamani, in ditione Tokatensi in monte trachytico Hussein-Kasi et in m. calcareo Dykmen pr. Angoram, Natoliae! Wiedemann. — Habitu refert A. *compactum* aut *A. Lamarkianum.*

(83). ASTRAGALUS MICROPTERUS F. — Fischer l. c. p. 83. tab. G. fig. 83. — Suffruticulosus, ramosus, hystricinus, dense foliosus, ram. brevib. tomentosis; pennae cygneae crassitie. Stip. e lata b. ovatae, acutatae, villosae, ciliatae. Spina rhacheos 6—7 jugae, erecto-patentis, rigidae, dem. patentissimae et incurvae, rigidae, firmae, hirsutae, pallide virentis, brevior foliolis lanc-ellipticis, utrinq. acutatis, spinula mucronatis, patentib., dense incano-villosis. Glomerulus ovatus ad ipsam b. rami novelli, speciosus, compactus, juglandis magnit., acervulis multifl., multibract. Bract. naviculares, lanc-oblongae, intimae spathulato-lineares, ad ap. acutum villosae et ciliatae, calyce breviores, bracteolae calyce duplo breviores, filiformi-spathulatae, praesert. vers. ap. plumosae. Calyc. villosissimi tubus turbinato-cylindraceus, nervosus, dentib. filiformi-subulatis, erectis, plumosis, fere $1\frac{1}{2}$ brevior. Cor. calyce $\frac{1}{3}$ longior. Vexilli lamina ovato-elliptica, obtusissima, panduriformis, hastulato-acutangula, ungue lamina aequilongo cuneato. Pet. interiora unguib. ad med. connata. Styl. b. hirsutulus ovario villoso 4 plo longior.

Inter Amasia et Toptscham, in ditione Tokatensi. Wiedemann. — *A. Wiedemannio* habitu affinis.

Specimina $\frac{1}{2}$ ped. F. $2-2\frac{1}{2}$ poll. Fol. $6'''$ lg., $1-1\frac{1}{2}$ l.; Calyc. $5'''$.

(84). ASTRAGALUS BRACHYPTERUS F. — Fischer l. c. p. 84. tab. G. fig. 84. — Suffruticulosus, humillimus, ramosus, dense foliosus et erinaceus, ramis brevib., confertis, caespitosis. Stip. ovatae, acutae, villosae, ciliatae, mox glabrescentes, florales latiores. Spina rhacheos 5—7 jugae, erecto-patentis, tomentellae, strictae, brevior foliolis lin-ellipticis acutis, brevit. mucronatis, patentib., tomento denso, brevissimo, albo, adpresse subsericeis. Glomeruli sub ipso ap. ramulor., globosi, avellanae majores, compacti, plumosi. Acervuli multifl. Bract. lanc., acutae, naviculari-concavae, vers. ap. ciliatae, calyce breviores. Calycis villosi plumosi tub. cylindra-

ceus 5-nerv., dentib. filiformi-subulatis $1^1/_2$ longior, b. stipatis, bracteolis tubo vix longiorib., filiformib., plumosis. Corollae, calyce $^1/_3$ longioris vexillum lamina ovato-elliptica, obtusissima, levit. panduriformi et acutiuscule auriculata, abeunte in unguem cuneato-lin., laminae aequilongum. Ungues alar. ad med. usq. connati. Styl. glaber 4 plo longior ovario villosissimo.

Ad pagum Beybazar ditionis Angorensis Natoliae. Wiedemann.

Specim. 3 unc. F. unc. Foliola 2''' lg. Cal. 6'''.

(85). ASTRAGALUS AUCHERIANUS F. (non *A. Aucheri* Boiss. — Walp. Rep. II. 865 n. 13). — Fischer l. c. p. 85. tab. G. fig. 85. — Fruticulosus procumbens?

(86). ASTRAGALUS TMOLEUS Boiss. (Walp. Ann. II. 384 n. 72). — Fischer l. c. p. 86. tab. G. fig. 86.

(87). ASTRAGALUS THRACICUS Grisebach. (Walp. Rep. II. 871 n. 51). — Fischer l. c. p. 87. tab. G. fig. 87.

(88). ASTRAGALUS TROJANUS Herb. Steven. — Fischer l. c. p. 88. tab. G. fig. 88. — Suffruticosus, ramosus, laxe imo remote foliosus, ram. elong., tomentosis. Stip. ovatae, ex ovata b. acuminato-cuspidatae, villosae, ciliatae. Spina rhacheos 5—6-jugae, erecto-patulae, rigidae, hirsutulae, flavescentis, parum brevior foliolis oblongo- aut lanceolato-ellipticis, spinula brevissima mucronulatis, patulis, parce pilosis et dem. glaberr., viridib. Acervuli multifl. et multibracteati, plumosi, congesti sub ipso ramor. ap. in glomerulum speciosum subinterruptum, oblongum aut globosum, juglandis minoris magnitudine. Bracteae naviculares acutae, dorso villosae, ciliatae, calyce $^1/_3$ breviores; bracteolae filiformes, plumosae, calyce parum breviores. Calyc. villosissimi tubus, deniq. fissilis cylindraceo-turbinatus, multinervius, subaequilongus dentib. filiformi-subulatis, plumosis. Cor. plerumq. calyce $^1/_3$ longior; vexilli lamina elliptica, obtusa, brevit. emarginata, medio panduriformi-contracta et b. acutangula, ungue fere aequilongo laminae. Ungues petalor. interior. fere ad med. usque conferruminati. Styl. inferne hirsutulus ovario villosissimo 4- aut 5 plo longior.

Multis notis haec species tam arcte *A. Parnassi* B. convenire videtur, ut dubium remanet, num revera ab illo separari queat.

(89). ASTRAGALUS CALABRICUS F. — Fischer l. c. p. 89. tab. H. fig. 89. — Suffruticulosus, ramosus, dense foliaceus et erinac., ram. brevib. vix hirsutulis. Stip. ovatae, acuminatae, ciliatae, florales multo majores, marg. glabrae. Spina rhacheos 8—9 jugae patulae, hirsutulae, dem. patentissimae brevior foliolis linearib., mucronulo minuto terminatis, pallide viridib., initio hirsutie exigua parce adspersis, mox glaberr. Glomerulus sub ipso ramor. ap. ovatus, compactus, plumosus, juglandis minoris magnitudine. Acervuli multifl., multibracteati. Bract. naviculares acutae, dorso et margine ciliatae; interiores ex ungue filiformi levit. spathulatae, omnes calyce tertia parte breviores. Bracteol. filiformes plumosae, calyc. longitudine. Calycis tubus urceolaris, villosissimus, fissilis, dentib. plumosissimis duplo brevior. Cor. calyce $1^1/_2$ longior., lamina vexilli elliptica, obtusa, medio parum contracta, b. subacutangula. Ungues petalor. interior. ad $^1/_3$ partem longitudinis connati. Styl. ovario praesertim ap. versus villosissimo 4 plo longior.

Communicatus olim mecum s. n. *A. eriocephali* e Calabra.

C. TUBOCALYCINI.

7. *Altaganoidei:* acervulis subpaucifl., leguminib. polyspermis.

(90). ASTRAGALUS HYSTRIX F. M. — Fischer l. c. p. 90. tab. H. fig. 90. — Fruticulosus, ramosus, erectus, remote foliosus, ram. tomentosis, floriferis saepe brevissimis, crassitie pennae anserinae. Stip. breves, triang-ovatae, acutae, marg. et ap. tenerrimae ibiq. mox deliquescentes, villosae, dem. glabratae et fusco-luteae. Spina

rhacheos sub - 6 - jugae, patenti - erectae, tenuis, adpresse puberulae, mox glabratae, plerumq. brevior foliolis subremotis, obovatis aut orbiculato - obovatis, obtusis. Acervuli nunc solitarii in axillis superiorib. ramulor., nunc ibidem in glomerulos laxos, interruptos coacervati, 2 — 6 fl. Bract. nullae. Bracteol. binae ad b. cujusq. calycis, minutae, calycino tubo triplo breviores, mox deciduae, oblongo - ellipticae, acutae, naviculares, ap. teneres, dorso et marg. ciliatae. Calyc. pubesc. aut brevit. tomentoso - villosi tubus campanulatus, 5 - nervius et venoso - reticulatus, dentib. tubo duplo breviorib., lanc - subulatis, subinflexis, ipsis cum tota fauce villosis, sinub. rotundatis. Cor. calyce triplo longior, speciosa purpurasc., vexillo obovato - oblongo, e b. lin. sensim ampliato, acutiusculo. Petala omn. libera et distincta, interiora longitud. subaequali et vexillo paulo breviora. Carina unicruris. Ovar. oblongo - ovatum compressum, brevissime villosum, stylo glabro, ovario triplo longiore terminatum. Legum. immaturum vix semibiloculare, 8 aut 10 ovulatum, ovulis omnib. pariter evolutis.

Spec. valde singularis et pulchra, lecta in provinc. Atropatanica (Aderbeidshan). Intermedia est inter sessilifloros et pedunculatos.

II. *TRAGACANTHAE PEDUNCULATI.*

8. *Caraganoidei.*

(91). ASTRAGALUS CICERIFOLIUS Royle. — Fischer l. c. p. 91. tab. II. fig. 91. — Rami glabri laeves, elongati, pennae corvinae crassitie. Stip. tenuit. membranac., subconcretae, ovato - lanc., laxae, nervosae, ciliatae. F. remota 4 — 6 juga. Spina rhacheos patulae, glabrae, tenuis, virenti - albidae, longitudine folior. ultimor. Foliola obovata, obtusa c. mucronulo brevissimo, quasi in petiol. brevissimum attenuata glabra. Flos unus alterq. ex axillis folior. superior., suffultus pedunc. ebrachiato, breviore calyce glabriusculo, clavato - cylindraceo, membranaceo, dentib. ex ovata b. subulatis, tubo triplo breviorib., ciliatis. Dentes 2 laterales breviores. Cor. $1\frac{1}{2}$ ad 2 plo longior, vexillo oblongo - obovato, in unguem longum sens. attenuato, subemarginato, Pet. interiora libera. Ovar. breviter stipitatum, lin-oblongum, glabrum. Styl. glaber ovario $2\frac{1}{2}$ — 3 plo longior.

Vidi specim. Indicum e collect. Jacquemont. mus. Paris. n. 1143. — F. 1 — $1\frac{1}{2}$ p. lg. Foliola bilinear. Flos pollicaris.

(92). ASTRAGALUS PSILOCENTROS F. — Fischer l. c. p. 92. tab. II. fig. 92. — Ramus rectus, vix semilineae diametri, elongatus glaber. Stipulae concretae, vix b. petioli adhaerentes, lanc., acuminatae, longe ciliatae, hyalinae. F. remota, 5 — 6 juga, patentissima, e quorum axillis nascuntur ramuli brevissimi imbricato - foliosi. Spina rhacheos tenuis, rectae, junioris pube levissime adpressae, mox glabratae, albidae, brevior foliolis obovatis aut oblongo - obovatis, obtusis, exiguo mucrone terminatis, adpresse hirsutis, viridib. Fl. subsolitarii brevissime pedunculati, ex axillis ramulorum superiorum. Cal. clavato - cylindraceus, membranac., tenuit. reticulatus, pilis raris adspersus, dentib. inaequalib., 2 lateralib. breviorib., lanc-subulatis, longis ciliis ornatis, tubo subquadruplo breviorib. Cor. calyce duplo longior, vexillo obovato - oblongo, obtuso emarginato. Pet. interiora inter se libera. Ovar. brevissime stipitatum, oblongum adpresse - hirsutum, stylo ultra dimid. hirsutulo, triplo brevius. Legum. obovato - cylindraceum (nutans?) calycis longitudine, pilis adspersis hispidum, biloculare, ... spermum, stylo rostratum.

Herb. Jacquemontianum Mus. Paris. n. 109. — F. $1\frac{1}{2}$ pollic.; foliola 2—3 lin. lg. Legumen c. stipite ultra 8''' longum. — Patria l. c. non adnotata.

(93). ASTRAGALUS GRAHAMIANUS Royle (Walp. Rep. I. 706 n. 102). — Fischer l. c p. 93. tab. II. fig. 93.

(94). ASTRAGALUS BICUSPIS F. — Fischer l. c. p. 93. tab. II. fig. 94. — Totus hirsutie rufa vestitus. Ramus elongatus, rectus; remote foliosus, ex omnib. axillis flo-

rens. Stip. lin - subulatae, tenues hyalinae, laxae et flexuosae, ciliatae, profunde bipartitae, lacinia altera longiore. F. 6 — 9 - juga erecto - patula. Spina rhacheos strictae, satis robustae, sulcatae, hirsutae, pallide virentis sublongior foliolis obovato - ellipticis, utrinq. acutatis, levit. mucronatis, erecto - patulis, rufo - hirsutis. Flores ex omnib. axillis in peduncul. breviss. bi - quadrifloris, foliis duplo breviores, hinc inde bracteola filiformi laxa muniti. Cal. ovato - cylindrac., rufo - hirsutus, tenuis, membranaceus, reticulatus, dentib., quor. 2 breviores, lineari - subulatis, tubo duplo breviorib. Vexillum calyce sesquilongius, obovatum, emarginatum, in unguem tenuem angustatum. Pet. interiora libera. Styl. inferne hirsutulus, ovario ovato, villosissimo, duplo longior.

Herbar. Jacquemont. mus. Paris. n. 1695. — F. $1\frac{1}{2}$ p.; foliola 4 — 5 lin. lg., $1\frac{1}{2}$ — 2 l. Fl. 6 — 8 lin. longi.

(95). ASTRAGALUS PSILACANTHUS Boiss. (Walp. Ann. II. 390 n. 102). — Fischer l. c. p. 94. tab. II. fig. 95.

(96). ASTRAGALUS RAPHIODONTUS Boiss. (Walp. Ann. II. 389 n. 99). — Fischer l. c. p. 95.

(97). ASTRAGALUS POLYACANTHOS Royle (Walp. Rep. I. 705 n. 101). — Fischer l. c. p. 95.

(98). ASTRAGALUS MULTICEPS Wall. Royle (Walp. Rep. I. 706 n. 103). — Fischer l. c. p. 96.

(99). ASTRAGALUS INFESTUS Boiss. (Walp. Ann. II. 389 n. 98). — Fischer l. c. p. 96.

(100). ASTRAGALUS LASIOSEMIUS Boiss. (Walp. Ann. II. 390 n. 100). — Fischer l. c. p. 97. tab. II. fig. 100.

(101). ASTRAGALUS GENISTOIDES Boiss. (Walp. Ann. II. 390 n. 101). — Fischer l. c. p. 97.

(102). ASTRAGALUS LEUCACANTHUS Boiss. (Walp. Ann. II. 389. n. 95). — Fischer l. c. p. 98.

(103). ASTRAGALUS KENTRODES Buhse. — Fischer l. c. p. 99. — Descriptio speciei huj. pulchrae et valde singularis, *A. leucacantho* certe affinis et vere intermedia inter *Tragacanthas* et *Trigonos*, in flora itinerarii amiciss. peregrinatoris reperiunda. Caule densissime spinis 3 — $4\frac{1}{2}$ pollicarib. armatus, et foliola glauca ciliis brevissimis candidis ornata hanc plantam primo aspectu distinguunt. Major folior. numerus foliolo exiguo terminatus est, attamen a *Tragacanthis* amovere nimis periculosum mihi visum est.

Lectum pr. Chorsän Persiae septemtr.; Buhse.

9. *Laxiflori:* racemoso - spicati, parvibracteati.

a. *Horridi.*

(104). ASTRAGALUS FLAVESCENS Boiss. (Walp. Rep. II. 872 n. 59). — Fischer l. c. p. 99. tab. II. fig. 104.

(105). ASTRAGALUS HORRIDUS Boiss. (Walp. Rep. II. 873 n. 63). — Fischer l. c. p. 100. tab. II. fig. 105.

(106). ASTRAGALUS MACROSEMIUS Boiss. (Walp. Ann. II. 389 n. 96). — Fischer l. c. p. 101. tab. II. fig. 106.

(107). ASTRAGALUS SAHENDI Buhse. — Fischer l. c. p. 102. tab II. fig. 107. — Suffruticosus, erectus, ram. validis dense foliatis et erinaceis, initio levit. tomentosis, pennae cygneae crassiorib. Stip. ovato - lanc., acuminatae, uninerviae, ciliatae, albo-hyalinae. Spina rhacheos 8 — 10 jugae erectae, rectae, sulcatae initio hirsutulae, mox glabratae, flavescenti-albidae, videtur longior foliolis exacte lanc., acuminato-mucronatis,

pallide virentib., hirsutis, valde caducis. Racemi flor. 4 ad 6 brevit. pedicellator., subsessiles, conglomerati in axillis superiorib. folior. quib. parum sunt breviores. Bract. membranac., subrotundo - ovatae, longe acuminatae, interd. lacerae, pedicellis lineam longis duplo et triplo longiores, albae. Calyces ebracteolati cylindracei, nigro - pilosi dentes lanc - subulati tubo triplo breviores. Corollae vexillum calyce duplo longius, elong. - obovato - ellipticum, obtusum, subemarginatum. Alae liberae, laminis ungue aequilongis, carinam parum superantes, vexilli $^3/_4$ longitudinis partes attingunt. Stylus b. puberulus, saepius longior ovario lineari, adpresse et brevissime villosulo.

A. macrosemio affinis; distinctus foliolis et cor.; affinis quoq. *A Sirinico* Ten., qui differt f. et racemis longius pedunculatis.

In montib. altiorib. Sahend Persiae.

(108). ASTRAGALUS SIRINICUS Ten. (Walp. Rep. I. 705 n. 97). — Fischer l. c. p. 103. tab. II. fig. 108.

Tenore fl. Neap. pr. App 5 p. 23; Sylloge p. 369; Fl. Neap. t. 171. ic. 1. — *A. Genargenteus* Moris stirp. Sard. elench. 1. p. 11; Fl. Sardoa 1. p. 530. — *A. Massiliensis* Ph. Thomas pl. sicc. Cors.

Suffruticosus, subpedalis, ramosissimus etc. — Habit. in m. Sirini neap., in m. Genargento, et in Corsicae montib.

(109). ASTRAGALUS MASSILIENSIS Lam. (DC. Prodr. II. 298 n. 162). — Fischer l. c. p. 104. tab. II. fig. 109. — Suffruticosus, ramosissimus, diffusus etc.

(110). ASTRAGALUS ARISTATUS L'herit. stirp. 170. (DC. Prodr. II. 298 n. 163). — Fischer l. c. p. 105. tab. II. fig. 110. — Suffruticosus, pedalis et altior etc.

(111) ASTRAGALUS OLIGOPHYLLUS Schrenk. (Walp. Rep. V. 518 n. 4). — Fischer l. c. p. 107. tab. II. fig. 111. — Suffruticosus, ramosissimus, valde hystricinus etc.

(112). ASTRAGALUS HERMONEUS Boiss. (Walp. Ann. II. 389 n. 97). — Fischer l. c. p. 108. tab. II. fig. 112.

(113). ASTRAGALUS TYMPHRESTEUS Boiss. (Walp. Rep. II. 872 n. 58). — Fischer l. c. p. 109

(114). ASTRAGALUS ANGUSTIFOLIUS Lam. (DC. Prodr. II. 298 n. 165). — Fischer l. c. p. 110. tab. J. fig. 114.

A. Olympicus Lam. — *A. retusus* Willd. — *A. echinoides* L'herit. — *A. leucophyllus* Willd. — A. *pungens* Friwaldsz.

Suffruticosus, ramosissimus, dense aut remotius foliosus, erinaceus, ram. brevib. brevit. tomentosis. Stip. ovato - lanc., subulatae, 1 - nerviae, nervo valde prominulo, membranaceae, ciliatae, albidae. F. 6 — 9 juga, erecto - patula, vetusta saepe patentissima. Spina rhacheos rectae, strictae, e viridi mox flavescentis, dem. fuscae, nunc glabriusc., hinc inde subpilosae, nunc pil. adpressis albidae, brevior foliol. minutis lin - ellipticis aut elliptic., obtusiusc., saepe complicatis, pil. adpressis canescentib. Racemi brevit. aut brevissime pedunculati, adpresse villosi, 4 — 6 fl., long. foliorum. Fl. in racemis approximati, brevissime pedicellati, bract. linearib. pedicellos aequantib. aut eis longiorib. Cal. campanulato - tubulosus, bibracteolatus. bracteol. minutissimis lin., acutis, pilis nigris albisq. tectus, dentib. lin. Cor. calyce duplo longior, vexillo e cuneata b. elliptico, obtuso, subemarginato, alis liberis lamina unguib. sublongiore, lin., carinae lamina aequilonga. Styl. b. hirsutulus, duplo longior ovario hirsuto. Legum. trigonum aut cylindraceo - trigon., ovato - oblongum, adpresse hirsutum, calyce longius, brevit. mucronatum, superiore sutura prominula, inferiore profunde canaliculata, biloculare 6 — 8 ovulatum.

Species valde varians. — Vidi Specimina Europaea, Natolica, Tokatensia, Graeca, (*A. Olympicus*) Damascena et Cephalonica. — Caespites $^1/_2$ ped. F. $^1/_2$ — 2 poll. lg. Foliola $1^1/_2$ — 3‴ lg., $^1/_2$ — 1‴ l. Fl. 6 — 9‴ lg.; legum. 3 — 5‴ lg. ad 1 — $1^1/_2$‴ l.

(115). ASTRAGALUS CEPHALONICUS F. — Fischer l. c. p. 111. tab. J. fig. 115.

A. Siculus Cephalonicus Herb. union. itin. Schimper. — *A. aristatus* Sibth. Fl. Graeca.

Suffruticosus erectus (?) ramosissimus, gracilis, ramis pennae corvinae et columbinae crassitie, vetustiorib. denudatis, juniorib. hirsutis, in mod. *A. aristati* stipulis obvelatis, plerumque laxe foliatis et magis minusve erinaceis. Stip. petiolis longe adnatae lin - lanceol., membranac., scariosae, hirsutae, ciliatae. F. 6 — 7 juga patula et patentissima. Spina rhacheos gracilis, plerumque rectae, interd. subrecurvae, versus basin hirsutae, brevior foliol. lanc., aut elliptico - lanc., patulis acutis, adpresse et cano - hirsutis. Pedunc. brevissimi multifl. ex axillis superiorib., florib. et fructib. erectis; pedicelli brevissimi bractea eis multo longiore suffulti. Cal. campanulatus (ebracteolatus?), pilis (simplicib.) alb. hirsutissimis, membranac., dentib. filiformib. tubo sesquilongiorib. Corollae, calycem excedentis vexillum oblongo - ellipticum, obtusum. Alae liberae, lamina unguib. sesquibreviore. Ov. hirsutum, ovatum, mucronatum, 1 - loc., 6 - ovulatum.

Species singularis, in vivo et statu florente denuo examinanda, *A. aristato* (110) quodammodo affinis. — Hab. in m. Nero Cephaloniae, 3000'. Schimp. et Wiest.

(116). ASTRAGALUS PUNGENS Willd. — Fischer l. c. p. 112. tab. J. fig. 116.

A. bracteolatus (DC. Prodr. II. 298 n. 164).

Suffruticosus, ramosus etc. — Hab. in Natolia! vidi in herb. mus. Paris. et Berolin. et spec. in ditionib. Angorensi et Tokatensi lecta.

b. *Gymnolobi.*

(117). ASTRAGALUS GYMNOLOBUS F. — Fischer l. c. p. 113. tab. J. fig. 117. — E b. lignescente perennis, erectus, primo intuitu glaber, revera autem pil. sparsis, partim medio affixis, brevib. alb., hinc inde perraris tectus, caulib. pedalib. gracilibus flexuosis, fili emporetici crassitie, trigonis, parum ramosis. Stip. e b. valde callosa, lanc - lineares, subulatae, ciliatae, 1 - nerviae. F. 6 — 8 juga, patenti - erecta, longiuscule petiolata. Spina rhacheos rectae, b. biexcavatae, caule parum tenuioris, albidae, brevior foliolis elliptico - lanc., utrinq. acutat, remot., utrinq. pilis adpressissimis adspersis, viridibus. Pedunculi ex axillis superiorib., foliis fere triplo longiores, graciles, ap. in racemo plusquam pollicari fl. circ. 10 erecto - patulos, brevissime pedicellatos gerentes, bract. lanc - subulata ciliata suffultos. Cal. campanulato - cylindrac., tumidulus. 5 - nerv., bracteol. minutissimis ciliatis albidis bibracteolatus, adpressissime strigulosus, ap. quasi truncatus et dentib. subulatis, rectis, tubo duplo breviorib. coronatus. Cor. calyce plusquam duplo longior, vexillo recto ex attenuata b. oblongo - elliptico. Alae liberae, lamina unguibus $1\frac{1}{2}$ longiore. Carinae lamina b. vix auriculata. Ovar. glaberr., oblongum, stylo glabro plusquam duplo brevius.

Spec. valde singularis et habitu *A. virgati* gaudens. — In ditione Angorensi et Kadikios.

c. *Heterodoxi.*

(118). ASTRAGALUS DENDRIDIUM F. — Fischer l. c. p. 114. tab. J. fig. 118. — Suffruticosus erectus, ramosus, remote foliosus, ram. erectis, annotinis, tomentellis, anni prioris glabris, sulcatis, petiolis denudatis. Stip. exiguae, vix conspicuae, ovatae, obtusiusc. dense strigulosae. F. 8 — 10 - juga, juniora erecta, veteriora patula. Spina valida rhacheos strictae, rectae, virescentis, strigulosae brevissima, attamen longior foliolis ap. versus valde decrescentib., obovato - orbiculatis, obtusis submucronulatis, utraq. facie strigulosis, subcanesc. Pedunc. breves, foliis breviores ex axillis ramor hornotinor., erecti, tomentelli, 2 — 6 fl., fl. erectis, brevissime pedicellatis, bract ovata, nigro - pilosa, pedicello parum longiore, suffultis. Cal. bracteolis minutissimis

bracteolatus, cylindrac., pil. albis nigrisq. vestitus, dentib. lanc. obtusiusc. tubo 4 plo breviorib. Cor. calyce duplo longior, vexillo elong-elliptico, recto, obtuso, alis liberis, laminis alar. et carinae unguib. $1\frac{1}{2}$ breviorib. Styl. ovario oblongo-lineari villosiusc. triplo longior.

Specim. 2—6", fol. $1\frac{1}{2}$ pollic. Foliola $\frac{1}{2}$—1''' lg., 1''' l. Flor. (calyce 3''' longo) 6 ad 7''' longi. — Haec spec. aspectum valde singular. ab omnib. Tragacanthis longe recedentem praebet, ramis suis ab omnib. spinis petiolarib. deorsum orbatis.

E monte Sufl pr. Isfahan (Kapherr), in monte Korud pr. Isfahan.

(119). ASTRAGALUS MUCRONIFOLIUS Boiss. (Walp. Rep. II. 873 n. 66). — Fischer l. c. p. 115. tab. J. fig. 119.

(120). ASTRAGALUS FISCHERI Buhse. — Fischer l. c. p. 116. tab. J. fig. 120. — Primo aspectu omnino refert *A. mucronifolium*, differre autem videtur spinis robustiorib., calyce parum longiore, vexilli lamina magis resupinata, praesertim vero legum. ovato-oblongo, subtereti, ad ap. attenuato et stylo evidenter apiculato, hirsutie adpressa alba, recta vestito. Reliqua reperies in descr. clariss. autoris.

Lect. cl. Buhse . . . . . . 1413.

(121). ASTRAGALUS CURVIFLORUS Boiss. (Walp. Rep. II. 873 n. 65). — Fischer l. c. p. 117. tab. J. fig. 121.

(122). ASTRAGALUS ERYTHROLEPIS Boiss. (Walp. Rep. II. 872 n. 61). — Fischer l. c. p. 118.

(123). ASTRAGALUS LYCIOIDES Boiss. (Walp. Rep. II. 872. n. 62). — Fischer l. c. p. 118.

(124). ASTRAGALUS LEPTACANTHUS Buhse. — Fischer l. c. p. 119. tab. J. fig. 124. — Invitus, me suadente, cl. auctor hanc suam plantam ab *A. licioidi* Boiss., nobis non viso, seperavit, ad quem certe proxime accedere videtur, a quo vero, ipso peritissimo cl. Reuter annuente, diff. primo intuitu spin. tenuorib. flavesc - albidis, pedunc. longiorib. et magis multifloris. Reliqua videbis in itinerario cl. Buhse.

Hab. in montib. inter Isfahan et Kasshan pr. pagum Ssó - u.

(125). ASTRAGALUS SUSIANUS Boiss. (Walp. Rep. II. 872 n. 60). — Fischer l. c. 119. tab. J. fig. 125.

(126). ASTRAGALUS ARGYROSTACHYS Boiss. (Walp. Ann. I. 239 n. 22). — Fischer l. c. p. 121. tab. J. fig. 126.

(127). ASTRAGALUS BODEANUS Fischer. — Fischer l. c. p. 122 tab. J. fig. 127. — Suffruticosus, humilis, diffusus, parum et brevissime ramosus, f. ad ap. ramor. tomento tenui tector., congestis, petiolis vetustis parce remanentib. Stip. lato - ovatae acutae, hyalino - scariosae, 1 - nerviae et venoso - reticulatae, tenui et candido tomento vestitae. F. 8—12 juga, erecta, longe petiolata, petiolo inferne obtuse trigono, tota molliter pubescentia. Spina rhacheos laxae, patentim pubescentis, albidae, aequilonga aut brevior foliolis ellipticis, acutis aut obtusis, innocuo - mucronulatis, patulis praesert. subt. venoso - reticulatis, sursum sens. decrescentib. Ex axill. superiorib. surgit unus alterq. pedunc. foliis longior patulo - villosus, terminatus racemo capituli- aut spiciformi, multifloro, denso, abbreviato. Fl. brevissime pedicellati, patentissimi, minuti stipula lanceolato - lin. acuta, patentim villosa, pedicello breviore. Calycis supra b. bracteolis 2 minutis, ramentaceis stipati tubus cylindrac - ovatus, dem. inflatus, reticulatus, dense et patentim mollit. villosus, dentib. coronatus ovato-subulatis, tubo 4 - plo breviorib. Cor. calyce $\frac{1}{3}$ longior, vexilli lamina obovato-orbiculari, leviter recurvata, ungue lineari parum longiore. Alae et carina liberae, laminis ungue fere triplo breviorib. Styl. b. villosulus ovario oblongo adpresse villoso triplo longior. — Planta speciosa.

Legit cl. Bode in montib. Bakhtyaricis et prope Isfahan et Kegos.

10. *Vestiti:* dense spicati, grandibracteati, cor. pilosa, calyce inflato.

(128). ASTRAGALUS VESTITUS Boiss. (Walp. Ann. II. 390 n. 103). — Fischer l. c. p. 123. tab. J. fig. 128.

11. *Laguri:* dense spicati, grandibracteati, cor. glabra, calyce inflato.

(129). ASTRAGALUS BUNOPHILUS Boiss. (Walp. Ann. II. 391 n. 105). — Fischer l. c. p. 124. tab. J. fig. 129.

(130). ASTRAGALUS BULLA F. — Fischer l. c. p. 125. tab. J. fig. 130. — Rhizomate suffruticuloso, caespitoso-ramosus, remote foliosus, ram. brevib. albo-tomentosis, vetustiorib. subdenudatis, pennae corvinae crassitie. Stip. breves, lato-ovatae, subulatae, valde nervosae et b. callosae, c. petiolor. b. lutesc. F. erecto-patula, 4 — 6 juga. Spina fuscescens rhacheos rigidae, hirsutulae pallide-virentis aequalis foliolis ellipticis aut obovato-ellipticis obtusis, tomentoso-hirsutis et canis, complicatis aut saltem concavis, patulis. Pedunc. tenuis, deflexus, ex una axillar. superior., tomentoso-hirsutus, terminatus spica subcapitata avellanae magnitudine, compacta, circ. 10-flora, florib. sessilib. arcte congestis, bract. floralib. oblongis, calyce multo minorib., hirsutis. Cal. inflatus subglob., pisi majoris magnitud., ap. purpurascens, adpresse et parce hirsutus pilis albis, nervoso-reticulatus, dentib. lanc., subulatis, tubo 4plo brevioribus. Corollae calycem aequantis vexillum lamina resupinata, orbiculari, emarginata, ungue lin. fere duplo breviore. Alae liberae, laminis ungue fere duplo longiorib. Styl. b. hirsutulus in ap. leguminis minuti, ovati, compressi, adpresse hirsutuli, 1-locularis, calyce 3plo breviori. — Planta denuo adhuc observanda, affinis *A. campylantho.*

Lect. semel ad Dshehân rûm Persiae septemtr. B. Bode.

(131). ASTRAGALUS CAMPYLANTHUS Boiss. (Walp. Ann. I. 239 n. 24). — Fischer l. c. p. 126. tab. J. fig. 131.

(132). ASTRAGALUS LAGOPOIDES Lam. (DC. Prodr. II. 298 n. 168). — Fischer l. c. p. 127. tab. K. fig. 132.

Tragacantha or. vesicaria, fl. purp. in capitulum, pedunculo donatum, congestis. Tournef. Cor. p. 30. — *Tragacantha Armenia*, fl. purp. in capit. congestis, longo pedunculo insidentib. Herb. Tournef. in mus. Parisino.

Armenia; Aderbeidshan ad lac. Goktscha Armeniae; ad pagum Digon Iberiae.

Suffruticosus, ramosus, diffusus etc.

(133). ASTRAGALUS LAGURUS Willd. (DC. Prodr. II. 299 n. 169). — Fischer l. c. p. 129. tab. K. fig. 133.

Tragacantha Armenia florib. luteis in capitulum congestis longo pedunculo donatum; herb. Tournef. in mus. Parisino.

Suffruticosus, caespitosus, humilis etc.

Habit. in Armenia; in Persia; in prov. Atropatanica (Aderbeidshan); in valle Khoshadara etc.

(134). ASTRAGALUS PERSICUS F. et M. Hohen. enum. pl. Talysch. p. 109. — Fischer l. c. p. 130. tab. K. fig. 134.

A. lagopoides β. *persicus* (DC. Prodr. II. 299 n. 168). — C. A. Meyer enum. pl. Cauc. casp. n. 1267.

Suffruticosus, dense ramosus et erinac., ram. pennae anserinae crassitie, erectis tomentosis. Stip. in hoc et in omnib. specieb. affinib. petiolis longe adnatae, lin-lanc. longe acutatae, multinerviae, glabrae, ciliatae. F. 5 — 7-juga, erecto-patula, dem. patentissima et incurva. Spina flavida rhacheos pl. minusve robustae, adpresse hir-

sutae, pallide virentis, dem. fuscae, brevior foliolis lanc-ellipticis, utrinq. acutatis, spinula pungente terminatis, adpresse sericeis. Pedunc. solitarii ex una alteraq. axilla superiore foliis nunc breviores, nunc parum longiores, tomentoso-hirsuti, terminati spica crassa, compacta plumosa nunc breviore, nunc eis longiore ovata aut ovato-cylindracea. Fl. erecti, arcte imbricati, sessiles, suffulti bractea lato-ovata, longe acuminata, breviore florib., dorso adpresse-hirsuta, valde ciliata, membranaceo-chartacea, albida, nervosa, decidua. Calyc. tubus ovatus, ventricosus tenuiter membranac., reticulatus, longe villosus, ap. plerumq. purpurascens, dentib. lin-lanc. setac., plumosis tubo aequilongis. Cor. rectae, luteae aut purpurascentis parum in purpureis, interd. duplo longioris in luteis, vexillum ovato-ellipticum obtusiusc., lamina levissime panduriformi et obtusangula sens. angustata in unguem lamina breviorem. Alae liberae, lamina unguib. parum breviore. Styl. glaber, ovar. oblongo villoso duplo longior. Legum. ovatum, villosum, stylo mucronatum, 1-loculare, abortu 1-spermum. — Variat praecipue proportione partium floralium.

Lectum inter Karmanschah et Hamadan, in montib. Talysch., ad mare Caspium etc.

(135). ASTRAGALUS TABRIZIANUS Buhse. — Fischer l. c. p. 132. tab. K. fig. 135. — Suffruticosus, erectus, robustus, ½ ped., ram. erectis, villosis, dense foliosis, nec adeo hystricinis, spinis petiolarib. nunc molliorib., pennae cygneae crassitie. Stip. lanc. longe acutatae, 1-nerviae, mox glabresc., ciliatae, flavido-fuscae. Spina fuscescens rhacheos 4—6 jugae erecto-patulae, robustae, strictae, cano-tomentosae, brevior foliolis elliptico-lanc. aut ellipticis, mucrone pungente acuminatis, adpresse et candide tomentosis aut incanis, adpresse tomentoso-hirsutis, dein viresc., densis, erecto-patulis. Ex axillis superiorib. ramor. aut ramulor. emergunt pedunculi solitar. foliis aequilongi, breves aut parum longiores, validi, crassi, tomentosi, terminati spica erecta ovata aut cylindraceo-ovata, densissima, compacta, plumosiss., speciosa. Fl. erecti. inter villos longissimos fere absconditi, bract. ovatis suffulti, abrupte acuminatis, acumine longo mucronatis, dorso villosis, ciliatis, chartaceo-membranac. multinerviis, albidis, caducis, flore breviorib. Calyc. villosissimi tubus cylindracovatus, mox ventricosus, tenue membranac., reticulatus, albidus, dentib. setacsubulatis, plumosissimis, tubo aequilongis. Corollae calycem aequantis, roseae, vexillum rectum, lamina ovata, acuta, parum medio angustata, b. acutangula, sens. in unguem aequilong. attenuata. Alae lib., laminis ungue duplo breviorib. Styl. ad med. usq. villosus, duplo longior ovario oblongo villosissimo.

In promontoriis jugi Sahend, Buhse; ad Dshehan nameh, Bode.

(136). ASTRAGALUS KAPHERRIANUS F. — Fischer l. c. p. 133. tab. K. fig. 136. — Suffruticosus, humilis, ramosus, dense foliosus, erinac., ram. brevib., villosus, pennae cygneae crassitie. Stip. lin.-lanc., longe acutatae, glabrae, ciliatae 1-nerviae, flavescentes. F. 6—9 juga, erecto-patula dem. patentissima et incurva. Spina rhacheos rigidae adpressissime hirsutae, dem. glabratae et flavo-fuscescentis brevior foliolis lin.-ellipticis, utrinq. attenuatis, spinula pungente mucronatis, adpresse seric. et incanis, pectinato-patentib. Pedunculi ex axillis superiorib. solitarii, erecti aut declinati, foliis breviores, supra quae emergunt spic. ovatae, crassae, compactae, plumosae. Fl. erecti dense imbricati, suffulti bract. lato-ovatis, acuminatis, chartac., ad nervum med. villosis, caeterum glabris, ciliatis, multinerviis, flore breviorib. Calyc. valde villosi tubus ovatus, ventricosus, membranac., 5-costatus et reticulatus, ap. subcoloratus, dentib. subulatis, plumosis tubo subduplo breviorib. Cor. calyce ⅓ longior, purpurea, recta. Vexilli lamina ovata, vix medio contracta, b. acutangula, sens. in unguem aequilongum attenuata. Alae liberae, lamina unguib. subduplo breviore. Styl. b. villosus, duplo longior ovario oblgo villoso. —

Habitu accedit ad *A. lagopoidem*, sed folior. florumq. structura prohibet junctionem. Fortasse ab *A. Persico* non diversus. — Hab. in prov. Ghilanensi, loco speciali non indicato. —

(137). ASTRAGALUS MESOPOTAMICUS Boiss. (Walp. Rep. II. p. 873 n. 67). — Fischer l. c. p. 134.

(138). ASTRAGALUS BRACHYPODIUS Boiss. (Walp. Rep. II. 874 n. 69). — Fischer l. c. p. 135.

(139). ASTRAGALUS HYMENOSTEGIS F. et M. — Fischer l. c. p. 135 tab. K. fig. 139. — Suffruticosus, humilis, caespitosus, ramosus, dense foliosus, ram. brevib., hystricinis, pennae cygneae crassiorib. Stip. petiolo longe adnatae, lin.-lanc., lge. acutatae, tenuit. multinerviae, ap. subhyalinae, glabrae, ciliatae, lutescentes. F. 7-juga, erecto-patula, dem. patentissima, pl. minusve incurva. Spina brevissima et flavescens rhacheos, ad b. inter stipulas nervis valde protuberantib. notatae, laxioris, adpresse sericeae et pallide virentis, dem. fuscae, multo brevior foliolis lanc.-ellipticis, utrinq. attenuatis, acutis, spinula brevi mucronatis, adpresse sericeis, splendentib. Ex una alterave axilla folior. summor. prodit pedunc. valid., erect., strictus, cylindrac., pennae corvinae crassitie, f. aequans aut eis longior, dense et cano-lanatus, ornatus spica speciosa, compacta, cylindracea, plumosissima. Fl. erecti, dense imbricati, suffulti bract. ovato-et obovato-orbicularib., abrupte subulato-acuminatis, dorso villosis, pulchre ciliatis, multinerviis, subhyalinis, fl. subaequilongis. Cal. ovato-cylindrac., levit. ventricosus, villis longis pulchre vestitus. Tubus nervoso-reticulatus, subhyalinus, dentib. lanc.-subulatis, parum aut 1½ longior. Cor. ochroleuca, calycis longitud. Vexill. anguste ellipticum, lamina b. obtuse angulata. Pet. omnia libera fere aequalia; alar. et carinae lamina unguib. duplo brevior. Styl. b. villosus duplo longior ovario oblongo-villoso.

Pulcherr. planta, habitu *A. Laguri* — In apricis lapidosis ad pagum Seidkhodzi.

(140). ASTRAGALUS HYMENOCYSTIS F. et M. — Fischer l. c. p. 136 tab. K. fig. 140. — Suffruticosus, humilis. plerumq. procumbens, ramosus, ram. inter. f. glabris, dense vestitis foliis et induviis pedunculor. vetustor., erinaceis, crassitie pennae cygneae. Stip. ovato-lanc., acutae, chartac., glabrae, ciliatae, uninerviae, lutesc. Spina rhacheos 5—7jugae, patulae, tenuis, dem. patentissimae et incurvae, patentim-villosae, pallide virentis brevior foliolis parvis, ellipticis, utrinq. acutis, mucrone brevissimo pungente terminatis, rufidulo-villosis. Pedunc. solitarii ex axillis superiorib. crassiusculi, erecti aut adscendentes, patentim villosi, saepe purpurasc., foliis aequales aut vix breviores, terminati spica ovata, densa, crassa. Bract. lato-ovatae, abrupte subulato-acuminatae, teneres, hyalinae, glabrae, ciliatae, reticulato-nervosae deciduae, florib. fere dimidio breviores. Fl. erecti, dense imbricati. Calyc. longe villosi tubus ovato-ventricosus, tenuis subhyalinus, reticulatus, dentib. lanc.-subulatis, rectis, tubo subaequilongis. Cor. videtur ex sicco sulphurea, calyci aequilonga aut parum longior, vexilli lamina ovato-elliptica b. angulata, in unguem angustum sens. attenuata. Alae liberae, laminis ungue duplo breviorib. Legum. ovatum mucronatum, villosum, 10-ovulatum 1-spermum. — Caules 2-4″. F. 1—1½″; foliola 2—3‴ lg., 1‴ l. Spicae 1—1½ pollic. lg. fere pollic. crassae. Fl. 6—7‴ longi. — In apricis montium ad limites Turciae, districtus Khoï, prov. Atrapanicae.

(141). ASTRAGALUS CHRYSOSTACHYS Boiss. (Walp. Rep. II. p. 873 n. 61). — Fischer l. c. p. 137 tab. K. fig. 141.

(142). ASTRAGALUS RECOGNITUS F.— Fischer l. c. p. 139 tab. K. fig. 142. — Suffruticosus, humilis (caespitosus?) ad ap. ramor. brevit. et dense foliosus. Stip. lanc. longe acutatae, multinerviae, glabresc., ciliatae. Spina flavescens rhacheos 5—6jugae, validae, strictae, rigidae, albo-tomentosae et brevissime hirsutulae brevissima, brevior foliol. ellipticis utrinq. acutis, spinula pungente terminatis, planis patulis, tomento adpresso cano-sericeis et splendentib. Pedunc. firmus e summar. axillar. una solitarius, crassus, rectus, cano-tomentosus, folior. circ. longitudine, spica crassa, compacta, cylindracea terminatus. Fl. erecti, bract. ovato-lanc., breviter subulato-acutis, chartac., scariosis, multinerviis, glabratis, ciliatis persistentibus suffulti, calyce parum, flore duplo breviorib. Calycis villis longis patulis hirsuti tubus ovato-ventri-

cosus, 5-costatus et reticulatus, firma et membranacea compage, dentib. lanc.-subulatis, plumosis, tubo $1\frac{1}{2}$ breviorib. Cor. recta, vexilli lamina e cuneato ungue elliptica, obtusa, b. obsolete obtusangula. Alae liberae vexillo breviores, unguib. lamina parum longiorib., carina alis breviore. Legum. immaturum calyce inclusum, oblongo-ovatum, villosissimum, 10—12ovulatum, stylo b. villosulo duplo brevius. —

Specim. lect. in ditione Rescht. — Calyx 6—7‴, cor. 10‴ lg. —

(143). ASTRAGALUS SCIUREUS Boiss. (Walp. ann. II. 391 n. 104). — Fischer l. c. p. 140 tab. K. fig. 143.

(144). ASTRAGALUS GLUMACEUS Boiss. (Walp. Rep. II. 874 n. 70). — Fischer l. c. p. 141.

12. *Cephalanthi:* capitato-spicati, calycib. inflatis.

(145). ASTRAGALUS CEPHALANTHUS DC. (DC. Prodr. II. n. 171 p. 299). — Fischer l. c. p. 142 tab. K. fig. 145. — Suffruticosus, humilis, dense et intricate caespitosus etc.

Hab. in Persia, Kapherr, Bode, Kotschy, Buhse.

Species singulariter ludere videtur.

(146). ASTRAGALUS SCHIRASICUS F. — Fischer l. c. p. 144 tab. K. fig. 146. — Omnia fere *A. cephalanthi*, et differt. praecipue spicis subgloboso-ovatis, a semuncia ad pollicis longitudinem extensis. Planta videtur elatior, minus intricate crescens quam *A. cephalanthus*. Bract. parum majores. Pedunc. 4—6pollic. lg. — Planta in loco natali denuo observanda et tunc ab autoptis intelligendum, damnandam esse speciem an asservandam.

(147). ASTRAGALUS TRICHOLOBUS DC. (DC. Prodr. II. 299 n. 172). — Fischer l. c. p. 144 tab. K. fig. 147. — Suffruticosus, caespitosus, humilis, ramosus, erinac. etc. — F. $1\frac{1}{2}$ unc.; foliola 3—4‴ lg., $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$‴ l. Cal. 8‴ lg. et ultra, cor. 6‴ tantum lg.

(148). ASTRAGALUS HOHENACKERI Boiss. (Walp. Rep. II. 874 n. 71). — Fischer l. c. p. 145 tab. K. fig. 148. — Lectum inter Kermanschah et Amadan, Oliv. in herb. mus. Parisini.

(149). ASTRAGALUS EBENOIDES Boiss. (Walp. Rep. II. 874 n. 72). — Fischer l. c. p. 146.

14. *Physanthi:* racemoso-spicati, calycib. inflatis.

a. *Coluteoidei.*

(150). ASTRAGALUS PTYCHOPHYLLUS Boiss. (Walp. ann. I. 239 n. 23). — Fischer l. c. p. 147 tab. L. fig. 150.

(151). ASTRAGALUS REUTERIANUS Boiss. (Walp. Rep. II. 874 n. 73) — Fischer l. c. p. 148 tab. L. fig. 151.

(152). ASTRAGALUS PORPHYROBAPHIS F. — Fischer l. c. p. 149 tab. L. fig. 152. — Suffruticosus, ramosus, diffusus, dense foliosus et hystricinus ram. adpresse sericeis, crassitie pennae anserinae. Stip. concretae, ligula brevissima triangulari-ovata, acuminata 1-nervia, glabrae vix ciliatae, membranaceae, eleganter venoso-reticulatae. F. 5 juga, patula, dein, patentissima. Spina flavescens rhacheos validae, strictae, canohirsutae, virescentis, dein fuscescentis et vers. bas brunneae, laevis (non costatae) et glabratae, sublongior foliolis oblongo-ellipticis, utrinq. acutatis, brevissime mucrone apiculatis, saepe complicatis adpresse cano-tomentosis et saepe argyreis,

venosis, remotiusculis et patulis. Ex axillis superiorib. prodeunt pedunc. graciles, laxi, saepe declinati, cano-tomentelli, foliis parum breviores, onusti spica racemiformi ovata, laxiusc., multiflora. Fl. patuli, suffulti pedicello brevissimo et bractea ovata, acuminata mucronata, tomentella, rubella, calyce quadruplo et amplius breviore, caducissima. Cal. pilis albis adpressis villosus, membranac., reticulatus, rubellus, tubo initio cylindraceo, dein, turgesc. fructu ovato, inflato-ventricoso, dentib. ex ovata b. setaceis, tubo duplo breviorib. Cor. purpurea, calycem vix superans. Vexilli lamina suborbicularis, obtusa, emarginata, resupinata, eleganter striata, in unguem latiusc. angustata. Alae lib. Styl. b. villosulus 4plo longior ovario adpresse villoso 6-ovulato. Legum. (immaturum) calyce duplo brevius, quadrato-orbiculare, hinc stylo mucronatum, adpresse villosiusc., compressum, 1-loculare, abortu sub 1-spermum.

In montib. Bakhtiaricis et pr. Isfahan et Kegos.

(153). ASTRAGALUS CALLISTACHYS Buhse. — Fischer l. c. p. 150 tab. L. fig. 153. — Suffruticosus erectus, ramosus, dense foliosus et hystricinus, ram. adpresse sericeo-hirsutis, crassitie pennae anserinae. Stip. concretae, juveniles adpresse villosae, et ciliatae, parte libera (ligula) ovata, acuta aut acuminata, dein glabra, 1-nervia, hyalino-membranacea. F. 4—5 juga, erecto-patula, dem. patentissima. Spina flavescens rhacheos firmae, rigidae, hirsutulae, virescentis, a tergo foliaceo-decurrentis, b. laeviusculae flavescentis et dem. brunneae, brevior aut parum longior foliolis oblongo-ellipticis, utrinq. acutatis, mucronulatis, complicatis, cano- villosis et pl. minusve sericeis. Pedunc. e complurib. axillis superiorib. solitarii, brevissimi, hirsutuli, c. spica foliis breviores. Spicae fere subsessiles patulae ovatae, densae, avellanae majoris magnitud. Fl. patuli, imi reflexi, suffulti bract. minutissimis, ovatis acutis tomentellis, ciliatis, 1-nerviis, scarioso-membranaceis fugacissimis. Calycis tomentelli tubus cylindraceus, rubellus, maturante fructu ventricosus et ovato-cylindraceus, membranac., dentib. ovatis subulatis, tubo triplo breviorib. Cor. purpurea, calycem ¼ longitud. excedens, vexillo ex ungue latiusculo abiente in laminam obovato-orbicularem, ungue breviorem, levit. emarginatam, pulchre striatam, resupinatam. Alae liberae, laminis ungue duplo breviorib. Styl. inferne villosulus, ovario adpresse villoso, oblongo, 4plo longior.

Lect. pr. Isfahan solertia Patris Joannidis, Armeni, optime meriti de Fl. Isfahanensi, et comm. Am. G. Kapherr.

(154). ASTRAGALUS MURINUS Boiss. (Walp. Rep. II. 874 n. 75). — Fischer l. c. p. 152. tab. L. fig. 154.

(155). ASTRAGALUS REMOTIFLORUS Boiss. (Walp. l. c, n. 76). — Fischer l. c. p. 153.

(156). ASTRAGALUS TORTUOSUS DC. (DC. Prodr. II. 299 n. 174). — Fischer l. c. p. 153 tab. L. fig. 156.

(157). ASTRAGALUS IODOTROPIS Boiss. (Walp. Ann. II. 391 n. 106). — Fischer l. c. p. 154.

(158). ASTRAGALUS MICROPHYSA Boiss. (Walp. Rep. II. 874 n. 74). — Fischer l. c. p. 155 tab. L. fig. 158.

(159). ASTRAGALUS COLUTEOIDES Willd. (DC. Prodr. II. 299 n. 175). — Fischer l. c. p. 156. tab. L. fig. 159.

A. Damascenus DC. (status florifer *A. coluteoidis*, teste cl. Boissier).

b. *Cystanthi.*

(160). ASTRAGALUS SUBMITIS Boiss. et Hoh. (Walp. Ann. II. 391 n. 307). — Fischer l. c. p. 157 tab. L. fig. 160.

(161). ASTRAGALUS DISTANS F. — Fischer l. c. p. 159 tab. L. fig. 161. — Suffrutescens brevissime caulescens, ad ap. caulium brevit. foliiferus, caule inter f. candido-lanatus.

Stip. vix concretae, e lata b. ovato-lanceolatae, acuminatae, chartac., adpresse villosae, ciliatae, valde nervoso-reticulatae, albido-flavesc. F. 15—20juga, erecta elong. brevit. petiolata. Spina tenuis rhacheos strictae, tenuis, adpressissime et quasi farinoso-pubesc. et canescentis, longior foliol. remotis, patulis sursum valde diminutis, subcomplicatis, orbiculari-obovatis, obtusissimis, sericeo- et adpressissime hirsutulis, crassiusculis, glaucescentib. Pedunc. longissimus, erectus, puberulus, terminatus spica laxa, longissima. Fl. remoti, erecto patuli, in fructu patentissimi, suffulti bract. orbiculari, obtusa seric., patentissima, persistente, alba, calyce 6plo breviore. Cal. 2bracteolatus, bracteolis minutis elliptic., nigro- et albo-pilosis, 1-nerviis, adpressis. Tub. calycis pilis nigris albisq. hirsutuli turgido-cylindraceus, membranac., nervoso-reticulatus, dentib. ovatis, acutis, tubo 6—8plo breviorib. Cor. rubra calyce subduplo longior, vexillo et ungue cuneato sens. in lamin. amplam obovatam dilatato, emarginatam, levit. resupinatam. Alae lib., ungue lamina $1^1/_2$ longiore. Ovar. lin.-oblongum. pil. nigris adpresse hispidulum. Cal. peracta anthesi subgloboso-ovatus, ventricosus.

Valde affinis *A. submiti*. distinctus stipulis, bracteis, foliis. — In monte Kochrud pr. Kaschan, Bode, Kapherr.

(162). ASTRAGALUS SZOVITSII F. et M. — Fischer l. c. p. 160 tab. L. fig. 162. — Suffrutesc., subacaulis, caespitans, cauliculis brevissimis, crassitie pennae anserinae, ap. brevit. foliiferis, inter foliorum bases longe villosis. Stip. accretae potius quam concretae, chartac., lanc., acuminatae, ciliatae, nervoso-reticulatae, ad b. villosae. F. 15—25juga, brevit. petiolata, elong., rigida, incurva. Spina subflavescens rhacheos gracilis adpresse et sericeo-pubescentis pallide glauco-viresc., aequalis aut paulo longior foliolis vers. ap. decrescentib., saep. alternis, minutis, remotis, complicatis, et complicatione subfalcatis, nunc patulis, nunc torsione erectis et rhachi accumbentib., si evolventur suborbicularib., obtusis, adpresse sericeo-hirsutis, interd. mucronulo brevissimo innocuo terminatis. Pedunc. solitar., saepissime declinati adpresse puberuli, spica ovata aut cylindrac-ovata, compacta onusti. — Fl. mutua pressione dense imbricati, patuli, bractea calyce multo breviore suffulti. Bracteolae 2 minutissimae, calyc. b. accretae, deciduae. Cal. parcius villosus subglob., tenerrime membranaceus et fere hyalinus, ap. vers. saep. purpurascens, pulcherrime nervosus et venoso-reticulatus, dentib. erectis, ovatis, acuminato-subulatis tubo 4plo breviorib. Corollae parum ultra dentes calycis exsertae vexillum ex ungue angusto, lin.-cuneato expanditur in laminam ungue aequilongam, ovatam obtusam subemarginatam, panduriformem, obtuse hastulato-auriculatam. Alae liberae, laminis latiusculis, ungue duplo breviorib. Ovar. ovatum, adpresse puberul., stylo ad b. flexo triplo brevius. Legum. obovatum, compresso-subglobosum, 1-loculare, ... ovulatum, 1-spermum.

Spec. pulcherrima dicta in memoriam et honorem indefessi peregrinatoris Szovits, martyris scientiae. Tragacanthos Laguros et Coluteoideos c. *A. Halicacabis* conjungit. — In collib. lapidosis siccissimis secus fl. Nakitschivantschai.

15. *Tumidi*: sub-uniflori (aut paucifl.) infloresc. in ramulis secundariis, calycib. inflatis.

(163). ASTRAGALUS FORSKAHLEI Boiss. (Walp. Ann. II. 392 n. 109). — Fischer l. c. 161. tab. L. fig. 163 (errore 165 design.)

(164). ASTRAGALUS CLUSII Boiss. (Walp. Ann. II. 391. n. 108). — Fischer l. c. p. 163.

(165). ASTRAGALUS ARMATUS Willd. (*A. tumidus* β. *armatus* DC. Prodr. II. 299 n. 173). — Fischer l. c. p. 164 tab. L. fig. 165 (errore 164 design.).

(166). ASTRAGALUS RUSSELII Boiss. (Walp. Ann. II. 392 n. 110). — Fischer l. c. p. 164 tab. L. fig. 166.

(167). ASTRAGALUS BRUGUIERI Boiss. (Walp. Ann. II. 392 n. 111). — Fischer l. c. p. 165 tab. L. fig. 167.

(168). ASTRAGALUS FASCICULIFOLIUS Boiss. (Walp. Rep. II. 875 n. 77). — Fischer l. c. p. 166 tab. M. fig. 168.

(169). ASTRAGALUS SCORPIUS Boiss. (Walp. Ann. II. 392 n. 112). — Fischer l. c. p. 167 tab. L. fig. 169.

(170). ASTRAGALUS GLAUCACANTHOS F. — Fischer l. c. p. 168. tab. M. fig. 170. — Fruticosus, ramosus, ramis juniorib. brevit. et adpresse tomentosis, teretib., subflexuosis, pennae corvinae crassitie, remote foliosis et spinis vetustis, in costas 3 obsoletas decurrentib., armatis. Stip. minutae, lanc., tomento totae absconditae. F. longiuscule petiolata, erecto-patula, 3—4 juga. Spina fusca rhacheos gracilis, rectae, adpresse cinereo-tomentellae aequilonga foliolis summis. Foliola remota, patentissima, orbic-elliptica et elliptico-obovata, obtusa, obsolete apiculata, cinereo- et brevissime tomentosa. F. ramulor. secundarior. axillarium, patula recta, foliis ramor. annotinor. conformia sed omnib. partib. minora, approximata, spinaq. brevissima, foliolis breviore terminata. Fl. prodeunt ex hisce axillis nunc subsolitarii brevissime pedunculati, plerumq. vero in spicis abbreviatis, 3—4 fl., vix 2 lin. longis, cinereo-tomentosis. Fl. patuli, in spicis subsessiles, pedicellis supra med. articulatis, bract. minutissima tomentosa praeditis; cal. minutissime 2 bracteolatus, cinereo-tomentosus, tubo primum cylindraceo, dein elliptico-inflato, dentib. ovatis subulatis, longius villoso-tomentosis, tubo 4plo breviorib. Cor. calyce $^1/_4$ longior, vexilli lamina ex ungue duplo longiore lineari, ovato-orbiculari. Alae liberae, laminis ungue triplo breviorib. Ovar. stipitat., oblongo-lineare, dense et adpresse tomentellum, stylo, ultra med. hirsutulo duplo brevius.

Habitu suo peculiari quasi intermed. inter Tumidos et Caraganoideos. — In Persia septemtr.

(171). ASTRAGALUS ANISACANTHUS Boiss. (Walp. Ann. II. 392 n. 113). — Fischer l. c. p. 169.

(172). ASTRAGALUS JUBATUS Boiss. (Walp. Ann. II. 392 n. 114). — Fischer l. c. p. 170.

Tragacanthae sectionis incertae.

(173). ASTRAGALUS DOMBEYI F. — Fischer l. c. p. 170. tab. M. fig. 173. — Suffruticulosus, ut videtur diffusus, ram. glabris imbricato-foliosis. Tota planta hirsutie brevi adpressa. Stip. ovato-lanc., longe acutatae, ciliatae. F. erecto-patula, 8 juga. Spina rhacheos fere filiformis angulatae, dem. glabratae, tenuissimae, flavescentis longitudine foliolor. oblongo-lanceolator., mucrone innocuo terminatorum patentissimorum. Infloresc. obscura. Ex una axillar. inferior. exsurgit pedunculus foliis duplo brevior, bract. ovato-lanceolatis onustus, patens, ap. gerens legumen brevit. pedicellatum, stylo persistente mucronatum. Calycis hirsuti vestigia adsunt; dentes lin-setacei, tubo urceolato-campanulato aequilongi. Legumen staminib. diadelphis brevius, semibiloculare, pluriovulatum.

Ab omnib. specieb. cognitis longe recedit. — In altis frigidis Peruviae ad Huassa-Huassi. Vidi in herbario mus. Parisini Dombeyano, c. *A. unifloro* DC. commixtum!

(174). ASTRAGALUS BELLANGERIANUS F. — Fischer l. c. p. 171. tab. M. fig. 174. — Suffruticosus, pedalis et altior, ramosissimus, ramis brevib. a b. callosa petiolor. tricostato-decurrente angulosis, hirsutis mox glabrescentib. et brunneis, dense foliosis et erinaceis. F. erecto-patula, conferta, 7—9 juga. Spina rhacheos rectae, tenuis, pubescentis, flavidae plerumque longior foliol. oblongis, obtusis, pubescentib., subcomplicatis, superne saep. alternis, obsol. apiculatis. Axillae permultae onustae florib. binis (?) brevissime pedicellatis et in statu quo cl. Bellanger eum collegit, valde

deciduis. Cal. campanulatus, tenuit. membranac., dentib. brevib. ovatis, tubo 5-costato, 3—4 plo breviorib. Cor. plerumq. evanida, vexillum, quantum videre licuit, platonychinum, brevit. ellipticum medioque parum contractum, obtusissimum, retusum, leguminis longitudine. Reliqua petala ipsa b. coalita. Styl. b. flexus ovarii pubescentis longitudine. Legumen induviis floris vestitum, oblongum aut oblongo-ellipticum, stylo mucronatum, adpresse pubescens, subcylindraceum, semibiloculare, pluriovulatum.

F. 1—$1\frac{1}{2}$ pollic., foliola 2‴ lg. Cal. 1‴ lg. Vexillum 2 et legumen quoque 2‴ lg. — Hab. in Persia; cl. Bellang.

(175). ASTRAGALUS OVIGERUS Boiss. (Walp. Rep. II. 873 n. 64). — Fischer l. c. p. 172.

ASTRAGALI AMERICANI.

1. ASTRAGALUS BIGELOVII A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. p. 42.

Multiceps, acaulescens, undiq. sericeo-villosissimus; stipulis triangulari-subulatis b. petioli adnatis; foliolis 9—12 jug. ovalib. s. obovato-oblongis; pedunc. scapiformib. folia superantib. fructiferis recurvis v. humifusis, spica cylindrica confertifl.; tubo calyc. villosissimi cylindrico, dentib. subulatis triplo longiore; cor. purpur.; leguminib. ovatis apiculato-acuminatis incurvis lanosissimis complete bilocularib. suturis parum sulcatis, loc. polyspermis.

In montib. dictis „Organ Mountains" pr. El Paso. — Apr. — Planta spithamaea v. ultra etc.

2. ASTRAGALUS VACCARUM A. Gray. — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. V. p. 43.

Perennis, strigoso-puberulus; caulib. adscendentib. gracilib.; stip. lanc. b. imo petiolo adnatis; foliol. 5—8 jugis subsparsis lato-linearib. obtusis mucronulatis supra glabris; pedunc-folio longiorib.; racemis multifl. densis; fl. brevissime-pedicellatis mox deflexis; calycis dentib. subulatis tubo campanulato subaequilong.; cor. incurva ochroleuca; leguminib. haud stipitatis lin-oblongis arcuatis puberulis dorso lato-sulcatis (sectione transversali obcordata) 2-locularib. oligospermis.

Nova-Mexico vers. occid. cupri fodinarum. — Aug. — Caules 1—2 ped. etc.

Spec. valde propinq. *A. Hartwegi* Benth.

3. ASTRAGALUS HUMISTRATUS A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 43.

Subsericeus; caulib. e b. suffrutescente ramosissimis prostratis foliosis; stipulis inter se coalitis oppositif.; pet. brevissimo; foliol. 7—9 jugis lin-oblongis acut. supra glabrat. subt. pilis laxe appressis hirsuto-sericeis; pedunc. folium aequantib.; racemo cylindrac. subdensifl. calycis villosi dentib. lin-subulatis tubo campanulato aequilongis, corollae violac. carina ap. angustata producta; leguminib. lin-oblongis arcuatis pubentib. sutura dorsali introflexa semibilocularib. polyspermis.

Nova-Mexico pr. cupri fodinas. — Aug. — Caules ped. et ultra etc.

4. ASTRAGALUS (*Phaca*) FENDLERI A. Gray. — Pl. Wrightianae l. c. p. 44.

Phaca Fendleri, Gray pl. Fendl. (Walp. Ann. II. 369 n. 2).

5. ASTRAGALUS (*Phaca*) SONORAE A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 44.

Argenteo-sericeus, humilis; caulib. decumbentib. gracilib. e radice perenni; stip. ovatis scariosis, inferiorib. inter se folio opposito pl. m. coalitis; foliol. 7—8 jugis anguste oblong. lanceolatisve acutatis utrinq. seric.; pedunculis folio mox longiorib.; racemo 8—12 fl.; calyc. sericei

dentib. setaceis tubo aequilongis; cor. purpurea; leguminib. lunatis turgidis chartac. puberulis, suturis haud introflexis.

Sonora, inter San Pedro et Sonoita. — Sept. — Caul. spithamaei v. ultra, etc.

6. ASTRAGALUS (*Phaca*) TEPHRODES A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 45.

Villoso-canescens; caule brevi e radice bienni? stipul. triangulatis scariosis fere liberis; foliol. 7—9 jug. oblong. s. ovalib. supra nunc subglabratis; ped. plurifloro foliis breviorib.; fl. subsessilib.; calycis tomentosi dentib. subulatis tubo campanulato dimidio breviorib.; „cor. purpurea"; leguminib. oblongis acuto-apiculatis arcuatis turgidis cinereis chartaceis, suturis haud introflexis extus prominulis.

Nova-Mexico, Organ Mountains. — Apr.

Specimen singulum collectum.

7. ASTRAGALUS LINDHEIMERI (Engelm. ined.). — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 52.

Glabriusculus; caulib. e radice annua plurimis adsurgentib.; foliol. 7—8 jugis anguste oblongis emarginatis; stipulis e b. lata scariosa subulato-acuminatis; pedunculis folium paulo superantib. 6—12 fl.; fl. approximatis; bract. subulatis pedicello longiorib.; vexillo amplo (violaceo) subemarginato; leguminib. immaturis oblongo-linearib. subfalcatis glabris 10-spermis.

Texas pr. Austin. — Apr. — Planta spithamaea usque ped. Fl. ½ poll. lg., calyce duplo longiores.

8. ASTRAGALUS (*Phaca*) THURBERI A. Gray. — Asa Gray in pl. nov. Thurberian. p. 312.

Perennis, cinereo-pubescens, dem. glabratus; caulib. subpedalib. striatis; stip. triangularib. b. imo petiolo adnatis; foliol. 6—7 jugis, carnosulis, lin-oblongis retusis; pedunc. brevib. c. spica 10—20 fl., folio vix longiorib.; fl. ochroleucis? (3 lin-long.) brevissime pedicellatis; calycis pubescentis dentib. subulatis obtusiusculis tubo campanulato paulo breviorib.; leguminib. parv. (3 lin-diam.) globosis inflatis vix apiculatis chartaceo-membranaceis glabellis oligospermis, sutur. haud introflexis.

In regno Sonorensi, in campis siccis pr. Fronteras etc. — Jun. — Caules 6—10 poll. alti etc.

9. ASTRAGALUS DISTANS A Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp.

Cinereo-pubescens; radice annua; caulib. a b. ramosis gracilib.; stip. parvis a petiolo liberis inter se subconnatis; foliolis 9—13 angustissime linearib. obtusis; pedunculo folium superante laxe multifl.; dentib. calycis subulatis tubo paulo breviorib.; cor. ochroleuca; legum. deflexo ovoideo-oblongo cinereo-pubescente ap. acuto incurvo polyspermo 1-loculari, suturis utrisq. levit. introflexis.

var. β. legumine majore recto, suturis vix iutrusis.

Hab. In Patagonia bor., Rio Negro, in arenosis. — Foliis 1½—2 poll. longis, petiolo brevi incluso, foliolis ½—1 poll. longis ½ lineam latis. Fl. 3—4 lin. lg., caet.

10. ASTRAGALUS (*Phaca*) RICHII A. Gray. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 414.

Hirsuto-canescens, humilis, caulib. e b. suffrutescente adscendentib.; stip. oppositifoliis coalitis; foliolis 15—21 oblongo-linearib.; pedunculo folium adaequante; spica brevi pauciflora; dentib. calycis nigro-hirsuti

subulatis tubo aequilongis; legumine ovoid. chartac. inflato glabello, acumine subincurvo apiculato, 1-loculari polyspermo, suturis haud intrusis.

Hab. In Andib. Peruanis pr. Obrajillo. Planta spithamaea v. minor, caet.

11. ASTRAGALUS PICKERINGII A. Gray — Asa Gray l. c. p. 415.

Multiceps, subacaulis, depressus; stip vaginantib. imbricatis; f. cano-villosis; foliolis 19—23 obovato-oblongis emarginatis; pedunculo petiolo breviore capitatim 3—4 floro; calyc. dentib. triangulari-subulatis aequalib. tubo cylindraceo $1/_2$ breviorib., ovario tomentoso substipitato 5-ovulato

Hab. In Andib. Peruviae, inter Casa Cancha et Culnai. — Foliis cum petiolo $1/_3$ folii longitudinem adaequanti $1^1/_2$—2 poll. longis; foliol. 2—3 lin. longis. Fl. 3—4 in capitula tamquam congesti, caet.

Affinis *A. geminifloro* Humb. Bonpl.

12. ASTRAGALUS BRACKENRIDGEI A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 416.

Subacaulis v. procumbens; stip. vaginantib. ramor. novellor. imbricatis, f. canescenti-villosis; foliolis 21—27 oblongis obtusis supra glabellis; spica 6—10-flora brevit. pedunculata petiolum adaequante; calycis nigro-pubescentis dentib. subulatis tubo campanulato subaequilongis, legum. ovoideo-triangulari apiculato dorso sulcato biloculari, loc. monospermis.

Hab. In Andib. altis Peruanis pr. Baños. — Florib. multo minorib., calyce breviori, et foliol. integris ab *A. Pickeringii* differt.

13. ASTRAGALUS ALPAMARCAE A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 417.

Pygmaeus, caespitoso-acaulis; stip. vaginantib.; f. confertiss. minimis; foliol. 11—21 ovalib. emarginatis obcordatisve villosulis s. glabellis; fl. solitariis binisve sessilib.; calyc. dentib. triangulato-subulatis tubo campanulato paulo breviorib.; ovario biloculari, locul. 1-ovulatis.

Hab. in Andib. alt. Peruanis pr. Alpamarca. — Planta pygmaea caespitem 1—2-pollic. caudicib lignescentib. conformans; caet.

14. ASTRAGALUS ALIENUS A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 418.

Humilis, fruticulosus, multiceps, cinereo-pubesc.; stip. vaginantib.; f confertis; petiolis induratis persistentib; foliolis multijugis ellipt. retusis; fl geminis subsessilib.; calyc. dentib. tubo oblongo-campanulato subdimidio breviorib.; ovario 5-ovulato 1-loculari.

Hab. in Andib. alt. Peruanis, pr. Baños (rara). — Planta 3—4 poll. alta, caet.

Spec. EUROPAEAE.

15. ASTRAGALUS MÜLLERI Steud. et Hochst. in Fl. bot. Ztg. 1827 p. 72. — Visiani fl. Dalm. III. p. 308 n. 1897.

Diffusus, adpresse sericeus, cinereus, stipulis liberis, foliol. oblongis linearibusq. 5—7-jugis; spicis oblongis laxis, pedunculis folio bracteisq. pedicello longioribus, pilis calycinis erectis adpressisve, vexillo obovato integro alis longiore, leguminib. subteretibus acuminatis rectis incanis calyce duplo longioribus.

Syn.: *A. argenteus Bertol.* in Vis. pl. rar. in b. Ztg. 1829 1 Bd. Ergzbl. p. 18. — *A. argenteus* Alsch. Fl. Jadr. — Koch syn. Fl. Germ. — *Astragalus virgatus* Rchb. fl. exc. p. 510 et 868, non Pallas et excl. syn. Gmelin. — *A. vegliensis*, Sadl.

Ic.: Vis Fl. Dalm. tab. XLVI.

Habit. in saxosis apricis circa Zara etc. — Fl. vexillo violaceo, alis albis. Fl. vere ♄.

17. ASTRAGALUS JUVENALIS Delile, ind. sem. hort. Monsp. 1836, p. 22. — Godr. Fl. Juv. ed. II. p. 77. — Fl. 8—20, brevissime pedicellati, in racemo ovato v. oblongo, laxo, longe pedunculato, folium aequante v. superante dispositi; bracteol. albidae, pubesc., lanc., pedicello subaequales. Cal. subcylindricus, pube nigra adpressa conspersus, dentib. subulatis tuboq. triplo breviorib. cor. purpurasc.; vexill. ap. emarginatum, prominens. Legum ascendens, pollicem longum, falcatum, lateralit. compressum et marg. inferiore canaliculatum, glabr., laeve, apiculatum, pericarp. tenui et intus arachnoideo. Sem. parva, fusca, reniform., depressa. F. glaucesc., glabriusc., petiolata, pinnata, foliolis 13—17, oblongis, truncato-emarginatis; stip. b. petiolo inermi adnatae, albidae, lanc. Caulis erect. fistulosus. Rad. annua, gracilis. — Patr. ignota.

Spec. ASIATICAE. (Cfr. supra Fischer: *Astragalor. Tragacanthar.* synops.).

18. ASTRAGALUS TANAITICUS C. Koch. — Koch in Linnaea XXIV. (1851) p. 94.

Acaulis, hirsutissimus; f. 10—14-juga, racemum superantia, stip. c. petiolo connatis, ovato-oblongis aut ovato-lanc., arido-membranaceis praedita. Foliola late oblonga aut ovata, acutiusc., utrinq. pilis accumbentib. longis, crebris vestita, sessilia. Pedunculus racemum laxiflorum vix superans. Bract. lin., fl. dimidios aequantes, calycis tubum paulo superantes; fl. 3—8, brevissime pedicellati. Calyc. dentes lanc., marg. pilis longis tuberculo insidentib. ciliati, tubo cylindrico breviores. Vexillum ap. rotundatum, ext. pubesc., calycem cum dentib. duplo, alas angustas extus pubescentes quartà, carinam glabram tertia parte superans.

Huc fortasse referendus Astr. longiflorus β. procerior. Pall. sp. Astrag. t. 60 B.

Ad cursum inferiorem fl. Tanais. (leg. Kolenati).

19. ASTRAGALUS KIRGHISICUS Stschegl. (Sect. *Sesamei*). — S. Stschegleew Bullet. de l. soc. imp. de Mosc. 1854. 1.

Annuus, hirsuto-subseric., caulib. subelong. diffus.; f. longiusc. petiolat. 3—5 jug.; foliol. elliptico-oblong. obtus.; stipul. lanc. acutis longe ciliatis; capitul. axillarib. sessilib. 2—3 floris; florib. minim.; calycis longe albo-pilosi dentib. subulat., corolla multo, tubo cylindrac. paulo breviorib.; vexillo lin-elong., alis carinam lge superantib., paulo longiori; leguminib. pilis albis breviorib. adpressis et longiorib. patulis hirsutis, stellatim patentib. surs. arcuatis acutiusc. subtriquetris b. superiori retuso-bigibbis, dorso profunde canaliculatis superne subcarinatis bilocularib., loculis 6-spermis.

Plantula nana 1—2½ p., foliola ad 3½, flos 2½, legumina ad 4 lin. lg.

Ad *A. Sinaicum* Boiss. accedit, a quo tamen lg. diff. f. lg. petiolatis paucijugis, leguminib. breviorib. arcuatis b. retuso-bigibbis. — In deserto Soongoro-Kirghisico, ad fl. Ajagus 1842.

20. ASTRAGALUS SERICOSTACHYUS J. E. S. — J. E. Stocks in Hook. journ. Kew gard. misc. IV. 146.

Perennis, caulescens, erectus, caulib. albo-tomentosis f. 10—13 jug., stip. subulato-setac. plumos., foliol. ovat. v. elliptic. superne nisi ad marg. glabris, inferne pil. elong. densiss. et mollit. tomentoso-villosis, pedunc. axillarib. folior. dimid. attingentib., capitulo gossypino ovoid. confertifloro, pedunc. fere aequante, florib. subsessilib., bract.

setac. calyc. tubum paulo superantib., calyc. densiss. gossypini dentib. setac. plumosis, tubum excedentib. corolla paulo breviorib.

Hab. Doobund, inter Kelat et Nooshky (n. 873). — Florib. ochroleucis venis viridibus tinctis.

Affinis *A. specioso* et *A. obcordato* Boiss.

21. ASTRAGALUS OROBOIDES. Horn. Led. Fl. ross. I. p. 602 var. PALLIDIFLORA, Stschegl. — S. Stscheglew Bullet. de l. soc. imp. de Mosc. 1851. I. — Fl. majoribus brevius pedicellatis; corollis pallid.; bract. linearib. tubum adaequantib.; leguminib. juniorib. brevit. stipitatis elliptic. nigro-pilosis iis plantae genuinae similib. unilocularib.; foliol. oblg.-ellipticis. Ad fl. Tscharysch. 1844.

Tribus III. *VICIEAE* DC.

6580. **ERVUM** *Tournef.*

(DC. Prodr. II 366. — Walp. Ann. II. 398.)

1. ERVUM (*Lens*) HIMALAYENSE A. Braun et Bouché in app. ind. semin. hort. Berol. 1852.

Laxe pilosum, foliis infimis bijugis, reliquis 3 (—4) jugis, supremis in cirrhum foliola vix superantem abeuntibus; foliolis oblongo- vel lineari-lanceolatis, vix apiculatis; stipulis auguste lanceolatis, integerrimis; pedunculis folio sublongioribus, unifloris, subaristatis vel muticis; calycis dentibus lineari-subulatis, pilis longis ciliatis, corollam aequantibus; leguminibus subrhomboideis, glabriusculis, dispermis; seminibus subquadratis compressis.

Semina in montosis Himalayae lecta communicavit Prochnow, Missionarius. — Plantula debilis, habitu *Ervi nigricantis* Ten., characteribus autem *Ervo Lenticulae* Schreb. proxima. Differt pedunculis brevioribus, saepius breviter aristatis; stipulis semper integerrimis (non semihastatis); calycis dentibus longioribus et pilosioribus. Legumina iis Ervi Lentis minora et angustiora, Ervi Lenticulae leguminibus similia, fusca. Semina quam in reliquis magis angulata, cinerea et nigro-conspurcata.

(6580. pr. p.) **LENS** *Godr. et Gr.*

(*Ervi* spec. DC. Prodr. II. 366.)

1. LENS NIGRICANS Godr. Fl. Lorr. I. p. 173. — Godr. et Gren. Fl. de Fr. I. 476. — *Ervum nigricans* Bieb. (DC. Prodr. II. 366).

2. LENS ESCULENTA Moench. meth. p. 131. — Godr. et Gren. l. c. *Ervum Lens* L. (DC. Prodr. II. 366).

6581. **VICIA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 354. — Walp. Ann. II. 398.)

1. VICIA MONARDI Boiss. herb. — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852) p. 131. — Annua, parce pubescens, caulib. ascendentib. angulato-striatis ramosis, f. 7—9 jugis cirrho 3—5 fido terminatis, foliol. oblongis v. oblongo-lanc. ap. brevit. aristatis subalternis, stip. dense hirsuto-ciliatis inter se dissimilib. una lineari-lanc. integra, altera subpalmatim 2—3 loba lob. triangulari-acuminatis; pedunc. 8—10 floris folium

subaequantib. v. eo breviorib., florib. mediocrib. brevit. pedicellatis, calyc. parce hirtuli bilabiati tubo brevi campanulato labii superioris dentib. brevissimis lato-triangularib, labii inferioris paulo longioris lobis triang.-subulatis tubo calycis subaequilongis; cor. coerulea calyce triplo longiore vexillo late ovato ap. emarginato reticulato-striato alas subaequante, carina obtusissima ap. atro-violacea alis dimidio breviore; stylo sub stigmate hirsuto; leguminib. ovato-oblgis complanatis 2—3 spermis ap. abrupte et oblique attenuatis, stylo subuncinato breviter rostratis sutura dorsali anguste alatis valvis venoso-reticulatis; seminibus ...... — Hab. pr. Algeriam etc. — Caules 2—3 ped. etc.

Affinis *V. dispermae* DC. et Palaestinae Boiss. (Walp. Ann. 399 n. 2).

2. VICIA RIGIDA Herb. — Herbich Oestr. W. Bl. 1855 p. 183. — Pedunculis multifloris, folio longiorib., foliolis lin.-lanceolatis mucronatis, stipulis-semihastasis caule erecto rigido. — Tota planta pilis brevissimis adspersa. Radix longissima, foris nigra, perennis. Caulis bipedalis erectus, rigidus, ramosus flexuosus, sulcatus, inferne subalatus. Stipulae inferiores semihastatae, acuminatae. F. multijuga, foliolis alternis lin.-lanc. mucronatis. Pedunculi foliis longiores, sulcato-striati, multiflori. Fl. in racemum secundum dispositi. Calyx 5-dentatus dentibus ciliatis. Cor. purpurea. Vexillum profunde emarginatum. Stigma oblongum, undique pilosum. — In pratis Bukovinae pr. Orescheni, Kiseleu etc. — Maj. Jun.

3. VICIA GRANDIFLORA var. INCISA A. Br. et Bouché, in app. ind. sem. hort. Berol. 1853. — *Viciae grandiflorae* Scop. varietas nova, analoga *Viciae incisae* Bieb., quae secundum Ledebourii floram rossicam ad varietates *Viciae sativae* pertinet. Foliorum inferiorum foliola ad medium pinnatifida, lobis passim dentatis; foliorum superiorum hinc inde dente instructa, supremorum integra, oblonga, apice retusa et mucronata, ut in forma Kitaibeliana (*V. sordida* W. et K.). Corolla flava. (A. Br.)

4. VICIA (*Oroboides*) UNIJUGA A. Br in app. ind. sem. horti Berol. 1853. — Orobus lathyroides L. (DC. Prodr. II, 377). — Cognitissimam hanc inque hortis botanicis ubique cultam speciem ad Viciae genus jam ante multos annos in herbario amandavi; stylus enim, qui in Orobo introrsum tantum pubescit, in hac specie utrinque aequaliter pilis obsitus est. Foliolorum quoque ptyxis, ut Viciarum mos est, simpliciter complicativa, nec, ut in Orobo, convolutiva. Viciae sectio *Oroboides*, quam propono, continet species stylo modice complanato, nec tereti, ut in Viciis genuinis, et dividitur in species cirrhis carentes, cujus divisionis: *V. unijuga*, oroboides Wulf., et trijuga nostra, et species cirrhigeras: *V. dumetorum* L. Orobi genus, quod deficiente styli torsione et carina non obliqua a Lathyro differt, eodem modo dividendum est et inter species cirrhigeras plurimas species Lathyro adscriptas recipere debet. Praeter illas scilicet, quae in Reichenbachii flor. exc. et Döllii flor. rhen. ad Orobos jam referuntur, porro ad Orobum pertinent: *Lathyrus Clymenum* L., alatus Ten., articulatus L., *Ochrus* Dec., *inconspicuus* L., *sphaericus* Retz., *venosus* Mühl., *ochroleucus* Hook., *pisiformis* L., *incurvus* Roth. et caet. (A. Br.)

5. VICIA (*Oroboides*) TRIJUGA A. Br. et Bouché, l. c.

Perennis; caule erecto; foliis trijugis, mucrone inter foliola ultima brevissimo instructis; foliolis oblongis, utrinque acuminatis, penninerviis, minutissime ciliolatis; stipulis petiolo brevi subaequilong. semiovatis acuminatis b. auricula brevi semihastatis; racemis pedunculatis, basi ramosis, multifloris, folium subaequantibus; calycis dentibus superioribus brevissimis mucronatis, infima subulata, dimidium tubum vix aequante: corolla calice triplo longiore; leguminibus ....

Habitu V. oroboidem Wulf. (Orobum vicioidem Dec., O. Clusii Spreng.) refert, ejusdem sectionis speciem, quae a nostra recedit foliis bijugis, foliolis latioribus, nervis lateralibus minus numerosis et magis obliquis, racemo paucifloro simplici subsessili folio multo breviore, dentibus calycinis omnibus elongatis lanceolato-subulatis. Magnitudine et colore florum utraque species convenit. Legumina anno praeterito

non protulit. — Colebatur in horto sub nomine Orobi verni var. flaccidi, sed *O. flaccidus* Kit. ex autoritate cl. Reichenbach idem est ac *O. venosus* Willd., qui Orobo verno proximus cum Vicia trijuga nostra nulla affinitatem habet. Patria dubia. (A. Br.)

6. VICIA MATTHEWSII A. Gr. — Asa Gray Unit. St. exp. exp. p. 419.

Parce mollit. pubescens; caulib. debilib.; foliolis 6—12 anguste oblongis venosis obtusissimis v. truncato-retusis mucronulatis; stip. semisagittatis lobatis; pedunc. 4-floris folium aequantib.; calyc. dentib. subulatis tubo aequilongis, superiorib. parum minorib.; leguminib. glabris.

Hab. in Andib. Peruanis pr. Baños et Obrajillo.

Difficile est arbitratu hanc plantam in *V. andicolam* transire posse, quae pl. differt a *V. Matthewsii* foliolis multo-angustiorib., stipulis integris et angustioribus, stylo tantum in ap. barbato, et leguminib. latioribus.

6582. LATHYRUS *Linn.*

(DC. Prodr. II. 369. — Walp. Ann. II. 403.)

1. LATHYRUS COERULESCENS B. et R. — Boiss. et Reut. pug. nov. pl. (1852) p. 43.

Annuus praeter pilos nonnullos ad partes novellas glabrescens viridis, caulib. erectis angulatis alatis alis $1/2$ diametri caulis latitudine aequantib., f. 1-jugis petiolo angulato foliolis triplo breviori ultra ea in cirrhum trichotomum producto suffultis, foliolis lin-lanc. utrinq. attenuatis ap. obtusiusculis mucronulatis marg. scabriusculis plurinerviis, stip. semisagittatis petiolo 2—3plo breviorib. ciliatulis, lacin-lanc. acuminatis, pedunc. 1-floris folio subaequilongis ap. articulatis aristulamq. pedicello breviorem ferentib., calycis dentib. ovatis brevit. acuminatis ciliatulis inferiori angustiori, cor. coerulescente calyce triplo longiori, legumine ......

In arvis argillosis pr. Tingidem vers. mont. Gebel Kebir eundo. — Planta 2—3 ped. etc.

2. LATHYRUS ASPHODELOIDES Godr. et Gr. — Godr. et Gren. fl. de Fr. II. p. 488.

Orobus albus Lin fil. (DC. Prodr. II. 379). — Cfr. fl. de Fr. l. c. pl. descr. et syn.

3. LATHYRUS CANESCENS Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 489. — Cfr. l. c. pl. descr. et syn.

Orobus canescens L. fil. (DC. Prodr. II. 379).

4. LATHYRUS MONTANUS Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 486. — Cfr. l. c. pl. descr. et syn.

Orobus luteus L. (DC. Prodr. II. 378).

5. LATHYRUS VARIEGATUS Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 484. — Cfr. l. c. pl. descr. et syn.

Orobus variegatus Ten. (DC. Prodr. II. 377).

6. LATHYRUS SAXATILIS Vis. — Visiani fl. Dalmat. III. p. 330 n. 1973.

Syn.: *L. aristatus*, Vis. in app. sem. h. Patav. 1826. — *L. ciliatus*, Gusson. pl. var. Aprut. p. 296. — *Orobus saxatilis*, Venten. (DC. Prodr. II. p. 380 n. 31). Gussone syn. fl. Sic. II. 852; Bertol. fl. Ital. VII. p. 436.

Ic.: Vis. fl. Dalm. tab. XLVII. (sub n. *L. aristato* Vis.); Gussone l. c. tab. 49.

7. LATHYRUS VARIEGATUS Vis. — Vis. fl. Dalm. III. p. 330 n. 1977.

Syn.: *Lathyrus multiflorus* Peterm. Deutschl. fl. p. 155. — *Orobus variegatus* Ten. (DC. Prodr. II. 377 n. 10). — *Orobus vernus* Sibth. et Sm. Fl. graeca VII. p. 81. tab. 691.

8. LATHYRUS MEXICANUS Wndr. (Walp. Rep. I. p. 719. [diagn. l. c. recta, auct. falsus]). — Wenderoth Analect. Krit. Bemerkgg. fasc. I. 1852 n. XI. — Cfr. ind. sem. hort. acad. Marb. 1839. — Linnaea XII. 3. p. 84. — E. T. Steudel nomenclator bot. T. II. p. 14. (1841). — Diagnosi in Walp. l. c. adhuc adjungenda: Planta, in plena terra nec in olla culta pedunculis haud solum 1 - floris, sed plerumq. bifloris.

6583. **OROBUS** *Tournef.*

(DC. Prodr. II. 376. — Walp. Ann. II. 245.)

1. OROBUS KOLENATII C. Koch. — Koch in Linn. XXIV. p. 96.

Caulis erectus, simplex, inferne glabriusculus, teres striatus, superne puberulus, angulatus; f. sessil. quadrijuga, ad marg. et subt. puberula; foliola oblongo - lanc., subsessilia, integerr., subt. pallidiora; Stip. sagittatae, lanc., auriculis grosse dentatis. Pedunc. folia superantes aut aeq. superne pubescentes, multifl. Calyc. pubescentis dentes 2 super. abbreviati, infimus longissimus, ut laterales minores lanceolati. Ovar. sessile.

Foliis *O. aurantio* Stev., calyce stipulisque *O. luteo* L. proximus. — In Trialeth. (in Armenia Grusinica) leg. Kolenati.

2. OROBUS ANOMALUS C. Koch. — C. Koch in Linn. XXIV. p. 96.

Caulis simplex, saepe erectus, sed debilis superne puberulus, teres v. sulcato - striatus; f. brevit. petiolata, multijuga. Foliola late lin - oblonga, saep. alterna, retusa, sed apiculo praedita, supra glabra, subt. strigosa, marg. ciliata brevissime petiolata. Pedunc. pluri - rarissime 1—2 fl., puberuli, foliis multo breviores; calyx pilos., obliq.; dentes super. minimi, caeteri triangulari - setacei.

Huc probabiliter referend.: *Vicia truncatula* Fisch. — Ad flum. Kurjaktschai leg. Kolenati.

3. OROBUS SUBALPINUS Herbich. — Herb. Oestr. W. Bl. 1855. p. 183.

F. quadrijugis, foliolis lanc., acut., mucronatis, stip. semisagittatis, caule erecto - striato.

Radix lignosa brevis, fibris longis aucta. Caulis ped. erectus, striatus, glaber. F. imparipinnata subquadrijuga. Foliola brevissime petiolata, lanc., acuta, mucronata, supra glabra, nuda, virentia, subt. pallidiora, puberula. Stip. ovatae acuminatae, b. semisagittatae. Pet. communes glabri, canaliculati, quandoq. foliolo minimo, setaceo terminati. Pedunc. comm. axillares, erecti, sulcati, multifl. Fl. in racem. collecti, nutantes, fusco - lutei. Calyx glaberr., dentes calyc. superiores breviores. — In pratis alpinis Bukovinae. — Jul. Aug. ♃.

Tribus IV. *HEDYSAREAE* DC.

STREPTODESMA *A. Gray.*

Asa Gray new genera of pl. (1853) p. 6. et Asa Gray Unit. St. expl. exped. (1854) p. 427. tab. 47.

Cal. persistens, 5 - nervis, 5 - fid; tubo campanulato; lacin. subaequalib. Cor. Adesmiae, sed. emarcida persistens. Stam. 10 lib. Ovar.

4—6 ovulatum: styl. filif., adscendens. Lomentum cor. marcescente inclusum, sutura carinali excisum 3—6 articulatum; artic. subglobosis, a sutura vexillari continua filiformi stylifera spiraliter contorta persistente secedentib., bivalvib, monosp., valvulis laevib. membranaceis. Sem. subglobosa. — Suffrutex intricato-ramosissimus, canescens, ramulis spinescentib.; f. abrupte pinnatis paucijugis; racemis paniculatis brevibus, rhachi spinescente; cor. lutea.

Nomen ex voce στρεπτὸς, tortuosus et voce δέσμα, vinculum, compositum, voces ad fructus formam structuramque referendae.

1. STREPTODESMA CANESCENS A. Gr. — Asa Gray l. c. tab. 47. — Hab. Rio Negro in Patagonia bor.; in arenosis. (Frequens). — Planta rigida fruticosa, 1 v. 2 ped. alta canescens, ramulis tenuib. spinescentib., glabratis, etc.

Subtribus I. *CORONILLEAE* DC.

(Endl. gen. pl. p. 1280.)

6587. **ORNITHOPUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 311. — Walp. Ann. III. 849.)

1. ORNITHOPUS ISTHMOCARPUS Coss. (Walp. Ann. III. p. 849 n. 1). — Boiss. et Reut. in pug. pl. nov. (1852) p. 130: nobis omnino videtur *O. sativus* Brot. Fl. Lusit.

6588. **HIPPOCREPIS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 312. — Walp. Ann. II. 406. III. 850.)

1. HIPPOCREPIS BICONTORTA Lois. nouv. nat. 32 et fl. Gall. 2, p. 162, tab. 28. (*H. cornigera* Boiss. — Walp. Rep. II. 888 n. 2). — Godr. fl. Juven. II. p. 77.

α. *fructibus glabris.*

(*H. buceras* Delile, herb.)

β. *fructibus velutinis.*

(*H. velutina* Delile, herb.)

Planta in Aegypto et Arab. petraea indigena.

(6589.) **SECURIGERA** *DC.*

(DC. Prodr. II. 313. — *Bonaveria* Scop.)

1. SECURIGERA ATLANTICA B. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl. n. (1852) p. 41. — Annua? glabriusc., caulib. elatis crassiusc. herbac. fistulosis flexuosis, stip. magnis foliaceis reniformi-orbiculatis liberis marg. eroso-denticulatis foliolis 7—9 jugis patulis fere a b. folioligeris, foliolis petiolulatis elliptico-lin., b. attenuatis ap. truncatis v. retusis mucronulatis v. muticis, pedunculis axillarib. folio paulo breviorib. 7—9 floris umbellato-capitatis, fl. roseis pedicello calyce subduplo longiori suffultis, calyce brevissime truncato dentib. e b. lata triangulari acuminatis brevissimis sinub. latis sejunctis, petalis subaequalib., carinâ anguste lineari parum curvata extremitate purpurea, stylo exserto, stigm. capitato, legum. juniorib. anguste linearibus.

Coronilla Atlantica B. et R. in litt. ad cl. Durieu.

Hab. ad b. Atlantis supra Blidah.

Subtribus II. *EUHEDYSAREAE* DC.

(Endl. gen. pl. p. 1281.)

6592. **BRYA** *P. Browne.*

(DC. Prodr. II. 421. — Walp. Rep. I. 725.)

1. BRYA NICARAGUENSIS Örd. — Benth. et Örsted in Legum. Centroameric. p. 13.

Inermis, foliol. 11—21, ovali oblongis, cymis multifl., calycis dentib. obtusis, vexillo villoso, leguminis articulis semiorbiculatis.

Arbuscula ramosissima, habitu multo laxiore quam in *B. Ebeno.* Aculei intrafoliac. omnino desunt etc. — In monte ignivomi El Viejo in Nicaragua et in prov. Segovia (2000′).

2. BRYA EBENUS (DC. Prodr. II. 421 n. 1). — Hook. in bot. mag. tab. 4670.

Pterocarpus f. *aggregatis* Plum. ed. Burm. t. 249 f. 1. — *Brya arborescens*, etc. Browne, Jam. p. 299. t. 31. f. 2. — *Aspalathus arboreus*, etc. Sloane, Jam. II. p. 3. t. 175. f. 1. — Lemaire jard. fleur. IV. tab. 332.

6598. **PHYLACIUM** *Bennet.*

(Walp. Rep. I. 726. V. 520.)

1. PHYLACIUM BRACTEOSUM Bennet. (Walp. Rep. V. 520. 2). — Miq. Fl. Ind. Bat. I.

Benth. pl. Jungh. I. p. 231. — *Ph. scandens* Hassk. Cat. Bog. p. 227. — *Zornia glauca* Zippl. mss. — *Dicerma ? volubile* Spanoghe ic. inedit.

Java et Amboina.

6599. **ZORNIA** *Gmel.*

(DC. Prodr. II. 316. — Walp. Rep. I. 726.)

1. ZORNIA ZEYLONENSIS Pers. (DC. Prodr. II. 317 n. 8). — Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 279.

α. *Plukenetii* W. et Arn. Prodr. I. 271. Foliola oblonga ter longiora quam lata, acuta, petiolo communi multo breviora.

Z. conjugata Smith.; Plukn. tab. 246. fig. 6.

β. *Burmanni.* Foliola b. obliqua rotundato-ovata, petioli longitudine.

Z. Zeylanica Spr. — Burm. Zeylan. tab. 50 fig. 1.

γ. *gibbosa.* Foliola ovalia v. obovata, b. antrors. obliqua.

Z. gibbosa Spanoghe (Walp. Rep. I. 726 n. 2).

Ind. or. anter. Ceylon. Archipelagus — var. γ. in Timor ins.

6601. ARACHIS *Linn.*

(DC. Prodr. II. 474. — Walp. Rep. I. 727.)

Benth. in Americ. journ. of sc. Septbr. 1855.

1. ARACHIS HYPOGAEA Lin. (DC. Prodr. II. 474. 1. — Benth. pl. Jungh. p. 210). — Hasskarl in Retzia I. p. 186.

Obs. Spec. a clrss. Benth. (Walp. Rep. I. 727) propositae, vix jure distinguendae, si nostra in pl. Jav. rar. p. 339 descripta censente ipso Benth. ab *A. hypogaea* L. haud diversa habenda sit. Diagn. hujus speciei tum autem erit reformanda:

Diagn. reform.: Perennis, caule e b. dichotoma ramosissimo c. petiolis foliorumq. nervo medio villoso; ramis primo erectis, sed mox centrali semp. excepto, omnib. prostratis; stipular. parte libera elong., dimid. petiol. nunc attingente; foliol. terminalib. obovatis aut obovato-oblongis, b. inaeq. attenuatis inferiorib. oblongis aut ovali-oblongis, b. rotundatis, omnib. ap. rotundatis et mucronulatis, supra glabris subt. minute adpresse villosulis, marg. ciliat. rigidis, carpopod. ex axilla quaque 1—2, leguminib. 1—3-, rarius 4—5-spermis.

De Floris descr. accurat. et fruct. evolut. partic. vide Hasskarl Tijdschr. ned. Ind. III. II. (1840) p. 146; Poit. Ann. scienc. nat. XIX. (1853) p. 268. etc. t. 15 (ic. figurativa, nec naturalis); — Altheer nat. Tijdschr. neerl. Ind. VIII. (1855) p. 127 etc. tab. I. et II., (icon sat natur., nec ubiq. clara.).

Sequitur l. c. descript. pl. amplissima, secundum specimina viva, altitudine 3500′ culta, facta.

Var. AEGYPTIACA Hsskrl. — Hasskarl l. c. p. 190. — ex Aegypto in hortum Bogor. introducta.

6603. ADESMIA *DC.*

(DC. Prodr. II. 318. — Walp. Ann. II. 407.)

1. ADESMIA RETUSA Gr. — Griseb. diagn. pl. q. leg. Lechler et Philippi, p. 31. —

Suffruticosa, inermis, diffusa, virens, sparsim pilosiusc., ram. continuis foliosis adscendentib. palmarib., f. 7—5-(3) jugis, foliolis minimis cuneato-obovatis retusis nervo mediano impresso plicatis glabriusc. subcarnosis, stip. ovatis acutiusculis petiol. brevem subaequantib., pedunc. unifl. ex axillis supremis oriundis florem subaequantib., calyce campanulato 5-fido pubescente, lobis inaequalib. ovatis acutis, vexillo inferne extus puberulo calycem duplo superante, ovario tomentoso pluriovulato.

Spec. generi juxta *A. monospermam* Clos inserenda, foliol. emarg. et ovarii fabrica distinctissima.

Valdivia: in Cordillera de Osorno alt. 1500′—2500′, in arenosis volcanicis; m. Mart. leg. Philippi (coll. ej. n. 91).

2. ADESMIA FILIPES A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 425.

Annua; caulib. e b. ramosis gracilib. erectis glandulosis; stip. subulatis; foliol. 5—6 jugis minimis ovalib. utrinq. sericeo-cinereis; racem. terminalib. elong. sparsifl., pedicellis filiformib. erectis flore longiorib. saep. hispidulo-glandulosis; calyce pubesc., lobis lin-subulatis tubo longiorib.; lomento 5—6 articulato setis plumosis confertis villosissimo.

Hab. Rio-Negro, in Patagonia bor.; in arenosis. — Caulib. e basi ramosis spithamaeis usque pedalib., caet.

3. ADESMA HISPIDULA (DC. Prodr. II. 319). — Asa Gray l. c. p. 425.

var. β. *subnuda:* Articulis lomenti medio setis nudis disco breviorib. echinulatis rariusve inermib.; foliolis retusis.

var. γ. *plumosa:* Articulis lomenti (infimo excepto) setis elong. vere plumosis crinitis; foliol. retusis.

Hab. utraque varietas in Andib. Peruanis pr. Obrajillo.

6605. AESCHYNOMENE *Linn.*

(DC. Prodr. II. 320. — Walp. Ann. II. 412.)

1. AESCHYNOMENE INDICA Linn. (DC. Prodr. II. p. 320). — Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 274. — Pili partium junior. e verrucis glandulosis serius post pilorum casum, verrucas muricatas sistentes.

var. β. Rami tenuiores prostrati ex ipsa fere radice.

Aesch. pumila Lin. (DC. Prodr. II. 321). Hassk. Cat. — *Aesch. diffusa* Willd. (DC. Prodr. l. c.). Hassk. l. c. — Plukn. tab. 432. fig. 7.

var. γ. *viscosa:* Tota glandulosa.

Aesch. subviscosa (DC. Prodr. II. 321 n. 13). Hassk. l. c.

Herba palustris, (an species?), 5—6 ped. alta; glandulae virides et sanguineae adpresse piliferae.

Aesch. montana Spanoghe (Walp. I. 731 n. 26). (specima elatiora).

2. AESCHYNOMENE JAVANICA Miq. — Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 275.

Aesch. glandulosa Benth. (non Poir.) in pl. Jungh.

var. β. *luxurians:* Elatior, frutescens, glabrior, foliol. nunc usq. 30-jugis longiorib. angustiorib. tenerioribus, ap. 2—3 plurive denticulatis et mucronulatis, trinerviis, leg. 8—9-articulato.

Hippocrepis Mimosula Noronh. Verhandl. Bat. genootsch. V. p. 78. — *Aesch. Mimosula* Bl. herb. L. B.

Hab. in Java.

3. AESCHYNOMENE TRACHYLOBA Miq. — Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 276. — Annua, erecta, ramosa, inermis, rami teretes glabri, ramuli petioli, pedunculiq. pilis b. parumper tumidulis patulis puberi, stip. acuminatae, f. 2—1 p. longa, foliola 15—25-juga, 1½—2½ vulgo c. 2 lin. longa, lin., obtusa mucronulata, b. obliqua obiter serrulata et juniora ciliolata 1-nervia, fl. axill., 3 lin. longi, solitarii c. ramulo nascenti axillari (pedunc. c. ultra ½ poll.) cal. subciliatus, leg. longe stipitata 4—6-articulata, artic. truncati, juniora utrinq., adulta obiter sed distincte sinuata, parce pilosa, articulis fere totis praet. margines acuto-papilloso-muricatis, papillis in aream quadratis collectis. — Java pr. Soerakarta. Dr. Horsfield detex.

6608. SMITHIA *Ait.*

(DC. Prodr. II. 323. — Walp. Ann. I. 248.)

Benth. in pl. Jungh. II. p. 211.

Genus, inclusa Kotschya, naturalissimum, ab omnib. calyce facile distinctum. Quoad stam. et f. *Aeschynomeni* affine, fructus omnino *Uvariae* et *Loureae*.

1. SMITHIA JAVANICA Benth. — Benth. l. c.

Diffusa, f. 5—7-jugis ciliatis, pedunculis folia superantib. ap. confertim 3—7 floris, calycis labiis late falcatis acutis integerr. rigidulis dense striatis nudis, ovulis circa 8, legumine tuberculato.

S. sensitiva Zoll. et Mor. Verz. p. 6. — Zoll. in fl. 1847 p. 696. — Hassk. pl. Jav. rar. p. 346. non Linn.

Hab. in Javae graminosis siccis pr. Bataviam; in Sumatrae gramin. dumetis Batta-lande (Jungh.). — Herba prostrata v. diffusa, etc.

2. SMITHIA GRACILIS Benth. — Benth. Legumin. Nilgherr. Hohenackeri in Linn. XXIV. p. 642.

Diffusa, pilis paucis patentib. hispida, foliolis 2—3-jugis obovato-cuneatis parce ciliatis, pedunculis f. longe superantib. supra med. racemosis remote paucifloris, calycis labiis reticulatis ciliatis, superiore orbiculato bidentato, inferiore minore oblongo tridentato, ovulis circa 3, legumine reticulato caeterum laevi.

Hab. in mont. Nilgherri. Coll. Hohenack. n. 1182.

Spec. aff. bigeminae Dalz. etc. Cfr. infra.

3. SMITHIA HIRSUTA. — Dalzell in Hook. journ. Kew garden misc. III. 135.

Annua erecta $1\frac{1}{2}$ ped. parce ramosa, caule ramis pedunculisq. pilis fulvis patulis hirsutis, foliol. 3—4-jug. obovato-cuneat. b. inaequilateris marg. ciliatis subt. interd. parce pilos., flor. br. pedicellat. capitato-racemos., peduncul. folio longiorib. 10-floris, calyce pil. long. parce vestito, segmento super. ap. truncato emarginato, infer. cuneato-obovato integerr., vexillo amplo orbiculari, legum. 6—7-articulato, articul. reticulato-venosis etuberculatis. Flor flavi.

Cresc. pr. Phondaghat.; fl. Septbr. (planta rarissima).

4. SMITHIA BIGEMINA. — Dalzell. in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 208.

Pedalis, e b. ramosa, ramis filiformib. pilis patulis bulbos. hirsutis, foliol. bijug. obovato-cuneat. margine ciliatis subtusq. parce strigosis seta terminatis, racemis axillarib. pauci-(2—8) floris pedunculat., pedunc. glabr. filiformib. folio multo longiorib., calyc. labiis margine setaceo-ciliatis, superiore cuneato emarginato mucronato, inferiore 3-lobo, lob. lateralib. obtus., intermedio longiore acuminato, bracteis calyce dimid. breviorib. lanc. setaceo-acuminatis, florib. flav., legumine 7 spermo articulis grosse tuberculatis.

Foliola 5—6 l. lg. Cal. f. 2 l. Cor. 4 lin.

S. racemosae aff. (Walp. Rep. I. 735 n. 2).

Cresc. in jugo Syhadrensi. — Fl. Octbr.

5. SMITHIA SETULOSA. — Dalzell in Hook. journ. Kew gard. III. 208.

3—4 ped., caule dichotomo-ramoso setuloso-hispido, foliol. 5—7 jugis lin-oblg. obtus. margine ciliat. utrinq. glaberr., pet. comm. hispido foliolisq. seta terminatis, stipulis lg. setaceo-acuminat. paulo infra med. adnatis glabris, florib. in paniculam terminal. aphyll. dispositis, racemis in dichotomiae ramulis terminalib. secundis, calycis striati, strigosi labiis integerr. minute ciliatis valde inaequalib., superiore orbiculari majore, inferiore oblongo, acuto, bracteis ovalib. obtusis calyce dimid. breviorib., florib. flav., carina ap. fusca, legumine 10—12 spermis, articulis prominulo-reticulatis.

F. 4 p. lg. foliola f. 2 p., subt. glauca. Cal. 4 l. lg. Cor. 8 lin. — (tota planta setis luteis obtecta). — Crescit in jugo Syhdarensi, prope Parwar-ghât. — Fl. Octbr.

Leguminosae.

6. SMITHIA CAPITATA (non Desv.) Dalz. — Dalzell. in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 208.

Caule glabro ramoso, foliol. 9—15 jug. lin - oblong. obtusis, ciliatis subtusque secus costam setuloso - strigosis, pet. comm. hispido, stipulis adnatis ovato - lanc. seta terminat. deors. lg. productis, capitul. sphaeric. multifloris solitar. terminalib., pedunc. glabris folio breviorib., bracteis obovato - lanc. calycem aequantib., calyc. reticulati labiis rotundatis indivis. dentat., dentib. lg. setaceo - acuminatis, leguminis articulis 6—7 glabris, laevibus.

Herba 1½ ped. tota fol. exceptis glabra. — Cresc. in jugo Syhadrensi, prope Parwar - ghât.

6610. URARIA *Desv.*

(DC. Prodr. II. 324. — Walp. Rep. I., II., V. 523.)

1. URARIA ALOPECUROIDES Wight. ic. tab. 290. — Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 270. — Ab *Uraria lagopode* ovulis 2 nec 5—6 differt.

6615. DESMODIUM *DC.*

(DC. Prodr. II. 325. — Walp. Ann. II. 413.)

Miq. Fl. Ind, Bat. I. p. 235.

Desmodium DC. excl. paucis. — *Nicolsonia* DC. — *Ototropis* Nees. — *Dollinera* Endl. — *Codariocalyx* Hassk. — *Cyclomorium* Walp. — Cfr. Benth. pl. Jungh. I. p. 221.

Sect. I. *LAGOTIA* (Walp. gen.)

1. *Desm. triflorum* DC. — 2. *Desm. heterophyllum* DC. — 3. *Desm. microphyllum* DC. — 4. *Desm. filiforme* Zoll.

Sect. II. *NICOLSONIA* Benth. (genus ap. DC.)

5. *Desm. barbatum* Benth. — 6. *Desm. reflexum* DC. — 7. *Desm. capitatum* DC. — 8. *Desm. rufescens* DC. — 9. *Desm. polycarpum* DC. — 10. *Desm. trichocaulum* DC.

Sect. III. *PLEUROLOBIUM* Benth. pl. Jungh. p. 223.

11. *Desm. gyrans* DC. — 12. *Desm. gyroides* DC. — 13. *Desm. pseudogyroides* Miq. — 14. *Desm. pseudo - gyrans* Miq. — 15. *Desm. Timoriense* DC.

Sect. IV. *HETEROLOMA* Benth. l. c. p. 224.

16. *Desm. concinnum* DC. — 17. *Desm. megaphyllum* Zoll. — 18. *Desm. latifolium* DC. — 19. *Desm. Gangeticum* DC. — 20. *Desm. dependens* Bl. — 21. *Desm. trifoliastrum* Miq. — 22. *Desm. reniforme* DC.

Sect. V. *SCORPIURUS* Benth. l. c. p. 224.

23. *Desm. ormocarpoides* DC. — 24. *Desm. zonatum* Miq. — 25. *Desm. recurvatum* Grah. — 26. *Desm. laxiflorum* DC. — 27. *Desm. Horsfieldii* Miq.

Sect. VI. *CHALARIOIDES* Benth. l. c. p. 225.

28. *Desm. diffusum* DC. (W. et Arn.).

Sect. VII. *CHALARIUM* Benth. l. c. p. 225.

29. *Desm. stipulaceum* DC.

Sect. VIII. *DOLLINERA* Benth. l. c. p. 225.

30. *Desm. dasyphyllum* Miq. — 31. *Desm. oxyphyllum* DC.

Sect. IX. *PODOCARPIUM* Benth. l. c. p. 226.

32. *Desm. strangulatum* W. et Arn. — 33. *Desm. Gardneri* Benth. — 34 *Desm. leptopus* A. Gray. — 35. *Desm. securiforme* Benth.

Sect. X. *LEPTODESMA* Benth. l. c. p. 221 (gen. proprium?).

36. *Desm. congestum* Wall.

Sect. dubia. *Spec. calyce abludens.*

37. *Desm. Bambusetorum* Miq.

---

1. DESMODIUM BIGELOVII A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 47. — Annuum; caulib. gracilib. procumbentib. elong. angulatis scabrido-pubescentib.; f. trifoliolatis; stipulis bracteisq. setaceo-subulatis persistentib.; foliol. lato-lanc. obtusis membranac. laxe venosis ciliatis glabellis; racemis laxifloris; lomento vix stipitato 3—4 articulato, articulis rhomboideis undulato-torquatis subpuberulis. — Sonora, in valli on the San Pedro. — Septbr.

   D. Neo-Mexicano species simillima.

2. DESMODIUM BATACAULON A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 47. — Caule elongato procumbente pilis tortis uncinatis aspero-hirto adhaesivo; stip. e b. lata subulato-aristatis fuscis deciduis; fol. trifoliolatis; foliol. oblongo-lanc. acutis utrinq. strigoso-hirsutis cinereis laxe venosis; racemis terminalib. et axillarib. laxifl.; bract. subulatis caducis; lomento brevit. stipitato, 5—7 articulato, articulis rotundatis laevib. — Sonora. — Septbr.

3. DESMODIUM SONORAE A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 47. — Caule erecto ramoso pilis ap. uncinatis confertis aspero-hirto adhaesivo; stipul. bracteisq. parvis e b. lata subulatis fuscis deciduis; f. trifoliolatis; foliol. oblongis s. lanc.-oblongis obtusis membranaceis laxe venosis utrinq. parce pilosulis subt. pallidis; racem. terminalib. elong.; loment. deflexis brevissime stipitat., articul. 7—8 rotundatis scabro-hirtis. — Sonora pr. Deserted Rancho. — Septbr.

   Haud dissimile *D. Aparine.*

4. DESMODIUM CINERASCENS Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 48. — Decumbens, e radice perenni, pube molle appressa cinereum; stipul. lin.-subulatis fuscis deciduis; f.

trifoliolatis; foliol. elliptico-oblongis obtusis parallele penninerviis utrinq. sericeo-pubescentib. pallidis subt. canescentib.; racem. ad ap. caulis paniculatis multifl.; bract. subulatis caducis; loment. adscendentib. brevit. stipitatis, articul. 6—8 ovalib. inaequilateris puberulis. — In regno Sonora inter Barbocomiri et Santa Cruz. — Sept. — Caul. 2—4 ped. procumbentes etc.

Species haud aliena *D. strobilaceo* et *D. cajanifolio*.

5. DESMODIUM PSILOCARPUM Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 48. — Scabro-pubescens; caule e b. suffrutesc. erecto; stipulis ex ovato-longe subulatis striatis persistentib.; f. trifoliolatis; foliol. rhombeo-ovatis oblgisve obtusis reticulatis glabratis marginib. venisq. subt. hirtellis; racem. terminalib. paniculat. multifl.; bract. stipul. conformib. caducis; loment. patentib., articulis 4—5 medio adnexis ovalib. subaequilateris glaberr. (nisi marg. ciliolatis) membranac. semine multo majorib. — In regno Sonora pr. Santa Cruz. — Septbr. — Caules 2—3 ped. etc.

Affinis *D. canescenti*.

6. DESMODIUM GRAHAMI A. Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 48. — Caulib. e radice perenni ramosis procumbentib. ramisq. gracilib. glabellis; stipul. subulato-acuminatis fuscis persistentib; f. trifoliolatis; foliol. ovato-rotundis saepe retusis membranac. minute pubescentib. subt. pallidis; racemis plerisq. terminalib. dem. praelongis sparsifl.; bract. ovatis acuminat. striatis calyceq. primum hispidis deciduis; lomento sub-stipitato deflexo, articulis 4—5 ovalib. inaequilateris pubero-scabris. — Nova-Mexico in montib. pr. cupri fodinas. — Corolla purpurea 3—4 l. lg., foliatio simillima *D. Dillenii*.

7. DESMODIUM WISLIZENI (Engelm. ined.). — Fl. Texano-Mexicanae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 53. — Tenellum, puberulum; caulib. e radice perenni plurib. diffusis; f. inferiorib. 1-foliolatis, summis saep. trifoliolatis; foliolo terminali ovato v. oblgo obtuso saepe subcordato reticulato-scabrido, lateralib. dum adsunt minorib. oblgis; stipulis bracteisq. subulato-setaceis conspicuis; racemo elongato; lomento brevit. stipitato 3—6 articulato, articulis ovali-rhomboideis glaberr. medio adnexis. — In Mexico bor. Cosiquiriachi.

8. DESMODIUM NEO-MEXICANUM A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. p. 53 et V. p. 47. — Annuum pubescens; caule gracili subpedali erecto ramoso; f. omnib. trifoliolatis; foliolis linearib. reticulatis mucronulatis subt. praecipue ad margines pilosis; stipulis subulatis aristatis; lomento substipitato, articulis parvis puberulis rotundatis medio adnexis. — Nova Mexico ad orientem ab El Paso. — Octbr.

var. *glabellum:* Caulib. erectis diffuse ramosis; foliol. membranac. vix reticulatis obtusis; lomento glabello.

Nova Mexico, prope cupri fodinas et in prov. Sonora. — Aug. Sept.

Sect. III. *PLEUROLOBIUM* Benth.

9. DESMODIUM GYRANS (DC. Prodr. II. p. 336. — Walp. Ann. III. 851 n. 2.) — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 243 et Benth. pl. Jungh. I. 227.

var. β. foliolum terminale latum, ellipticum.

India, Bengalen, Nepal. — Java. Sumatra — var. β. Java.

10. DESMODIUM GYROIDES (DC. Prodr. II. 326). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 243.

α. *lilacina* Hassk., calyx flavescenti-viridis subkermesinus; cor. rubicundo-alba, dein albido-lilacina.

Desmod. lilacinum Jungh. itiner. olim.

β. *violacea* ejusd., foliola folior. summor. min. rotundata, stip. ad b. sanguineae, calyx laete sanguineus; vexill. et alae violaceae, carina sublilacina.

Java in declivibus graminosis usque 2000' alt. ad montem Merapi; pr. Wijnkoopsbay. Sumatra in locis dictis Batta etc.

11. DESMODIUM PSEUDO-GYROIDES Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 241. — Frutescens ramuli glabriusculi, priores appr. puberi, petioli villosi, unifoliolati, foliolum lato-ellipticum v. suborbiculare utrinq. rotundatum v. b. levit. emargin., praesert. subt. pubescens, $1\frac{1}{2}$ — 1 p., petiolulo brevi densius hirtello minute bistipellato, racemi breves, axi appresse flavido-hirtello, bracteis lato-cordato-ovatis subacutis striatis pubesc., fl. contribualium (!!), violacei (in sicco), ovar. albo-hirsutiss., leg. 6—7 spermum, 6—7 lin. lg., planum, sutura inferiore levit. sinuatum, hirtopilosum. — Cum *D. gyroide* ultro comparetur. — Java pr. Banjoemas, Dr. Horsfield detex.

12. DESMODIUM PSEUDO-GYRANS Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 244. — Fruticosum, ramuli tenues petioliq. tenere hirtelli, f. trifoliolata v. 1-foliolata, terminale majus obovatum ap. subtruncato-rotundatum, 2—$2\frac{1}{2}$ poll. lg., lateralia ter quaterve minora elliptico-obovata, $1\frac{1}{2}$-fere 1 p. aequantia, omn. tenuiter membranacea subt. pallidiora, utrinq. praesert. subt. mollit. pubesc., venis teneris parallelis adscendenti-patulis, stip. lanc. acuminatae striatae glabrae, racemi terminalis sessilis brevis axis et pedicelli dense rufo-hirtelli, calyc. dentes hirtelli tubo glabro subbreviores, ovar. albo-hirsutum.

D. trichocaulum (haud DC.) Zoll. herb. n. 920 Z.

Florib. c. *D. gyroide* congruit. Bract. ovatae acutae striatae ciliatae. Axis racemi rufo-non ut in illo albido-hirtella. Stam. vexillare liberum. — Habitus ob f. majora, latiora, teneriora, magis viridia caet. multo discrepat. — Java, prov. Bandong.

13. DESMODIUM TRIFOLIASTRUM Miq. — Miq. l. c. — Repens suffruticulosum, ramuli suberecti ap. pilosuli, bract. lanc. striatae villosulae et ciliatae, petioli ½-fere 1 poll. lg., petioluli foliolaq. subt. hirtello-villosula, stipellae angustae lin. laxae, foliola obovata v. lato-subdeltoideo-obovata, majora ap. vulgo subtruncata, terminale ¾—1 p. lg., lateralia haud multum minora, membranac. supra glabriusc., tenere venulosa, rac. termin. erecti longiusc. v. breviores, bract. ovatae lge acuminatae striatae villosulae, pedic. 2 lin. circ. lgi puberi, calyc. pilosuli dentes angusti hirtuli. — *D. trifoliastr.* Miq. in herb. Zoll. n. 904. — *D. oxalidifolium* Bl. herb. L. B. — In sp. Bl. fl. et fr. desunt, in Zoll. 1 flos adest. — Sect. vix satis certa; a *D. reniformi* tam. non lge distare crediderim. Cor. albida b. violac-maculata, teste Zoll. — Java in solo trachytico m. Salak.

Sect. IV. *HETEROLOMA* Benth.

14. DESMODIUM (*Heteroloma*) BRACHYPODUM A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 434. — Erectum, glabellum; stip. persistentib. striatis e b. ovata v. subcordata acuminatis subaristatis; f. trifoliolatis; foliolis oblongis obtusis laxe venosis; racemo virgato terminali elong.; bracteis e b. lata subulatis deciduis; pedicellis geminis perbrevibus post anthes. deflexis; lomenti articulis 4—6 pubero-scabris parvulis. — Hab. South Wales, Sidney, Hunter's River. (divis. Strobilacea Benth. in Pl. Jungh.).

15. DESMODIUM (*Heteroloma*) RETICULATUM, Champ. — Benth. in Hook. Kew g. misc. IV. 47. — Foliol. ovali-ellipticis oblongisve utrinq. obtus. supra glabr. subt. pallid. cauleq. pilis raris conspersis, stipul. lanc. acuminatis, racemo gracili, bract. deciduis b. latis setac.-acuminat. summis comantibus, pedicell. brevib. geminis, alis carina paulo breviorib. — Petiol. comm. gracil., 6—10 lin. lg. Foliol. termin. pollic. lg., ½ p. l., ap. basique obtusum, lateralia minora. Stipellae setaceae. Racemus ½ ped., florib. per paria dissitis. Bracteae 2—3 l. lg. l. lanceol. Calyx lin. lg. lacin. 5 lanc. Vexillum f. 3 lin. lg., obovali-orbiculatum, emarginat., subsessile glabr. Alae dimidiatae, l.

obovatae, ungue brevi. Carina incurva, obtusa. Stam. vexillare a b. liberum. Ovar. pilis paucis ciliolatum, sessile. — In insula Hong-Kong.

16. DESMODIUM LATIFOLIUM DC. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 246.

17. DESMODIUM DEPENDENS Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 248.

Sect. V. *SCORPIURUS* Benth.

18. DESMODIUM ZONATUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 250. — Suffruticosum, ramis erectis, folii 1-foliolati foliolum ovatum, ovato-oblgum v. oblgum acuminatum, b. rotundatum v. subacutum, membranac., supra glabrum et utrinq. (in vivo) zona macular. pallidarum notatum, subt. subcaesio-pallidum molliter appr. pubesc., venis utrinq. 8 — 10 patulis erectis tenuib., $2^1/_2 — 4^1/_2$ p. longum, petiolus vix p. ap. bistipellatus glabriusc., petiolulus lin. vix aequans pilosulus, stip. striatae diutius pubesc. lin.-lanc. lge attenuatae ciliatae, rac. termin. erecti vix $^1/_2$-ped. pubesc., pedic. fasciculati 2—3 l. lgi, calycis hirtelli dentes lin. angusti tubo longiores, leg. valde juvenile dense villosum (non contractum). *D. ormocarpoides* (haud DC.) Zoll. Nat. en Geneesk. Arch. III. p. 57 herb. n. 1060. — A specie Candoll. pube jam satis differre videtur. Cor. ex Zoll. roseo-fuscata. — Java pr. Kampong Tjikoja.

19. DESMODIUM HORSFIELDII Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 251. — Ramuli superne subtetragoni pubesc., stip. decid., f. trifoliolata v. 1-foliolata, illor. foliola oblga v. lanc.-oblga acuta v. obtusa mucronata, lateralia terminali tripollicari multo minora, supremorum foliolum ovato-subrotundatum, membranacea, supra pubera, subt. pallida seric.-pubesc., costulis utrinq. circ. 15 parallelis in sicco flavidis pertensa, rac. terminales dense paniculato-conferti, hispido-hirtelli, bract. ovatis abrupte acuminatis dorso hirsuto-villosis imbricantib. deciduis, pedic. vulgo geminati calyce lato-cupulato hispidulo acute 5-fido (lacin. posticae breviores altius connatae) membranaceo nervuloso sublongiores, stam. vexillare liberum, styl. longiusculus incurvus glaber, stigma capitellatum, leg. lin. parum compressum pilis uncinatis pubescens.

D. quinqueangulari Wght. Ic. tab. 293 aliquomodo accedit.

Java pr. Soerakarta. Horsfield detex.

20. DESMODIUM NOVO-HOLLANDICUM Ferd. Müll. — Ferd. Müller diagn. novae in Linn. XXV p. 394. — Caulib. repentib. tenuib. flexuosis retro-pilosis, foliolis subcoriaceis ternatis, superiorib. angusto-lanc., inferiorib. gradatim latiorib. brevioribusq. ellipticis v. obovatis rarius obcordatis obtusis v. mucronulatis reticulato-venosis praesert. subt. pilis sparsis obsitis, stip. lato-ovatis acuminatis striatis dem. scariosis, fl. axillarib. solitar. brevit. pedicellatis, dentib. calycis pilosuli acutis labii superioris brevib. labii inferioris medio dente elongato subulato, legum. pilosulo parum compresso aequilato oligospermo, loculis aeque longis ac latis, seminib. convexis b. et ap. truncatis nitenti-nigris. — In glarea temp. pluv. inundata rivorum Crystal brook et Rocky river. — Habitu simillimum *D. Tasmanico*, sed alius sectionis. F., calyc. et legumina sunt majora. Fl. haud inveni.

Sect. VII. *CHALARIUM* Benth.

21. DESMODIUM (*Chalarium*) GRAMINEUM Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. V. p. 46. — Glaberr; caulib. e radice perenni erectis gracillimis; stipulis minutis subulat.; f. omnib. 1-foliolat.; foliolo anguste lin. praelgo subt. nervato-venoso; racemis paniculat.; lomento 3—4-articulato brevit. stipitato, articulis ovalib. — Sonora in rupium fissuris pr. Deserted Rancho.

Spec. *unifoliolata* sect. *Chalarii*, foliolis suis gramineis distinctissima.

22. DESMODIUM (*Chalarium*) EXIGUUM Gray. — Pl. Wright. l. c. p. 46. — Annuum puberulum; caule tenello erecto ramoso; stipulis bracteisq. setac.; f. plerisq. unifoliolatis, foliolo inferior. deltoideo v. rhomboideo summorum lineari,

paucis intermediis nunc trifoliolatis foliolis linearib. v. lanc.; racem. filiformib.; lomento 2—3 articulato longiuscule stipitato, articulis rhombeis scabris. — Sonora, in rupium hiatibus. — Sept. — Caulis spithamaeus etc. — (ut sp. praecedentes ad sect. *Chalarium* referendae.)

23. DESMODIUM (*Chalarium*) ANNUUM Gray. — Pl. Wrightii l. c. p. 46. — Pilosulum, caule tenello e radice annua erecto subsimplici; stipulis stipellisq. setaceis c. petiolo longiusc. semper 1-foliolato pilosis; foliolo ovali membranac. concolore ciliato; racemis paucifl.; lomento deflexo vix stipitato, articulis 4—5 orbiculatis ciliolatis medio adnexis. — Sonora una cum *D. gramineo* et *D. exiguo*. — Caulis 4—8 poll. altus, debilis etc.

24. DESMODIUM (*Chalarium*) NICARAGUENSE Örd. Benth. et Örsted. Legum. Centroameric. p. 16. — Elatum (frutescens?), indumento canescente, stip. lanc.-subulatis aequalib., foliol. 3 oblgo-ellipticis obtusis supra velutinis, subt. subsericeo-villosis, panicul. ramosis, pedicellis calyci subaequilongis, leguminis stipitati articulis ovali-orbiculatis subplanis glabriusc. — Ramuli angulati. Stip. 1—1½ l. lg. Petiol. comm. ½—1 p. — F. maxima 2—3 p., lateralia terminalib. minora etc. — In monte vulcano El viejo, in alt. 3000′.

Sect. VIII. *DOLLINERA* Benth.

25. DESMODIUM DASYPHYLLUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 253. — Ramuli petioli et inflor. rufo-pubesc.-hirsutula, stip. e b. dubdilatata lge lanceolatae acuminatae villosae, folii trifoliolati brevit. petiolati foliola coriacea, supra puberula, subt. molliter dense flavido-griseo-in costa costulisq. (utrinq. fere 20 arcuato-patulis) aureo-sericeo-hirsuta v. tomentosa, ovata v. elliptico-oblga obtusa, terminale lateralib. duplo majus, 2½—3-pollic., stipellae lin. rigidulae, rac. densiflori elongati stricti paniculato-conferti, bracteae e b. lanc. filiformi-lin. hirsutissimae deciduae, pedic. gemini arcuato-patuli calyce late bilabiato acute 5-fido sublongiores, stam. vexillare ad med. connatum, styli pars inferior parce pilosa, superior inflexa glabra, leg. pauci-articulatum utraque sutura sinuatum, pil. rectis hirtellum, articulis quadratis. — Calyc. laciniae 2 posticae ultra med. connatae. Carina incurvata. — Java pr. Pakal; Horsfield detex.

Sect. IX. *PODOCARPIUM* Benth.

26. DESMODIUM STRANGULATUM W. et Arn. (Walp. Rep. I. 739. 22). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 254.

Desm. trichocaulon Hassk. (non DC.) pl. Jav. rar. p. 367 excl. Burm. — *Pseudarthria viscida* Zoll. (non W. et Arn.). — *Hedysarum ignescens* Zipp. msc. — Ex clariss. Benth. forte ad *Desm. Scalpe* referendum nec lge. distare videtur a specie *Capensi D. Caffro* Eckl. et Zeyh. (Walp. Rep. I. 737. 10).

India, Zeylon, Madagaskar, Archipel., Java Sumatra et ins. Moluccae.

var. β. *sinuatum*, foliolis marginib. crenato-sinuatis.

Desmod. sinuatum Bl. herb. L. B. — *Desm. repandum* (DC. Prodr. II. p. 334. n. 79).

var. γ. *parvulum*, foliola elliptica obtusa parvula.

Desm. amplexicaule Zoll. in Nat. en Geneesk. Arch. IV. p. 65 herb. 2798 (non 2788).

Java in prov. Panaroekan. et pr. Soerakarta. — Sumatra pr. Palembang.

27. DESMODIUM (*Podocarpium*) LEPTOPUS A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 436. — Glabriusculum; foliolis ovato-lanc., terminali subrhombeo acuminato; racemo laxo sub-

simplici; pedicellis articulo longioribus; lomento scabro - pubescente stipite longo gracili; articulis longe cuneato - semirhombeis latitudine triplo longioribus.

Desmodium (Podocarp.) leptopus Gray ined.; Benth. Pl. Jungh. fasc. 2. p. 226 in adn.

Hab. Luzon, in inss. Philipp., in montib. pr. Baños. — Planta debilis vix glabra caet.

Sect. dubia: *Species calyce abludens.*

28. DESMODIUM BAMBUSETORUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 256. — Fruticulosum, glabriusculum, ramuli triquetri, rar. pilis inspersi; stip. lin.-lanceolatae acum. striatae puberulae ciliolatae, appressae, 2½ l. circ. lg. pet. graciles 4 p., b. nodosa petioluliq. lineam lgi albido-hirtelli, foliola membranac., lge acuminata, 3 v. subtriplinervia in nerv. primariis praesert. versus b. parce hirtella, caeterum glaberr., tenere venulosa, nervo tenue marginali cincta, terminale ad poll. distantiam a lateralib. ovato-lanc. subdimidiato-inaequilateris minorib. 3½-fere 4 poll. lgis dissitum; elliptico-oblongum b. acutiusc., 4—5 poll., rac. terminalis lge pedunculatus inter fl. c. pedic. vulgo geminatis 3—4 lin. lgis bract. lin. suffultis puberulus, paucifl.; calyc. parvuli ¾ lin. vix longi campanulati nervoso - striolati denticuli 5 breves obtusiusc., 2 posteriores approximati, cor. 2—3 lin. longa; — in umbrosis alba, in siccis intense rosea Zoll.

Desmod. elongatum (non Wall.?) Zoll. in Arch. III. p. 58. — *Eleiotis? desmodioides* Miq. herb. Zoll.

Java in Bambusarum fruticetis (n. 2537 herb. Zoll.).

(6615. pr. p) **DENDROLOBIUM** Wight et Arn.

Benth. in pl. Jungh. I. p. 217. — Miq. Fl. Ind. Bat. I. 261.

1. DENDROLOBIUM UMBELLATUM Wght. et Arn. = *Desmod. umbellatum* DC.

6615 b. **PTEROLOMA** *Desv.*

(DC. Prodr. II. 326.)

Benth. in pl. Jungh. fasc. II. p. 219.

Calyx turbinato - campanulatus semi 4 - fidus, lacin. acuminatis superiore integra minute bidentata. Discus petalifer tenuis. Vexill. orbiculatum, ab ungue tenui abrupte reflexum, supra unguem intus callosum. Alae oblongae, carinae arcuato - subrostratae lateralit. vix gibbae nec appendiculatae, levit. cohaerentes. Stam. vexill. liberum v. vix b. caeteris adhaerens. Ov. sessile, pluriovulatum. Styl. superne glaber, subcartilagineus, ap. tenuit. capitato - stigmatosus. Leg. exsertum, rectum planum, articulis quadratis nunc levit. incrassatis. — Herba v. suffrutex elatus Asiae trop. Stip. lato - lanc., striatae, saep. liberae. F. 1 - foliolata, petiolo alato, foliolo stipellato. Fl. secus racemum 2—3-natim fasciculati brevit. pedicellati, bract. stipulaeformib.

1. PTEROLOMA TRIQUETRUM Benth. pl. Jungh. (DC. l. c. n. 5). — Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 258.

var. β. *humilis* (Hassk. Cat. Bog. p. 274). 2—2½ ped., pet. cuneato - linearis, foliolum ovato - lanc.

var. γ. *elongata*. Foliola lanc. petiolo brevi multoties longiora.

Desmodium alatum (DC. Prodr. l. c. n. 7).

β. et γ. in prov. Bantam, in Java et in Borneo.

6616. DICERMA DC. excl. sect. *Phyllodium.*

Benth. pl. Jungh. fasc. II. p. 219.

Calyx turbinato-campanulatus semi-3 fidus, lacinia superiore subintegra, omnib. lanc. acutis rigidulis nervoso-striatis. Disc. petalifer tenuis. Vexill. oblongo-obovatum, erectum b. nudum. Alae oblongae, carinae rectiusc. obtusae nudae vix cohaerentes, stamen vexillare liberum v. vix b. cohaerens. Ovar. sessile biovulatum. Stylus superne glaber, subcartilagineus; ap. tenuiter capitato-stigmatosus. Leg. exsert., rectum planum, articulis 2 orbiculatis anguste truncatis. — Herba Asiae tropic., b. suffruticosa. Stip. striatae, acuminatae connatae. F. pinnatim trifoliolata, petiolo nudo, stipellis minutis, foliolis parvis. Fl. secus racemum tenuem 2—3-natim fasciculati, brevit. pedicellati bracteis parvis stipulaeformib.

1. DICERMA BIAURICULATUM (DC. Prodr. II. 339). — Hab. in Sumatrae monte Padang. — Var. glabrum v. pl. min. villosum.

(6616 pr. p.) PHYLLODIUM *Desv.*

(*Dicermae* sect. Endl. gen. pl. p. 1285). — Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 259.

1. PHYLLODIUM PULCHELLUM Desv. = *Dicerma pulchellum* (DC. Prodr. II. 339 n. 1).
2. PHYLLODIUM ELEGANS Desv. = *Dicerma elegans* (DC. Prodr. II. 339 n. 2).
3. PHYLLODIUM VESTITUM Benth. = *Dicerma vestitum* Wall. cat. n. 5739.

CATENARIA *Benth.*

Benth. in pl. Jungh. fasc. II. p. 220.

Calyx anguste turbinato-campanulatus semi-4 fidus, lacin. acuminatis, superiore bidentata. Disc. petalifer in fundo calycis crassiusculus. Vexillum erectum, elliptico-oblongum, b. obtusum v. subcordatum, breviter unguiculatum, ecallosum. Stamen vexillare liberum v. ima b. cohaerens. Ovar. sess. pluri-ovulatum, stylus superne glaber ap. tenuit. capitato-stigmatosus. Leg. sess. elongatum planiusc., artic. oblongis truncatis. — Fruticulus Asiae tropic. stip. lanc.-setaceae striatae saep. liberae. Fl. secus racemos subpaniculatos 2—3-natim fasciculati, bracteis parvis stipulaeformib. Specimina siccitate nigrescunt. Pili leguminis hamato-prehensiles.

1. CATENARIA LABURNIFOLIA Benth.

Desm. laburnifolium DC. Prodr. II. 337. — *Desm. cateniferum* Arn. — *Desm. viticinum* Wall. Cat. n. 5709.

6618. HEDYSARUM *Jeaume.*

(DC. Prodr. II. 340. — Walp. Ann. II. 415.)

1. HEDYSARUM BOVEI B. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl. n. (1852) p. 40. — Perenne caulib. ascendentib. foliosis parce ramosis rubello-virentib. sub lente pilis sparsis adpressis minimis obsitis, f. viridib. 7—9 jugis, foliol. ellipt.-linearib. utrinq. attenuatis acut. sessilibus supra glabris subt. pilis adpressis sparsis obsitis, stip. membranac. scariosis pellucidis rubellis hirtis in unam amplexicaulem folio oppositam ovato-

oblongam ad $1/3$ usq. in 2 lobos setac-acuminatos fissam coalitis, pedunc. in axillis supremis fol. longiorib., rac. ovato conferto, fl. brevissime pedicellatis roseis bractea lineari pedicello aequilonga suffultis, calycis hirti corollâ triplo brevioris dentib. setac. ciliatis tubo triplo longiorib., vexillo glabro obtuso carinâ $1/3$ breviori alas superanti, alis oblgo-spathulatis carinam $1/2$ subaequantib. eâq. angustiorib., carinâ obtusa subt. extremitate angulo fere recto curvata, leg. 1—2 articulato, artic. ovatis longe et dense aculeatis inter aculeos canis, acul. hirtis ap. incurvis tenuib. b. dilatatis areolas foveolatas formantibus. — Hab. in collib. Africae bor. circa Arzew (Bové) in fruticetis arenosis prov. Oran. (Reuter). — Caules 5—10 pollicares etc.

2. HEDYSARUM KOLENATII C. Koch. — C. Koch in Linn. XXIV. (1851) p. 97. — Caulis pluriceps, abbreviatus; f. sexjuga, foliolis ovato-oblongis s. oblongis, obtusis, integerr., brevit. pedicellatis, supra cano-et tenuiter, subt. argenteo-et dense tomentosis. Pet. pilis patulis dense obtecti; pedunc. deniq. foliis longior et spiciger, pilis inferne patentib., superne patentissimis vestitus. Fl. ab initio capitati, deniq. spicati, (ut videntur) flavi, brevissime stipitati; calyx hirsutus, dentib. lanc.-subulatis, elong., carinâ et vexillo emarginato multo breviorib.; alae paene carinâ et vexillo duplo, dentib. calycinis paulo minores. Legum. (immat.) 3-sperm., tuberculatum, tomentosum.

H. argenteo L. fil. et *H. candido* Bieb. proximum.

In regione circ. Tiflin leg. Kolenati.

Hedysareae dubiae:

3. HEDYSARUM ARBOREUM Roxb. fl. Ind. III. p. 361. — Miq. fl. Ind. Bat. I. — *Anne Dendrolobii* species? — In Moluccis ins.

4. HEDYSARUM PATENS Roxb. l. c. p. 362. — Miq. l. c. — *Desmodium videtur* sect. *Podocarpium.* — In Moluccis ins.

STRACHEYA *Benth.*

(Ad n. 6618. Endl. gen. pl. collocand.) — Bentham in Kew gard. misc. journ. V. 306.

Cal. bibracteolatus, dentib. 5 elong. subbilabiatus. Corollae vexill. obovat., carinam obliq. truncatam aequans, alis angustis breviorib. Stam. diadelpha ap. abrupte infracta, filam. vexillari a b. recto. Ovar. sessile, pauci-ovulatum. Legum. exsert., continuum plane compress., indehisc., transverse reticulatum, suturis sinuatis spinoso-dentatis, faciebus aculeis compressis longitudinalit. auctis. — Herba suffruticosa, caespitosa, habitu et florib. Hedysaris subacaulibus similis, legumine distincto, Eversmanniae affinis. — Species unica:

1. STRACHEYA TIBETICA Benth. l. c.

Caul. breviss., dense caespitoso-ramosi, ramis rar. subelong. 1—1$1/2$ pollic. Stip. scariosae, lato-ovatae, 2—3 l. lg. obtusiuscul., postice connatae, adpresse pubescentes.

In jugum Lanak Tibetiae occid. et in Sikkim boreali, semper alt. 15000′ et ultra.

6619. ONOBRYCHIS *Tournef.*

(DC. Prodr. II. 344. — Walp. Ann. II. 416.)

1. ONOBRYCHIS PILOSA (*Hymenobrychis*) Boiss. — Boiss. Ann. sc. nat. ser. IV. tom. 2. p. 250. — Perennis, caulib. elatis flexuosis simpliciusculis teretib. patule hispidis, stip. liberis v. superiorib. latere exteriori brevit. connatis triangulari-lanc., acuminatis,

f. longiuscule petiolatis 5—6 jugis petiolis lge hirsutis griseis, foliolis omnib. subaequalib. petiolulatis oblgo-ellipticis obtusis mucronulatis supra glabris subt. adpressiuscule et lge hirsutis, racemis axillarib. lgis folio longiorib., bract. lanceolatis pedicello longiorib., florib. . . . ., calycis dense hirsuti grisei lacin. lanc. lge acuminatis tubo duplo longiorib., legumine falcato suborbiculato nitido ad areolam centralem et margines breviter crispo-lanato areolae centralis scrobiculata *) (scrobicula?) in 1—6 aculeos inaequales producta, crista marginali radiata marg. denticulata areola centrali angustiori. — Hab. in Anti-Tauro merid. (Tschihatcheff). — Pl. ped. etc.

2. ONOBRYCHIS ALLIONII Jord. — Hortus Gratianopolitan. 1851, Jordan adnotationes et Linn. XXV. p. 301. — Allionii flor. Pedem. tab. 19 f. 1. sub *O. saxatilis* nomine plantam exhibet praecedenti *(O. Tommasinii)* satis affinem sed f. anguste linearib. acutis sine dubio diversam. Habitu *O. saxatilem* L. veram exacte refert, sed ab hac fl. roseis nec flavidis et fructib. dentato-spinosis nec inermib. plane recedit. Ab *O. supina* (Vill.) dignoscitur vexillo carinam aequante et habitu strictiore. Medium fere tenet inter utramque. Ad hanc refero plantam sine fr. a me prope Toulon lectam et *O. Allionii* nomine designandam censeo. — Planta adhuc mihi dubia et diutius perscrutanda.

3. ONOBRYCHIS TOMMASINII Jord. — Hort. Gratianopolitanus 1851. Jordan adnotationes. (*Onobrychis arenaria* Koch. syn. fl. Germ. p. 211 pro p., non DC.) — Racemis demum elongatis longe pedunculatis, bract. lanceolatis subacuminatis calycis tubo breviorib., calycis subappresse pilosi lobis erectis lanc.-subulatis, tubo suo subduplo longioribus legumina paulo superantib., vexillo subovato ap. rotundato leviter emarginato, carina alis multo longiore vexillum subaequante, alis minutis oblongo-ovatis acutiusculis calyce multo breviorib., leguminib. erectis, subappresse pubescentib. obovatis subturgidis marg. anteriore cristato-carinatis disco reticulatis ad marg. et discum dentatis, dentib. lanceolatis subulatis cristae latitudinem subaequantibus, f. 7—10 jugis foliolis pubescentib. oblongis v. oblongo-linearib. obtusis mucronulatis, stip. connatis ovato-lanc., acuminatis, caulib. inferne praesertim subhirsutis numerosis ascendentib. simplicib. v. ramosiusculis. — Hab. in montosis siccis calcareis pr. Trieste. Fl. Juni ♃. — Flor. pallide et fere sordide rosei, vexillum cum striis purpureis centralibus.

4. ONOBRYCHIS COLLINA Jord. msc. — Jordan adnotat. in hort. Gratianopolit. 1851. — Linn. XXV. p. 301.

Onobr. Gaudiniana Jord. olim, in spec. siccis ad amicos missis, a vera Gaudini planta dignoscitur:

pedunculis crassiorib., calycis lobis tubo suo paulo longiorib., minus anguste subulatis, alis obtusis ap. denticulatis, leguminib. brevit. dentatis, foliorum jugis 7—12 nec tantum 5—7, foliolis breviorib. minus angustatis, plerisq. oblongo-v. lin-ellipticis, caulib. inferne glabrescentib. nec. valde hirsutis. — Hab. in collib. siccis calcar. pr. Lyon.; Cremieu etc., haud infrequens. Fl. Jul.

5. ONOBRYCHIS DECUMBENS Jord. msc. — Jord. observ. h. Gratianopol. 1851; Linn. XXV. p. 305. — *O. Gaudiniana* Jord. msc. in Cat. Grenoble 1850, c. praecedentib. (c. *O. Tommasinii* Jord., collina Jord. et c. *O. supina* Vill.) convenit vexillo carinam subaequante, sed certe differt: fl. majorib., vexillo subrotundo-obovato, venis saturatiorib. picto, carina magis rectangula, alis valde obtusiorib., leguminib. saepe subglabris nec dense pubescentib., longius dentato-spinosis, dentib. cristam leguminis fere superantib., f. majorib. anguste oblongis, caulib. valde proceriorib. elongatis omnino diffusis assurgentibus. — Hab. in collib. siccis calcareis, Couzon pr. Lyon. — Fl. Jun. ♃.

6. ONOBRYCHIS DEALBATA J. E. S. — J. E. Stocks in Hook. j. Kew. gard. misc. IV. 146. — Caespitosa, caulib. ex ead. radice plurim. abbreviat., f. 3—4-jug. approximat., petioli b. expansa cum stipul. adnata densiss. et molliter gossypino-sericea, foliol.

*) Phrasis mihi minime perspicua.

rotundat. v. ovat. submucronat. margine subcallosis cum petiolo scapoq. pil. adpressis candescentib., pagina super. glanduloso-punctata, scapo folia multo superante, racemo denso ovoid., florib. brevit. pedunculat., calyc. dense albo-villosi dentib. subulat. plumoso-villosis, tubo longiorib., legum. biloculari (loculo infer. aspermo stipitiformi) disco lacunoso-rugoso gossypino margine ang. denticulato-cristato. — Hab. in Beloochistan super 6—9000′ n. 1035.

7. ONOBRYCHIS NUMMULARIA J. E. S. — J. E. Stocks in Hook. j. Kew gard. misc. IV. 146. — Annua, diffusa, caule abbreviato, stipulis petiolo adnat., f. radicalib. simplicib. v. 3—5 foliolat., foliol. rotundat. a b. cuneata v. rotundata obovatis v. ovat., ap. mucronat. supra pube adpressa velutinis (nerv. ob glabritiem conspicuis) subt. canescenti-tomentos., racem. plurifloris folia plus minus superantib., calyc. laciniis subulato-acuminat. plumosis, ovar. biovulato-1-loculari, falcato-lunato, leg. orbiculari biloculari pubesc. ad discum foveolato, interstitiis plus minus prominulis aliquando in aculeolos productis ad marginem duplice serie setarum innocuar. radiatim cincto, setis diametrum legumin. aequantib. araneose gossypinis.

α. Calyc. segmentis corolla breviorib., alis postice auriculatis, leg. pubesc. — n. 843.

β. Calyc. segment. corollam dimid. supereminentib., alis integris, legumine gossypino. — n. 1165.

Hab. Pasht Khana in the Gundara Pass. alt. 4000′ et in Beloochistan super. — Vexillum lacteo-album venis purpureis reticulatum; carina lacteo-alba.

6622. CAMPYLOTROPIS *Bnge*,

(Walp. Rep. I. 747. et V. 527.)

1. CAMPYLOTROPIS CYTISOIDES (Benth. pl. Jungh I. p. 230). — Miq. fl. Ind. Bat. I. 229 tab. IV. — Erecta, foliola ellipt.-oblonga, brevit. mucronato-aristata, supra glabra subt. canesc. c. ramul. mollit. villosa, racemi axillares floribundi folio multo longiores, calycis brevit. pedicellati sericei laciniae lin-setaceae, postica semibifida, leg. oblique ovale aristatum mollit. pubescens.

   Phlebosporium cytisoides Jungh. Naturw. topogr. R. p. 346. — *Lespedezae* spec. Zoll.

   Frutex 5—10 ped., caet.

2. CAMPYLOTROPIS VIRGATA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 230. — Ramuli 6—8-striato-subangulati, petioliq. appr. pubesc., f. inferiora longiuscule (1 poll.) superiora ex axillis racemifera breviter brevissimeq. petiolata, foliola elliptica emarg. et mucronata subchartacea, supra glabra subt. glauca et tenere pubera glabresc., costa colorata venis subobsoletis, terminale circ. pollicare, lateralia ⅓—½ minora, racemi axill. contracti folio breviores, hirtelli, calyc. corolla brevioris appresse hirti dentes antici tubum fere aeq., eor. medius reliquis longior. — Lespedeza virgata Miq. msc. — Java.

3. CAMPYLOTROPIS MACROSTYLA Lindl. — Miq. l. c. — (*Lespedeza eriocarpa* DC. Prodr. 349 n. 5). — *Oxyramphis macrostyla* Wall. — Nepal.

6623. LESPEDEZA *Michx.*

(DC. Prodr. II. 348. — Walp. Ann. III. 850.)

1. LESPEDEZA (*Campylotropis*) VIATORUM, Champ. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 46.

Erecta? foliol. obovat. retusis glabr. v. subt. canescenti-pilosulis, racem. f. aequantib. longioribusve, calycis brevit. pedicellati puberuli lacin. lanc. tubum aequantib.; alis carina brevit. acuminata duplo breviorib., legumine stipitato ovato undiq. puberulo.

Petioli $\frac{1}{2}$—1 p., foliol. termin. saep. 1—$1\frac{1}{2}$ p., lateral. breviora latiss. Racemi nunc densifl., 1—2 pollic., nunc longiores laxi. Bracteae minutae. Pedic. vix $\frac{1}{2}$ l. lg. Fl. omn. compl. et fertiles videntur majusculi (4—$4\frac{1}{2}$ lin. lg.). Cal. $1\frac{1}{2}$ l. lg., laciniis 2 superiorib. plus min. p. anthes. connatis, dem. saepe solutis. Legum. stipite lin. lgo fultum, plano-compress., rete venular. inconspicuo, undiq. pilis brevib. adpress. conspersum, vix ad margines pilosius. — In insula Hong Kong prope „Little Hong-Kong" vulgaris.

2. LESPEDEZA (*Eulespedeza*) CUNEATA (G. Don., Gard. dict. II. 307). — Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 47.

Ramis virgatis, petiolis brevib. foliol. cuneato-linearib. obtusiss. retusisve mucronatis subt. strigoso pubesc., flor. axillaribus fasciculat. subsessilib., legum. orbiculato calyc. lacinias subaequante.

Hedysarum junceum Roxb. pl. Ind. III. 362 (non Lin.). — *Lespedeza juncea* DC. Prodr. II. 348 (excl. syn. Lin. Pers. et Thunb.) et eo teste Anthyllis cuneata, Dum. Cours.

Rara in ins. Hong-Kong. In variis regionib. Himalayae, in China et in Austral. tropica.

Subtribus III. *ALHAGEAE* DC.

(Endl. gen. pl. p. 1287.)

6626. **ALYSICARPUS** *Neck.*

(DC. Prodr. II. 352. — Walp. Ann. II. 419.)

1. ALYSICARPUS VAGINALIS (DC. Prodr. II. 353. 2). — Miq. l. c. — Hassk. pl. Jav. rar. p. 371.

β. *nummularifolius:* glabrior, racemi breves, densifl., leg. fere cylindrica glabra.

Alysic. nummularifolius (DC. l. c.) W. et Arn. Prodr. I. 156. — *Alysic. scaber* Spanoghe (Walp. Rep. I. 750 n. 8). — *Hegetschweilera pulchella* Reg. in sched. bot. Zeitg. I. p. 47.

Frequens in India et ad Americam traducta. — Java, Sumatra, Timor.

2. ALYSICARPUS RUGOSUS DC. (DC. Prodr. II. 353 n. 7). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 233.

Alysic. rugosus Hassk. pl. Jav. rar. p. 374. — *A. Wallichii* (Walp. Rep. I. 749 n. 6). — *A. bupleurifolius* Wall. cat. n. 5761. — *A. vaginalis* Wall. 5763 c. partim.

Anne ab *A. glumaceo* DC. satis differt?

India et in archipelago. Java. Africa.

3. ALYSICARPUS RACEMOSUS Benth. — Benth. Legum. Nilgherr. Hohenackeri, in Linn. XXIV. p. 642.

Decumbens pilosus, foliolis orbiculatis ovalibusve folior. superior. saepe 3, racemis laxis rufo-pilosis, pedicellis calyce duplo longiorib., calycis laciniis acutissimis rigide nervoso-striatis, legumine brevit. exserto 3—4 articulato reticulato.

Hab. in mont. Nilgherri. Coll. Hohenack. n. 1212. Herba semiped etc.

4. ALYSICARPUS PARVIFLORUS Dalz. — Dalzell in Hook. j. Kew gard. misc. III. 211.

Herbac. erectus, caule ramoso, b. glabro ap. patenti-piloso. f. simplicib. et trifoliolat. oblong-elliptic. mucronat. b. subcordat. supra

glabr. subt. adpr. strigosis stipulis petiol. breviorib., calyce f. 5-fido, segment. subulat. ciliat. obsc. nervosis, legumine ½ moniliformi reticulato, subglabro, 5—6 spermo, calycem duplo excedente.

F. simplic. et foliola terminal. cum pet. ½ pollic. 2 p. lg., 7—9 l. l., foliola lateral. multo minora. Cal. 2 lin. lg. Bracteae ovat., lg. cuspidato-acuminat. Pedic. patenti-pilosi. Styl. lg. pubesc. infra ap. incrassatus, ibique glaber. — Cresc. in jugo Syhadrensi, ad Phonda-ghât. Fl. et fr. Novbr.

Affinis *A. Belgaumensi* Wight ic. 92, sed minor et habitu debiliore.

5. ALYSICARPUS HAMOSUS Edgew. — Edgeworth l. c. p. 171. — Diffusa, ramis teretib. hirsutis pilis v. longis rectis debilib. v. brevib. rigidis hamosis, f. unifoliolatis stip. lanc. scariosis ciliatis, stipellis minutissimis, foliolis late ovatis rotundatisve b. cordatis rotundatisve, pilosis, racemis axillarib. terminalibusq. paucifl., rhachi filiformi hirsuta, bract. hirsutis caducis bifloris distantib. calyce 4-fido, laciniis hirsutis divergentib. acutis, postico bifido, legumine brevit. stipitato, articulis circ. 7, supremo mucroniformi, ancipitib. nervoso-reticulatis, utrinq. diaphragmate ovali clausis, pilis biformib. hirsuto-lappaceis, seminib. maculatis compressis ovalibus. — Hab. frequentissime inter leguminosas cultas pr. Kallinger. — Planta ut pleraeque species *Desmodii* valde flexilis.

6. ALYSICARPUS RUPICOLA Edgew. — Edgeworth l. c. p. 170. — Erecta, parce ramosa, ramis teretib. linea puberula alternanti, pubescentia biformi pilis adpressis rectis v. minimis apertis hamosis, f. oblgis b. cordatis acutis v. obtusis mucronatis supra glabris subt. puberulis, pilis in nervis et marg. rectis, caeteris hamosis, stip. acuminatis glabratis dem. laceris. Racemis axillarib. terminalibusq. bracteis ovatis acuminatis bifloris, calyce 4-fido laciniis acutis sejunctis ap. setaceis, posteriori 2-fido, legumine 6—8-articulato infimo stipitiformi, supremo mucronato, caeteris fertilib. striato-reticulatis minute hamoso-puberulis, diaphragmate saep. carente. — Hab. inter saxa granitica pr. Sainpur et Kartal, pubescentia sua ab omnibus aliis specieb. distincta.

7. ALYSICARPUS GRACILIS Edgew. — Edgeworth l. c. p. 170. — Erecta glabra ramosa ramis teretib., stip. scariosis acuminatis subvaginantib. petiolo longiorib., foliis 1-foliatis pedicello caudiculatis stipellis minutis punctiformib. foliolo anguste elliptico b. subcordato ap. mucronato, supra glabro, subt. pallido parce piloso, racem. axillarib. terminalibusq., bract. caducis 2-floris calyce 4-fido segmentis ciliolatis, superiore brevit. bidentato, vix imbricatis, legumine calyce plus duplo longiore 3—5 articulato moniliformi articulo supremo mucroniformi puberulo, caeteris obliquis valde contractis subcompressis glabris vix reticulatis.

Species ab omnib. aliis specieb. valde distincta. Gracillima, circ. 2 ped. alta, in rupibus umbrosis pr. Gurbampur.

8. ALYSICARPUS TETRAGONOLOBUS Edgew. — Edgeworth Catal. of pl. in the Banda distr., in Journ. of the Asiat. soc. of Bengal. (1852) vol. 21 p. 169. — Procumbens a b. ramosus, ramis teretib. lineâ pilosa notatis, f. brevit. petiolatis ovatis oblgisve obtusis supremis angustiorib. b. subcordatis supra glabris subt. strigosis stip. b. latis subcordatis cuneatis acutis ciliatis petiolo longiorib., racemis laxis terminalib. oppositifoliisq., bract. late ovatis acutis striatis puberulis ciliolatis, prae anthesi caducis, bifloris rhachi pedicellisq. puberulis longe pilis albis ciliatis in fr. approximato-imbricatis, articulum secundum superantib.; leguminib. 4—8 articulatis, inter articulos valde contractis, subarcuatis, articulis pl. min. obliquis inaequalit. quadrangularib., angulis costatis, laterib. valde reticulato-rugosis puberulis, infimo stipitiformi et supremo mucronato sterilibus.

Valde similis monilifero et styracifolio, sed lineâ pilosa caulis atque legumine 4-angulato facile ab iis distinguendus. — Flores aperti horis meridionalibus 12—3. Habit. in locis incultis.

9. ALYSICARPUS OBOVATUS Edgew. — Edgeworth Catal. of plants in the Banda distr., in Journ. of Asiat. soc. of Bengal (1852) vol. 21. p. 169. — Erectus ramosus, caulib. ramisq. teretib. pilosis, f. obovatis (2 poll. long. 1 l.) supra glabris subt. adpresse pilosis, petiolis canaliculato-alatis ciliatis, stipellis obliq. cuneatis scariosis b. subcoalitis longe cuspidatis (cito laceris subcaducis petiolo longiorib.) racem. spiciformib. terminalib. bracteis late ovatis acutis glabris minute ciliatis striatis herbaceis, rhachi subglabra, pedicellis puberulis, calyce 4-fido segmentis 3 angustiorib. integris acutis marg. ciliatis, inferiore carinato, carinâ ciliolata, leguminis articulis 4—6, intimo sterili, gradatim majorib. obliquis irregularit. rugosis acute ancipitib., supremo laevi puberulo mucroniformi.

Species 3—6 ped. Flores aperiuntur hora matutina 8, occluduntur post meridiem hora 3. (In Alysic. longifolia fl. tantum hora 11—2 aperti sunt.) — Vexillum carneum paulo aurantiacum, carina et alae laete purpureae. — Vulgaris inter segetes.

Tribus V. *PHASEOLEAE* DC.

(DC. Prodr. II. 381. — Walp. Ann. II. 419.)

Subtribus I. *CLITHORIEAE* Benth.

(Endl. gen. pl. p. 1287.)

BALBOA *Liebm.*

Liebmann novor. plant. Mexic. generum decas, in videnskabelige Meddelelser (1853) p. 106.

Calyx bilabiatus, labio superiore indiviso v. ap. levit. bifido, labio inferiori 3-lobo, lobis lateralib. obliq. lanc., infimo parum longiore linlanceolato. Corollae papilionaceae vexillum late orbiculatum alas carinamq. superans ap. levit. emarg. brevi-unguiculatum exappendiculatum complicatum, alae oblique spathulatae liberae b. superiori auriculatae brevi-unguiculatae, carina alis longior, late semiorbiculata incurva obtusa, petalis dorso connatis unguib. liberis brevib. Stam. 10 diadelpha, decimo libero, tubo antice fisso, anth. ovatis dorso affixis bilocularibus, loc. longitud. dehiscentib., connexivo distincto nigro. Pollen trigonoglobosum triporosum. Ovar. sessile lin. cylindricum glabrum multi-(12—15) ovulatum. Styl. lin. compressus arcuatus marg. antico pubescens. Stigma inconspicuum. Legumen .....

Frutex Mexicanus erectus ramosus; folia alterna trifoliolata lateralib. oppositis subsessilib. obliq. ovatis, altero v. utroque saepe abortivis, impari multo majori distante, late elliptico, stip. stipellulisq. linearib. acuminatis; fl. axillares et terminales lividi racemosi, racemis paucifl., bracteis stipulis conformib. Calyx fusco-villosus. Vexillum ext. pubescens.

1. BALBOA DIVERSIFOLIA Liebm. l. c. — Frutex biped. erectus parce ramosus. Caulis angulatus fusco-pubescens. F. affixa alterna membranac. trifoliolata, 4—2″ lg. petiolo communi 6—9‴ dense fusco-villoso, foliolis lateralib. oppositis brevissime petiolulatis oblique ovatis 1½—1″ longis 7—8‴ latis mucronatis, foliolo impari lato elliptico mucronato 3⅓—2½″ poll. longo 16—20‴ l. a lateralib. distante, supra laete viridib. nitidis glabris, subt. fusco-sericeis. Stipellae vix lineam longae c. stip. anguste lin. acuminatissimis 5—6‴ longis fusco-pubescentes. Racemi paucifl. axill. terminalesq. rhachi et bracteis 3—5‴ fulvo-villosis. Pedicelli 1—3 lin. villosi fa-

cile decidui. Calyx $2^1/_2$'''. Vexillum 4—5''' lg. latumq. (expansum) fusco-incarnatum nervis purpureis percursum. Alae 3''', carina 4''' longae, ambae flavo-carneae. — Hab. ad oram occ. Mexici (Dep. Oajaca) inter Chacalapa et St. Jago Estata, Novbr. florens.

6631. DUMASIA *DC.*

(DC. Prodr. II. 241. — Walp. Rep. II. 900.)

1. DUMASIA GLAUCESCENS Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 227. — Ramuli retrorse puberi, foliola membranacea utrinq. praesert. subt. appresse pubera, aetate glabresc., subt. glauca, obtusa mucronulata, terminale e b. lato-cuneata v. fere rotundata deltoideo- v. sublanc-ovatum, $1^1/_2$—$1^3/_4$ p. longum, lateralia paulo minora vulgo inaequilatera b. truncata v. rotundata, racemi folio longiores multifl., fl. geminati, virginei pedicelli et rhaches hirtelli, cal. florens parce pilosus $2^1/_2$—3 lin. longus pallidus.

Glycine parviflora Zoll. in Nat. en Geneesk. Arch. l. c. non alior.

7. RHYNCHOSIA PRECATORIA (DC. Prodr. II. p. 385). — Seemann in the bot. of the voy. of the Herald p. 110. t. XX. — Leguminib. oblongis glanduloso-hirsutis.

Rh. picta Seem. mss.

In vulcano Chiriqui prov. Veraguas; in ins. Trinidad.

6695. CYANOSPERMUM *Wght. et Arn.*

(Walp. Rep. I. 790.)

1. CYANOSPERMUM JAVANICUM Miq. — Miq. in Fl. Ind. Batav. I. p. 167. — Caules et petioli rufo-tomentello-pubescentes, stipulae lanc., foliola elliptico-ovata acuta mucronata, $1\frac{1}{4}$—$1\frac{1}{2}$ poll. lg., trinervia, supra pubera, subt. pallida, pubescentia et glandulose punctata, racemi folio breviores, calycis hirti laciniae obtusae c. brevi apiculo acuto, legum. 1-spermum appresse; pilosum acutum calyce vix longius sem. globos. b. truncata carunculatum, fusco-atrum? — In Java pr. Soerabaja a Dr. Horsfield detectum.

6697. FLEMINGIA *Rxb*

(DC. Prodr. II. 351. — Walp. Ann. II. 435.)

1. FLEMINGIA INVOLUCRATA Benth. — Benth. in pl. Jungh. II. p. 246.

Foliolis ovatis acutiusculis supra pubescentib. subt. ad venas petiolis ramulisq. villosis, spicis globosis axillarib. terminalibusq., bracteis acuminatis, exterioribus ovato-lanc. involucrantibus, interioribus lanc. linearibusq., calycib. longe pilosis, laciniis acuminatis corollam aequantib., infima latissima.

Lespedeza involucrata Wall. cat. n. 5742. — *Lepidocoma trifoliatum* Jungh. in fl. 1847. p. 508.

Hab. in Java copiosissime inter Imperatas in planitie graminosa calida inter ped. septemtr. mont. Lawu et rivulum Solo (Jungh.).

Hasskarl in Retzia I. p. 178. — Descriptioni Benthamii clbr. addenda habeo sequentia: Rami dichotome ramosi erecto-patentes, pil. albid. tenuib. patentib., dein fulvis villosi. Stip. sat magn., ovato- s. oblongo-lanc., 5—7 lin. longae, 2—3 lin. l. haud caducissimae sed emarcidae longit. persist. villosulae. Pet. densius longiusq. quam rami villosi, 2—3 lin. longi (in ramo 2-ped.). Stipellae ad folior. insertiones binae subulato-filiformes villosae, 2 lin. longae. Foliola lateralia ovato-oblonga aut oblonga acuta, inaequilatera, latere interno attenuata, $1\frac{1}{2}$—2 p. lg., $\frac{1}{2}$—1 p. l.; terminalia subrhombea aut elliptico-oblonga acuta, b. attenuata, $1\frac{1}{2}$—3 p. lg., omn. 7—15 lin. l., punct. resinosis in pag. inferiore supra anastomoses venular. eleganter reticulatarum. Bract. exterior. parit. ac stip. emarcidae persistentes, ad 4 lin. l., ext. intusq. pil. longis adpressis villoso-sericeae. Calyc. lacin. infima 2 lin. l. Cor. calycis laciniis angustiorib. paulo, inferiore multo brevior. Vexill. violaceo-lilacinum, ext. cano-sericeum, 2 lin. latum, int. longitudinaliter striatulatum, ala et carina conglutinatae, aequilongae lilacinae, carina a b. ultra medium in pet. sua soluta. — In Java ins. (in occid. insulae adhuc ignota).

2. FLEMINGIA LATIFOLIA Benth. — Benth. in pl. Jungh. II. p. 246.

Foliolis 3 amplis ovalib. supra glabriusculis subtus ad venas petiolis ramulisque rufo-sericeis, spicis densis cylindricis petiolo breviorib., bract. ovatis rufo-sericeis, calyc. laciniis lanc. omnib. tubo longioribus.

Hab. in Javae mont. Ungaran, alt. 3—4000′ ad Djati-Kalangan (Jungh.).

Species affinis *Fl. strictae* Roxb., distincta foliolis et praesert. bract. multo latiorib., calycib. multo majoribus etc.

3. FLEMINGIA CONGESTA (DC. Prodr. II. 351.) var. TOMENTOSA Miq. — Miq. in fl. Ind. Batavae I. p. 165. — Frutescens, innovationes dense villosae, foliola 3, brevissime petiolulata, lateralia inaequaliter ovata (nervo infimo in latere majori obvio, in resecto latere deficiente) medium elliptico-obovatum, breviter acute acuminata, trinervia, costulis ad $\frac{1}{2}$ alt. usq. exortis parallelo-adscendentib., infimis venosis patulis, supra pubescentia inque costulis albo-hirtella, subtus dense villosula tomentella (in sicco griseo-ochracea), utrinque praesertim subtus tenere punctata, $4\frac{1}{2}$—3 poll. longa, petiol. subtrigonus, stip. lanceolato-subulatae villosae, petiolo 6—8es breviores, racemi densi oblongi petiolo plus dimidio breviores, saepe solitarii, bracteae ovato-lanceolatae florib. breviores dense villosae, ovarium pubescens.

Fl. Horsfieldii (et probabiliter lapsu calami: *Fl. Wallichii*) Blum. Herb. L. B.

Specim. Zollinger. inter hanc et genuinam speciem media sunt. — In ins. Jàvae montosis.

4. FLEMINGIA (*Flemingiastrum*) LATIFOLIA β. MINOR. — Miq. Fl. Ind. Batav. I. p. 163. — Foliola 3 majuscula, lateralia inaequilatero-ovata, medium obovato-ellipticum, omnia breviter acute acuminata, coriacea, 4—$4\frac{1}{2}$ p. longa, supra in venis albido-pubescentia, fusco-resinoso-punctata, subt. c. petiolulis petioloq. in costis venisque appresse sericeo-subrufule villosula, caeterumq. glandulose punctata, costulis praeter b. trinerviam fere per totam longitudinem patule adscendentib. parallelis, spicae axillares petiolo breviores, bracteae ovatae acutae rufo-aureo-sericeo-villosae, calycis dense villosi laciniae lin. tubo longiores, cor. rosea.

Fleming. semialata (congesta in sched,) Zoll. mss. (non Roxb.).

A *Fl. latifolia* foliolis minorib., crassiorib., bract. non acuminatis caet. abludit. — In ins. Java juxta viam ad Gondang, in prov. Malang; a cl. Zolling. detecta.

5. FLEMINGIA (*Flemingiastrum*) PYCNANTHA Benth. — Benth. Legum. Nilgh. Hohenackeri in Linn. XXIV. p. 643.

Erecta, frutescens, ramis puberulis, foliolis obovato-subrhombeis vix obtuse acuminatis glabris v. vix subt. ad venas elevatas pubescentib., spicis densis oblongis subglobosisve, bract. rigidis exteriorib. ovatis interiorib. lanc. striatis, calyc. lacinia infima cor. paulo breviore.

Hab. in mont. Nilgherri. Coll. Hohenack. n. 1211.

Species inter affines distinguitur fl. minorib., capitulis glabrioribus.

Subtribus X. *ABRINEAE* Wght et Arn.
(Endl. gen. pl. p. 1301.)

6698. **ABRUS** *Linn.*
(DC. Prodr. II. 381. — Walp. Rep. V. 511.)

Miq. Fl. Ind. Bat. I, p. 158.

1. ABRUS PRECATORIUS Lin. (DC. Prodr. l. c.; Walp. I. 791). — Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 159. — Roxb. fl. Ind. III. p. 258. — Benth. pl. Jungh. I. p. 231.

Abrus maculatus Noronh. l. c. p. 69. — *A. pauciflorus* minor et *precatorius* Desv. in Ann. sc. nat. IX. p. 418. — *Abrus squamulosus* E. Mey. (Walp. Rep. I. 791 n. 3).

var β *villosula*, foliola juniora villosule pubesc., fl. dilute rubelli.

var. γ. *Novo-Guineensis*, foliola retuso-subemarginata, mucronulata, racemi folio longiores.

Abrus Novo-Guineensis Zippel herb.

Java in collib. arenosis pr. Depok; var β. in fruticetis pr. Tjikoja, Timor, Sumatra; var. γ. in Nova-Guin.

2. ABRUS MELANOSPERMUS Hassk. (Walp. Rep. V. 511. n. 1). — Miq. l. c. — Frutex scandens in ins. Java in prov. Besoeki, in altit. 3000' pr. Soerabaja. — Caules scandentes ad funes fabricandos adhibentur.

3. ABRUS ACUTIFOLIUS Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 160. — Foliola 12—13juga, incresc., oblongo-lin., inferiora ap. obtuso-rotundata, super. brevi-acuta, omnia mucronulata, subt. pallida et parce adpresse pilosula, supra glabra, 3—9 lin. lg., suprema subspathulata, petioluli rhachesq. parce pilosula, rac. axill. v. term. breves breviterq. pedunculati folio 1/2 breviores, stricti, rigiduli, cal. virgin. praes. ap. albido-pilosulus, florens subtruncatus glabriusc., corolla calyce 5—6-longior (in sicco flavida cum levi rubedine), legumen lin-oblongum, 10—12-sperm., 2—2½ p. lg.

Hullhemia Javanica Bl. herb. — *Abr. acutifolius* Bl. in herb. L. B.

Habitus praecedentis, sed foliola glabriora, racemi multo breviores, fl. majores. — Hab. in Java.

Tribus VI. *DALBERGIEAE* DC.

(Endl. genera pl. n. 6700-6785.)

6705. **PTEROCARPUS** *Linn.*

(*Pterocarpi* sect. 3. 4. DC. Prodr. II. 418. 419. — Walp. Ann. II. 436.)

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 134.

1. PTEROCARPUS INDICUS Willd. (DC. l. c. p. 419 n. 13). — Miq. l. c. p. 135. — In silvis Malaccae, Sumatra, Java, Celebes, Borneo, Molluccis ins. etc.

2. PTEROCARPUS ZOLLINGERI Miq. (*Pt.*? Walp. Ann. 253 n. 1). — Miq. l. c. p. 136.

Foliola 2—3 utrinq., alterna, elliptica mucronato-acuminata; panic. amplae; fl. aurei; legum. utrinq. in parte elevata anastomosante-nervosa, sutura inferiore rectiusc. (in *Pt. Indico* legum. minora, in parte elevata 1-nervia, sutura inferiore convexo-arcuata).

Pterocarpi sp. indefinita Zoll.

Arbor alta. Anne a praecedente distincta? — Java.

3. PTEROCARPUS OBTUSATUS Miq. — Miq fl. Ind. Bat. I. p. 136. — Ramuli glabri, stipulae lin. parvae villosulae, rhaches tenerrime puberae glabresc. teretes tenues, antice tenui striâ elevata notatae, foliola alterna incresc., utrinq. 3—4—5, brevit. petiolulata, (more *Pt. Indici* distantia), membranac., inferiora rotundato-ovata v. ovata, 1½—2 p. longa, super. magna elliptica, apice parumper protracto emarginata, 2⅓—3 p. longa, utrinq. viridia, subt. pallidiora, ven. plurib. erecto-patulis teneris (nunc fusculis) tenerrime subreticulatis notata, in petiolulis costaq. deorsum parce pubera, — fl. ignoti; legum. teste Zollingero *Pterocarpi*. — In ins. Bima. — Narawatoe nom. vernac.

6710. **MACHAERIUM** *Pers.*

(Walp. Rep. I. 794. — Ann. II. 437.)

1. MACHAERIUM SEEMANNI Benth. herb. ms. — Seemann in bot. of the voy. Herald p. 110.

Stip. deciduis, foliolis 11—13 parvulis ovatis obtusis b. rotundatis subcordatisve parce pilosis nitidulis venis tenuib. reticulatis, paniculis brevib. calycibusq. ferrugineo-tomentosis, bracteolis orbiculatis appressis, petalis extus dense villosis, carina erostri vexillo breviore, legumine longe stipitato fusco-tomentoso.

In vulcano Chiriqui, prov. Veraguas. — Arbor mediocris. F. 3—4 poll. lg., foliola vix $^1/_2$ p.; legum. circ. 3 p. lg.

6713. **PONGAMIA** *Linn.* (Vent.)

(DC. Prodr. II. 416. — Walp. Ann. II. 438.)

Miq. fl. Ind. Bat. I. 146.

Char. mutatus:

Calyx laxe campanulatus truncatus v. 5-denticulatus. Pet. unguiculata: vexillum orbiculatum, b. auriculis inflexis appendiculatum, ecallosum, v. supra b. utrinq. subincrassatum, alae oblongae, carina parum incurva obtusa. Stam. in tub. completum connata, vexillare ima b. vulgo tantum liberum. Ovar. subsessile, 2-v. pluri-ovulatum. Styl. incurvus, glaber, stigma terminale. Legum. ovatum v. oblongum, crassum, immarginatum v. obsc. marginatum, indehiscens int. concavum. Semen saepius solitarium, crassissim., reniforme, hilo parvo. Arbores v. frutic. scandentes Asiae, f. impari-pinnatis, foliolis oppositis, stipulis parvis, stipellis minutis v. nullis, racem. axillarib. (pedic. solitariis v. subfasciculatis medio bibracteolatis), quandoque paniculatis.

1. PONGAMIA GLABRA Vent. (DC. Prodr. II. 416; Walp. Rep. I. 798). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 147. — Wght et Arn. pr. I. pag. 262; Spanoghe in Linnaea l. c. p. 197.

Galedupa Indica Roxb. fl. Ind. III. p. 239.

Hab. in Ind. or., in ins. Archip., in littoribus ins. Timor, in Sumatra et Java.

2. PONGAMIA GRANDIFOLIA Moritz (Walp. Ann. I. p. 254). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 147.

P. glabra (non Vent.) Zoll. Nat. en Geneesk. Arch. III. p. 65.

A Pong. glabra Vent. satis differre videtur foliolorum forma, venis tenuiorib., pauciorib., florib. glabriorib., lilacinis. — Hab. Java.

3, PONGAMIA HYPOLEUCA Miq. — Miq. l. c. p. 148. — Foliola increscenti-3—4 juga, longiuscule petiolulata, oblonga, inferiora mag. elliptica, ima fere ovata, terminale obovato-oblongum, acum., mucronulata, coriaceo-membranac., utrinq. 10—12-costulata, subt. discolora appresse pubera nec non in venis tomentella glabrescentia, $2^1/_2$ — $5^1/_2$ p. longa, $1^1/_2$ — $2^1/_2$ l., racemi vix pollic, appresse subretrorse hirtelli, subcompositi, pedic. calyce cupulato villoso 5-dentato bibracteolato longiores, fl. pallide rosei, vexill. erectum ovale emarginatum, auriculis geminis callosis, legum. compressnm ellipticum acutum bipollicare?

P. dubia Blume in herb. L. B. non Grah., quoad spec. sterile. — *Nothoderris elliptica* ej. l. c. quod ad spec. florens (perperam adjecto syn. *Pong. ellipticae* Wall.).

In littorib. austr. ins. Borneo. Amboina.

4. PONGAMIA VOLUBILIS Zoll. et Mor. (Walp. Ann. I. 251. 2). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 148.

Dalbergia purpurea Reinw. mss. Bl. Cat. Bog. p. 90. — *Nothoderris purpurea* Blume herb. L. B.

Pongamiae volubili quam maxime affinis, foliolis b. obtusis ibid. latiorib. discriminatum. Vexillum manifesto auriculatum.

Java, pr. Soerakarta.

var. *glaucophylla;* foliola 5—8 juga; subt. (in sicco) glaucesc., paulo minora quam antecedentis, alioquin non diversa.

Dalbergia glaucescens Zipp. herb. — *Nothoderris glaucescens* Bl. herb. L. B. — *Wisteria Javanica* Zolling. et Mor. ad n. 325.

Fl. extus albi int. roseo-rubri (Zoll.) Legum. 1—2-spermum. — In Java, supra arbores scandens, et in Nova-Guinea.

5. PONGAMIA HORSFIELDII Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 149. — Molliter rufule pubesc., foliola ut plurimum 5-juga, chartac., supra glabra (sicca fuscescentia), subt. in nervis rufo-velutina caeterumque glaucino-v. olivaceo-sericeo-pubera, anguste obovato-oblonga, ap. lato-rotundata, superiora deorsum subcuneato-attenuata, inferiora minora elliptica, b. acuta v. obtusa, costulis tenuib. circ. 10 utrinq. subarcuato-erectis, 2-4 p. longa, rac. axillares folio breviores compositi, rufulo tomentelli, pedic. saepe 2-flori, cal. lato-cupulatus truncato-repandus antice obsolete tridentulus, tomentellus, b. bracteolis 2 subrotundis stipatus, vexillum ext. velutinum, ovar. breviter stipitatum cum stylo incurvulo velutinum, legum. (valde juvenile) inaequilaterum subfalcatum oblongum sutura inferiori anguste alato-marginatum.

Aff. *P. volubili.*

Java, pr. Patjitan a Dr. Horsfield detecta.

6. PONGAMIA? COROLLARIA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 149. — Arbor silvestris alta, f. glabris; foliola 3—4 juga c. impari majore, increscentia, oblonga acuminata, 4 p. longa, 1 l., glabra, firma, costata et reticulata, paniculae termin., legum. elliptica acuta, 1- aut 2-sperma, coriac. indehiscent., semina rubra.

Corollaria latifolia s. Zaga Pohon Rumph. herb. Amb. III. p. 175 tab. 110.

In ins. Amboina rara, nec non in insulis Banda, Oost-Ceram et Macasser.

Species excludendae:

Dalzell Contrib. to the bot. of Western India, in Kew gard. misc. IV. 345.

PONGAMIA CANARENSIS Dalz. vol. II. Kew gard. misc. (Walp. Ann. bot. II. 438 n. 1).
= *Brachypterum* sp.

PONGAMIA HEYNEANA (Grah.), Wight. and Arn. Prodr. 263.
= *Dalbergia marginata* Roxb.

6715. **MILLETTIA** *Wght et Arn.*

(Walp. Rep. I. 799. — Walp. Ann. II. 438.)

Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 152.

1. MILLETTIA SERICEA W. et Arn. — Miq. l. c.

Scandens, ramuli novelli c. infloresc. ferrugineo-tomentelli, foliola 3—4 juga, obovato-oblonga v. sublanc. brevissime obtuse acuminata, coriacea, $3\frac{1}{2}$—$6\frac{1}{2}$ p. lg., supra glabra, subt. pube minuta albido-aureoque nitentia, racemi axill. nodosi, fasciculati breviter pedicellati,

cal. truncatus vix dentatus, cor. rosea, vexill. sericeo - villosum tenuit. callosum, legum. oblongum sublanc. dense rufo - velutinum.

Mill. sericea W. et Arn. Prodr. I, p. 263. in adnot. (non Hassk. pl. Jav. rar. p. 398) Benth. l. c. p. 249. — *Pongamia sericea* Vent.? (DC. Prodr. II. 416 n. 5), charact. nimis brevi. — *Robinia dubia* Bl. herb. olim. — *Dalbergia angustifolia* Hassk. Cat. Bog. p. 284, et in Flora 1842 (Walp. Rep. II. p. 903 n. 5.). Pl. Jav. rar. p. 399.

Sumatra, Poeloe Pinang, Singapore; Java.

var. β. *obtusa*, foliola paulo minora, subcoriac., 2, vulgo circ. 3 poll. longa, legum. plerumq. oblongo - elliptica; alioquin c. specie congruit.

Mill. obtusa Blume herb. L. B.

Java.

Forma *subcordata*, foliola 4-juga, majora, lato-obovato-elliptica, obtusa v. obtuse subapiculata emarginataq., 3—$6^3/_4$ p. longa, $1^1/_2$—3 l., costae et pubes ut in specie, sed cum specimen provectius sit, magis est glabratum.

Millettia glabrata Blume herb. L. B.

In Moluccis ins.

Forma *brachycarpa*, foliola speciei sed ob senectutem glabrata nec non coriac., legum. pleraq. oligo-sperma abbreviata.

Mill. heterophylla Bl. herb. L. B.

Sumatra pr. Palembang.

2. MILLETTIA RUBIGINOSA W. et Arn. (Walp. Rep. I. 799 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. 154. — *Courtallum.*

3. MILLETTIA ERIANTHA Benth. — Miq. l. c. p. 155.

Foliola 2-juga, ovali-elliptica, coriac., cum ramis glabra, infloresc. c. florib. dense rufo-sericea, bracteae orbiculatae acuminatae, calycis lobi lati tubo vix breviores, leg. crassum, ferrugineo-villosum.

M. eriantha Benth. pl. Jungh. I. p. 250. in adn.

F. ampla, fl. magni, pet. omnia extus valde sericea. — In Malacca.

4. MILLETTIA CINEREA Benth. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 155.

Foliola 2-juga, ovata v. elliptica acuminata, membranac. reticulata glabra; panic. termin. laxiusc. cinereo-tomentella, bract. parvae; pedic. calycem aequantes v. longiores; calycis dentes brevissimi, infimus acutus, vexillum extus villosum vix callosum, alae oblongae carinâ arcuata breviores.

M. cinerea Benth. pl. Jungh. I. p. 249. in adnot. — *Pongamia cinerea* Grah. in Wall. Cat. n. 5888. — *P. palustris* Grah. ibid. n. 5889. — *P. paniculata* Grah. ibid. n. 5904.

Assam, Silhet, Chittagong, China —?, Java.

5. MILLETTIA ? ROSTRATA Miq. (*Dalbergia rostrata* Walp. Rep. II. p. 903 n. 4). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 155.

„Frutex alte scandens, rami juniores glaberr., lucidi, atrovirides, seniores fulvo-cinnamomei, tuberculis conicis densis obsiti; petioli glaberr., b. incrassati, teretes, foliola 2-rarissime 3-juga, incresc., in-

feriora subrotundo-ovata, summa elliptico-ovata, b. rotundata, ap. acuminata s. plerumq. rostrata, utrinq. glaberrima, coriacea."

Dalbergia rostrata Hassk. Flora bot. Zeit. et pl. Jav. rar. p. 398 excl. quib. syn.

Hab. in Java.

6. MILLETTIA? SPLENDIDISSIMA Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 156.

Ramuli et rhaches puberula, hae teretiusculae, graciles, 8—10 poll. foliola 4—6-juga, ovato- v. oblongo-elliptica abrupte longe acuminata b. rotundata v. rarius subacuta, submembranacea, supra in nervo med. pubera, subt. venis costalib. 7—8 arcuato-patulis tenerrime reticulatis pertensa pilisq. exilissimis appressissimis sub-imperspicue metallico albido subauratove splendore suffusa, $1\frac{1}{2}$—5 poll. lg., $1\frac{1}{3}$—$2\frac{1}{3}$ l. — Reliqua ignorantur.

M. splendidissima Blume herb. L. B.

In littorib. austr. ins. Borneo.

7. MILLETTIA? ARGENTEA Miq. — Miq. Ind. Bat. p. 156.

Glabra, foliola 3—2-juga (c. impari depauperato?) ovato- v. oblongo-elliptica, subabrupte acuminata, b. acutiusc. v. subobtusa, submembranac., ven. costalib. patulo-arcuatis utrinq. 6—7 ante marginem subanastomosantib., supra glabra, subt. nitidula sublepidotula (an in vivo argentea), $3\frac{1}{2}$—5 poll. longa, $1\frac{1}{3}$ vulgo 2—$2\frac{1}{3}$ l., viridia, rhachis 5—3 p. longa, ap. in speciminib. aphyllis mucronata.

Dalbergia argentea Zipp. mss. — *Millettia?* Bl. herb. L. B. — Cl. Zollinger ad *Pongam. glabram* ducit in Nat. en Geneesk. arch. III. p. 65., sed ex spec. folior. formâ differre videtur. — Zippel in schedulis foliola subt. argentea dicit. Petioli aliquot subvolubiles!

In archipel. Indico. — Java?

8. MILLETTIA? ZOLLINGERIANA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 156.

Caulis (volubilis) sparse papillosus, ramuli foliaq. glaberr., foliola 3-juga opposita ovata acuminata; racemi filiform. folio paulo longiores, pedic. tenuissimi puberuli subfasciculati, fl. flavescentes.

Pongamiae sp. Zoll. in Nat. en Geneesk. Arch. III. p. 65.

Java in prov. Bantam.

9. MILLETTIA THYRSIFLORA Benth. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 156.

Scandens, foliola 2-juga lato-obovata v. ovata, obtusa, reticulato-venosa glabra, panicula pyramidata ferrugineo-tomentella, calyc. sessiles v. brevissime pedicellati truncati ferrugineo-tomentelli, vexillum glabrum vel minute tomentellum, ovar. villosum.

M. thyrsiflora Benth. pl. Jungh. I. p. 249 in adnot.

Poeloe Pinang; Malacca.

10. MILLETTIA ATROPURPUREA Benth. (*Pongamia atrop.* Wall.; Walp. Rep. I. 798 n. 4). — Miq. l. c. p. 157.

Mill. atropurpurea Benth. pl. Jungh. I. l. c. — *Pongamia atropurpurea* Wall. pl. As. rar.

Poeloe Pinang, Martaban. — ? Java.

11. MILLETTIA XYLOCARPA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 157. — Glabra (adulta), ramuli trigoni, rhach. tenues, 5-fere 9-pollic., teretiusculae anguste sulcatae, foliola increscenti-4-juga (imo impari majore) distantia, elliptico- v. ovato- aut obovato-oblonga acuminata, b. acuta v. in inferiorib. subinaequali-rotundata, chartacea, glabra,

supra nitida, subt. pallida, ven. 4—6 utrinq. patule adscendentib., 2½—5 p. longa, racemi axill. 5 pollic., leg. lanc., sessile, b. subattenuatum ap. oblique acutum, compressum, disperm., inter semina subcontractum, plane exalatum, suturis subincrassatis, valvis ligneis ext. pallide fuscis rugulosis, glabris, 4½ p. longum. — Java pr. Soerabaja, a Dr. Horsfield detecta.

12. MILLETTIA CHAMPIONI Benth. — Benth. in Hook. Kew. gard. misc. IV. 74.

Scandens, praeter inflorescentiam puberulam glabra, foliol. 5—7 ovatis oblongisve obt. acuminat. reticulato-venos., panicula brevi densiflora, pedicell. calyc. glabriusc. subaequantibus, vexillo ecallosa ovarioq. glabr.

Frut. scand. in monte Gough et in valli felici (Happy valley) insulae Hong-Kong. Corolla 5 lin. lg., alba, vexillo b. macula viridi notato. Alae oblg., obtusae, levit. falcatae. Carinae pet. paulo latiora. Stam. vexillare a b. liberum. Discus breviss.

13. MILLETTIA SPECIOSA Champ. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. IV. 73.

Scandens, ramulis petiolis inflorescentiaq. cano-tomentosis, foliol. 9—13 oblong. puberulis dem. glabrat., racem. densifloris, calycib. brevit. pedicellat. sericeo-tomentosis, dentib. latis rotundat., vexillo amplo glabro v. vix glauco-pulveraceo.

Frutex scandens. Foliola 2—3 p. tenuit. venosa. Racemi ½ ped.; bract. lanceolatae, acutae, sericeo-tomentosae, deciduae. Calyx l. campanulat. 5 l. lg., labio super. latiss. emarginato, laciniis v. dentib. lateralib. lin. lg., rotundatis, infima paulo longiore pariter obtusiss. Vexillum carnosulum, pollic. l. et vix brevius, levit. emarginat., exauriculatum, supra unguem brev. levit. callosum. Alae oblong. obtusae, levit. falcat. Carina alas superans, vexillum subaequans, ap. arcuata obtusa. Ovar. ovulis c. 12. Stylus glaber. — In insula Hong-Kong in monte Victoria.

Differt. a *M. nitidae*, florib. majorib. albis, luteo-notatis.

14. MILLETTIA? LUZONENSIS A. G. — Asa Gray Un. St. expl. exp. 456.

Scandens? glabrata; foliolis 7 ovatis s. ovalib. acuminatis membranac. supra glabris subt. glaucis; racem. axillarib. sessilib. confertiflorib. folio breviorib.; pedicellis solitariis v. geminis calyce truncato subaequilongis; vexillo glabro ecalloso; ovario glaberrimo.

Hab. in littoribus, Laguna, Baños, Luzon.

6717. DALBERGIA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 416. — Walp. Ann. II. 436)

Sect. *SISSOA* Benth. pl. Jungh. I. p. 254. *Stam. 9—10 monadelpha, vagina superne fissa, legum. elongata recta.*

1. DALBERGIA LATIFOLIA Roxb. (DC. Prodr. II. 416 n. 2). (Walp. Ann. I. 255 n. 3). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 128.

Roxb. fl. Ind. III. p. 221. Wght. et Arn. Prodr. I. p. 264. Benth. in pl. Jungh. I. p. 252 adnot. *D. emarginata* Roxb. fl. Ind. l. c. p. 224.

In Ind. or. et verisimiliter et in Archip. Ind.

2. DALBERGIA SISSOO Roxb. (DC. l. c. n. 3). — Miq. l. c. p. 128.

Hassk. Cat. p. 283 part. — *Endespermum diversifolium* Blume olim in Cat.; *Dalbergia diversifolia* Blume 1855 in sched. part. et *D. diversifolia* var. splendens ejusd.

In Ind. or., in Sumatra et Java.

3. DALBERGIA PSEUDO-SISSOO Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 128. — Scandenti-volubilis, ram. nascentes c. petiolis et costa foliorum subt. inflorescentiaq. appresse griseo-flavido-hirtelli, glabresc., foliola 2 utrinq., raro 1, alterna v. subopp., juniora membranac., adulta subcoriac., illa subt. pilis exilissimis (sed non splendentib.) inspersa, adulta in costa etiam fere tota glabra, ellipt. v. subovato-ellipt. subabrupte acuteq. acuminata, alia rotundato-emarginata, ven. tenuissimis erecto-patulis, vetustiorum 5—6 utrinq. subdistinctiorib., 2—3¾ p. longa, 7—13 l. l., marginib. levit. undata; thyrsuli paucifl. cymosi super ramulos laterales aphyllos v. foliosos dispositi, fl. breviter pedicellati, calycis campanulati appresse pubescentis dentes densius pilosi subaequilongi ovato-triangulares, anticus acutus, postici paulo altius connati, pet. subaequilonga, staminum vagina antice fissa, in fructu dorso etiam findenda, ovar. stipitat. angustum sparsim villosulum.

Dalbergia Sissoo Hassk. Cat. 283 partim. — *D. diversifolia* var. cuspidata Blume herb. L. B. — *D. confusa* Blume ad aliud spec. junius. — *D. pseudo-Sissoo* Miq. msc.

A *D. Sissoo* diff.: caule non arboreo sed volubili, petiolor. pubescentia, foliol. demum glabris, calyce, petalis (siccitate) aurantiacis, ovario glabriore. — Java, in Bantam; Borneo.

4. DALBERGIA JUNGHUHNII Benth. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 129.

Foliola utrinq. 5—7, elliptico-oblonga obtusa (6—9 lin. lg., 2½—4 l.) glabra, subt. pallida tenuiter venosa, rhaches puberulae, panic. termin. corymbosa, tomentoso-pubescens; calycis brevit. pedicellati late campanulati dentes lati obtusiusc. tubo aequilongi, pet. brevissime unguiculata, vexill. emarginatum, ovar. glabrum, styl. brevis.

D. Junghuhnii Benth. in pl. Jungh. I. p. 254.

D. rimosae et *D. Cumingianae* affinis, praesertim foliol. parvis numerosiorib. et fl. paulo majorib. distincta. — Sumatra in ditione dicta „Battalanden", et in ins. Java.

5. DALBERGIA CUMINGIANA Benth. in pl. Jungh. I. p. 255 in adn. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 129.

Fruticosa? foliola 2—4 utrinq., ovalia obtusa emarginata subcoriac. crebre venulosa, supra glabra, subt. et infloresc. puberula, panicula floribunda, fl. minimi subsessil., calyc. laciniae obtusiusc. tubo sublongiores, pet. brevissime unguiculata, vexill. bifidum, stam. 10, ovar. glabrum v. parum hispidum, styl. brevis.

Foliola minora quam *D. rimosae*. — In ins. Philippin.

6. DALBERGIA ZOLLINGERIANA. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 130. — Arborescens, rami, petioli, petioluli, costa subt. et pedunc. (fuligineo-) hirtelli, foliola increscentia 3—4 raro 2 utrinq., quandoq. subopp., terminale maximum, elliptica, obovato- v. lato-ellipt., obtusa utplurimum emarginata, b. acuta v. acutiusc., summa subcuneata, rigidule subpergamaceo-chartacea, ½—2⅓ p. lg., 3—9 l. l., magnit. et forma ludentia, supra nitida praeter costam hirtellam glabra et venosa, subt. pallidiora (sed vix discolora), in costa densius caeterum sparse pilosula, nerv. erecto-patulis numerosis, cymae divaricato-compositae subcorymbosae (b. foliatae), fl. in ramulis 1-laterales in pedicell. brevissimis articulati, bracteolae geminae rotundatae glabrae ciliolatae caducae, calyc. glabri dentes longiusculi, anticus angustior paulo longior, reliqui obtusi, corollae albae vexillum bifido-emarginatum.

Dalberg. spec. Zoll. herb. n. 3011. Nat. en Geneesk. Arch. III. p. 66. — *D. Zollingeriana* Miq. herb. Zoll. — *D. corymbifera* Blume herb. L. B. — *D. Cumingiana* proxima, ulterius comparanda.

Java. — Celebes, in silvis pr. Tarabangie, in prov. Lamporg; a Zoll. detecta.

7. DALBERGIA DISCOLOR Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 130 (tab. III.). — Foliola utrinq. 8, incresc., lato- v. obovato-elliptica, vulgo profundius emarginata, 3—16 lin. longa, vulgo 1¾ p. aequantia, coriaceo-membranacea, supra puberula nitida (in sicco atrofusca) subt. discolora (in sicco subglauco-alutacea), venis teneris at distinctis erecto-patulis 10—12 utrinq. notata, pilisq. (b. tumidulis) pubescentia, petioluli lin. longi rhachisq. dense hirtello-pubescentes, cymae axill. et termin. corymboso-confertae, fl. unilaterales parvi? subsessiles, legum. stipitata oblonga obtusa recta aeq. v. sublunulata, hinc recta illic leviter concava, monosperma, c. stipite fere bipollicaria, 5—6 lin. lata, raro disperma angustiora et longiora.

D. discolor Blume mss. in herb. L. B.

In Borneo australi.

8. DALBERGIA DENSA Benth. (Walp. Rep. II. 903 n. 2). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 131. — In Nova Guinea et in ins. dictis „Tobie-eilanden".

9. DALBERGIA TAMARINDIFOLIA Roxb. — Miq. l. c. p. 131.

Fruticosa scandens, ramuli rhachesq. hirtelli, foliola utrinq. 12—16 raro 20, alterna, lin-oblonga emarg., subt. pallida ad lentem colorato-reticulata, utrinq. appresse pubesc., circ. ½ pollic., rac. laterales, breves, ovati, densi, bracteolae 2 ovatae, cal. superne flavido-villosulus, pet. flava, filam. 9 monadelpha, anth. bilobae, legumen (ex Roxb.) tumidum scabrumque super semina.

D. tamarindifolia Roxb. fl. Ind. II. p. 233; Wight. Ic. tab. 242. — *D. multijuga* Graham in Wall. Cat. n. 5865; Zoll. et Moritz Verz. p. 1. — *D. rufa* Graham ibid. 5864. — *D. Blumei* Hassk. — *Machaerium Blumei* Zipp. — *Eudespermum retusum* Bl. mss. — *Mimosa sericea* Korth. herb.

Spec. frequentissima in Ind. or. Assam, Silhet, Martaban, Poeloe Pinang, Sumatra, Java.

10. DALBERGIA POLYPHYLLA Benth. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 132.

Scandens, foliola 12—15 utrinq., parva, lin-oblonga, glabra v. parce pilosula, cymae axillar. terminalesq. breves subsessiles pubesc., calycis ovati dentes tubo pluries breviores, pet. longe unguiculata, stam. 10, ovar. glabrum. — Foliola vix ½ pollic.

D. polyphylla Benth. in pl. Jungh. I. p. 251. — *D. Luzoniensis* Vogel? (Walp. Rep. I. 800 n. 7).

In ins. Philippinis, China.

Sectio II. *SELENOLOBIUM* Benth. pl. Jungh. I. p. 256. *Stam. ut in sect. I. Legum. breve lunulatum 1-spermum.*

11. DALBERGIA MONOSPERMA Dalz. (Walp. Ann. II. 439 n. 4. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 132.

Dalz. in Hook. Kew gard. misc. II. p. 36. — *D. torta* Grah. in Wall. Cat. n. 5879.

Ind. or.; Singapore, Poeloe Pinang; Sumatra, Banda, Nova-Guinea, China.

12. DALBERGIA PARVIFLORA Roxb. (DC. Prodr. II. 417 n. 23 sine descr.) — Miq. l. c.

Foliola alterna, utrinq. 3—4, lato-lanc. integerr., glabra, paniculae termin. corymbiformes; bract. rotundatae, ciliatae; stam. monadelpha; legum. falcatum, 1—2 spermum. — Flores exilissimi.

D. parviflora (non parciflora) Roxb. fl. Ind. III. p. 225.

In Moluccis ins.

13. DALBERGIA JAVANICA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 132. — Glabra, rhach. gracilis tenuis ½ ped., petioluli 2 fere 3 lin. lg., foliola alterna, inferiora 2 magis approximata, utrinq. 3 c. impari conformi, incresc., obovata v. elliptico-obovata, ap. lato-rotundato-plerumq. brevissime subacuta, b. acuta v. subcuneata, tenuit. membranacea, glaberr., supra nitida, subt. opaca (in sicco fusca) tenerrime venosa, 1½ vulgo circiter 2½ poll. lg., panic. composita laxa glabra, ramulis racemulosis, cal. glaber dentic. ciliolatis, ante anthes. bracteolis scarioso-membranac. obovatis pallidis venulosis caducis inclusus. — Flores parvi. — Java pr. Soerakarta a Dr. Horsfield detecta.

Sectio III. *DALBERGARIA* Benth. l. c. *Stam. 10 aeq. diadelpha. Legum. ut in sect. I. Vexillum reflexum. Alae latiusculae.*

14. DALBERGIA FERRUGINEA Roxb. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 133. — Ramuli rhachisq. ferrugineo-tomentelli, foliola alterna, subsessilia, densa, 6—8 utrinq. v. subconjugata, oblonga, emarginata, vulgo elliptico- v. sublin-oblonga, b. levit. inaequali rotundata apiceq. rotundato retusa, aequilata v. subovata, 1—1½ p. circ. lg., 3—6 lin. l., utrinq. sparse hirtello-pubera, membranac., stip. bracteaeq. lato-obovatae, cym. corymbosae axillares folio breviores, racemi simplices, secundi, ferruginei, cal. hirtus, lab. posticum lobis 2 rotundatis, anticum segmentis 3 longis acutis, legum. lanc. 2—4-spermum.

Roxb. fl. Ind. III. p. 228. — *Endespermum penduliflorum* Zipp. mss. — *Dalb. penduliflora* Blume in herb. L. B. 1851.

Affinis videtur *D. stipulaceae.* — In insulis Archipelagi Ind., versus orientem a sinu Bengalensi.

15. DALBERGIA STIPULACEA Roxb. (Walp. Rep. I. 800). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 133.

Fruticosa, foliola alterna 8—12 utrinq., lin-oblonga; stip. et bract. oblongo-falcatae; panic. axillares et termin., filam. 10 aequalit. diadelpha; fl. violacei.

Roxb. fl. Ind. III. 233. — Wght Ic. tab. 243. — *D. cassinoides* Wall. n. 5861. — *D. tingens* Ham. in Wall. Cat. 5860. — *D. livida* Grah. Wall. Cat. 5860.

Assam, Silhet, Tavoy, Martaban — in Archip. Ind.?

16. DALBERGIA FRONDOSA Roxb. (DC. Prodr. II. p. 417 n. 8). (Walp. Rep. I. 799. n. 3). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 133.

Roxb. fl. Ind. III. p. 236. — *Dalbergia sennoides* Blume (1855) in herb. L. B.

Forma β. *minor* (an aetate juniore) foliol. numerosiorib., iisq. minorib., 5—6 lin. longis a spec. Roxb. differens, a cl. Blume *D. phyllanthoides* inscripta est. Fl. autem exacte congruunt.

Courtallum. Sumatra; var. β. Java.

6706. **ECHINODISCUS** *Benth.*

(*Pterocarpi* sect. III. DC. Prodr. II. 418. — Walp. Rep. I. 793.)

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 136.

6712. BRACHYPTERUM *Benth.*

(Benth. Ann. Wien. Mus. II. 101. — Walp. Rep. I. 798.)

1. BRACHYPTERUM SCANDENS W. et Arn. (Dalbergia sc. DC. Prodr. II. p. 417 n. 6.; Walp. Rep. I. 798 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 138 (tab. III.).

Br. scandens Benth. in pl. Jungh. I. p. 255 in adn. — *Dalbergia scandens* Roxb. fl. Ind. III. p. 232. Wight Ic. t. 275. — *Derris littoralis* Blume in herb. L. B.

Fl. rosei. — In littore Coromandelina; in Java pr. Soekoe etc.

2. BRACHYPTERUM TIMORENSE Benth. (*Dalbergia Timorensis* DC. Prodr. II. p. 417). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 138 (tab. III.).

Scandens, petioli et foliola subt. appresse pubera, glabrescentia etc.

Br. Timorense Benth. in pl. Jungh. I. p. 255 in adn.; Decaisne Ann. de musée III. (Spanoghe in Linn. XV. p. 197?). — *Dalbergia venusta* Zipp. herb. mss. (*Glycine dalbergioides* Zipp. ap. Spanoghe l. c. p. 197). — *Dalbergia lanceolata* Zipp. mss. — *D. elliptica* Span. l. c. p. 197. — *Derris (Brachypteris) Timorensis* Blume herb. L. B.

In littorib. ins. Timor, in Nova Guinea, in Java pr. Soerakarta.

3. BRACHYPTERUM? FLORIBUNDUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 139. — Volubile, rami pallidi verruculosi, f. glabra, rhach. comm. tenuis, antice canaliculata b. tumida, 3—4-pollic., petioluli fere 2 lin. longi, foliola 2-juga c. impari, oblongo-ovata, obtuso-acuminata, $2^1/_2$—$3^1/_2$ p. lg., b. lato-rotundata, pergamaceo-chartacea, praeter costam subt. prominentem subavenia, panic. laterales e rac. plurib. conflatae villosulae usq. $^1/_2$ ped., fl. fasciculati, pedicelli tenues calycem campanulatum, b. bracteolis ovatis ciliatis appressis deciduis stipatum ore subbilabiatim brevi-5-dentatum puberumq. caeterum glabriusculum lineam vix longum circ. aequantes, cor. (alba?) 2 lin. lg., carina ultra med. fissa, stam. monadelpha, anticum paulo demissius liberum. — Inflorescentia Spatholobum littoralem in mentem revocat. — Java pr. Samarang, a Dr. Horsfield detectum.

4. BRACHYPTERUM POLYPHYLLUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 139. — Foliola 8—11 juga, elliptico-lanc. acuta mucronata, vulgo praesertim versus bas. acutiusculam inaequilatera, ibiq. leviter revoluta, supra glabra, subt. appresse sericeo-pubescentia, venulis 5 adscendentib. notata, stipellis minutis linearib. s. persistentib., racemi axill. folio subbreviores, pedunc. 2—3 flori, legum. lanceolato-lin., b. attenuatum, ap. acutum, planum, 3—2 spermum, sutura seminifera alatum, inter semina subcontractum membranaceo-coriaceum. — F. biped., foliola $^3/_4$—$1^3/_4$ poll. lga, superiora majora; legum. majora, 3-pollicaria. — Java pr. Soerakarta, a Dr. Horsfield detecta.

OTOSEMA *Benth.*

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 157.

Calyx laxe campanulatus. Vexillum b. auriculis inflexis appendiculatum. Stam. monadelpha. Legum. coriac. subdesiscens. Reliqua Pongamiae.

Conf. Benth. in pl. Jungh. I. p. 248. in adnot.

1. OTOSEMA MACROPHYLLA Benth. — Benth. in pl. Jungh. p. 249 in adnot.

Robinia macroph. Roxb. fl. Ind. III. 326. — *Pongamia macrophylla* Grah. in Wall. Cat. n. 5892.

In India super. frequens. — (sine descr.).

2. OTOSEMA FRUTICOSA Benth. — Benth. l. c. p. 249 in adnot.

Robinia fruticosa Roxb. l. c. — *Pongamia fruticosa* Grah. in Wall. Cat. n. 909. (p. 214).

In Bengala interiore.

3. OTOSEMA CAUDATA Benth. — Benth. l. c. p. 249 in adn. — Glabra foliolis 5—7 oblongis longissime acuminatis, racemis vix puberulis, vexillo emarginato extus sericeo, alis carinam aequantib., legumine ferrugineo-tomentello acuminato.

Pongamia caudata Grah. in Wall. Cat. n. 5895.

In Sillet.

4. OTOSEMA EXTENSA Benth. — Benth. l. c. in adnot. — Foliol. 7—11 parib. secus petiolum elongatum distantib., ovatis oblongisve supra glabriusc. subtus ad venas petiolis inflorescentiaq. ferrugineo-tomentellis, vexillo sericeo-emarginato, alis carinam aequantib., leg. ferrugineo-tomentoso demum glabrato. — Pongamia extensa Wall. Cat. n. 5900. — In Martabania, Wallich.

6714/1. LONCHOCARPUS *H. B. Knth.*

(Endl. gen. pl. n. 6544. — DC. Prodr. II. 259. — Walp. Rep. V. 543.)

1. LONCHOCARPUS VELUTINUS Benth. ms. — Seemann bot. of the voy. of the Herald p. 111.

Foliolis 7—9 ovali-oblong. brevit. acuminatis marg. recurvis utrinq. mollit. tomentosis, paniculâ ramosissima tomentosa, pedicellis medio articulatis 1—2 floris, calyce cyathiforme vexilloq. tomentosis, alis carinaq. aequalib. obtusis, puberulis, staminib. monadelphis, ovario tomentoso medio biovulato. — Nom. vernac. „Iguana."

Prope vicum San Carlos, prov. Panama. — Arbor 30 ped. F. circ. 6 p. lg., foliola 2—3 p. lg. et 3/4—1 p. l.; fl. atropurpurei. — Prope Culebra (Hind) (Panama).

6719/1. SPATHOLOBUS *Hassk.*

(Endl. gen. pl. suppl. III. p. 104. — Walp. Rep. II. 903. V. 545.)

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 203.

6720. PLATYMISCIUM *Vog.*

(Walp. Rep. I. 802.)

1. PLATYMISCIUM PLATYSTACHYUM Benth. ms. — Seemann bot. of the voy. of Herald p. 111. tab. XXI.

Foliolis 3—5 ovatis brevit. obtuse acuminatis, stip. orbiculatis obtusis, racem. simplicib., pedicell. calycem subaequantib., vexillo orbiculato alas subaequante.

David, prov. Veraguas. — Arbor pulchra lignum proferens perdurum, atro- et rubrostriatum. Nom. vernac. „Quira."

6727. **EUCHRESTA** *Bennet.*

(Walp. Rep. I. 804. — V. 546.)

1. EUCHRESTA HORSFIELDII Benn. (Walp. Rep. V. 546 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 126. — Benth. in pl. Jungh. I. p. 257. — *Dalbergia laevigata* Zippel mss. — Java.

6732. **DERRIS** *Lour.*

(DC. Prodr. II. 415. — Walp. Rep. I. 805)

§. 1. DERRIS. Species genuinae: vexill. plane ecallosum, legumen tenue.

1. DERRIS ULIGINOSA Benth. (*Pongamia uliginosa* DC. l. c. 416). — Miq. fl. Ind. Bat, I. p. 141 (tab. III).

Derris uliginosa Benth. in pl. Jungh. I. p. 252 excl. syn. *Dalbergiae rostratae* Hassk. — *Pongamia uliginosa* Spanoghe in Linnaea XV. p. 197 (non Hassk. Cat. p. 283). W. et Arn. Prodr. I. p. 262; Wight in Hook. bot. misc. III. p. 301 (errore typograph. „religiosa") tab. 41 supplementi (errore „P. triphylla" inscripta). — *Pterocarp. uliginosa* Roxb. ined.; G. Don gen. syst. of gard. II. p. 377. — *Tephrosia uliginosa* Spreng. syst. III. p. 232. — *Dalbergia heterophylla* Willd. (DC. l. c. 417, 14). Hassk. Flora bot. Z. 1842, Beibl. II. p. 53. *D. acuminata* Cat. Bog. p. 287? — *Dalb. radicans* Zipp. mss. — *Derris Hasseltiana* Blume in herb. L. B. (forma foliolis plerisq. 1-jugis paullo angustiorib.). — *Pongamia lucida* Grah. in Wall. Cat. n. 5880.

var. *angusta*, foliola bijuga fere lanc. v. ovato-lanc. longe acuminata, 3—5 poll. lg., 6—10 lin. l., legumen plane conforme.

Dalbergia repens Spanoghe.

Hab. in Ind. or., Zeylania, Birma, Sumatra, Borneo, Java, Timor, Nova-Guinea etc.

2. DERRIS FORSTERIANA Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. (tab. III.). — Glabra foliola trijuga, ovato-elliptica, v. ovato-sublanc., longiuscule acuminata, b. rotundata, subaequilatera, membranac.-pergamacea, utrinq. praesert. supra nitidula, e costa supra subsulcata, subt. prominente tenui, patule tenerrime venosa, superiora vulgo inferiorib. paulo majora, $1\frac{1}{2}$ — $3\frac{1}{2}$ p. longa, 7—12 l. l., rac. axillares et later. folio breviores, pedunculo pedicellisq. vulgo fasciculatis glabris, bract. bracteolisq. ciliatis, cal. lato-cupulatus obsolete 4-dentatus praeter suprem. marginem subpuberum glaber, cor. $2\frac{3}{4}$ l. aequans, eo quater longior, legum. oblique ellipticum obovatum sutura seminifera anguste alatum et leviter sinuatum.

D. Forsteriana Bl. in herb. L. B. — Caju Galedupa? Rumph. Herb. Amb. II. p. 59 tab. 13. — Haud absimilis *D. multiflorae.*

In insulis Ceram, Celebes, teste Rumphio et in Borneo.

3. DERRIS MULTIFLORA Benth. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 142.

Scandens v. prorepens, foliola saepissime bijuga c. impari, ovata v. oblonga, obtuse acuminata c. ramulis sub- glabra, racemi laterales floribundi, axi villosa, ped. brevissimis, pedic. fasciculatis calyce parvo brevissime et late 5-dentato longiorib., ovula in medio ovarii circ. 3 dissita.

D. multiflora Benth. in pl. Jungh. I. p. 253.

Ramuli et petioli junior. pilis paucis conspersi. F. fere *D. uliginosae* etc. — Java in monte Blitaram.

4. DERRIS SPANOGHEANA Bl. — Miq. fl. Ind. Bat I. p. 142. — Glabra, foliola 3-juga (an et 1-juga?) modice petiolulata, ellipt. v. ovato-elliptica obtuse brevissime oblique subapiculata, b. rotundata (sicca marginib. levit. undata) pergamaceo-chartacea, ven. plurib. utrinq. subdistinctis, e costa haud crassa subpatulis, circ. 3 poll. lg., 10 — 12 lin. l., panic. axill. hirtellae e racemis conflatae, folium superantes, legum. lato-ellipticum membranac., utrinq. alatum, juvenile circ. poll. longum. *D. Spanogheana* Bl. in herb. L. B.

Dalbergiae spec. Spanoghe herb.

Spec. satis distincta. Rami etc.

In montib. insulae Timor.

5. DERRIS KORTHALSIANA Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 143. — Glabra, foliola bijuga c. impari valde approximato, breviter petiolulata, elliptica v. elliptico-oblonga, obtusa, ap. subattenuato emarginata, terminale subconforme vix majus, coriacea, ven. costalib. distinctiorib. 6 — 8 utrinq., subt. valde prominentib. et reticulatis 2-fere 4, vulgo circ. $3^1/_4$ p. lg., 9 — 17 l. l., racemi axill. conferti v. ex axillis veterib., folio subbreviores, tenere hirtello-puberi, pedic. sub calyce pubero margine repando densius pubescente bibracteolati hirsutuli, cor. circ. 2 lin. longa, legum. (juniora) hirtello-pubesc., elliptica, lata, mucronata, membranac., sutura seminifera angustissime alulata pollicaria v. longiora.

Derris Korthalsiana Blume in herb. L. B.

Rami florentes haud raro crassi. Rhaches 3-fere 5 poll. longae. Petioluli crassiusc., nigrescentes rugulosi.

D. pubipetalae habitum prae se fert.

Borneo in monte Pamatton, in Moluccis.

6. DERRIS JAVANICA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 143. — Flagella terminal. aphylla pubera, caeterum fere glabra stipulae vix lin. longae ovatae acutae margine extenuato ciliato-villosulae, rhachis comm. b. tumidula, antice sulcata, $1^1/_2$ — 2 pollic., glabra inter juga parce pilifera, foliola bijuga c. impari, breve petiolulata, subaequalia v. terminale majus, ovato-v. obovato-elliptica, apiculo brevi obtuso vulgo subemarginato terminata, b. rotundata, pergamaceo-chartacea, praeter costam subt. prominentem subavenia (venae tenerrimae subpatulae), 1 — 2 p. longa, legum. sessile oblongum obtusum, $1^3/_4$ p. longum, membranac. tenere reticulatum, sutura seminifera alatum, altera anguste marginatum, 1-spermum.

Aff. *D. Korthalsianae.*

Habit. Java pr. Soerabaja.

7. DERRIS ACUMINATA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 144. — Glabra, foliola 5—4-, raro 2-juga ovato-oblongove-lanceolata, longiuscule acuminata, acumine leviter emarginato, b. aeq. rotundata v. passim subacuta, membranaceo-pergamacea, venis utrinq. circ. 8 arcuato-patulis subt. subprominulis vix reticulatis, utrinq. nitidula glabra, 3 — 4 — $5^1/_2$ p. longa 9 — 13 lin. l., panicula term. ampla e racem. compositis alternantib. conflata c. alabastris bracteisq. fuligeneo-tomentella.

D. Korthalsiana Blume in herb. L. B. et *D. thyrsoidea* ej. partim.

Species bona videtur licet fl. ex alabastris nimis juvenilib. vix satis explorandae. Sumatra; Java in monte Parang.

8. DERRIS TRIFOLIATA Lour. (DC. Prodr. II. 415 n. 1.). — Miq. fl. Ind. Bat. p. 144.
Derris trifoliata Lour. fl. Cochinch. II. p. 257? — Bl. in herb. L. B. — Phrasis Lour. satis quadrat.

Java. — China in prov. Canton.

§. 2. PARADERRIS. Species heterogeneae, proprium forsan genus exposcentes: inflorescentia fere Pongamiae; vexillum b. intus subcallosum

9. DERRIS MONTANA Benth. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 145. — Glabra, scandens, rami verrucosi, foliola 3—4-juga, ampla, oblonga, acuminata, rac. laxi vix ramosi, pedunc. pleriq. ap. 3-fl., pedic. calyce vix longiores, vexillum b. intus callosum; ovar. tomentosum; ovula circ. 8 dissita.

D. montana Benth. pl. Jungh. p. 218. — Nothoderris Bl. herb. — *D. cuneifoliae* proxima, foliolis et florib. majorib. diversa.

Java in montib. dictis „Dieng" in alt. 6—8000'.

10. DERRIS PUBIPETALA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I p. 145. — Glabra, foliola 4—3-juga, oblonga v. elliptica v. subovata, acumine brevi emarginato terminata, terminale angusto-obovatum ap. rotundatum v. brevi-acuminatum, subcoriacea, venis utrinq. 6—7 erecto-patulis, subt. levit. prominulis, chartaceo-pergamacea, utrinque nitidula, subt. pallidiora, $1\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$ p. lga, $\frac{3}{4}$—$1\frac{3}{4}$ p. l., panic. compositae axill. et laterales, e racem. subcompositis conflatae, ferrugineo-hirtellae, folii circ. longitud., fl. vulgo fasciculati, calyc. cupulati b. minute bibracteolati rubiginoso-villosuli obliqui dentic. 4 obtusi, corollae $2\frac{1}{2}$ lin. lgae petala, praesertim vexillum, dorso vers. ap. appresse pubescentia, ovar. appresse pubescens.

D. pubipetala Miq. mss. — *D. thyrsoidea* Blume in herb. L. B. partim, quoad specim. florens.

Habitus *D. multiflorae*. Rami purpurascenti-nigrescentes, minute lenticelloso-puncticulati. — Java, a cl. Blume detecta.

11. DERRIS CUNEIFOLIA Benth. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 146. — Glabra, foliola increscenti-2—3-juga c. impari approximato majore, inferiora obverse elliptica, superiora obovato-oblonga v. sublanc., ap. rotundata v. obtusa leviterq. emarginata, subcoriac., venis utrinq. 8—10 subpatulis prominulis et subanastomosantib., 2—$7\frac{1}{2}$ p. longa, 1—3 p. l., racemi folio breviores axill. v. laterales solitarii, conferti v. subpaniculati hirtello-puberi, pedic. tenues fasciculati calyce longiores, calyx villosule pubesc. late cupulatus, 4-denticulatus, cor. glabrae $2\frac{1}{2}$-fere 3 lin. longae vexillum supra unguem int. subbicalloso-incrassatum, ovar. lin. hirtum, stylo glabro deflexo longius.

D. cuneifolia Benth. in pl. Junghuhn. I. p. 253 in adn. — *Galedupa marginata* Roxb. fl. Ind. III. p. 241. — *Pongamia marginata* Wall. Cat. n. 5896. — *Pongam. obovata* Wall. Cat. n. 5897.

Nepal, Silhet. — Celebes pr. Gorontalo.

AGANOPE *Miq.*

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 151.

Cal. campanulatus, subtruncatus v. obsolete denticulatus. Pet. brevit. unguiculata. Vexill. orbic. b. vix leviter replicatum ecallosum, sub anth. reflexum, carinam alasq. obtusas vix aequans. Stam. diad., 9 alte connata, vexillare totum liberum, antherae conform. ovato-cordatae. Ovar. stipitatum (non vaginatum), c. stylo villosum; stigma parvulum. Legum. glabrum oblongum subcoriac. reticulatum, utrinq. alatum, 1-sperm. — Arb. v. frutices f. impari-pinnatis, panic. terminali ampla ex racem. densifloris, tomentellis conflata, fl. breviter pedicellatis.

1. AGANOPE FLORIBUNDA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. 151. — Glabra, foliola tri-imo quadri-(suprema bi-) juga c. impari, petiolulata, e b. subinaequali-rotundata lato-

elliptica, obtusa v. obtuso-subapiculata subemarginulata, terminale obversum, ap. rotundatum, 3—6 poll. lg., 1½—3 p. l., venis 3—4 subt. alte adscendentib., panic. terminalis amplissima e racem. pedalib. v. longiorib. compositis (ramul. pollicarib. v. longiorib.) conflata, appresse hirtello-pubescens, alabastra brevit. pedicellata obovoidea subaureo-hirsutula.

Derris marginata Bl. herb. L. B. non Benth. — *Derris paniculata* Bl. l. c. — *Pongamia glabra* Zoll. et Mor. Verzeichn. p. 3, haud Vent. (*Sophorae* spec. Zoll. herb. n. 808). — *Dalbergia argentea* Zoll. in Nat. en Geneesk. Arch. III. p. 65 haud Zipp.

Var. fol. inferiorib. ovalis, caet.

Java, pr. Tjikoja — Sumatra.

2. AGANOPE MICROPHYLLA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I p. 152. — Foliola grandia, uni-raro bi-juga cum impari, lato elliptica vulgo inaequilatera, apiculo brevi obtuso mucronulato terminata, b. rotundata, submembranacea, supra puberula, subt. costulis circ. 6 utrinq. patule adscendentib. pertensa et c. petiol. appresse pubescentia glabresc., 6—2½ poll. longa, 1¼—3 l., panic. axill. et termin. folio subbreviores e racem compositis conflatae, ochraceo-subhirtellae, fl. brevissime pedicellati, calyces campanulati brevissime inaequaliter 4-denticulati villosuli.

Derris floribunda Bl. in herb. L. B.

Praecedenti proxima, sed f. majora, panic. minores c. calycib. minus tomentellae. — Java, a Blume detecta.

3. AGANOPE MARGINATA Miq. (*Dalbergia marginata* DC Prodr. II. 417 n. 17 sine descr.). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 152.

Fruticosa, scandens, foliola 2—3-juga c. impari, elliptico-lanc. v. oblonga acuminata, b. acuta, paniculae axill. laxiusculae, fl. distantes longiuscule pedicellati, legum. lin-oblonga acuta utrinq. marginata monosperma.

Dalbergia marginata Roxb. fl. Ind. III. p. 230. Wght ic. I. tab. 87. — *Derris marginata* Benth. pl. Jungh. I. p. 252 non Bl. in herb. L. B.

Silhet.

PADBRUGGEA *Miq.*

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 150.

Calyx b. decidue bibracteolatus, late cupulatus, antice brevi-tridentulus, denticulis 2 posticis subtruncatis. Pet. unguiculata subaequilonga. Vexillum orbiculare b. auriculis 2 inflexis, infra med. ungueque brevi canaliculatum. Carina falcata acutiusc. alis obtusis brevior. Stam. diadelpha, vexillari libero, alterna parumper breviora, antheris ovatis, Ovar stipitatum hirsuto-velutinum, pauci-ovulatum; styl. brevis glaber, stigma obtusum. Legum. oblongum, stipitatum, crassum?, exalatum. — Arb. v. frutic. Indici (tomentelli), f. impari-pinnatis, foliolis multijugis stipellatis, fl. racemosis majusc. — Vexillum infra med, quidem texturae crassioris ac perinde subfoveolatum, nec tamen vero callosum dicendum. — Nomen memoriae dicatum Roberti Padbrugge, Amboinae quondam gubernatoris, Rumphii fautoris.

1. PADBRUGGEA DASYPHYLLA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 150. — Scandens? Innovationes dense hirtello-tomentellae, glabresc. F. circ. ½ ped. Rhachis teretiusc. antice angulata. Foliola incresc., inferiora rotundato-ovata, superiora elliptica et oblgo-elliptica, 5—8-utplurim. 6-juga, brevit. petiolulata, utrinq. obtusa v. rotundata, emarginata, raro in subobovatis acutiuscula, iis Sophorae specier. similia, juniora c.

petiolis flavido-tomentella, subt. densius inque venis, utrinq. arcuato-patulis 6—8, subsericantia, terminale majus, 1—2⅓ p. longa, cito glabresc., dem. fere glabra et rigidiora ac distincte venosa, adspectu tunc valde mutata. Stipell. lin. patentes. Rac. axill. et laterales rufo-tomentelli. Fl. alterni, solitarii an et fasciculati? Bracteolae elliptic. dense pilosae calycis tubo ante anth. appressae, hoc increscente paulo demissius, infra ej. b. deciduae. Cal. 1½ l. lg. sed latior, coriac., sericeo-rufo-pilosus. Fl. purpureo-violacei? Vexillum ½ pollic. Alae oblongae obtusae. Carina stipitata navicularis falcata. Ovar. c. stipito villosulum. Styl. staminib. brevior. Legum. maturum, si ad juvenilis dilatationem attendas, probabiliter latum.

Derris? tomentella Blume in herb. L. B.

Java, in monte Salak etc.

Tribus VII. *SOPHOREAE* DC.

(DC. Prodr. II. 94. — Walp. Ann. II. 439.)

(Endl. gen. pl. p. 1307.)

BOWRINGIA *Champ.*

Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 75.

Affinis *Baphiae.*

Calyx membranac. laxe cyathiformi-campanulatus, ore truncato minute 5-dentato. Vexill. orbiculat. Alae vexillo subaequilg., falcato-oblong. Carinae petala alis subsimilia nisi majora, dorso vix connata. Stam. 10, libera v. ima b. hinc inde connata, omn. fertilia, antheris oblong. Legum. stipitatum, inflat., ovoid. vel subglob., acuminatum, scariosum. Semina pauca, oblong. v. globosa, strophiolata. Cotyl. crass. Radic. breviss. recta. — Spec. unica.

1. BOWRINGIA CALLICARPA Champ. Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 75. — Frutex scandens, glaberr., habitu Baphiae v. Leucomphalo similis. Stipulae minutae. F. unifoliolata exstipellata. Pet. ½—1 p. lg. Foliolum ovatum v. ovali-oblg., acuminat., b. rotundat., 2—3 p. lg., 1—1½ p. l., rigide chartac. utrinq. viride, penninerve et reticulato-venos. Racemi axill. v. subterminal., 2—5 fl., folio multo brevior. Pedunc. comm. 2—6 lin., pedic. 3 lin. lg. Bract. minut., caduciss., bracteol. sub calyce parv., diut. persist. Cal. 1—1½ l. lg., laxus, p. anthes. saepe reflexus. Pet. alba, breviss. unguiculata. Vexill. et alae 5 lin., pet. carinalia 6 lin. lg. — In rupium fissuris insulae Hong-Kong abundans. Fructus fide Champione c. 1 p. lg., inflatus, viridis, scarios., reticulatus, glaber, (smooth) v. ovatus v. globosus, b. in stipite, et in apice in acumen angustatus, seminib. perfect. 1—2, magnis, purpureis oblongo-globosis.

6737. **EDWARDSIA** *Salisb.*

(DC. Prodr. II. 97. — Walp. Ann. I. 256.)

1. EDWARDSIA CHRYSOPHYLLA Salisb. (DC. Prodr. II. 97). Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 459.

var. *glabrata:* foliolis calycibusq. glabratis, fl. minorib.

Hab. in inss. Sandwicensib., usq. ad alt. 11000'; var. β. 1000' supra Puna. — Indigenarum: „Mamani", arbor 20—30 ped., caet.

2. EDWARDSIA MYRIOPHYLLA Wndr. (Walp. Rep. I. 806 n. 3). Wenderoth in Anal. Krit. Bemerk. fasc. I. 1852 n. VII. — Proxima *Edwardsiae microphyllae*, sed foliolor. jugis vix duplo numerosiorib., foliolis ipsis $^1/_2$ majorib, rotundatis, integris, hinc inde ap. subimpressis; fl. paulo robustiorib., profundius (vitellineo-) luteis.

6738. SOPHORA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 95 (ex p.) — Walp. Ann. II. 439.)

1. SOPHORA GRIFFITHII, J. E. S. — J. E. Stocks in Hook. journ. Kew gard. misc. IV. 147.

Suffruticosa, ramis et calyce tomento raso candicantib., foliol. 21—41 ovalib. v. obovatis plerumq retus. tomentoso-seric. subtusq. argenteo-velutinis, racem. terminalibus et lateralib. 10—20 fl., leg. moniliformi albo pubesc. laevi v. crista tuberculata (alam praenunciante) ad utramq. suturam utrinq. instructa.

Hab. in Beloochist. super. et infer., Gundawa Pass, alt. 3000'. (n. 720.). — Ab indigenis „Shampusteer" nominata, vere multa loca deserta floribus aureis foliisque argenteis obtegens. — (Sectio Eusophora).

2. SOPHORA TOMENTOSA Lin. (DC. l. c. p. 95 n. 3.). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 124.

W. et Arn. Prodr. I. p. 179. — Roxb. fl. Ind. II. 316. — Benth. in pl. Jungh. I. p. 251. — Anticholerica s. Upas bidji Rumph. herb. Amb. IV. p. 60 tab. 22 (mala). — Bot. mag. tab. 3300. — *Soph. crassifolia* (non Jaum. DC. l. c. p. 95). — Hassk. cat. Bog. p. 285.

In Java austr. pr. Soekapoera etc.; in Sumatra et in Moluccis (Radix et semen Anticholericae). „Oepas bidji" malab.

3. SOPHORA HEPTAPHYLLA (Linn.) W. et Arn. — Miq. in fl. Ind. Bat. I. p. 125. — Fruticosa v. subarborea, foliola alterna v. subopposita increscentia, vulgo 3—4 utrinque, oblonga v. obovato-oblonga subacuminata, b. rotundata v. acutiuscula, chartacea, supra glabra, subt. cum petiolis ramulis et pedunc. dense rufule subhirtello-pubescentia et venulosa, 1—3 vulgo circ. 2 poll. longa, stip. lin. villosulae, parvae serius rigidulae, rac. oppositifolii circ. folior. longitudine; bract. subulatae, calyx campanulatus subobliquus levit. 5-dentatus, ovar. 3—4-ovulatum, legum. rufo-villosulum 2—4-sperm. ap. attenuato-rostratum, inter sem. valdopere contractum, sem. ovalia, nitida, rubra.

S. heptaphylla Linn. Zeyl. excl. syn. W. Arn. pugill. pl. Ind. in nov. Act. Leop. XVIII. 2 p. 328. — Wght Ic. III. tab. 1155. — *S. tiloënsis* Blume in herb. L. B.

Zeylania, Neilgherry, Kasysha. — Java.

4. SOPHORA GLABRA Hassk. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 125. — Frutex, innovationes griseo-sericeae, stip. caducae, foliola 5—7 juga subopp. brevissime petiolulata ellipt. v. obovato-ellipt., obtusa b. acuta, plerumq. quidquam inaequilatera, subcoriac., supra glabra lucida, subt. pallida appresse tenerrime pubera glabrescentia, subavenia, pollic. longa, infima duplo triplo minora, racem. terminalis, legum. longe pedunculatum 2—9-articulatum sericeum.

S. glabra Hassk. (non Mönch) Cat. Hort. Bog. p. 285.

Inter *S. glaucam* et *S. tomentosam* habitu fere media, — Java, nec non in hort. bot. Buitenzorg.

6747. **ORMOSIA** *Jacks.*

(DC. Prodr. II. 97. — Walp. Rep. V. 519.)

1. ORMOSIA? (*Marquartia?*) PACHYCARPA Champ. — Bentham in Hook. Kew gard. misc. IV. 76.

Foliol. 7 obovali-oblong. brevit. et abrupte acum. supra glabr. viridib., subt. petiolisq. tomentoso-lanatis, calycib. subsessilib. tomentosis., legum. lignoso turgido, densiss. tomentoso, lanato, int. non septato.

Foliola majora $1/2$ ped. Legum. 1-sperm. pollic., v. disperm. bipoll., fere p. lat., sessile obtus, crassiss. coriac.-lignos., ex ovato c. 6-ovulato accretum. Sem. ei Tamarindi Indici p. majus, irregul. rhomboideo-quadratum v. orbiculare, crass., testa nitida, rubro-fusca. — Arbor in silvis insulae Hong-Kong.

2. ORMOSIA PANAMENSIS Benth. mss. — Seemann voy. of the Herald p. 111.

Foliolis 5—7 elliptico-oblongis obtuse acuminatis b. angustato-rotundatis utrinq. pilis adpressis puberulis, racemis simplicib.

Ad vicum Remedios, Veraguas. — Arbor 50 ped. alta, lignum ad aedificandum adhibitum. F. circ. ped., foliolum term. 4 p. lg., 1 p. l. Fl. lilacini. — Nom. vernaculum „Peronil".

OLNEYA nov. genus *Gray.*

Gray. in pl. nov. Thurber. p. 328 et 313.

Calyx campanulatus, quadrilob.; lob. ovatis obtusissimis, supremo latiore emarginato-bifido. Vexillum orbiculatum profunde emarginatum, reflexum unguiculatum, auriculis latis inflexis appendiculatum, bicallosum. Alae oblong. carinam incurvam obtusam aequantes. Stam. 10, aequilonga, filamento vexillari libero, diadelpha: anth. uniformes. Discus cupularis. Ovar. substipitatum pluriovulatum, styl. incurvus, supra med. undiq. villosus: stigma depresso-capitatum. Legumen turgidum, dispermum v. saepiss. medio seu pr. ap. monospermum, obliquum, utrinq. constrictum, glandulosum, tarde dehiscens, valvul. crasso-coriaceis. Sem. magnum, estrophiolatum, ovale. Cotyl. carnosae, crasso-planae, radiculae gracili incurvae accumbentes. — Arbor 15—20 ped. pube minuta canesc.; acul. infrastipularib. geminis, interd. nullis; f. abrupte v. impari-pinnatis multijugis; stip. obsoletis; stipell. nullis; pedunc. folio breviorib. racemoso-plurifloris, cor. alba v. purpurascente.

1. OLNEYA TESOTA. — Ad flum. Gila in regionib. dictis „table lands". — Arbor ab indigenis Tesota appellata.

Genus ab honorem cl. *Olney*, Esq. creatum, inter Galegeas et Dalbergeas collocandum.

Subordo II. *CAESALPINIEAE* R. Br.

(DC. Prodr. II. 473. — Walp. Ann. I. 256 et II. 440.)

WAGATEA *Dalzell* n. g.?

(CAESALPINIA? SPICATA, vide infra sub „*Caesalpinia* n. 11".)
Dalz. in Hook. journ. Kew gard. misc. III. 90.

Calyx coloratus, ad med. 5-fidus, tubo cupuliformi, limbi decidui laciniis aest. imbricat., infima paulo majore concava. Corollae pet. 5, aequal., uniform., unguiculata, calycis summo tubo inserta. Stam. 10, cum pet. inserta iisdemque aequilg., omnia fertilia: filam. subulata, b. pilosa, alternat. breviora. Ovar. stipitat., tomentos., 4—6 ovulat. Styl. filiform., filam. petalisq aequilg. Stigma cavum, bilabiatum, fimbriatum, labio super. semiorbiculari infer. majore cucullato. Legumen lin., acutum, coriac., inter semina transversim constrictum, marginib. incrassatum. Semina 3—4, obovato-oblonga, transversa, testa crassa dura ossea.

Frutex scand. in regionibus Bombayensib. — Planta ab incolis in sede natali Wagatee s. Wagaree nominata.

6763. GUILANDINA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 480. — Walp. Rep. I. 809.)

1. GUILANDINA BONDUC Lin. (DC. Prodr. II. 480 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 113 — Specimina quae cum ex antiquo tum ex novo orbi examinavi vix in duas series, majora aculeis solitariis; *G. Bonduc*, et minora aculeis geminis: *G. Bonducella*, tuto discriminari possunt. — In Ind. or., Java, Sumatra, Amboina, in Moluccis, in Timor in Nova-Guinea.

6765. CAESALPINIA *Plum.*

(DC. Prodr. II. 481. — Walp. II. 441,)

Miq. Fl. Ind. Bat. I. p. 107.

Sect. *NUGARIA* DC. Prodr. II. p. 481.

1. CAESALPINIA NUGA Ait. (DC. Prodr. II. 481 n. 1.). — Miq. l. c. p. 107. — *C. paniculata* Roxb. fl. Ind. II. p. 364. Hassk. Cat. Bog. p. 281 differt forma majore. Aculei in rhachi postice sparsi etiam, praeter 2 geminatos ad pinnar. insertionem, de quib. Rumph. Herb. Amb. V. p. 94 tab. 50, accurate disserit. — Pervulgata in Ind. or., Zeilania, Nova-Irlandia, et in insular. Timor et Javae littoribus.

Sect. *SAPPANIA* DC.

2. CAESALPINIA SAPPAN Lin. (DC. Prodr. II. p. 482). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 108. — W. et Arn. Prodr. I. p. 281. Pl. Jungh. I. p. 258. Miq. Anal. Ind. I. p. 9. — F.

ultra-pedalia; foliola circ. ½ pollic. — Hab. in Ind. or., in Java (culta?), Borneo et Sumatra.

3. CAESALPINIA SEPIARIA Roxb. (Walp. Rep. I. p. 810 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 109. — Wight et Arn. Prodr. I. p. 282. Benth. in pl. Jungh. I. p. 558. — *C. ferox* Hassk. Flora bot. Z. 1842 Beibl. II. p. 83; Cat. p. 284 et Pl. Jav. rar. p. 400 (forma magis aculeata et densius tomentella). — *Mezoneuri* species Blume in herb. L. B. ad specimen valde mancum.

Affinis est *M. mimosoidi*, sed hujus foliola decrescentia.

Java, prope Loebekelanga, Sumatra et Ind. or.

4. CAESALPINIA TORTUOSA Roxb. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 109. — Subarborea, armata, folior. rhachis dorso recurvato-aculeata, pinnae 15—20-jugae, foliola 20—40-juga, a. b. inde in ap. obtusum attenuata, glabra, firma, nitida ½ poll. longa, 1 lin. l., racemi ax. erecti solitarii, utplurim. simplices, subcylindrici, f. superantes, multifl., fl. flavi, pet. b. rubro-striolata, sep. anticum max., pet. 4 lateralia subaeq. suborbicul., posticum minus profunde emarginatum longe unguiculatum, legum. lin.-oblongum 3—4-sperm. inter semina contractum. Roxb. fl. Ind. II. p. 365. Arbuscula trunco gracili. — Sumatra, a Dr. Campbell in hort. bot. Calcutt. introducta.

5. CAESALPINIA GRACILIS Miq. — Miq. in fl. Ind. Bat. I. p. 110. — Glabriuscula, ramuli teretiusculi praesertim ad folior. insertionem biaculeati, f. octopollic., 3—3½ p. l., nascentia c. foliol. pubera, adulta glabra; rhach. gracilis antice acutangula, dorso ad pinnas recurvato-biaculeata inter eas inermis, pinnae 10—11-jugae (in supremis pauciores), foliola 7—12-vulgo 10-juga, subsess., dimidiato-lin.-oblonga obtusa, baseos oblique truncatae angulo inferiore inserta, chartac., subt. pallida nervo subcentr., utrinq. raris tenerr. pilis inspersa, media 3—3½ lin. lga, 1—1½ l., summa breviora fere obovata, infima paulo minora, rac. axill. solitarii et termin. paniculati, pedunculati, glabri v. inter fl. exiliter puberi, bract. caducae, pedic. graciles, calyc. glabri lob. anticus valde cucullatus c. reliq. membranaceus coloratus, pet. paulo majora. — Spec. distinctissima. Stam. petala circ. aequantia, filam. valde barbatis. Styl. glaber stigmate dilatato. Leg. 2½ poll. lg., ¾ p. l., 4—1-spermum. — Java pr. Soerabaja a Dr. Horsfield detecta.

6. CAESALPINIA CINCLIDOCARPA Miq. (*Cinclidocarpus nitid.* Zoll., Walp. Ann. I. 256). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 110. — Scandens, rami valide aculeati, rhaches 7—8 poll., ad et inter juga aculeatae, tomentellae, pinnae 7—12-jugae, foliola 12—18-juga sessilia, lin.-oblonga ap. rotundato-emarginata, nitida, utrinq. pubera, 4 lin. lga, aequilatera, racemi ramosi pedunc. aculeatus c. ramis rufo-tomentellus, pedicelli patentes solitarii v. gemini, calyc. coriacei rufo-pubescentis sep. anticum galeatum, leg. subcompressum oblongum oblique truncatum indehiscens, 5—7-sperm., suturis incrassatis, facieb. utrinq. transverse parallele cancellatum, pulpa (?) succulenta farctum, dem. exsiccatum fragile, sem. subcompressa, dorso convexa, ventre concaviuscula, atra, nitida. — *Cinclidocarp. nitidus* Zoll. in Nat. en Geneesk. Arch. III. p, 74 et 81. Ramuli cylindrici crassi, furfuraceo-puberi, etc. — Caeterum affinis est *C. mimosoidi* Roxb. — Frutex scandens Javanicus. — In hort. bot. Buitenzorg.

Sect. *POINCIANA.*

Stam. c. stylo longissima.

7. CAESALPINIA PULCHERRIMA Lin. (*Poinciana pulcherr.* Lin., DC. Prodr. II. 484 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 109. — Benth. in pl. Jungh. I. p. 258. — *Poinciana pulcherrima* Linn. W. et Arn. Prodr. I. p. 282. Spanoghe l. c. p. 200. — Crista pavonis Rumph, herb. Amb. II. p. 53 tab. 20. — Hab. in Ind. or., Java, Banda, Timor etc.

Sect. *BRASILETTIA* (DC. Prodr. II. 481).

8. CAESALPINIA ARBOREA Zoll. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 112. — Inermis, ramuli rhachesq. fuligineo-tomentella, folii rhachis comm. 1/3 ped. subteres, b. haud tumida, pinnae 8-jugae increscentes, inferiores 1 1/2 pollic. foliolis 7—8—10-jugis, superiores fere 4-pollic. foliolis 14—15-jugis, foliola subsessilia densa subimbricata lin.-elliptica basis oblique truncatae angulo inferiore inserta, ap. rotundata, subtruncata v. emarginata, subt. pallida pubera, nervo subdiagonali, majora 6 lin. longa, 2 1/3 l., rac. longe pedunculati termin. paniculato-conferti fere ped., c. calycib. rubiginoso-tomentelli, bracteolae ellipticae, pet. utrinq. rufo-hirsuta, 4 erecta, quintum posticum patens, filam. glabra, anther. oblongae, sagittato-dorsifixae, ovar. hirsutum, legum utrinq. ala laevi striata cinctum, 2 1/3 poll. — *C. arborea* Zoll. in Nat. en Geneesk. Arch. III. p. 65. — *C. Macklottii* Zipp. mss.? — In ins. Java a Dr. Horsfield in monte Sello reperta.

9. CAESALPINIA VERNALIS Champ. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 77.

Scand., pet. comm. partialibusq. aculeat., pinnis c. 12-jug., foliol. 4—6 jug. oval. acut. coriac. glabr. supra nitid. subt. pallidis, panic. terminal. rufo-tomentosa, pedicell. calyci subaequilongis.

In ripis fluminis prope Little Hong-Kong in ins. Hong-Kong.

Affin. *C. Nugae*, fol. in specimine circ. ped., pinnis 2-2 1/2 p., foliolis 8-10 lin. lg.

Species dubiae, forsan excludendae et partim synonymae:

10. CAESALPINIA INERMIS Roxb. fl. Ind. p. 367. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 113.

Inermis, f. bipinnata, pinnae 10-jugae, foliola 20-juga; panicul. terminales, ferrugineae, pet., filamenta basi ovariumq. hirsuta.

In Moluccis.

11. CAESALPINIA NITIDA Hassk. — Miq. l. c. p. 113.

Pinnae 4—5 jugae, foliola 4—8-juga, ovali-oblonga acuminata v. acuta, rhaches minutissime puberulae aculeatae c. foliolis laete viridib. nitidae, fl. paniculati; calyx ferrugineo-tomentosus, cor. flava. Cat. Bog. p. 285.

In ins. Java.

12. CAESALPINIA? SPICATA Dalz. — Dalzell in Hook. journ. Kew. garden misc. III. 89.

Frutex scand., ramul. petiolisq. communib. et partialib. aculeis crebris recurvis armatis, f. bipinnatis, pinnis 5—6-jugis, foliol. 5—6-jugis oblong. obt., coriac., supra nitentibus utrinq. puberulis, florib. terminalib. spicat., spicis 1—2 pedalib.

Cfr. supra „Wagatea" Dalz.

6768. MEZONEURUM *Desf.*

(DC. Prodr. II. 484. — Walp. Rep. I. 811.)

§. 1. Foliola parva multijuga.

1. MEZONEURUM GLABRUM Desf. (DC. l. c. n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 103. — Innovationes fusco-griseo-strigillosae; folior. rhachis pubesc. circ. pedalis, postice ad pinnarum exortum aculeis geminis ternisve recurvis flavidis, pinnae 8—9-jugae;

rhaches circ. 3 pollic. pilosulae; foliola alterna, petiolulis brevissimis c. nervo medio subt. puberis sustenta, inaequilatero-elliptica, utrinq. obtusa, ap. rotundata v. retusa, adulta glabra, 4 — 7 lin. longa, racemi aureo-strigillosi, bract. caducae lanc.-lin. puberae, pedic. pollic., legum. nigrescentia.

Mezoneurum intermedium Zipp. mss. Spanoghe l. c. p. 200.

Ins. Timor.

2. MEZONEURUM PUBESCENS Desf. (DC. l. c. n. 2). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 104. — Ramuli angulati c. pet. fuliisq. subt. fuligineo-tomentelli; rhach. communis 8 — 10 p., dorso acul. geminis ap. nigrescentib. ad jugor. insertion., pinnae 9—11-, imo 13-jugae, 2—2½ p. lgae; foliola opp. v. subopp. petiolulis ¼—⅓ lin. sustenta, elliptica utrinq. obtusa, ap. subretusa, b. inaequilatera, sed non inaeq., supra glabresc. subt. pubesc., 4 — 6 l. lga, racemi luteo-griseo-tomentelli, pedic. pollic., legum. medio rugulose reticulatum. — *Caesalpiniae sepiariae* adeo similis ut nisi legumen obstaret, facillima foret confusio. — Java pr. Soerabaja, Tjikao, in monte Sello.

Timor. Zippel.

3. MEZONEURUM ENNEAPHYLLUM Wght et Arn. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 104 (tab. II.). — Ramuli atro-fusci nitidi aculeolati; rhachis communis 8 — 12 poll. antice parce pubesc., dorso aculeis geminis ad jugor. insertionem et regularit. inter ea, pinnae 8 — 10-jugae, 2½ poll., puberulae glabresc.; foliola iis *M. glabri* similia sed opp. petiolulis ½ lin. longis sustenta, elliptica utrinq. obtusa, sursum paulo latiora b. inaequalia, glabra (adulta), 4 lin. lga, leg. fusca, nitida.

M. enneaphyllum W. et Arn. Prodr. I. p. 283 in adn.; Benth. pl. Jungh. p. 258. — *Caesalpinia enneaphylla* Roxb. fl. Ind. II. p. 363.

Java: in Djati Kalangan, nec non in Ind. or.

§. 2. Foliola majora pauciora.

4. MEZONEURUM MACROPHYLLUM Bl. (*M. cucullatum?* Walp. Rep. I. p. 811, 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 104. — Glabrum, pinnae 4 (?)-jugae, rhachis ad insertionem pinnarum aculeolata, pede longior, teres, pinnae 5 — 5½ pollic. inermes v. hic illic aculeolatae, foliola 3-raro 4-juga, opp. v. subopp., magna (3½—5 poll. lg., 2—2½ l.) ovata acuminata, b. levit. inaeq. v. aeq., coriac. glabra; racemi in paniculam conferti, florentes ebracteati c. calyce glaberrimi; pedic. breves tenues. *M. macrophyllum* Bl. herb. L. B. Legumen immaturum adest sed genus satis constare videtur. — Cfr. *M. cucullatum* Wght et Arn. Prodr. I. p. 283. — In ins. Java.

5. MEZONEURUM SUMATRANUM W. et Arn. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 105. — Scandens, rami recurvis aculeis armati, stipularib. geminis validiorib.; f. 1 — 2-pedalia, rhach. comm. et partiales nitidae dorsoq. recurvato-aculeatae, pinnae 3 — 6-jugae, foliola 3 — 6 utrinq., alterna, brevit. petiolulata, ovalia, utrinq. glabra, 1 — 2 poll. lga; loco stipular. glandula; racemi maximi compositi v. simplices, laterales, axillares, terminales, multifl., fl. penduli aurantiaci roseo-variegati, bracteae parvae caducae, pet. unguiculata, superius majus, omnia calyce subcylindraceo parum majora, filam. glabra, leg. oblongum, membranac. 1 — 4-spermum, ala ⅓ latitudinis.

M. Sumatranum W. et Arn. Prodr. I. p. 366. — *Caesalpinia Sumatrana* Roxb. Fl. Ind. II. p. 366.

Sumatra a quo loco in hort. Calcutt. traducta.

6. MEZONEURUM? SULFUREUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 105. — Scandens aculeatum glabrum, rhach. comm. circ. 1½ ped., dorso regulariter inter pinnas circ. 14-jugas tenues tripollic., opp. vel infimas alternas, adunco-aculeata, foliola, rhach. partiales petioluliq. hirtelli illaeq. hic v. illic aculeolatae, foliola alterna utrinq. circ. 3—4, minora elliptica, majora obovata fere, ap. vulgo rotundato-emarginata, b. parum-

per inaequilonga obtusa, membranac., subt. pallida tenerrime venulosa subreticulata, in costa et secus margines leviter incurvulas puberula glabrescentia, 1-fere $2\frac{1}{2}$ poll. longa, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{3}$ l., racemi termin. spicati, densi, penduli, fl. brevit. pedicellati, majusculi, calyx ex rubello viridulo-flavus, cor. dilute flava.

Caesalpinia Macklotii? Zoll. vix Zipp.

Java pr. Tjikoja a Zolling. detecta.

6769. PTEROLOBIUM *R. Br.*

(Walp. Rep. I. 811. — Ann. II. 443.)

Foliola parva 20 — 22 juga: *Pt. microphyllum.* — Foliola 4 — 8 juga: *Pt. lacerans.*

1. PTEROLOBIUM MICROPHYLLUM Miq. — Miq. l. c. p. 106. — Rhachis dorso geminato-aculeata, griseo-hirtella, pinnae circ. 14 — 15-jugae, foliola 20 — 22-juga densa h. subauriculato-inaequali subsessilia, lato-lin., ap. rotundato-subemarginata et submucronulata, subaequilatera, coriac., uninervia, avenia, adulta glabra, racemi in paniculam ampl. termin. compositi, pedunc. fusco-hirtelli, pedicelli breves glabriusc. *Pt. microphyllum* Miq. in herb. Franquevill. — *Pt. insigne* Blume in herb. L. B. Calyx teste Blume in adnot, 4-partitus, cor. 4-petala, stam. 10, corollâ longiora. In spec. herb. Zoll. vidi autem manifesto calycem more generis 5-fidum, lacin. antica fornicata, 2 posticis minorib.; tub. brevissimus puberulus. Leg. juvenilia sed quoad genus non dubia. Ramuli subangulati, puberi; rhaches 6—8 p. lg.; pinnae $1\frac{1}{2}$ p., foliola $1\frac{1}{2}$ lin., pedic. 2—3 lin. lgi. — Java in ditione Goenoeng Parang.

2. PTEROLOBIUM LACERANS R. Br. (Walp. Rep. I. 811). — Miq. in fl. Ind. Bat. I. p. 106. — Frutesc., scandens, rami dense recurvato-aculeati, rhach. comm. glabra ad foliolor. juga aculeis gemin. recurvis et inter ea solitariis v. geminis etiam armata, 5—7 p. longa, pinnae 4—8-jugae, 1—2 p. longae, foliola 4 — 8-juga, lin.-ovalia glabra, 3 raro 4 lin. longa, 2 l., obtusa, racemi in ap. ramulor. axillares haud conferti, fl. albi, rubro-variegati, cal. coloratus corollam aequans. — R. Br. in Salt. App. p. 1. W. et Arn. Prodr. I. p. 1. — Wght Ic. I. tab. 196 non nisi leguminib. breviorib. et latiorib. a nostra abludens. — In Ind. or. parte occid.; in Java pr. Soerakarta.

6774. HOFFMANSEGGIA *Cav.*

(DC. Prodr. II. 481. — Walp. Ann. II. 443.)

1. HOFFMANSEGGIA JAMESII Torr. et Gr. (Walp. Ann. I. 811 n. 1). — Torrey in the bot. of the explor. of the Red River of Louisiana (1852) tab. IV.

2. HOFFMANSEGGIA BRACHYCARPA A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p 55.

Glabriuscula, herbacea; stipul. obovatis saepe dentatis caducis; petiolis ramisq. glandulis minimis rariter conspersis; pinnis bijugis cum impari aequilongis; foliol. 4 — 5 jugis ellipticis nunc retusis enervib, subt. glandulis depressis nigro-punctatis, racemo paucifl.; calycis laciniis lanceolatis nigro-glandulosis; pet. subconformib., unguib. eglandulosis, legumine ovali fere aequilatero stylo recto cuspidato glabrato ad suturas parce glanduloso et hispido-muricato dispermo.

Nova Mexico.

3. HOFFMANSEGGIA OXYCARPA A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithsonian Contrib. III. art. V. p. 55.

„Stipulis ovato-acutis integris; pinnis 3—5 jugis cum impari; foliol. oblongis enervib. eglandulosis, calyc. laciniis obtusiusculis parce glandulosis; petalis elliptico-oblongis subnudis brevissime stipitatis; legumine falcato acutissimo stipitato-glanduloso." — Benth. Mss.

Texas et Nova-Mexico.

4. HOFFMANSEGGIA DENSIFLORA A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 55.

„Stipul. late ovatis; caule foliisq. pubescentib. vix glandulosis; pinnis 3—6 jugis cum impari; racemo pedunculato per anthesin denso subcapitato calycibusque dense pubescentib. et parce glandulosis; vexillo dense stipitato-glanduloso ungue dilatato; legumine...... — Caulis e b. perenni nunc humilis, nunc fere pedalis, simplex v. parce ramosus. F. et stip. H. falcariae. Pedunculus folio ultimo paulo brevior, fl. confertis magnitudine H. falcariae. Stam. 10 omnia antherifera. Ovula c. 8." Benth. mss. — In valli dicta Pecos.

5. HOFFMANSEGGIA STRIOLA A. Gray. — Pl. Wrigthianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 56.

„Stipulis late ovatis; ramis parce glandulosis foliisq. puberulis glabratisve; pinnis 4—6 jugis cum impari; racemo stricto; pedicellis dissitis suberectis calycibusq. pubescentib. et stipitato-glandulosis; vexillo dense stipitato-glanduloso ungue dilatato; legumine falcato glanduloso polyspermo." Benth. mss.

Mexico: Zacatecas.

6. HOFFMANSEGGIA GLADIATA (Benth. in litt.) — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 57.

„Stipulis ovato-acutis; pinnis 3—6 jugis cum impari; foliol. oblongis enervib. eglandulosis; calycib. acutis hirsutis glandulosisq.; petal. oblongis brevissime stipitatis, legumine lanceolato subincurvo hirtello et parce glanduloso."

Zimapan, Mexico. — Benth.

7. HOFFMANSEGGIA PLATYCARPA Benth. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 57.

„Stipulis ovato-acutis; pinnis 4—6 jugis cum impari; foliol. oblongis enervib. eglandulosis; calycib. acutis hirtis glandulosisq; pet. ovatis vix stipitatis; legumine late oblongo pubescente vix glanduloso."

Mexico. — Benth. in litt.

8. HOFFMANSEGGIA DREPANOCARPA A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 58.

Humilis, glabella, undiq. eglandulosa; stipul. bracheisq. ovato-acutis; pinnis 3—5 jugis cum impari, foliolis 9—10 jug. oblongis subfalcatis enervib.; racemo elongato laxifl.; calycis lacin. oblongo-lanc. obtusiusculis; petalis subconformib. obovatis exunguiculatis; ovario glaberr.; legumine late lin. utrinq. obtusissimo eximie falcato 9—10 spermo, valvulis chartaceis reticulatis.

Nova Mexico, inter Texas et El. Paso.

6775. **PARKINSONIA** *Plum.*

(DC. Prodr. II. 485. — Walp. Ann. II. 441.)

Miq. fl. Ind. Bat. I. 114.

1. PARKINSONIA ACULEATA Lin. (DC. l. c. 486 n. 1). — Miq. l. c. p. 115. — Frutex; spinae stipulares parvae; pinnarum rhaches lin. longissimae alatae, foliola saepe decidua v. abortiva. — W. et Arn. Prodr. I. p. 284. — Benth. in pl. Jungh. I. p. 258. — Java in hortis culta pr. Remeang; Borneo.

6775/1. **CERCIDIUM** *Tulasne.*

(Walp. Rep. V. 552.)

1. CERCIDIUM TEXANUM A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 58.

Pinnis 1-jugis bifoliolatis, foliolis oblongo-obovatis retusis, pet. late obovatis subrhombeis calyce duplo longiorib.; ovar. villosissimo; legumine pubero immarginato.

Texas ad fl. R. Grande. — Julio fl. — Frutex 2—5 ped.

2. CERCIDIUM FLORIDUM (Benth. in herb. Trin. coll. Dubl.). — Smithson. Contrib. III. art. V. p. 58.

Glabellum; pinnis 1—2 jugis; foliol. trijugis obovato-oblongis; petalis obovatis calyce subduplo longiorib.; ovario glabro; legumine falcato v. rectiusculo sutura ventrali angustissime marginato.

Mexico bor. inter Monterey et Matamoras.

6796 *). **AFZELIA** *Sm.*

(DC. Prodr. II. 507. — Walp. Ann. II. 447.)

1. AFZELIA BIJUGA As. Gr. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 467. tab. 51.

Glabra; foliolis bijugis (summisve raro 1-jugis) ovatis nitidis; paniculis corymbosis; bract. bracteolisq. parvis caducis; vexillo brevissime unguiculato, alis aut parvulis aut nullis; staminib. fertilibus 3, sterilib. 7 anantheris minimis, ovario sessili; leguminib. oblongis planis 1—5-spermis demum bivalvib.; seminib. compressis hilo nudis.

Macrolobium bijugum Colebr. — *Outea bijuga* DC. Prodr, II. 511. — *Intsia? Amboinensis* DC. Prodr. II. 509? (*Metrosideros Amb.*, Rumph. Amb. 3 p. 21 tab. 10), ex Benth.

Hab. Feejee Islands Ovolau et Somu-somu. — Arbor expansa, 50 ped. etc.

6777. **HAEMATOXYLON** *Lin.*

(DC. Prodr. II. 485. — Walp. Rep. I. 809.)

1. HAEMATOXYLON CAMPECHIANUM Linn. (DC. l. c. n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 115. — Ab Ind. occ. in Ind. or. introducta.

---

*) Hoc genus melius inter genera Saracam et Intsiam, infra ad pag. 610 locum suum tenet.

6778. TAMARINDUS *Lin.*

(DC. Prodr. II. 488. — Walp. Rep. I. 845.)

1. TAMARINDUS OFFICINALIS Hook. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 82. — Hook. bot. mag. tab. 4563.

Arbor, foliola multijuga. Fl. in racemis pedicellati, sparsi, suaveolentes, pedic. b. bractea membranacea magna rosea decidua instructi; calyx flavescens, petala lutea, venis rubellis.

Ubique in India or. culta nec non sponte crescit: in Java et Sumatra.

a. leguminib. elongatis, latitudine nempe sextuplo et ultra longiorib., 8—12 spermis. DC.

T. Indica (DC. Prodr. II. 488 n. 1). — Wght et Arn. fl. Ind. I. 285. — Woodv. med. bot. tab. 166. — Lindl. med. bot. p. 266. — Lemaire jard. fleur. II. tab. 133.

b. leguminib. abbreviatis, latitud. nempe vix triplo longiorib. DC.

T. occidentalis (DC. Prodr. II. 489 n. 2). Macfadyen, Fl. Jam. I. p. 335.

6781. CASSIA *Linn.*

(Vogel in Walp. Rep. I. 812. — Walp Ann. II. 443.)

I. *Species Indiae orientalis:*

Sectio *FISTULA* DC.

1. CASSIA FISTULA Linn. (Walp. Rep. I. 812. n. 3). — Miq. fl. Ind. Bat. I. 89. — Hassk. Flora Bot. Z. 1842. Beibl. II. p. 89, pl. Jav. rar. p. 402.

Cathartocarpus rhombifolius Don gen. syst. Gard. II. p. 453.

Arbor vasta in Ind. or. Java, Borneo, Timor, Banda etc. — In America tropica verisimiliter introducta.

2. CASSIA MEGALANTHA Decaisn. (Walp. Rep. I. 813. n. 10). — Miq. fl. Ind Bat. I. p. 90.

Cassia Javanica, var. *mutabilis* Zipp.

Ins. Timor.

3. CASSIA JAVANICA Lin. (Walp. Rep I. c. n. 11). — Miq. l. c. p. 90.

Cassia Javanica Linn. sp. p. 542. excl. syn. Vogel l. c. n. 11. Non Hassk. Flora bot. Z. l. c. p. 96. — Benth. in Pl. Jungh. I. p. 259.

Foliola circ. 2 p. longa, 1 l. v. angustiora, tenere patule venulosa. Pet. pollic. longa, obverse lanc.-oblonga obtusiusc., ex Zoll. rosea. Rumphius in una stirpe flava, in altera laete rubentia statuit, 2 certe species confundens. — Roxburgh fl. pulcherrime roseos laudat. — In ins. Archipelagi Ind.

4. CASSIA MARGINATA Rxb. (Walp. Rep. l. c. n. 12). — Miq. l. c. p. 91.

C. Javanica Hassk. (non Lin.) Flora bot. Z. l. c. p. 90. Pl. Javan rar. n. 402. —

C. Javanicae similis et cum ea forsan haud raro confusa. Semina 80—105 fulvobadia; pulp in peripheria viridis, caeterum flavescens. Fl. rosei. Testo Arn. et Wght planta agrestis perrara sed ob pulchritudinem suam creberrime culta.

Sectio *CHAEMAEFISTULA* DC.

5. CASSIA AURATA Vog. (Walp. Rep. I. 815. n. 30). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 91. — Flores pulchre aurei. — In terris a sinu Bengalico orientem versus sitis.

6. CASSIA INDECORA H. B. K. (Walp. l. c. n. 33). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 92. —

Species ipsa (*C. bicapsulari* valdopere affinis!) in America indigena, in Asiam vel Europam australem migravit forma paulisper mutata. var. β. *advena* Vog. (Walp. l. c.). *Cassia decora* Bl. mss. *C. Reinwardtii* v. Reinwardtiana hort. Bog. Hassk. in Flora bot. Z. 1842 Beiblt. p. 53. *C. pendulae* var. (non W.) Moritz l. c. *C. indecora* Hassk. pl. Jav. rar. p. 403. — *Cassia glandulifera* Reinw. in Blume Cat. Bog. p. 68. Steud. nomencl. bot. — *C. indecora* var. Zoll. in Nat. en Geneesk. Arch. III. p. 68.

Frutex erectus ramosissimus aureis fl. saepe totus obtectus pulcherrimus. etc. — In Java culta.

7. CASSIA SOPHERA Lin. (Walp. Rep. I. p. 816 n. 39. α.) — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 92. — Per totam Indiam or. divulgata, in Ins. Archipelagi. — Indici, et Oceani australis, in Aegypto etc. — Cfr. n. 9.

8. CASSIA ALATA Lin. (Walp. l. c. n. 38). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 93. — Hassk. in Flora bot. Z. 1842 Beibl. II. 91. Pl. Jav. rar. p. 401. Benth. l. c. 259.

Species pulchra. Foliola superiora majora, usq. $4\frac{1}{2}$—$4\frac{3}{4}$ poll. longa.

In omnibus fere totius mundi regionib. tropicis. Java.

9. CASSIA OCCIDENTALIS Lin. (Walp. l. c. n. 39). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 94. — Ex recentiorib. quibusd. auctorib. c. *C. Sophera* jungenda, sed ob foliola semper latiora, mag. elliptica. minus numerosa non ita glaucescent., glandulam obtusiorem petioli b. magis approximatam, singularem et constantem formam exhibet, quae non sine omne jure speciei titulo adhuc enumerari posse videtur. — Wight et Arn. Prodr. I. p. 290. Benth. in pl. Jungh. I. p. 259. Hassk. Flora bot. Z. 1842 l. c. p. 52. Pl. Javi rar. p. 405. — *Cassia foetida* Roxb.

In omnib. fere tot. mundi regionib. calidiorib. — Ind. or. Philippin. Nova-Guinea, Australia. Java. Sumatra.

var. β. *Sophera:* Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 462. Foliolis numerosioribus (legumine turgido breviore).

Cassia Sophera Linn., Wght et Arn., etc.

Hab.: var. β. Feejee Islands. — Cfr. n. 7.

10. CASSIA TOMENTOSA Lin. fil. (Walp. Rep. I. p. 817 n. 41). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 95. — Frutex ut videtur in America austr. indigenus, sed etiam per Africam et Asiam australem distributus.

Sectio *PROSOSPERMA* Vog. l. c. p. 23.

11. CASSIA TORA Linn. (Walp. Rep. I. 817 n. 48). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 95. — Benth. in pl. Jungh. I. p. 257.

γ. *Borneensis:* F. juniora utrinq. pubescentia, glandula acuta inter juga 2 inferiora.

C. Borneensis Miq. Anal. Ind. I. p. 9. F. majuscula. Stip. petiolo dimidio haud longiores.

Ind. or., Java, Borneo, Sumatra, Molluccae ins.

12. CASSIA OBTUSIFOLIA Linn. (Walp. Rep. I. 817 n. 49). — Miq. l. c. p. 97.

var. β. *humilis* Vog. l. c. (Walp. l. c.) herba annua v. biennis, dein etiam fruticuli specie persistens, ramosissima, 4—6-pedalis glandula oblonga et lutescens inter par infimum. Stip. lineares subfalcatae acuminatae, ciliatae. Ovar. falcato-lineare.

β. ex Japonia in hort. Beutenzorg introducta.

Sectio *CHAMAESENNA* Vog.

13. CASSIA GLAUCA Lam. (Walp. Rep. I. p. 818 n. 60). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 96. — Miq. Anal. Ind. I. p. 16. — *Cassia sulphurea* Hassk. in fl. bot. Z. 1842 Beibl. II. p. 92. Pl. Jav. rar. p. 406. — In Ind. or., Java et in Borneo.

14. CASSIA QUADRANGULARIS Zoll. et Mor. (Walp. Ann. I. p. 257 n. 3). — Miq. l. c. p. 97. — Java.

15. CASSIA DIVARICATA Nees et Bl. (Walp. Rep. I. 820 n. 77). — Miq. l. c. p. 97. — Benth. pl. Jungh. I. p. 259. — *C. adenantha* Zoll. et Moritzi Verz. p. 2. — *C. bifida* Zoll. in Nat. Arch. IV. p. 68. — *C. suffruticosa* Hassk. Cat. Bogor. p. 207. haud Koen. — In Java in monte Oengaran 3—5000' etc.

16. CASSIA FLORIDA Vahl. (Walp. Rep. I. 822 n. 100). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 98. — Benth. in pl. Jungh. I. p. 259. — In Ind. or. inss., Archipelagi, in Sumatra et in Java.

17. CASSIA MONTANA Heyne. (Walp. Rep. I. 822. n. 101). — Miq. fl. Ind. Bat. I. 98. — *Cassia setigera* Hassk. Cat. Bogor. p. 287.

Arbor s. frutex in Java.

18. CASSIA TIMORIENSIS DC. (Walp. l. c. n. 104). — Miq. fl. l. c. p. 99. — Hassk. Flora bot. Z. 1842 Beibl. II. p. 97. Pl. Jav. rar. p. 407. Spanoghe l. c. p. 201. Benth. pl. Jungh. I. p. 260. — Arborea, innovationes rufule pubescentes, foliola 12—20-juga oblonga vulgo utrinq. obtusa mucronulata, subt. subpubescent. pallida, pet. eglandulosus, racemi pubescentes in paniculam conferti, ovar. parce puberum, legum. lato-lineare glabratum nitidum. — In Archipelago Indico late vulgata.

β. *xanthocoma* Miq. Anal. Ind. I. p. 10.: Foliola supra pubera, subt. cum petiolo ramis pedunculisq. aureo-pubescentia.

In Borneo austr.

19. CASSIA GOENSIS Dalz. — Dalzell in Hook. journ. Kew gard. misc. IV. 112. — Arborea, inermis, fulvo-tomentosa, ramul. angulatis, f. pinnat., foliolis oblong. obtus. 10—12 jug., pet. eglanduloso, stipul. acuminat. adnat. et uno latere irregulariter productis, racem. axillarib. solitariis folio breviorib., pedicell. fructifer. 1 pollic., legumine complanato, lin., mucronato, multiloculari, b. (ovulis abortiv.) angustato, semin. perfect. 6—12 ad hilum angustatis. — F. 4 p. lg. foliol. pollic., 4—5 l. l. Pet. infra foliola breviss. Legum. 2—3 p. lg., 6 lin. l.; ovula 18—20 quorum semper 8—12 b. vers. abortiva. — Cresc. rariss. in provincia Goensi, ad pedem jugi Syhadrensis.

Sectio *PSILORHEGMA* Vog.

20. CASSIA HORSFIELDII Miq. — Miq. fl. Ind. I. p. 99. — Innovationes lutescenti-sericeo-villosae. ramuli angulati, stipulae angusto-lineares, longiusc. herbaceae, petioli antice canaliculati 6—4 pollic., foliola 6-juga, approximata incresc. inversa, obovato-elliptica, ap. rotundata v. retusa mutica, supra subglabra subt. velutino-pubesc., $1^1/_2$—$2^1/_3$ pollic., brevit. petiolulata, glandula clavata inter juga 2—3 inferiora, racemi axill. $^1/_2$ folii circ. longitudine, longe pedunculati, breves subovoidei densifl., bract. elliptico-lanc., acutae parce puberae punctatae, pedic. $^3/_4$ pollic. patentes, alabastra glob., glabra, sep. ciliolata valde inaequalia, pet. elliptica, obo-

vato-elliptica, inaequalia, majora pollicem excedentia, anth. subaeq., una major, ovar. albo-pubescens. — Java pr. Soerakarta a Dr. Horsfield detecta.

Sectio *LASIORHEGMA* Vog.

21. **CASSIA ABSUS** Lin. (Walp. Rep. I. 829 n. 182). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 100.

Cassia viscida Zoll. in Nat. en Geneesk. Arch. III. p. 68. Herb. n. 2349 ex hort. Bogor.

Java in campis incultis pr. Soerakarta.

22. **CASSIA PUMILA** Lam. (Walp. l. c. p. 836 n. 253). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 100. — Benth. in pl. Jungh. I. p. 261. — *Cassia confusa* Blume Herb. L. B. — ? *C. nictitans* (Linn.) Spanoghe l. c. p. 201. — Ramuli vulgo uno latere glabriores. F. 1—2½ p. longa, foliola quae vidi 15—20-juga etc. „Fl. flavi, stam. purpurea." — In umbrosis ins. Javae, pr. Imogiri, in monte Oengaran in alt. 3000—5000'.

23. **CASSIA MIMOSOIDES** Linn. (Walp. Rep. I. 837 n. 270) — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 101.

var. α. *forma major genuina* petiolo vix marginato (Walp. l. c. p. 838 α.)

Cassia myriophylla Wall. Benth. in pl. Jungh. I. p. 210. — *C. pulchella* Blume in herb. L. B. (forma vegeta). — *C. mimosoides* Blume. — *C. virgata* Blume Herb. L. B. (forma ramulis subvirgatis).

var. β. *forma angustissima:* Petioli distinctius marginati, partes omnes minores; caulis non raro simplicissimus, v. virgato-pauciramosus (cfr. Walp. l. c. β.).

C. nudicaulis Blume in herb. L. B. — *C. rhachiptera* Hochst. in Kotsch. Pl. Nubic. — *C. auricoma* (Wall.) Moritzi Verz. p. 1.

var. γ. *montana:* Ramosa, quandoq. ramosissima, f. parva, foliola vulgo lin. minora.

C. ramosissima Blume herb. L. B. — *C. pusilla* Bl. l. c., forma depauperata.

Europa excepta in omnibus partibus orbis terrarum divulgata: in Ind. occ. in Guinea, ad promontor. bon. spei, in Nubia, in ins. Madagascar., in tota Ind. or. et in Archipelago Ind. or.

Var. α. in Java. β. in montib. Javae occ., in ins. Celebes, in Moluccis. γ. itidem in Javae montib.

24. **CASSIA EXALTATA** Reinw. Spanoghe in Linnaea XV. p. 201. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 103. — Species dubia, verisimillime unius alteriusve specierum enumeratar. synonyma. Anne *C. megalantha* Decsne? — Timor.

25. **CASSIA PLATYPODA** R. Br. (Walp. Ann. II. 445. n. 13). — β. *simplicifolia* Ferd. Müll. (*C. phyllodinea* R. Br. Walp. l. c. n. 14). — Ferdin. Müller diagn. novae in Linn. XXV. p. 390. — Canescens v. glabrata, rhachi aphylla rarius foliolis 2 angustis canaliculatis instructa. — In planitieb. sterilib. secus montes Flinders range. — Nullum discrimen detegere mihi contigit, quo certe a *C. platypoda* distingui possit; varietat. igitur, valde quidem excellentem exhibere videtur. — Fl. Oct. Nov.

II. *Australasicae et Oceanicae.*

26. **CASSIA DESOLATA** Ferd. Müll. — Id. l. c. p. 389. — Pube brevi adpressa cano-holosericea aetate glabrescens, stip. lin.-subulatis fugacib., foliolis bi-tri-jugis planis obovato- v. lanc.-oblongis obtusis saep. emarginatis, glandula depresso-hemisphaerica inter quodvis par praeditis, rhachi tenui angulata, corymbis 4—8-fl. axillarib. et ter-

minalib. fol. subaequantib., calyce velutino-tomentoso, sep. exteriorib. herbac. oblgis, interiorib. ovatis, legumine ..... — In solo undulato arenoso-argillaceo humiditate destituto inter Arkaba et Wulpena.

Nulli specier. Australium nisi *C. retusae* accedit. Frutex pluriped. etc. — Fl. Oct. Nov.

27. CASSIA TERETIUSCULA Ferd. Müll. — Ferd. Müller diagn. nov. in N. Holl. in Linn. XXV. p. 389. — Pube brevissima appressa subsericea canesc., foliol. 3—6-jugis teretiusc. filiformib. obtusis supra lin. longitudinali sulcatis, glandula depresso-conica saepe obsoleta inter par infimum, stipellis minutissimis subulatis fugacib., rhachi teretiuscula apiculata, corymbis axillarib. et termin. paucifl. folium subaequantib., sep. membranac. glabris marg. ciliatis, interiorib. orbiculato-ovatis, stipulis lin.-subulatis, bracteolis lato-ovatis concavis c. illis appresso-pilosulis citissime deciduis, legumine plano lato-lin. recto glabro in stipitem brevem attenuato. — In clivis saxosis pr. Cudnaka.

Tam *C. teretifoliae* quam *C. artemisioidi* cognata. — Frutex pluriped. Foliola ½—1" lg., lin. tenuiora. Legum. vix maturum ad 4" lg. et ½" l. — Fl. Oct., Novb.

III. *Americanae.*

28. CASSIA LEPTOCARPA (Benth. in Linn. XXII. p. 528). — Pl. Wright. in Smithson. Contrib. V. p. 50. — Glabra, herbacea; caule erecto (2—3 ped.); pet. basiglanduloso; foliol. 4—6-jugis ovato-lanc. acuminatis; racemis brevib. paniculatis, infimis folio breviorib.; fl. aureis; leg. attenuato-lineari praelongo compresso marginato recurvato! (Caeter. fere *C. occidentalis*). — In regno Sonora pr. S. Pedro in alveo lapidoso torrentium.

29. CASSIA (*Chamaecrista*) WRIGHTII Gray. — Pl. Wright. II. l. c. p. 50. — Glabra, humilis; caulib. assurgentib. plurimis e radice crassa perenni; stipul. subulatis; foliol. 4—7-jug. lin.-ellipticis mucronulatis, glandula clavuliformi stipitata infra par infimum; pedicell. axillarib. subsolitar. folium subaequantib.; sep. membranac. acut. subcoloratis haud striatis, minorib. lanc., majorib. ovatis; leg. acutato v. apiculato. — Sonora, pr. Deserted Rancho. — Sept. — Caules 6—8 pollic. alti etc.

30. CASSIA (*Chamaecrista*) GREGGII A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 59. — Fruticosa, ramosissima; ram. puberulis; stip. subulatis persistentib.; foliol. 3—4 jugis elliptico-oblongis glabellis nitidis coriaceis eximie reticulatis (3—4 lin. long.); glandula petiolari turbinata; pedunculo axillari v. supra-axillari pluribracteato 1—2 floris folio aequilongis; sepalis membranac. (aurantiacis) obtusis glabellis pet. obovatis aureis dimidio breviorib.; legumine ignoto. — Mexico bor., Rinconada, Monterey etc.

31. CASSIA (*Chamaesenna*) WISLIZENI A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. p. 60 et V. p. 50. — Fruticosa, subglabra; ramis spinescentib.; f. plerumq. fasciculatis, foliol. bijugis obovatis retusis mucronatis recte-venosis (3 lin. longis); pet. eglanduloso in appendic. setaceam producto; stip. subulato-setaceis; ped. 3—5 fl. ad ap. ramor. confertis corymboso-paniculatis; sep. late ovalib. obtusissimis marg. subscariosis undulatis petalis (flavis) obovato-rotundis ter quaterve breviorib.; leg. lineari plano vernicoso, valv. chartaceis. — Nova-Mexico pr. El Paso, et in regno Sonora. — Frutex 4—6 ped. etc.

32. CASSIA APPLANATA Ands. — Andersson om Galapagos-Öarnes vegetation p. 251. Foliolis 5—6-jugis, ovalib. v. oblongis, glaberr.; stip. deciduis; petiol. eglandulosis; bract. ovato-lanc., acutis; leguminib. complanato-alatis, glaberrimis, atris, nitidis. — Hab. loc. graminosis reg. mediae ins. Chatham. — Frutex 4-pedalis, grandiflorus etc. Ab omnib. nob. cognitis forma leguminum statim dignota.

(6781 pr. p.) SENNA *Batka.*

(*Cassiae* Linn. sect. DC. Prodr. II. 489 pr. p. — Walp. Rep. I. 812. V. 560. — Ann. II. p. 411 n. 7 et 8.)

Batka in bot. Ztg. 1851. p. 112.

Petioli eglandulosi, foliola obliqua.

1. SENNA OBOVATA. Batka l. c. — F. 3—6-jugis, foliolis obovatis v. retuso-obovatis mucronulatis, b. angustiorib., stipulis petiolorum lanc.-linearib. Leguminib. arcuatis supra seminum sedem verticaliter interrupte cristatis. — Cfr. l. c. syn. — Frutex in desertis Aegypt., Tripol., Syria et Senegal. (Fol. Sennae de Trip. et Aleppo in commercio dicta).

2. SENNA ACUTIFOLIA Batka l. c. — F. pinnatis 3—5 jugis, sine et c. impari, foliolis ovalib., lanceolato-acutis subaequalib., nervo medio piloso, stipulis linearib. subulatis pilosis, leguminib. lato-oblongis et reniformibus. — Cfr. l. c. synon. — Frutex in Aegypto et Sennaar. — (Senna Alexandrina et officinalis in commercio dicta).

3. SENNA ANGUSTIFOLIA Batka l. c. — Caule laevissimo, f. pinnatis 5—7, subinde 9-jugis, foliolis anguste lanceolatis plerumq. glaberrimis, stipulis subulatis. Leguminib. late oblongis, rarius incurvis, seminib. albidis, rugulosis, — Cfr. l. c. synon. — Frutex in Arabia, Lohaya, Mocha, Yemen et in Ind. or. indigena. (Senna de Mecca et orient. in commerc. dicta).

4. SENNA TOMENTOSA Batka l. c. — F. 5—6 v. 7-jugis, foliolis ovato-oblongis, plerumq. parvis, utrinque pubescentib., mucronulatis, stipulis hastatis, legumib. adolescentib. nigris, flavo-velutino-pubescentib., maturis viridescentib.; sutura superiore pilis setaceis ciliata. Seminib. interd. laevib. setuloso-pilosis. (sic!) — Cfr. l. c. synonyma. — Frutex in Arabia et Nubia indigena.

(Sennae de Mecca (angustifoliae) et Alexandrinae (acutifoliae) in commercio saep. intermixtae.

6782. LABICHEA *Gaud.*

(DC. Prodr. II. 507. — Walp. Ann. II. 443.)

1. LABICHEA TEPHROSIAEFOLIA Meisn. — Meisner bot. Ztg. 1855 p. 12. — Glabra, ram. gracilib. teretib. ap. compressis sulcatis parce adpresso-puberulis, stip. nullis (v. folior. jugo infimo earum locum tenente) f. sparsis distichis patentib. sessilib. impari-pinnatis 5—9-jugis, rhachi tereti (1—2 poll.; in ram. florentib. paucijuga saepe vix ½ pollic.) foliolis subsessilib. aequidistantib. aequalibusq. (v. jugorum 2 infimor. breviorib. arcteq. approximatis) linearib. utrinq. attenuatis (6—18 l. lgis, 1—2 l. l.) mucrone recto (1 l. lgo) pungentib. 1-nerviis obs. laxeque venoso-reticulatis supra nitidis subt. pallidiorib. opacis (patulis v. saepe deflexis) marg. simplici v. obs. nerviformi plano v. subrecurvo, racem. axillarib. solitariis simplicib. folium aequantib. paucifloris aphyllis, bract. ovato-lanc. fusc. caducis, pedicellis calyce breviorib. rhachiq. parce puberulis, calycis glabriusculi lob. patentib. oblongo-lanc. acutis enerviis corollam subaequantib., anth. longiore pr. apicem 1-porosa. — Australia occ. pr. Swan River. — Drumm. Coll. VI. n. 7.

Spec. insignis, soli *L. diversifoliae* quodammodo accedens, sed jam fol. facile distinguenda.

Icon addenda.

LABICHEA DIVERSIFOLIA Meisn. — (Walp. Rep. V. p. 551. n. 1.) — Paxton fl. gard. II. pl. 62. p. 75.

6784. CYNOMETRA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 509 (excl. sect. 2). — Walp. Ann. II. 449.)

1. CYNOMETRA CAULIFLORA Linn. (DC. Prodr. II. p. 509). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 77. — W. et Arn. Prodr. I. p. 293. Hassk. in fl. Bot. Zt. 1842 l. c. p. 94; Pl. Jav. rar. p. 413; Benth. pl. Jungh. fasc. II. p. 261. — Foliola $3\frac{1}{2}$—$4\frac{1}{2}$ p. lg, $1\frac{1}{4}$—$1\frac{3}{4}$ l., nascentia lateritia v. rosea, adulta supra saturate subt. pallide viridia. Petioluli et pet. 1 lin. longi. Fl. densissimi. Ovar. dense aureo-villosum.

α. *subsessilis* Hassk. l. c. 95, fl. subsess. magis rubri, legumina minora min. rugosa.

β. *elongata* ej. pedunc. elong. pollicaribus; fl. magis albidi, legum. mag. rugosa (num sequens species?).

Habit. In Ind. or. in Archipelago, in Ins. Moluccis, Java, Sumatra, Borneo.

2. CYNOMETRA RAMIFLORA L. (DC. Prodr. II. 509, 2; Miq. Fl. Ned. Ind. I. 78, 2). — Hasskarl in Retzia I. p. 192.

Obs. Arbor circ. 30 ped., ex ins. Nusa Kembangan in hort. Bogoriensem nuperrime translata.

3. CYNOMETRA GRANDIFLORA A. G. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 470. tab. 52.

Glaberrima; foliol. bijugis ovalib. oblongisve inaequilateris saepiss. emarginatis coriaceis; racemis corymbosis confertifloris; staminib. 21—32; ovario laevi stylo breviore.

Hab. Ovolau et Vanua-levu Feejee Islands. — Arbor effusa circ. 40 ped., caet.

4. CYNOMETRA FALCATA A. Gray. — Asa Gray l. c. p. 472.

Foliolis 1-jugis glaberrimis ovato-lanc. obliquis falcatis coriac.; florib. sine pedunculo; fasciculatis decandris ovario lunato pubescente stylo recurvo longiore.

Hab. Feejee Islands, pr. Ba, in ripis occidentalib. ins. Vitilevu. — Rami tenues, minute verrucosi, etc.

5. CYNOMETRA INAEQUIFOLIA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 473.

Foliol. 2-jugis coriac. glabris reticulatis valde inaequilateris inaequalib., 2 inferiorib. ovalib. quam superiorib. oblongis multo minorib.

Hab. in inss. Philippinis, pr. Baños, Luzon.

6785. ALOEXYLON *Lour.*

(DC. Prodr. II. 518. — Walp. Rep. I. 855.)

1. ALOEXYLON AGALLOCHUM Lour. (DC. Prodr. II, 519, 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 115. — Agallochum v. Calambac Rumph. herb. Amb. II. p. 29 (non tab. 9, a quibusd. huc citata, quae est Myristicae species). — Conchinchina et fortasse in montib. insulae Borneo.

(6788 a.) HYMENAEA *Linn.*

(*Hymenaeae* sect. I. Endl. l. c. — DC. Prodr. II. 511 pr. p. — Walp. Rep. I. 846.)

1. HYMENAEA VERRUCOSA Linn. Gaertn. (DC. l. c.). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 81. — Foliola b. inaequalia et inaequilatera, dimidiato-ovata, obtuse brevit. et subabrupte acuminata, coriac., nitida, subt. praesertim in latere latiore venosa, 3—3½ p. longa, 1½—1¾ l., petiolus 7—5, petioluli 1—1½ l. lgi, panicula flexuosa. — Hassk. in Flora bot. Z. 1842 Beibl. II. p. 95. — Trachylobium Gaertnerianum Hayne Arznei-Gew. XI.

   Num species Madagascar. Trachylob. Lamarckianum (Walp. Rep. I. 846 n. 4. 4) et Tr. Hornemannianum (Walp. l. c. n. 2) cum hac jungendae?

   Habit. in Java. In America, in Madagascar etc.; profert speciem quandam „Copal".

6790. BAUHINIA *Linn.*

(DC. Prodr. II. 512 (excl. sect. 1). — Walp. Ann. II. 448.)

Bauhinia Linn. emend. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 74.

19. ACACIA BRACHYPHYLLA Benth. — Benth. pl. Muell. in Linn. XXVI. p. 615. — Lanato-pubescens v. dem. glabrata, phyllodiis sparsis numerosis parvis lin-teretibus incurvis obtusis v. acutiusculis striato-plurinerviis, pedunculis phyllodio subbreviorib., capitulis parvis, sep. anguste spathulatis, legumine anguste lineari.

Phyllodia 2—4 lin. lg., etc.

In Australia austro-occid., Drummond. 37.

§. 8. Uninerviae.

20. ACACIA DICTYOCARPA Benth. — Benth. pl. Muell. in Linn. XXVI. 616. — Glabra v. pubescens, junior glaucescens, ramis subteretib., phyllodiis obliq. obovato-oblongis obtusis v. vix mucronulatis tenuiter marginatis 1-nerviis b. angustatis infra med. plerumque glanduliferis, pedunc. solitariis v. brevissime racemosis phyllodia non superantib., sep. late spathulatis dem. subliberis, legumine lineari reticulato-venoso. — Phyllodia 6—9 lin. v. raro poll. longa, 3—4 lin. l., etc. — In Murray-Scrub et Mallee Scrub. (*A. glaucophylla* F. Muell. non Steud. Pl. Abyss.).

21. ACACIA ITEAPHYLLA F. Muell. — Benth. pl. Muell. in Linn. XXVI. p. 617. — Glabra, ramulis triquetris, gemmis squamatis, phyllodiis longe linearib. acuminatis mucronatis subfalcatis 1-nerviis tenuib. pr. b. minute glanduliferis, racemis brevib. oligocephalis, legumine longe lineari marginato glabro. — Legum. brevit. stipitatum, 3—4 poll. lg., 4 lin. l., etc. — Ad Arkaba in Nova Holl. australiore (F. Muell.).

22. ACACIA HEMITELES Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 619. — Glabra, ramulis angulatis ancipitibusve, phyllod. lanceolatis linearibusve subincurv. crassiusc. marginatis 1-nerviis subaveniis, racemis phyllodio multo breviorib. pleiocephalis, capitulis multifloris, sep. bracteisq. tenuissimis v. nullis. — Phyllodia pleraque 2 poll. longa, 3—5 lin. l. etc. — Australia austro-occid., Drummond. coll. IV. n. 47.

23. ACACIA LEPTOPETALA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 619. — Glabra, ramulis subangulatis, phyllodiis lanceol. subincurvis mucronulatis crassiusculis 1-nerviis infra med. saep. glanduliferis, capitulis irregulariter racemosis solitariisve parvis multifloris, pedunculis gracilib. sep. petalisq. anguste spathulatis. — Phyllod. 1—1½ poll. lg., 2—3 lin. l., etc. — Australia austro-occid., Drummond. coll. V.? n. 52.

24 ACACIA SPINOSISSIMA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 621. — Glabra, ramulis striatis, spinescenti-ramosissimis, phyllodiis parvis falcato-linearib. oblique mucronulatis muticisve obscure 1-nerviis, capit. minimis 6—10 fl., calyce minimo truncato subdentato. — Phyllod. 2—3 lin. lg., ½—¾ lin. l. etc. — Australia austro-occid., Drummond. coll. V.? n. 51.

25. ACACIA NODIFLORA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 621. — Glabriuscula, ram. teretib., phyllod. brevib., linearib. subfalcatis, muticis v. oblique mucronulatis 1-nerviis c. pedunc. ad nodos fasciculatis, capitulis parvis multifloris, sep. anguste

spathulatis corollae dimid. aequantib. — Ramuli virgati, etc. — In Australia austro-occid., Drumm. coll. IV. n. 8.

§. 8. Uninerviae (subbinerviae).

26. ACACIA DURA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 622. — Glaberrima, ramulis angulatis mox teretib., phyllod. lin-clavatis crassis rigidis muticis v. vix mucronulatis elevato-1—2-nerviis vers. medium saepe glanduliferis et geniculatis, pedunc. brevib., capit. minimis 6—10 fl., sep. spathulatis corollae dimidium aequantib. — Phyllodia majora pollic. v. paulo majora, etc. — In Australia austro-occ., Drummond.

27. ACACIA LAXOPHYLLA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 622. — Glabra, subresinosa, phyllodiis numerosis parvis brevit. oblongis v. falcato-ovatis valde obliquis muticis binerviis, pedunc. phyllodia subaequantib., capitul. multifloris, calyce turbinato corollae $^1/_2$ superante, legum. piloso. — Fruticulus ramosissimus ex omni parte gummi resinosum scatens sed caeterum glaber., etc. — Inter Swan-River et Cape Riche, Drumm. Coll. V. n. 14.

28. ACACIA BOMBYCINA Benth. (Phyllodineae, Uninerviae, Latifoliae). Paxton fl. gard. II. n. 371 xylogr. fig. 186. — Pube minuta sericea, ramulis subangulatis, phyllodiis obovatis oblongisve subobliquis obtusissimis marginulatis eglandulosis v. obscure 1-glandulosis 1-nervibus penniveniis, capitulis solitariis v. paucis brevit. racemosis multifloris. Phyllodia $1^1/_2$—$2^1/_2$ pollic. — Benth. in litter. — Frutex Novae Hollandiae.

§. 8. Uninerviae, sect. 5 falcatae Benth.

29. ACACIA PETIOLARIS Lehm. — Lehmann novitiae plantae h. Hamburg. 1851; Linn. XXV. p. 306. — Glaberrima, ramulis triquetris; phyllodiis coriaceis viridib. petiolatis obovato-oblongis subfalcatis arcuato-patentissimis obtusis marginatis uninerviis penniveniis b. glanduliferis, inferiorib. latissimis; racemis axillarib. terminalibusq. 3—8-cephalis phyllodio breviorib.; capitulis pedunculatis globosis multifloris; ovariis glabris. — Hab. in colonia ad fl. Cygnor., unde semina sine nom. accepimus. Fl. apud nos m. Martio. ♄.

Cfr. l. c. et pl. descr. — Differt ab affinib. specieb. plurimis phyllodiis longe petiolatis multo latiorib. brevioribusq.; a nonnullis insuper ramulis angulatis et ovariis glabris; ab aliis phyllodiis obtusis nec calloso-mucronatis neque glauco-pruinosis, racemis oligocephalis; a reliquis capitulis majorib. — Lehm. in E. Otto N. allg. d. Gart. u. Bl. Ztg. VII. p. 210.

§. 9. Brachybotryae.

30. ACACIA HETERONEURA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 624. — Glabra, ramulis angulatis, phyllodiis anguste linearib. muticis v. oblique mucronatis rigidis multinerviis costa media elevata, pedunc. subgeminis capitulo parvo 12—20 fl. sublongiorib., calyce brevi membranaceo 4—5-dentato. — Phyllodia $1^1/_2$—3 p. lg, 1—2 lin. l. etc. — Australia austro-occid., Drumm. Coll. II. n, 138.

31. ACACIA SETULIFERA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 625. — Glabra, pusilla, ramulis striatis, phyllod. parvis obliq. ovatis undulatis ap. setiferis tenuissime multinerviis, capitulis solitariis globosis multifloris brevit. pedunculatis, bracteolis acuminatis corollam aequantib., sep. late spathulatis diu cohaerentib. — Fruticulus humifusus videtur, etc. — Ad oram bor.-occid. Australiae legit Bynoe.

32. ACACIA LEPTOSPERMOIDES Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 626. — Glabra, ramulis teretib., phyllod. parvis oblongo-cuneatis obtusissimis crassis enerviis v. tenuissime plurinerviis, capit. solitariis multifl. breviter pedunculatis, sep. anguste

spathulatis liberis. — Fruticulus ramosissimus habitu Leptospermis plurimis similis; Phyllod. 3—6 lin. lg., 1—2 l. l. etc. — In Australia austro-occid., Drumm. Coll. IV. n. 11.

33. ACACIA LINEOLATA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 626. — Junior sericeo-pubescens, mox glabrata, phyllod. anguste linearib. mucronatis, crassiusc., tenuissime multinerviis, pedunc. subgeminis recurvis, capitulo globoso multifloro breviorib., sep. anguste spathulatis.

Affinis *A. leptoneurae*, etc.

In Australia austro-occid., Drumm. coll. IV. 12. 13.

§. 10. Juliflorae.

34. ACACIA ANEURA F. Muell. — Benth. in Linn. XXVI. p. 627. — Ramulis teretiusc. glabris, phyllod. subulatis teretib. v. compressiusc. submuticis enerviis v. tenuissime multinerviis canescentib., spicis oblongis brevissime pedunculatis, leg. oblongo-lin. plano subreticulato.

Affinis *A. ephedrioidi*, etc.

Ad Cudnaka in Australia merid. (F. Muell.).

35. ACACIA ACIPHYLLA Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 627. — Glabra, phyllodiis elongato-subulatis rigidis teretib. mucrone brevi pungentib. tenuissime multinerviis spicis sessilib. brevit. oblongis subglobosisve. — Phyllodia 2—4 poll. lga, etc.

Ser. *BOTRYCEPHALAE.*

36. ACACIA BIDWILLI Benth. — Benth. in Linn. XXVI. p. 629. — Inermis, glaberrima, pinnis 15—20-jugis, glandula oblonga, foliolis 15—25-jugis minimis oblongis rigidis, capitulis breviter racemosis?, legumine longe lateque lin.-coriaceo venoso.

Affinis A. *cardiophyllae*, etc.

Ad Wide-Bay Australiae bor.-or. (Bidwill).

II. *Species Novae Hollandiae a clariss. „Meisner" descriptae.*

Ser. *PHYLLODINEAE* Benth.

37. ACACIA *(Pungentes? v. Brachybotryae?)* COCHLOCARPA Meisn. — Meisner in bot. Ztg. 1855 p. 10. — Glabra ramis gracilib. sulcatis ap. angulatis, stip. obsoletis, phyllod. sparsis rigidissimis lanc.-linearib. extrorsum sulcatis utrinq. attenuatis, ap. sphacelato acuto subinermib. parallele 7—8-nerviis (nervo medio crassiore) marginatis, glandula obsoleta a b. distante v. nulla, capitulis axillarib. solitariis? breve pedunculatis, florib. . . . , leg. lineari incrassato-marginato cochleato, anfractib. 2—6 nunc circularib. subcontiguis (cochleam cylindricam truncatam 4—6 l. lg., 3—4 l. crassam imitantibus) nunc irregulariter distortis. — Hab. pr. Swan River (Australia). Drumm. Coll. VI. n. 6. — Species legumine insignis, ad *Ac. multinerviam* DC. et lanigeram Cunn. accedens.

38. ACACIA *(Calamiformes)* SCIRPIFOLIA Meisn. — Meisner in bot. Ztg. 1855 p. 10. — Glaberrima, rami. teretib. ap. compresso-angulatis, stip. obsoletis, phyllod. patulis rigidulis angustissime linearib. v. compresso-filiformibus incurvis elongatis (3—4

poll. longis $^{2}/_{3}$ l. l.) obsolete ruguloso-striatis, ap. obtusiss. obliquo mutico v. minute subrecurvo-mucronulato, capit. axillarib. solitariis glob. multifl., pedunculo breviorib., calyce $^{2}/_{3}$ corollae aequante obtuse dentato, ovario glabro. — Australia pr. Swan Riv. Drumm. Coll. VI. n. 5.

Proxima A. *juncifoliae* Benth., sed phyllodiis et praecipue sepalis haud liberis distincta.

39. ACACIA *(Pungentes)* RETRORSA Meisn. — Meisner in bot. Ztg. 1855 p. 10. — Ramulis gracilib. acute sulcatis scabriusculis dem. glabratis, stip. subnullis, phyllodiis sparsis deflexis compresso-subulatis rectis mucronato-acuminatis b. haud attenuatis hinc prominulo-1-nerviis inde bisulcis laevib. glabris paulo supra b. glandula poriformi munitis, capitulis axillarib. solitariis multifl. parvis pedunculum aequantib., sep. haud sphacelatis, obovatis. — Hab. Nova Holland pr. Swan River. Drumm, coll. VI. n. 4. — Phyllod. 5—6 lin. lg., vix $^{1}/_{3}$ l. crassa, rigida saepe retrorsum ramo adpressa. Ped. $2^{1}/_{2}$ l. lgi, erecto-patuli. Fl. minuti, c. staminib. vix 1 l. lgi.

Affinis *A. sphacelatae* et *striatulae* Benth.

40. ACACIA DAPHNIFOLIA Meisn. — Meisner bot. Ztg. 1855 p. 11. — Glabra, ram. gracilib. teretib., ramulis acute triquetris ap. compressis glaucis, stip. subnullis, phyllodiis sessilib. patentib. rigidulis glaucis lanc.-oblongis levit. extrorsum falcatis breve acuminatis muticis ($2^{1}/_{2}$ — $3^{1}/_{2}$ poll. lgis 8 — 10 lin. l.), b. attenuatis obsolete nervoso-marginatis utrinq. prominulo-1-nerviis tenuit. penniveniis, glandula poriformi v. obsoleta 5 — 6 lin. a b. remota, racem. axillarib. terminaliq. indivisis phyllodia aequantib. subsessilib., rhachi recta, pedunc. minute luteo-tomentellis capitula parva aequantib., florib. exiguis (cum staminib. vix 1 lin. lgis) sep. spathulatis, corolla $^{1}/_{3}$ breviorib., ovario glabro. — Australia occ. pr. Swan River.-Drumm. Coll. VI. 2.

Simillima *A. subfalcatae*, sed glaucedine, ramulis angulatis, phyllod. crassiorib. latioribusq. utrinque (praecipue ap.) minus attenuatis, racemor. rhachi crassiore haud flexuosa et ovario glabro certe distincta.

41. ACACIA *(Latifoliae 1-nerviae)* FALCINELLA Meisn. — Meisner in bot. Ztg. 1855 p. 11. — Glaberr., inermis, ramulis gracilib. teretib., stip. obsoletis, phyllod. patentissimis subfalcato-lanc. (3 — 5 poll. lg., extra med. 8 — 10 l. l.) acutiusc. b. longe attenuatis breve petiolatis 1-nerviis tenuiter denseq. penniveniis, glandula crassiuscula a b. longe distante, racem. axillarib. solitariis simplicib. et terminalib. ramosis phyllodio breviorib., pedunc. patentib. subdeflexisq. capitulo densifl. subbreviorib., corolla glabra calycem obtusum ciliolatum longe superante. — Circa Victoria (Port Lincoln) Nov. Holl. austr. leg. cl. Latrobe.

Valde quidem accedit ad *A. falciformem* DC. (quae tamen racem. tomentosis et cor. hispidula abhorret) nec non ad *A. falcatam* W. et *penninervem* Sieb., sed bene distincta s. phyllodior. magnitud. v. forma, s. glandulae situ, s. racem. breviorib.

42. ACACIA SUBFALCATA Meisn. — Meisner bot. Ztg. 1855 p. 11. — Glabra, ram. gracilib. teretib. ap. compresso-angulatis, stip. subnullis, phyllod. patentib. tenuib. subfalcato-lanc. planis utrinq. attenuatis (3—5 p. long., 6—7 l. l.) ap. sphacelatis acutis 1-nerviis (nervo centr.) obsoletissime nervoso-marginatis tenuit. penniveniis (venul. obsoletis immersis parce anastomosantib.) gland. obsoleta a b. parum remota, rac. axillarib. simplicib. et terminalib. paniculatis breve pedunculatis phyllodio parum breviorib., rhachi flexuosa, pedunculis flavo-tomentellis capitula parva aequantib., sepalis spathulato-obovatis, corolla $^{1}/_{2}$ breviorib., ovario pubescente. — Hab. Nov. Holl. pr. Swan River. — Coll. Drumm. VI. n. 1.

A simillima *A. falcata* W. diff. ramulis excepto ap. haud angulatis, glandula a phyllodii b. 3—5 lin. remota, ovario albido-sericeo. Ab *A. myriobotrya* Meisn. jam phyllod. latiorib. ven. fortiorib. et racem. longiorib. (3-pollic.) facile distinguitur.

III. *Acaciae species novae a clariss. Miquel et Junghuhn descriptae.*

Ser. *GUMMIFERAE* Benth.

43. ACACIA CHRYSOCOMA Miq. — Miq. l. c. p. 6. — Innovationes aureo-subsericeo-hirtellae, ramuli teretes subgriseo-pubescentes, stipulae spinesc. breves conicae b. luteo-hirtellae, ap. aculo-glabrae, rhachis brevit. petiolata glandulâ elliptica plana infra jugum infimum instructa, dense luteo-hirtello-tomentella, 3—4 p. lg., pinnae 20—28 jugae, ³/₄—1 p. lg., patentes luteo-hirtellae, foliola 20-fere 30-juga, subsessilia, linearia inaequilatera, lin. breviora, acuta, supra glabra, subt. praesertim sec. margines luteo-hispido-hirtella, pedunc. axill. hirtello-tomentelli, folio breviores, medio bracteati, cal. bracteaeq. hispidulae, cor. glabra, filamenta rubra?

A. chrisocoma Miq. mss.

Hab. Java?, in herbar. Zollinger.

44. ACACIA PSEUDO-ARABICA Bl. — Miq. in fl. Ind. Bat. I. p. 8. — Spinae stipulares exiles fere obsoletae (?) f. parvula, rhachis pubera, inferne canaliculata superne subbisulca, glandula orbicularis concava inter infimum et supremum jugum, pinnae 2—6 jugae (½—1 p. lgae), foliola 8—20juga brevissime petiolulata densa obverse elliptico-linearia, obtusa, baseos subattenuatae angulo superiore inserta, glabra v. glabriusc., submembranacea, nervo submediano tenui, 1¾ lin. lg., pedunc. 4—6 aggregati pubesc.-hirtelli (½ poll. subsuperantes) medio v. parum supra med. bracteati, fl. glabris, staminib. rubellis?

A. pseudo-Arabica Bl. in schedis speciminis pessimi.

Spec. valde dubia! F. quandoque e gemma axillari subfasciculata, in universum depauperata, rhachi ½—1½ p. Pinnae opp. v. subopp., antice acutangulae. Fl. structura iis *A. Arabicae* conformes. Anne ex ej. varietatib., v. c. *A. Seyal Delil.* conferenda? — Nova Guinea?

Ser. *VULGARES.*

45. ACACIA HOOPERIANA Zippel. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 10. — Aculei numerosi recurvi nigrescentes, ramuli pedunculiq. puberuli, glandula petiolaris ellipsoidea, valde prominens convexa et jugales orbiculares minores inter juga 2 superiora, pinnae 6—7 jugae, foliola 12—20-juga subapproximata, subsessilia, latiuscule lin. dimidiato-subaequilatera acutiusc. v. obtusa, baseos truncatae angulo superiore inserta, nervo medio subt. reticulato, crassiuscule membranacea, glabra v. secus margines pilosula, 3 lin. lga, 1 lin. l., stip. membranac. cordato-ovatae, acutae, ped. axillares vel vulgo (f. interjectis depauperatis) subpaniculati, 1—4-ni conferti, tenues, fl. glabri. — Polymorpha stirps. — Formae;

α. *normalis,* gracilis, rhaches tenues puberae, foliola membranacea glauca, pubera.

A. Hooperiana Zipp. in sched.; Java.

β. *glabriuscula:* foliola adulta glabra.

A. heteroidea Bl. in sched.; c. varietate praecedente.

γ. *subcuneata,* foliola majusc. b. cuneata.

A. subcuneata Bl. in sched.

Nuga silvar. minima s. Gongay, Rumph. Herb. Amb. V. p. 95 t. 49 fig. 2. Syn. *Rumphii* haud certum. — Habit. Banda, Ternate..

46. ACACIA PSEUDO-INTSIA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 12. — Cito glabrata, aculei numerosi, breves, recti v. curvuli, pinnae 12—15-, in superiorib. 9-, in reliq. ut plurimum 11-jugae, foliola 35—42-juga, densa sessilia, dimidiato-subhastato- lin., submucronulato-obtusiusc., baseos angulo superiore exciso, inferiore producto, coriacea glabra subt. reticulata, rhachib. villoso-hirtellis, glandula major oblonga convexa ad b. et similes sed minores inter juga 2 superiora, rhachis dorso retrorse aculeata, capitula paniculata solitaria v. aggregata, fl. parce pilosuli. *Ac. pseudo-Intsia* Miq. in herb. Franquevilleano.

Ac. laevifolia Bl. in sched. Herb. L. B. — *Ac. caesiae* Wght valde affinis.

Hab. in ins. Java, in horto bot. Buiten Zorgensi.

47. ACACIA PALUDOSA Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 14. — Aculei patulo-recurvuli, folior. rhachis dorso retrorse aculeata, cum partialib. hirtella, glabresc., glandula petiolaris suboblonga, et jugales inter paria 2 superiora, pinnae 12—26-vulgo 20-jugae, erecto-arcuatae, circ. 1½ pollic., foliola 40—70 juga, brevissime petiolulata, lin., obtusa, lineam lg., ⅓ l., nervo subdiagonali subcarinato subt. tenere transverse venoso, baseos truncatae angulo inferiore inserta, glabra, pedunc. axillares? legum. stipitatum membranac. plan., 4—5 p. lgum., 3—5 lin. l. *Ac. paludosa* Bl. in schedis. — Java: in paludosis pr. Bataviam.

48. ACACIA (*pulchellae*) TENERRIMA Jungh. — Miq. fl. Ind. Bat. I. (tab. I.) p. 14. — Inermis, ramuli rhachesq. puberula; glandula petiolaris supra b. magna oblonga depressa et jugalis minor orbicularis concava inter jugum supremum, pinnae utplurimum 10-jugae, 1¾ poll. circ. lg., foliola 30—35-juga, subsessilia, inaequilateralit. lin., vix 2 lin. lg., ½ l., obtusa, b. oblique-truncata, nervo mediano excentrico, venulis 4—5 utrinq. subt. discernendis, pedunc. axillar. solitarii? puberuli, ½—¾ pollic., fl. sessiles, legum. stipitatum, 4—5⅓ p. longum, subacut., plan., rectum v. levit. falcatum, 6—9 lin. lat. 8—12 spermum.

Inga et *A. tenerrima* Jungh. in sched. et Itinerar. — *Albizzia tenerr.* de Vriese in Pl. Junghuhn. p. 270. — *Ac. tenerr.* Bl. in sched. Herb. L. B.

Arbor teste Jungh. 50 ped., fronde umbraculiformi tenerrima. — In jugis meridionalib. ins. Javae.

IV. *Species novae Americanae a clar. Bentham et ab A. Gray descriptae.*

49. ACACIA MALACOPHYLLA (*Vulgares, Pennatae*) Benth. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 61. — „Subscandens? mollit. pubescens; acul. subrecurvis sparsis raris; pinnis 2—3 jugis obliquis obovatis oblongisve obtusis utrinq. molliter pubescentib.; capitul. globosis; leg. lato-lineari glabro. — Ramuli et f. pube molli undiq. canescentia etc.“ Benth. in litt. — In provinc. Texensib. occid. et in Mexico bor.

50. ACACIA GREGGII (*Vulg., Ataxacanthae*) Benth. — Pl. Wrightianae in Smiths. Contrib. III. art. V. p. 65. — Glabella; ramis virgatis; aculeis paucis sparsis recurvis; stip. minutis obsoletisve; pinnis 1—3 (saep. 2-) jugis; foliol. parvis 3—7 jug. obovato-oblongis subobliq. crassiuscul. subtrinervatis petiolisq. minute pubescentib. mox gabratis; spicis cylindricis elongatis folia duplo superantib.; fl. subsessilib.; leg. lato-lineari subfalcato acuminato plano membranaceo glabro. — Texas occid. et Mexico bor. — Arbor parva 10—20 ped. fl. albidis.

A. Wrightii proxima.

50. ACACIA TEPHROLOBA (*Vulg. Pennatae*) A. Gray. — Pl. Wrightianae in Smithsonian Contrib. III. art. V. p. 65. — Aculeis sparsis raris v. nullis, ramis petiolis pedunculisque cinereo-puberulis; pinn. 5—9 jugis, glandula depressa; foliol. 25—45 jugis ob-

longo-linearib. inaequilateris acutiusculis v. mucronulatis glabellis viridib. venulosis; stipulis semicordatis acuminat.; pedunculis axillarib. et subpaniculatis; capit. dense multifloris; calyce corolla breviore; leg. plano lato-lineari rectiusculo obtuso b. in stipitem angustato pube brevissima mollissima velutino-canescente. — In collib. fl. San Pedro, et Rio Seco, in Texas occid. — Mexico ad R. Grande.

52. ACACIA COULTERI (*Vulg. Nudiflorae*) Benth. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 66. — „Glabra v. minute puberula, inermis; stipulis minutis obsoletisve; petioli glandulis parvis oblongis; pinnis 3—5 jug.; foliol. 10—25 jugis oblongo-linearib. valde obliquis acutiusc. obtusisve; spicis elongatis axillarib. laxifl.; fl. subsessilib. puberulis; calyce corollae dimidium aequante; ovario stipitato glabro; legumine lato-lin. plano marginato puberulo, valvulis rigidulis. — Mexico: Zimapan. — Texas occid.

„Affinis *A. Acatlensi* et *A. Wrightii* sed ab utraque bene distincta." — Benth. in litt.

53. ACACIA BERLANDIERI Benth. (Walp. Rep. I. 919. 325). — Pl. Wright. in Smithson Contrib. III. art. V. p. 66. — Adde char.: legumine oblongo falcato ($2^1/_2$ poll.) utrinq. obtuso estipitato velutino puberulo, valvulis coriaceis convexis; seminib. turgidis.

54. ACACIA CONSTRICTA (*Gummiferae Medibracteat.*) Benth. — Pl. Wright. in Smiths. Contrib. III. art. V. p. 67. — „Subglabra; spinis stipularib. subulatis divaricatis rectis v. subrecurvis; pinn. 2—7-jugis; foliol. parv. 6—10-jugis oblongis obtusis crassis enervib., glandula parva scutelliformi; pedunculis medio bracteatis; leg. anguste lineari complanato toruloso glabro, valvulis coriaceis." — Benth. in litt. — Ramuli tenues rigidi etc. — Texas et Mexico, ad fl. San Felipe, Pass Limpia etc. Frutex 5—8 ped.

55. ACACIA WRIGHTII (*Vulg. Nudiflor.*) Benth. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 64. — „Glabra, inermis; stipulis minutis obsoletisve; pinnis 1—2 jugis; foliol. 2—4 jugis oblique obovatis oblongisve obtusis v. retusis; spicis elongatis laxis; fl. brevit. pedicellatis; legumine lato-lineari obtuso plano membranaceo marginato glabro. — Ramuli albidi etc." — Benth. in litt.

56. ACACIA COA A. Gr. (*Sect. Phyllodineae*). — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 480. — Glabra; ramulis vix ungulatis; phyllodiis elongatis falcatis lanc. b. v. utrinq. angustatis coriaceis multinerviis hinc inde folio bipinnato terminatis; foliolis oblongis emarginatis 12—15-jugis; pedunculis solitariis v. brevissime racemosis; capitulis dense multifloris; calyce brevit. dentato, dentib. flavo-tomentosis subglandulosis; legumine lato-lin. plano glabro, suturis angustissime marginatis.

Acacia heterophylla Hook. et Arn. bot. Beech. voy. p. 81; Benth. Mimos. in Hook. journ. bot. 4 p. 368 excl. synon.

Hab. Sandwich. Islands.: Oahu, Hawaii etc. — Arbor magna, caet. — „Koa" indigenum, arbor princeps ad lintera aedificanda adhibita.

57. ACACIA RICHII As. Gr. (*Phyllodineae Benth.*). — Asa Gray l. c. p. 482 tab. 53. — Glaberrima; ramulis angulatis; phyllodiis lanc. acuminatis subfalcatis, chartaceo-coriaceis multinerviis, ap. saep. hamato; pedunc. fasciculatis, capitulo parvo multifloro longiorib.; calyce dentato; legum. oblongo plano glabro, marginib. acutis angustissimis. — Hab. in inss. Vitiensib. (Feejee): pr. Sandalwood Bay, Vanua-levu, Naloa. — Arbor 20—30 ped., habitu Salicis; etc.

58. ACACIA CRASSIFOLIA A. Gray. — Gray in pl. nov. Thurberian. p. 317. — Fruticosa, aculeis sparsis et substipularib. vix recurvis armata; ramis foliisq. glabris glaucescentib.; pinnis 1-jugis glandula petiolari interposita; foliol. 1-jugis pro genere maximis ($1^1/_2$—2 pollic.) dilatatis cuneato-rotundis impetiolulatis crasso-coriac. utrinq. consimilib. flabellato-7-nerviis et reticulato-venosis; pedunc. generalib. axillarib. et terminalib. folia excedentib. racemoso-capituliferis, partialib. solitar. saepiusve bins

v. ternis pubescentib. ultra med. obsolete 1-bracteolatis; capitulis glob.; lobis corollae infundibuliformis calyceque paulo breviore canescenti-pubescentib. — In provinc. Mexicana Cohahuila, in montium jugo La Pena. — Novbr. — Frutex 6—10 ped. etc.

---

59. ACACIA PENTAEDRA Rgl. — Regel Gartfl. p. 228 tab. XXIII. — Frutex sempervirens, 6—12 ped.; in hortis nonnulis sub nomine *Ac. odoratae* et *Ac. vimineae* cultus. *Ac. trigonophyllae* Meisn. et *Ac. gramineae* proximus. Caulibus trigonis compressis vix bialatis margine, ut in phyllodiis, acutis; stipulis minimis nigrescentibus; phyllodiis longissimis vix filiformi-linearib. apice in mucronem brevem fuscescentem abeuntibus, pentagono compressis, in facie supera, 1—2 pollices supra basin, glandulam poriformem gerentib.; pedunculis axillaribus, erectis, superiorib. simplicibus, inferiorib. racemosim fasciculatis, omnib. quam phyllodia multo breviorib.; florum capitula parva, multiflora, lutea (phrasis e germanico transversa). — Patria Nova-Hollandia.

Species distinctissima, differt ab *Ac. trigonophylla* Meisner forma phyllodiorum nec non capitulis suis erectis pedunculorumque inferiorum ramificatione racemiformi.

V. *Addenda ad species Acaciarum jam notas et in prodromo et in Walpersii Repertorio nec non in Annalibus jam descriptas.*

60. ACACIA QUADRILATERALIS DC. (DC. Prodr. II. 451 n. 32; Walp. Rep. I. p. 892 n. 62). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 16 c. descr.

Decaisne in N. Ann. du Mus. l. c. p. 132. Spanoghe l. c. p. 199. — *Ac. polyantha* Zipp. mss.

Hab. in ins. Timor.

61. ACACIA XYLOCARPA Cunningh. (Walp. Rep. I. 902 n. 163). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 16 c. descr. — Hab. in insulis (Dampiers Archip.) nominatis, et in litoribus bor.-occident. Novae-Hollandiae.

62. ACACIA MANGIUM Willd. (DC. Prodr. II. 451; Walp. Rep. I. p. 905 n. 200). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 15 c. descr. — Inss. Molluccae.

63. ACACIA DECURRENS Willd. (DC. Prodr. II. 470; Walp. Rep. I. 907 n. 212). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 5 c. descr.

64. ACACIA FARNESIANA Willd. (DC. Prodr. II. 461 n. 138; Walp. Rep. I. 909 n. 236). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 7.

A. Farnesiana Hssk. pl. Javan. rar. p. 416. — *A. Burmanni* (an DC.? var. β. triflora Hassk.: Fl. 1842 Beibl. II. p. 107. — A. *Indica* Desv. (DC. l. c. 462 n. 146).

Variat foliolis latiorib. et angustiorib., pube rariore vel densiore. — Per insulas Java, Borneo, Timor et per totam Indiam Batav. planta divulgata, ex America merid. introducta.

65. ACACIA ARABICA Willd. δ INDICA Benth. (Walp. Rep. I. 911 255; Miq. fl. N. Ind. I. p. 7. 8). — Hassk. in Retzia I. p. 204.

Obs. Hac sub nom. specimina nostra missa fuerunt ex horto Calcuttensi; ostendunt autem nec pedunculos medio (sed ap.) bracteatos, nec ramulos, petiolos et

pedunc. glabros, sed tomentoso-puberulos; variat igitur ope culturae pubescentia et inde varietates α. et δ. sunt uniendae.

Cfr. l. c. et pl. descript. — Arbor circ. 20 ped. alta.

66. ACACIA TOMENTOSA Wlld. (Walp. Rep. 912. 259). — Hasskarl in Retzia I. p. 205. — Descriptioni Willdenovii et diagnosi Benthamii elbrr. addenda sunt haecce: Arbor mediocris — a Sundanensib. Klampis dicta; — truncus totus a b. fere ramis brevib. (in horto an semper brevib.?) obtectus, irregularit. teres; rami flexuosi squarrosi patentes intricati inermes, arbor. juvenilium et ramuli teretes erecto-patentes armati. Stip. spinesc. binae, in juvenilib. nunc minutae, a b. crassiuscula subulatae, aciculares fuscesc., 1—3 lin. lg., nunc validae eburneae, 8—9 lin. longae, 1—2 lin. b. l., a latere subcompressae, in ram. senilib. minutae herbac. deciduae, haud spinesc. F. 3 p. lg., 2 p. l.; petioli c. ramulis dense velutino-tomentosi lutesc.-virides, subt. plani, a latere utroq. sulcati, supra carinati et in carina leviter sulcati, 2½ p. longi. Pinnae 1 p. lg. 8—20- (nec 10—12-) jugae; foliola 15—40-juga, lin. (inter minora) obtusiuscula, 1 lin. lga, subt. adpresse pilosa; glandula lutea ovalis lucida, ½ lin. longa ad par intimum et 2 rotundae similes ad paria 2 summa pinnarum. Pedunc. teretes, 9—12 l. lg., erecti, solitarii aut gemini ternive; in medio aut paulo altius, aut minus alte 4-bracteolati; bracteolae subverticillatae aut binae opp. altius insertae cruciatim alternae, minutae, in axillis saepe capitula inevoluta gerentes; nunc in axill. folior. paniculae breves progrediuntur foliatae, 1—1½ p. altae, ramis (pedunculis) patentib. Capitula diam. 5—6 lin., albi- et multiflora. Cal. et cor. albi, apicib. laciniar. viridib.; cor. calyce triplo longiore et lin. alta, infundibuliformis. Stamina albida 2 lin. lg., vix ima b. connata. Legumen lineare complanatum falcatum, nunc semiorbiculari-falcatum, 2-valve, 2—4 p. lgum, 3½ lin. l., acuminatum; valvae coriac. Semina ovalia compressiusc., 4 l. lga, 2½ l. l., 2 l. crassa. — Arbor 30 ped. et ultra habit. in regionib. inferiorib. Javae orientalis.

67. ACACIA LEUCOPHLOEA Wlld. (Walp. Rep. I. 912. 266). — (Miq. fl. N. Ind. I. p. 8 et 9). — Hasskarl in Retzia I. p. 207 c. descr.

Synon. *Acacia alba* de Vriese Pl. Jungh. 269, an DC. Prodr. II. 462 n. 140? — *A. melanochaetes* Zoll. (Walp. Ann. Prodr. I. 264 n. 8). — Pilang Sundensium.

68. ACACIA CATECHU Willd. (*A. Wallichiana* DC. Prodr. II. 458). (Walp. Rep. I. 914 n. 286). — Miq. in fl. Ind. Bat. I. p. 9, c. descr.

69. ACACIA CONCINNA DC. (DC. Prodr. l. c. p. 464; Walp. Rep. I. 916 n. 299). — Miq. l. c. p. 10 c. descr.

70. ACACIA INTSIA Willd. (DC. Prodr. II. p. 464; Walp. Rep. I. 916 n. 303). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 11 c. descr.

Syn. *Ac. caesia* Willd. (DC. Prodr. II. 465 excl. syn. Plukn.).

India or., Sumatra, Philippinae ins.

71. ACACIA PENNATA Willd. (Walp. Rep. I. 917 n. 306). — Miq. in fl. Ind. Bat. I. p. 12 c. descr.

DC. Prodr. II. p. 464? — *Ac. caesia* Bl. olim in herb. L. B. et Cat. Bog. p. 88; Hasskl. Cat. Bog. p. 290? non Linn. — *Ac. globulifera* Bl. in herb. laud.

Per totam Ind. distributa nec non in promontor. B. Spei.

72. ACACIA PLURICAPITATA Steud. (Walp. Rep. I. 919 n. 307). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 13 c. descr.

73. ACACIA ARCUATA Decsne. (Walp. Rep. I. 923 n. 389). — Miq. l. c. p. 6. c. descr.

74. ACACIA TOMENTELLA Zipp. (Walp. Rep. I. 923 n. 390). — Miq. l. c. p. 13.

Ac. horrida Spanoghe mss. — *Ac. Zippeliana* et *Ac. Spanoghei* et *Ac. Hasseltiana?* Bl. in sched.

Stirps variabilis: Forma major: *Ac. Zippeliana.* Inprimis in ins. Timor. — Forma minor: *Ac. Spanoghei.* — Timor.

Ejusdem forma videtur *Ac. Hasseltiana* Bl. in sched. (ex specim. valde manco). Java pr. Buitenzorg.

75. ACACIA RETINODES Schldl. (Walp. Ann. I. 264 n. 4). — v. Schldl. in bot. Ztg. 1853 p. 893.

Ac. retinodes Schltdl. non est synonyma c. *Ac. rostellifera*, ut Berth. Seemann existimat, sed ab ea distinguenda.

Icones addendae.

76. ACACIA UROPHYLLA Benth. (Walp. Rep. I. 888 n. 25). — Hook. bot. mag. tab. 4573.

Ac. smilacifolia Fielding Sert. pl. tab. 3 (1843).

β. *glaberrima:* f. pallidiorib., fl. magis luteis.

77. ACACIA COCHLEARIS Wendl. (Walp. Rep. I. 890 n. 41). — Paxton fl. gard. II. n. 450 xylogr. fig. 228.

78. ACACIA VERTICILLATA Willd. (DC. Prodr. II. 453 n. 55' — Walp. Rep. I. 891 n. 58). — Paxt. fl. gard. II, n. 315, xylogr. fig. 161.

79. ACACIA DIFFUSA Lindl. (DC. Prodr. II. p. 450. — Walp. Rep. I. 891 n. 50). — Paxton fl. gard. II. n. 305 xylogr. fig. 157.

80. ACACIA OXYCEDRUS Sieber. (DC. Prodr. II. p. 453. — Walp. Rep. I. 892). — Paxton fl. gard. II. n. 304 xylogr. fig. 156.

81. ACACIA RICEANA Hensl. (Walp. Rep. I. 892 n. 60). — Paxton fl. gard. II. n. 303 xylogr. fig. 155.

83. ACACIA UNDULAEFOLIA All. Cunn. (Walp. Rep. I. 894 n. 79). — Gardn. campan. (1852) p. 37. c. tab. l. c. fig. 2.

83. ACACIA MARGINATA R. Br. (Walp. Rep. I. 895 n. 94).

(*Ac. trigona* A. DC.).

Paxton fl. gard. III. p. 75 xylogr. 269.

84. ACACIA CYANOPHYLLA Lindl. (Walp. Rep. I. 896 n. 101). — Paxt. fl. gard. II. n. 319 xylogr. fig. 164.

85. ACACIA LINEATA Cunningh. (Walp. Rep. I. 898 n. 126). — Paxton fl. gard. II. n. 260 xylogr. fig. 144.

86. ACACIA VISCIDULA Benth. (Walp. Rep. I. p. 900 n. 141). — Paxton fl. gard. II. n. 345 xylogr. fig. 173.

87. ACACIA CYCNORUM Benth. (Walp. Rep. I. 908). — Hook. in bot. mag. tab. 4653.

88. ACACIA HISPIDISSIMA Benth. (Walp. Rep. I. 908 n. 226).

A. hispidissima (DC. Prodr. II. p. 455). — *A. Cycnorum ?* Benth. (Walp. Rep. I. 908 n. 227). — Hook. in bot. mag. tab. 4588.

89, ACACIA GRANDIS hort. (*ser. pulchellae).* — Gardn. mag. of bot. III. (1851) p. 177 c. tab. l. c.

ALBIZZIA *Durazzini.*

(Benth. in Walp. Rep. V. 595. — Walp. Ann. II. 457.)

Miq. fl. Ind. Batav. I. p. 16—30.

§. 1. *Eualbizzia:* Fl. capitati v. subumbellati.

A. *Macrophyllae:* pinnae non multijugae; foliola majusc.

1. ALBIZZIA LUCIDA Benth. (Walp. Rep. V. 595 n. 4). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 18. Pl. Jungh. I. p. 26. — Java pr. Buitenzorg.

2. ALBIZZIA SAPONARIA Bl. (*Inga Saponaria* DC. Prodr. II. p. 440). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 19.

Puberula, pinnae 1—2 jugae; glandula magna oblonga pr. b petioli, rhaches partiales hirtellae, b. tumidulae, sub 4-v. 5-gonae, inferiores multo breviores, ap. inter jugum supremum glandula orbiculari concava, foliola opp. v. subopposita 4—2-juga, inferiora multo minora, petiolulata, inaequilateraliter rhombeo-ovata v. lato-elliptica, majora b. subacuta, minora obtusa, ap. obtuso v. obtusiusculo-mucronato, subt. olivaeaceo-glaucina, pubero-subseric., costulis erecto-patulis utrinq. 5—8, paniculae rami capituliferi, fl. sessiles 8—14-aggregati, cal. campanulatus fusco-pubescens, cor. virginea pilis appressis.

A. Saponaria Bl. in schedis herb. L. B. — Rumph. Herb. Amb. IV. p. 131 tab. 66 (mala).

A Zippelio et in Nova-Guinea detecta.

3. ALBIZZIA TOMENTELLA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 20. — Pubescens; pinnae 4-jugae (? v. supremorum etiam bijugae) accrescentes; glandula pr. b. petioli oblga convexa et jugalis minor concava orbicularis infra ap., (infra non inter juga), foliola 3—6-juga, brevit. petiolulata, inaequilateraliter rhombeo-elliptica v. ovata v. superiora obovata, b. inaequilateri acuta v. obtusa, ap. acuta submucronata, supra parce pubera, subt. pallide subsericeo-pubesc., paniculae amplae compositae pedunc. fasciculati, capit. 10—15 flora, cal. subcampanulatus 5-dentatus pubescens, cor. tubuloso-infundibuliformi dense pubescente 3—4-plo brevior, tub. stamineus ap. infundibuliformi exsertus, legum. brevi-stipitatum lanc.-oblongum, 6? spermnm.

Inga pubigera Zippel herb. — *Albizzia pubigera* et *A. pseudo-Saponaria* Bl. in sched.

Arbor procera in Sumatra et Java insulis „Kitakki" jav.

4. ALBIZZIA ROTUNDATA Bl. — Miq. fl. Ind. I. p. 21. — Hirtello-pubescens; pinnae 4-jugae, glandula ad b. petioli oblonga subconcava (an et jugales?), rhaches fusco-griseo-hirtellae, foliola superior. 4—5-juga accrescentia rhombeo-obovata, ap. rotundata v. obtusa, b. acuta v. subcuneata, supra in nervo subpubera, subt. in costa costulisq. (utrinq. 6) rubiginoso-hirtella et in parenchymate pilis patulis pubescentia (pili simplices et substellati!), panic. terminalis composita fusco-griseo-hirtella, calyx anguste campanulatus 5-dentatus, adpresse albido-pilosus, cor. infundibuliformis, appresse albo-hirtella, tubo stamineo non exserto.

A. rotundata Bl. nomen in herb. L. B.

Ab *A. tomentella* differt indumento haud sericante magis hirtello etc.; caeterum quam maxime affinis. — Nova-Guinea.

5. ALBIZZIA SALAJERIANA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 21. — Ramuli demum subglabri; folior. superior. pinnae bijugae, rhaches appresse tenerrime griseo-puberulae,

petioli pr. b. glandula scutellata suborbiculari, rhaches partiales b. tumidulae, pinnar. inferiorum breviorum foliola saep. bi-superior. majorum plerumque 3-juga, glandula vulgo inter supremum foliolor. par, foliola brevit. petiolulata, pleraq. rhombeo-elliptica vel ovata aut subobovata pl. m. inaequilatera, rigide chartacea, b. acuta v. obtusa, ap. ut plurimum subacuta, nitidula, subt. multo pallidiora, utrinq. tenere appresse pubescentia, utrinq. venis 6—8 distinctiorib., infloresc. paniculata e capitulis sessilifloris pedunculatis paucifloris, cal. campanulatus rubiginoso-pubescens 5-dentulus, cor. appresse albo-pubescente tubuloso-infundibuliformi multo brevior, legum. non stipitatum, lanceolatum, b. acutum, ap. mucronatum, 8 poll. longum, 1¼ l., fere rectum. — Arbor coma rotundata fl. albis. — In ins. Salajer (Zollinger. n. 1081 Z.)

6. ALBIZZIA PROCERA Benth. (Walp. Rep. V. 596 n. 12). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 22. — Arbor procera usque 130-pedum altitudinis. Folior. pinnae et foliola in sp. Jav. paulo copiosiora quam in spec. Ind. Wallichiano. — Petiolus communis usq. 11-pollic., foliola majora 1½ p. longa, 5—6 lin. l. — Cfr. pl. nov. descr. Hasskarl in Retzia I. p. 211. — In India orient., in Java et in Philippinis.

7. ALBIZZIA MILLETII Benth. (Walp. V. 597 n. 13). — Miq. l. c. p. 23.

8. ALBIZZIA RETUSA Benth. (Walp. Rep. V. 597 n. 14). — Miq. l. c. p. 23.

9. ALBIZZIA LEBBEKIOIDES Benth. (Walp. Rep. V. 596 n. 11). — Miq. l. c. p. 23.

10 ALBIZZIA LEBBEK Benth. (Walp. Rep. V. 596 n. 6) α BOURBONICA Hsskl. (*Inga Bourbonica* Hsskl. Cat. 291; Walp. Rep. II. 906 2). — Hasskarl in Retzia I. p. 208. — F. sunt magis expansa; pinnae 2—4 jugae, pet. comm. 7—8 p. longus, foliola 2—9 juga, ovali-terminalia obovato-oblonga, 12—16 lin. lg., 5—7 lin. (terminali 8 lin.) lata. Legumina 8 p. longa, 14 lin. lata, albida lucidula. — E Bourbonia ins. introducta.

Albizzia latifolia Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 22.

β. *Leuxylon* Hasskl. (*Inga Leuxylon* Hsskl. Cat. 291; Walp. Rep. 906. 1). — Hasskarl l. c.

Pinnae 2—3 jugae: pet. comm. 3—6 p. lg.; foliola 4—6 juga subcoriac.. ¾—2 p. lg., ½—1 p. l., infima cujusve pinnae minora et saepe imparia, subt. subglaucescentia, glaberr.; pedunc. 3 p. lgi, Legumina pendula, matura flavescentia, dein emarcida flavescenti-fusca nitidula, alternatim supra semina alternatim in uno aut altero latere protuberantia, b. angustata, lin., summo ap. acutiusc. et cochleato-torta, 10 p. longa, 1¼ p. l., longiter indehiscentia; valvae rectae, chartaceae. Sem. 6—10, primo in funiculo capillari tenui pendula, dein decidua, intra legum. nondum apertum crotalantia, plana subrotundo-ovalia, diam. 3½—4 lin., vix 1 lin. crassa, fusca. — Arbor 30—40 ped. alta in ins. Bourbonia indigena.

11. ALBIZZIA ROSTRATA Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 24. — F. adulta subglabra; pinnae 3—2 jugae, rhachis primaria et secundariae subteretes, glandula petiolaris pr. b. scutellata et similis infra singulum jugum, foliola pinnar. inferior. 2—3-, superior. 6-juga, petiolulata, inferiora minora ovato-vel elliptico-rhombea, superiora obverse oblga, omnia in acumen lineare longum abrupte terminata membranac., subt. pallida, costulis venosis (haud fusculis) 5—6 utrinq., rhaches petioluli et foliola utrinq. in nervo pubera, panic. terminalis pubescens ramosa, fl. 10—15-fasciculato-sessiles calyx campanulatus 5-denticulatus, rubiginoso-tomentellus, cor. virginea subluteo-villosula.

Albizzia rostrata Bl. in sched. — *Inga globosa* Bl.?

Species ab omnib. contribualib. satis distincta.

Java; bijv. op den Salak. — Ki Laroek sund.

12. ALBIZZIA TENGERENSIS Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 25.

Inga Tengerensis Zoll. (Walp. Ann. I. 269 n. 5).

13. ALBIZZIA ODORATISSIMA Benth. (Walp. Rep. V. 596, 10). — Hasskarl in Retzia I. p. 209.

Synon.: *Acacia* sp., *Tarriesia* Hsskl. Cat. 291; *Ac. similis* Zoll. (Walp. Ann. I. 265. 9).

Cfr. descript. l. c. — Cfr. *Albizzia micrantha* Boiv. in Miq. fl. N. Ind. I. p. 24.

B. *Microphyllae:* Pinnae multijugae (10—18-jugae), foliola multijuga, parva, obtusiuscula, parum inaequilatera, nervo mediano v. parum excentrico.

14. ALBIZZIA AMARA Boiv. (Walp. Rep. V. 597 n. 16). — Miq. l. c. p. 25.

15. ALBIZZIA RUFA Benth. (Walp. Annal. I. 266 n. 1). — Cfr. Miq. l. c. p. 26. et Hasskarl in Retzia I. p. 211.

16. ALBIZZIA? MOLUCCANA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 26. — Rhachis primaria glabriuscula inter v. paulo infra omn. fere juga glandulosa, pinnae 7-jugae, rhaches partiales antice dense hirtello-puberae, foliola 6-fere 20-juga, subsessilia, inaequilateraliter elliptico-oblonga, obtusa, b. inaeq. rotundata, membranac., subt. glauca, nervo 1/3 excentrico subreticulato et pubescente instructa, caeterum praeter margines glabra; infloresc. ...... — Petioli communis cuj. pars inferior deest, longitudo circ. pedalis. Pinnae superior. longiores, 5½ poll. lgae. Foliola majora 5—5½ lin. lg., 2 l. l. — Banda. — Nomen vernaculum „Poon Sikat."

17. ALBIZZIA RUBIGINOSA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 27. — Rhaches rubiginoso-tomentellae, glandula oblonga in medio petiolo et jugales superne inter pinnas paucae, pinnae 10 jugae, foliola multijuga sessilia densa lin., ap. obtuso v. obtusiusc. submucronata, deorsum quidquam attenuata, baseos rotundato-truncatae angulo inferiori inserta, supra parcis pilis inspersa, subt. rufula appresse pilosa, nervo excentrico margini superiori magis approximato; infloresc. ..., cal. campanulatus appresse pilosus, cor. infundibuliformi-campanulata 5-fida rufo-villosa.

Acacia ferruginea (non DC.) Hasskl. Cat. Bog. p. 291? — *Ac. rubiginosa* Bl. in sched. herb. L. B.

Java pr. Grissé.

C. *Falcifoliatae:* Pinnae pluri v. multijugae. Foliola multijuga, falcata, nervo medio pr. marg. interiorem.

18. ALBIZZIA JULIBRISSIN Boiv. (Walp. Rep. V. p. 597 n. 18). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 27. — In montib. Indiae, Chinae et Iaponiae indigena, in Europa australi, in Africa et in America culta.

19. ALBIZZIA STIPULATA Boiv. (Walp. Rep. V. 598 n. 19). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 27.

Albizzia stipulata, Pl. Jungh. p. 268; Hasskarl pl. Jav. rar. p. 417. — *Inga umbraculiformis* Jungh. Itiner.

Arbor vasta, cortice cinereo, ram. erecto-patentib., glabris Capit. 20—40 fl.

β. *vegeta*, pinnae circ. 20—21-jugae, foliola majora, fl. densius pubescentes, legumina subangustiora (4—4½ poll. lg., 5 lin. l.).

Inga purpurascens Bl.; Hassk. Cat. Bogor. p. 291 (*Inga dimidia* mss. olim). Flor. bot. Zeit. 1842 II. Beibl. l. c. — *Albizzia purpurascens* Bl. in herb. L. B.

γ. *stipulis persistentibus;* foliola minora dense pubera, glandula in medio v. supra med. petioli, stipulae magis pubesc. et reticulatae.

Arbor in Java haud infrequens.

ARTHROSPRION STIPULATUM Hsskrl. (*Albizzia stipulata* Benth. Walp. Rep. V. 598 19). — Hasskarl in Retzia I. d. 212.

Omnes Albizzias, quarum fructus in articulos secedunt ad genus novum *Arthrosprion* (αρϑρος, articulus, et οσπριον, legumen) Hsskrl. uniendas esse censeo.

Descript. F. 11 p. lg., 6 p. l., pet. communes supra levit. sulcati; glandula ovalis supra b. et glandulae rotundatae 3—4 inter pinnas summas nigrescentes subsessiles; pinnae accresc., 1—3½ p. lg., patentes nunc patentiss., plerumq. 12—15-jugae; foliola 11—36-juga, 3½ lin. lga, 1 lin. l., lin. acutiusc., 1-lateral., subfalcata. Legumina membranaceo-coriacea sanguinea glabra sublucida, lin., b. attenuata, ap. acuta aut attenuata, 4½ p. lg., ¾ p. lata, pluriloculariа, 10-sperma, indehiscentia et dein transversim in articulos secedentia, nec valvatim dehiscentia; articuli semiquadrati, 2 quadratum formantes, utrinq. clausi; semina oblonga compressa brunnea glabra opaca, 3 lin. lga, 2 lin. l., ¼ l. crassa. — Legumina et semina primo adspectu iis *Albizziae procerae* Benth. valde similia, sed priorib. haud bivalvib. in articulos secedentib. et seminib. magis oblongis et compressiorib. facile distinguenda. — Arbor altissima Javanica, nominib. vernaculis in Java occ. „Djundjing", in Java or. „Sengon" appellata. — Cfr. Miq. fl. Ind. Batav. I. p. 27, sub nom. *Albizzia stipulata* Boiv. β. *vegeta* et γ. *stipulis persistentibus*, et Pl. Junghuhn. p. 268.

§. 2. *Lophanta:* Flores spicati v. subramosi.

20. ALBIZZIA MONTANA Benth. Miq. fl. Ind. I. p. 29. — Rami petioli et pedunculi ferrugineo-tomentelli, glandula in medio petiolo, jugales paucae parvae, pinnae 7—10- etiam 12-jugae, foliola multijuga oblongo-lin. obtusiusc. subt. sericeo-pubesc. v. glabrata, sp. cylindricae, fl. brevissime pedicellati, legumen subfalcatum bivalve.

Alb. montana Benth. pl. Jungh. p. 267. — *Acacia montana* Jungh. Tijdschrift nat. Geschied. X. p. 246; Hassk. Cat. Bogor. p. 290. — *Acacia vulcanica* Korthals (Flora 1827 p. 705). — *Alb. Lophantae* simillima, fere ejus forma tropica.

In montibus vulcanicis Javae et Sumatrae, in alt. 8—10000'. — Ex cortice huj. arboris Sumatrae indigenae tecta domiciliorum suorum exstruunt.

21. ALBIZZIA BENTHAMIANA Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 30. — Innovationes sericeo-aureo-villosae, rhachis communis praesertim ad partialium insertionem dense hirtella, petiolus medio v. supra medium glandula convexa elliptica; pinnae leviter arcuatae circ. 10-jugae, foliola 20—30-juga, vulgo 25-juga, brevissime petiolulata, lanc.-lin., subaequilatera, acuta, rarissime obtusiusc., baseos inaequalis rotundatae angulo superiore inserta, supra glabra, subt. appresse villosula, cor. calycem duplo superans appresse aureo-villosa.

Alb. Benthamiana Blume in sched. — *Alb. montanae* Benth. valde affinis.

In montib. Javae orient.

---

22. ALBIZZIA? CHAMPIONI Benth. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 79.

Ramulis petiolisq. minute puberulis, pinnis 1—2-jugis, foliolis ultimar. 4—5-jug. obliq. ovatis, obt. acuminat. glabr. supra nitid., glandula parva in med. petiolo jugalibusq. pauc., panicul. racemiformib. pedunculisq. solitar. tomentellis, fl. sessilib. in capitulo plurib., calyce dimidio corollae breviore, ovar. glabro.

Arbor elata. Pet. comm. 2—3 p. Pinnae term. 4—6 p. inferiores breves v. nullae; glandulae etiam sub pinnis et hinc inde sub foliol. Foliola termin. opp. 2-pollic.

Capit. glob., minute sericeo-pilosa. Cal. lin. lg., brevit. 5-dentat. corolla subinfundibular. circ. 2 l. lg. — In insula Hong-Kong.

CALLIANDRA *Benth.*

(Benth. in Walp. Rep. I. 925. — Walp. Ann. II. 458.)

1. CALLIANDRA RETICULATA A. Gray. — Pl. Wright. p. II. in Smithson. Contrib. vol. V. p. 53.

Pilosa, mox glabrata; caulib. spithamaeis diffusis subherbac. e radice magna lignesc.; stip. ovatis nervosis, pinn. 1—3-jugis; foliol. 4—11-jug. ovalib. obtusiss. obliquis 3—5 nerviis laxe reticulatis supra nitidulis glabris; pedunc. petiolo comm. subaequilongis; calyce ad med. fere 5-fido hirsuto cor. glabriusc. dimidio breviore; legum. glabello, valvul. membranac-coriaceis marginib. incrassatis.

Nova-Mexico pr. cupri fodinas. — Aug. — *C. humili* Benth. propinqua.

2. CALLIANDRA CONFERTA Benth. — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. II. art. V. p. 63.

Humilis; ramulis petiolisq. pubescentib.; pinnis 1-jugis; foliol. 8—12-jugis parvis oblique oblongis subcoriac. nitidulis subt. sericeo-villosis; pedunc. petiolo brevissimo longiorib. subcorymbosis; florib. paucis sessilib. pilosis; calyce corollae dimidium aequante; legumine adpresse villoso, valvulis medio membranaceo-coriaceis crasse marginatis.

Fruticulus ½ ped. etc.

Species Nitidis Unijugis adnumeranda. Benth. in litt.

Texas ad R. Grande etc.

3. CALLIANDRA SEEMANNI Benth. mss. — Seemann voyage of the Herald p. 116 tab. XXII.

Glabra v. tenuissime canescenti-puberula, stip. parvis lanc., f. eglandulosis, pinnis 1-jugis foliolis sesquijugis oblique oblongis acutis v. obtusiusculis subciliatis, pedunculis petiolo longiorib., fl. sessilib. glabris, calycib. corollae dimidium aequantib., leg. plano glabro, valvulis membranaceo-coriaceis marginib. incrassatis.

Affinis *C. tergeminae* et *C. canescenti*; a priori florib., ab hoc imprimis glabritie differt.

In collib. ad rivos provinc. Veraguas. — Frutex 8—10 ped. foliol. maximum 1 p. lg et circ. 4 l. l.; legum. 3—4 p. lg.

4. CALLIANDRA HAEMATOCEPHALA Hsskl. — Hasskarl in Retzia I. p. 216 (inter sect. „macrophyllae" et „nitidae" (Walp. Rep. V. 599 et 603) collocanda).

Diagn. Frutex elegans, stipulis e b. lata acuminatis, nunc subfalcatis adpressis persistentib.; pinnis 1-jugis, foliol. 7—10-jugis oblongo-lanc. acuminatis, b. inaequilateris subcordatis binerviis, accrescentib., (ultimis 1½ p. longis); pedunc. pet. communi longiorib., folio multo breviorib.; florib. dense capitatis sanguineis (1½ pollicarib.) calyce corollae ¼ longo, legumine subfalcato recto; e b. angustissima sensim ap. versus dilatato-glaberr. nitidissimo, marg. valde incrassato, valvis subcoriaceis, seminibus 4—5.

Accedit ad *C. Surinamensem* Benth. (Walp. l. c. 604 n. 36) quae diff. ramis petiolisq.

pubescentib., foliolis obtusiusc. minoribus. — Ex horto bot. Calcuttensi sub nomine Ingae haematoxyli species missa. — Sequitur et pl. descr. l. c.

5. CALLIANDRA SANTI-PAULI Hsskrl. — Hasskarl in Retzia I. p. 214. (inter sectiones „*Pedicellatae*" et „*Nitidae*" collocanda).

Diagn. Frutex, ramulis petiolisq. dense sericeo-hirtis, stipul. oblongo-lanc. acuminatis; pinn. 5—10-jugis, foliol. multijugis linearib. subfalcatis acutis, b. valde inaequilateris subcordatis; pedunc. axillarib. et terminalib., f. multo breviorib., fl. pulcherrimis capitatis magnis, excepto centrali pedicellatis; pedicellis calyce breviorib.; calyce turbinato, cor. dimidio breviori, semiquinquefido et cor. subcampanulata villoso-hirtis; legumine dense villoso-lanuginoso, valvulis coriaceis, in marg. incrassato cupreo-villosis.

Habit. St. Paul Americae merid., nescio, an sit provincia Brasiliae aut insula Oceani Atlantici, unde semin. ad hortos missa sunt. — Cfr. l. c. et pl. descript.

LYSILOMA *Benth.*

(Walp. Rep. V. 593.)

1. LYSILOMA SABICU. — Bentham in Kew gard. misc. VI. 235.

Glabra, stipulis (caducis) obliq. ovatis, petiol. tenuib., glandula parva, pinnis 2—3-jug., foliol. 4—5-jug. oblique obovalib. v. l. oblongis obtusiss., capitulis glob., ovario subsess. glabro, legumine lg. stipitato.

Arb. pulchra. Stip. f. pollic., membranac. venosae. Pet. tenues communes partialesve 1—2 p. Glandula petiolar. parva, scutellata, infra pinnas inferiores, jugales perpaucae minutae. Foliola subsemipollic. penninervia, rigidule membranac., subt. pallentia. Pedunc. axillares, saep. solitar. 1—1½ p. Capit. globosa. Bracteae inconspic. Calyces sess., tubulosi, 5-dentati, l. lg., glabri. Corolla tubulosa, 5-fida, calyce duplo longior, lob. apice villosis. Stam. 5—20, corolla duplo longiora, filam. f. ad med. coalitis in tubum b. corollae breviter adhaerentem. Ovar. subsess., glabr. Legum. 4—5 p. lg., 1—1½ p. l. planum, glabr., marg. incrassato, stipite pollicem lg., valvulis circumcirca arcte connatis, medio solutis, dem. c. semina deliquescentibus. — Arbor insulae Cubae, lignum „Sabicu" proferens.

6837. INGA *Mart.*

(Benth. in Walp. Rep. V. 622. Ann. II. 459.)

1. INGA (*Euinga*) OERSTEDIANA Benth. ms. — Seemann bot. of the voy. of the Herald p. 117.

Pube rubiginosa densa, foliolis 4-jugis oblongo- v. ovali-ellipticis obtusiusc. supra vix dem. nitidulis, spicis oblongis breviter pedunculatis, bract. parvis orbiculatis caducis, calyce parvo sessili rubiginoso-velutino, cor. tenui rufo-villosissima calyce subtriplo longiore.

Ab omnib. *Euingis* diff. calyce raro 2 lineas excedente tubuloso v. subcampanulato, cor. 5—6 v. rarius 6½ lin. longo, tenuiore quam in caeteris; leg. ignotum, sed folia et pubes *Euingarum*. — In vulcano Chiriqui, Veraguas.

Cum *I. clavigera* Moritz in herb. Hook. (nomen adhuc ineditum?) identica esse videtur.

2. INGA (*Euinga*) PANAMENSIS Seem. — Seemann, voy. of the Herald p. 117.

Arborea, ramulis teretib. petiolis costisq. foliolor. ferrugineo-hir-

sutis dem. glabratis, petiolo sub parib. ultimis anguste alato, glandulis scutellaeformibus, foliolis 2—3-jugis obovato-obtusis mucronatis b. obtusis, spicis ovatis simplicib. axillarib. terminalibusve, bract. lin. persistentibus calycem paulo superantib., calyce corollaque hirsutissimis.

In silvis pr. vicum Cruces, prov. Panama.

Affinis *I. Lindenianae* Benth.

3. INGA (*Diadema*) DARIENENSIS Seem. — Seemann voy. of the Herald p. 117. tab. XXIII.

Fruticosa, ramul. petiolis pedunculis costisque foliolor. ferrugineo-pubescentib., foliolis 2—4-jugis ovali-ellipticis acuminatis b. cuneatis supra nitidulis subt. arcte reticulato-venosis, pedunculis elongatis, cor. calyce puberulo triplo longiore, bract. spathulato-obovatis, ovario glabro.

In silv. densis ad promontor. Corrientes, Darien.

Arcte affinis *I. Billbergianae*. — Frutex 10—12 ped. F. maxima 10 p. lg., foliola term. 4 p. lg., 1 p. l.

6837 (ex p.) PITHECOLOBIUM *Mart.*

(Benth. in Walp. Rep. I. 931. — Ann. II. 458.)

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 31.

Sect. I. *UNGUIS* Cati Benth. § 1.

1. PITHECOLOBIUM OBLONGUM Benth. (Walp. Rep. V. 609 n. 3). — Duchass. et Walp. in Regensb. Fl. 1853 p. 232. — Diagnosis emend. et amplific.: Ramis petiolisque glabris: stipulis spinescentib. rectis brevissimis: foliolis oblique ovatis v. obovatis obtusis, superiorib. oblique ovali-lanc., utrinq. glaberr., supra nitidulis; spicis axillarib. terminalibusque pedunculatis brevib. cylindraceo-oblongis; fl. parvis; calycib. truncatis obsolete 5—6-denticulatis; corollis adpresse pubescentib. infundibuliformib. 5—6-dentatis; ovario glaberr., leguminib. compressis coriaceis, contortis sanguineis; seminib. compressis, funiculo crassissimo in arillum cupulif. carnosum ampliato suffultis. — Ramuli glaberrimi, etc. — Hab. in isthmo Panamensi.

2. PITHECOLOBIUM DULCE Benth. (Walp. Rep. V. p. 610 n. 5). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 40. et Hasskarl in Retzia II. p. 219—221.

Sect. II. *CONCORDIA* Benth.

3. PITHECOLOBIUM UMBELLATUM Benth. (Walp. l. c. 611 n. 17). — Miq. l. c. p. 37. Hassk. pl. Jav. rar. p. 418. — *Mimosa nepuria* Bl. herb.

β. *moniliferum.*

Inga monilifera DC. Prodr. II. p. 440. — *Inga moniliformis* Decsne. — *Pithecolob. moniliferum* Benth.

Sect. III. *ABAREMOTEMON* Benth. (?) § 1.

4. PITHECOLOBIUM BRONGIARTII Duchass. et Walp. mss. — Iidem in Regensb. Fl. 1853. p. 232. — Ramulis pedunculisq. vix tenuissime puberulis (partib. nascentib. ferrugineo-tomentosis), ramis glabris; f. bipinnatis, pinnis 4—6-jugis e b. valde ob-

liqua rhombeo-ellipticis, marg. inferiore rotundatis, utrinque glaberrimis infra glaucis; pedunc. axillarib. solitariis folium paulo superantib. monocephalis; capitulis globosis multifloris calycib. campanulatis corollam dimidiam aequantib. brevissime puberulis; legum. late linearib. fuscis dehiscentib., valvulis cochleatim contortis intus splendidissime sanguineis; seminibus .....? — Proxima accedit sp. nostra ad *P. trapezifolium* Benth. (Walp. Rep. V. 612 n. 22) quod eximie differt pinnis 2—4 - (nec 4—6 -) jugis, foliolis juniorib. subt. ferrugineo - tomentosis (nec puberulis). — Ramuli teretes sulcato - striatelli, etc.

Sect. IV. *CLYPEARIA* Benth.

5. PITHECOLOBIUM BIGEMINUM Mrt. (Walp. Rep. V. 613. 28). — Hasskarl Retzia I. p. 223.

Obs. Differt nostra, sub Ingae bigeminae nomine ex horto bot. Calcuttensi missa, hisce paucis notis: ramulis petiolisq. glabris, foliol. 1—2 - (rarius 3 -) jugis glaberrimis, vix acuminatis, calyce quam cor. plus 3-plo breviore. *P. lucidum* Benth. (Walp. l. c. 614 n. 29.) diff. ramulis petiolisq. ferrugineo-tomentosis, foliolis acuminatis, calyce truncato breviori.

Cfr. l. c. pl. descript. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 32.

6. PITHECOLOBIUM LOBATUM Benth. (Walp. Rep. V. 614. 30). — Hasskarl in Retzia p. 222.

(Syn. *Inga bigemina* Bl. Cat. 88; Hsskl. Cat. 291, nec Willd.)

Cfr. pl. descript. l. c. — Arbor fructifera et in Java occidentali ubique culta, in Java or. indigena. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 33.

7. PITHECOLOBIUM FASCICULATUM Benth. (Walp. Rep. V. 614 n. 31). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 33. — Benth. pl. Jungh. p. 268.

Inga elliptica Bl. Cat. p. 88; Hasskl. Cat. Bogor. p. 291. — Hasskl. in Retz. I. 225 et p. 236.

In Java insula in prov. Lampong.

8. PITHECOLOBIUM ANGULATUM Benth. (Walp. Rep. V. 614 n. 32). — Miq. l. c. p. 34.

Inga laterifolia Bl. — *Pithecolobium lateriflorum* Blume in schedis herb. L. B. — Cfr. et Hasskarl in Retzia I. p. 227 pl. descript.

Arbor parva, circ. 12 pedalis in montosis ins. Javae occid.

9. PITHECOLOBIUM ELLIPTICUM Hsskl. (Walp. Rep. I. 930 n. 30). — Hasskarl in Retzia p. 225.

Syn. *Inga elliptica* Bl. Cat. 88; Walp. Rep. I. 930. 30.

Obs. *P. fasciculatum* Benth. (Walp. Rep. V. 614. 31) et Plantae Jungh. 268. 2. vix a nostro diversum, ni pinnis 1 - jugis legumineq. latissimo 1½ p. lato.

Cfr. et pl. descript. l. c.

10. PITHECOLOBIUM FAGIFOLIUM Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 35. — Subglabrum, pinnae 3 - jugae, foliola inferior. 3 -, superior. 4 - juga, brevit. petiolulata, inferiora ovata v. ovato - oblonga, inaequalia, acuminata, superiora, obovato - oblonga acuminata, b. cuneata subaequilatera, coriaceo - chartacea, costulis venosis erecto - patulis subt. reticulatis, glandulae inter singula juga parvae orbiculares concavae, major ad b. petioli oblonga, ? infloresc. conferta axillaris.

Pithecolob. fagifolium Bl. in sched. herb. L. B.

P. angulato probabilit. nimis affine, sed ob flores fructusq. deficientes vix tuto dijudicandum. — In ins. Java in monte Parang.

11. PITHECOLOBIUM CLYPEARIA Benth. (Walp. Rep. V. 614 n. 33). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 35.

Pl. Jungh. p. 268. — *Inga trapeziformis* Bl. — *Inga falcifolia* Korthals mss. herb. Zoll. secund. hort. Bogor. — *Acacia magnifolia* Jungh. itiner.

β. *densius tomentella.*

Pithecolobium ambiguum Bl. herb. L. B.

12. PITHECOLOBIUM MONTANUM Benth. (Walp. l. c. 615 n. 34). — Miq. l. c. p. 36.

Pl. Jungh. p. 269. — *Acacia saltuum* Jungh. itiner. olim. — *Inga falciformis* Hsskl. Tijdschr. — *Pithecolobium falcifolium* Hassk. pl. Javanae rar. p. 418.

var. β. *subfalcata.*

Inga subfalcata Zolling. et

var. *variegata.*

Pithecolobium? variegatum Blume in herb. L. B.

Cfr. et Hassk. in Retzia I. p. 229. descript.: arbor mediocris 25 ped. alta etc.

13. PITHECOLOBIUM CONTORTUM Mart. (Walp. Rep. V. 615 n. 35). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 37.

14. PITHECOLOBIUM SUBACUTUM Benth. (Walp. Rep. V. 615 n. 36). — Miq. l. c. p. 37. — (Cuming. herb. n. 502) in inss. Philippin.

Sect. V. *CATHORMION* Benth.

(Cfr. infra gen. *Cathormion* Hassk.)

15. PITHECOLOBIUM ? LAXIFLORUM Benth. (Walp. l. c. 616 n. 41). — Miq. l. c. p. 38. — Num *Pithecol. bigeminum* v. *Albizziae* sp.? —

16. PITHECOLOBIUM JUNGHUHNIANUM Benth. — Miq. l. c. p. 39. (tab. I.). — Ramuli petioli et pedunculi ferrugineo-villosi, pinnae subbijugae raro 3-jugae, foliola 3—5-juga, oblique ovali-oblonga obtusa, superiora longiora et angustiora, subacuminata, parum inaequilatera pubesc., glandula pr. pinnas inferiores depressa, fl. longiuscule pedicellati tenues pubescentes, calyx corolla pluries brevior, legumen tomentellum contortum ext. sinuatum. — Benth. in pl. Jungh. p. 269.

Species fl. pedicellatis approximatur *P. monilifero* et *P. pruinoso*, sed ab illis plurimis notis distincta. — Cfr. l. c. pl. descript.

In insula Java media.

17. PITHECOLOBIUM SCUTIFERUM Benth. (Walp. Rep. V. 615 n. 39). — Miq. l. c. p. 39.

18. PITHECOLOBIUM PAUCIFLORUM Benth. (Walp. l. c. n. 40). — Miq. l. c. p. 40.

Sect. VII. *SAMANEA* Benth.

19. PITHECOLOBIUM BREVIFOLIUM (sp. n., Samanea stipulis spinescentib.!). — Pl. Wrightianae in Smithson. Contrib. III. art. V. p. 67. — „Ramulis inflorescentia foliisq. juniorib. puberulis; stip. subulatis plerisq. spinescentib.; pinnis 3—5-jug.; foliol. 10—20-jugis oblongo-linearib. subt. pallidis; panicula foliosa; fl. cano-puberulis: corolla calyce plus triplo longiore; ovario stipitato glabriusculo; legumine recto glabro, valvulis haud coalitis". — Benth. in litt. — Mexico inter Cerralvo et Monterey etc.

CATHORMION *Hassk.*

(*Pithecolobii* sect. V. Benth. [6837 c.]. — Walp. Rep. V. 615.)

1. CATHORMION MONILIFERUM Hsskrl. (*Pithec. moniliferum* Benth.; Walp. Rep. V. 615. 37). — Hasskarl in Retzia I. p. 231.

Syn. *Mimosa montana* Hsskl. Cat. nec Knth. — *Inga monilifera* Decsne. Fl. Timor. 131.

Obs.: Ob legumina moniliformia in articulos secedentia, Pithecolobii divisio 5ta Benthamii clss. Cathormion a genere hoc removenda erit et generis novi typum repraesentat.

Cathormion Junghuhnianum Hasskl. (*Pithecolobium* Benth. Pl. Jungh. 269. 6). a nostra ramulis, petiolis pedunculisque ferrugineo-villosis, f. pubescentib. et minore numero foliolor. differt.

A descriptione optima Decaisnei l. c. differunt specimina nostra hisce: Cfr. l. c. pl. descript.

SERIANTHES *Benth.*

(Walp. Rep. V. 622.)

1. SERIANTHES VITIENSIS A. Gr. — Asa Gray Unit. St. expl. exp. p. 485.

Foliolis ellipticis emarg. utrinq. laete virentibus supra lucidis penninerviis; glandulis petiolarib. nullis; legumine tenui-lignoso tomentello, valvis laxe venosis.

Hab. in inss. Vitiensib. (Feejee) ad Sandalwoodbay, Vanua-lewu etc.

Valde affinis ad S. grandifloram, caet.

2. SERIANTHES GRANDIFLORA Benth. (Walp. Rep. V. 622 n. 1). — Miq. fl Ind. Bat. I. p. 40. — Benth. in Hook. Lond. journ. III. p. 225 excl. sp. oceanico.

Ordo LXXXIII. CHRYSOBALANEAE *R. Br.*

(*Rosacear.* trib. I. DC. Prodr. II. 525. — Walp. Ann. II. 462. et III 853.)

TRICHOCARYA *Miq.*

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 357.

Calycis hypocraterimorphi tubus cylindrac., angulatus gynophoro undiq. accreto farctus, limbus subcupulatus 5 - fid., lacin. triangularib. acut. subpersistentib. Pet. ovata acuta calycis laciniis subbreviora. Stamin. filamenta in orbe completo disposita, b. in membranam calycis limbo inferne adnatam connata, 25 ?, brevia, inaequilonga, majora sepalis opp. ea vix excedentia, antherae globosae biloc., locul. antice sulco separatis, longitud. dehiscentib. Ovar. in tubi ap. sessile 1 - loculare, 1 - ovulatum? stylo basilari haud elongato b. pilosulo. Drupa obovato - globosa b. constricta brevi - triquetra, putamine cartilagineo-coriaceo intus densissime hirto. Sem. 1 erectum, obovoideum ventre sulcatum, testa coriac. — Arb. v. frutices archipelagi Indici, f. costiveniis, thyrsis racemiformib., florib. c. pedicello brevissimo bracteato articulatis.

Genus calyce et fructu distinctissimum, quoad androeceum denuo examinandum, a Licania Americana, cui species in herb. L. B. adscriptas video, valdopere discrepans.

Spec. a cl. Korthals in sched. herb. L. B. in 2 genera, *Angelesia* et *Diemenia*, distributae sunt, quae cum nec characteres nec etymologiam compertum habeam, recipere haud potui. — *Thelyrae* et *Grangeriae* generib. praesert. Madagascariensib. prae reliquis accedere videtur.

1. TRICHOCARYA SPLENDENS Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 358. — F. breviter petiolata, lato - v. angusto - elliptica breviter acuminata, supra b. brevit. decurrentem acutam biglandulosa coriaceo - pergamacea, utrinq. praesert. supra nitida, praeter rarissimos pilos ad lentem subt. inspersos glabra, venis costalib. tenuib. erecto-patulis utrinq. circ. octonis, 2 - vulgo 3 poll. longa, 1 - vulgo $1\frac{3}{4}$ l., thyrsi axill. et termin. c. calyce bracteisq. tomentello - pubesc., calyc. limbus int. b. villosulus, caeterum pubescens, drupa piso major, glabra.

   Angelesia splendens Korth. in herb. L. B. — *Chrysobalanus splendens* ej. in sched. itin.

   Borneo. Korthals detex.

2. TRICHOCARYA ? RACEMOSA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 358. — Fol. breviuscule petiolata oblongo - v. obovato - elliptica subabrupte brevit. acuminata, b. acuta eglandulosa v. vix hinc obsoleta depressione glandulari notata ?, pergamacea, glabra, costa utrinq. prominente, venis subobtectis, $2-3\frac{1}{2}$ p. lga, $1-1\frac{1}{2}$ l., gemmae axill. ovatae glabrae imbricativae, racemi axill. stricti, graciles, 2 — 3 poll. puberuli glabrescentes, calyc. tubus cylindrac. sessilis teres subcurvulus glaber, limbi explanati levit. obliqui laciniae oblongo - lanc. submembranaceae, intus versus b. fauceq. hirtellae, stylus limbo longior puberulus, stigmate tuberculato.

   Diemenia racemosa Korth. herb. L. B. — Cfr. infra *Diemenia* Khs. p. 649.

   Stirps e specim. valde manco dubia, probabiliter vix huj. generis. Semina adjecta ellipsoidea. — Anne cum genera Parastemone comparanda? — Sumatra; Korthals detex.

COLEOGYNE *nov. gen. Torr.* in pl. Frém. p. 8.

(*Chrysobalaneis* affine.)

Calyx b. bibracteolatus, coriac., petaloideus, quadrisep., sep. b. connatis persistentib. Corolla nulla. Stam. numerosa, filam. ima b. disci tubaeformis inserta. Ovar. 1-ovulatum, 1-loc., tuba disci inclusum, ovul. hemitropum, styl. lateralis, filiformis, intus longitudinalit. stigmatosus. Fructus ..... Frutex Californicus, ramosissimus rigidus; ramulis saepe subspinescentib.; f. parvulis, oblongis, crassis, oppositis confertis, brevissime petiolatis; lamina decidua, stipulis c. petiolo minutissimo persistentib.; fl. solitariis, terminalib., b. bract. trifidis sulfulti.

1. COLEOGYNE RAMOSISSIMA l. c. tab. IV. — In montib. Californiae meridionalis ad flum. Mohave et „Virgin River", in flum. Colorado confluentia. — Fl. Apr. Maj. — Frutex aspectu Krameriae, 5—6 ped. altus etc.

6404. **PYGEUM** *Colebr.*
(Walp. Rep. II. 8. — Walp. Ann. I. 271.)

1. PYGEUM PARVIFLORUM Teysm. et Binnend. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 361 (1855). — Arboreum, innovationes gilvo-hirtellae, stip. caducae, f. in petiol. 3—2 lin. longis ovato-oblga v. elliptica acuta v. acuminata integerr., subt. supra b. rotundatam v. acutam biglandulosa, supra glabra, subt. in nervis et costis, utrinque 7—8 erecto-patulis, pilis ferrugineis hirtella, glabresc., $2\frac{1}{2}$—$5\frac{1}{2}$ p. lga, $2\frac{1}{2}$—1 lata, rac. ex axillis defoliatis 2—6-fasciculati breves sessiles, 2-fere 3 p. longi griseo-gilvo-hirtelli densifl., pedic. $\frac{1}{2}$—$\frac{2}{3}$ lin. lgi, bract. ovali concava dorso rufo-hirsuta suffulti, fl. circ. $1\frac{1}{3}$ l. lgi dense hirtuli, odoratissimi, ovar. totum dense hirtum.

Pyg. arboreum Endl. gen. pl. p. 1250 part. Teysmann et Binnendyk in Nat. Tijdschr. Neerl. Ind. II. p. 309. — *Polydontia arborea* Bl. Bijdr. p. 1105 (Polystorthia ejusd. praef. flor. Jav. p. VIII) partim.

Rami lenticellosi. Pet. puberi glabresc.; f. coriac., costis subt. satis prominentib. laxe reticulatis, in pag. sup. laevi nitida sulcatis. Ovar. lge dense gilvo-hirtum. Styl. b. pilosulus, caeter. glaber, parte exserta florem c. pidicello fere aequante, stigma suboblique capitellato-peltatum, subunisulcum. — Java in silvis montosis et pr. Buitenzorg.

2. PYGEUM LATIFOLIUM Miq. — Miq. in fl. Ind. Bat. I. p. 361. — Arboreum, innovationes pubesc. hirtellae, stip. villosae caducae, ramuli petioli foliaq. juniora subt. hirtello-pubera, haec lato- v. oblongi-ovata acuminata v. acuta, b. lato-rotundata, truncata aut brevi-decurrenti-acuta, integerr., coriac., supra nitida laevia glabra, subt. utrinq. ad b. glandula concava impressa, altera passim deficiente, costulis patentib. parum prominentib. pr. marginem arcuato-deliquescentib., 4—6 p. longa, rac. axill. solitarii 1—2 p. longi, florentes tenues puberulo-hirtelli, fructif. incrassati robusti, pedicelli 1—$1\frac{1}{3}$ lin. lgi, fl. quam in P. parvifloro paulo majores, cal. hirtellus, ovar. praet. b. hirtellam glabrum, styl. breviusculus, stigma capitato-subpeltatum, nunc subobliq., medio unisulcatum.

P. latifol. Miq. in herb. Acad. Lugd. Bat. — *P. arboreum* Endl. l. c. ex p. — *P. confusum* et *P. griseum* (specim. f. b. subacutis) Blume in herb. L. B. — Cfr. l. c. et observat.

Java in silvis montosis.

3. PYGEUM ARBOREUM Endl. — Blume mélanges bot. 1855 n. 2.

F. e b. obtusa v. rotundata v. subcordata ovato- v. elliptico-oblongis ($2^1/_2$—7 p., $1^1/_4$—$3^1/_2$ p. l., pet. 3—4 l.) acuminat. supra glabris subt. imprimis ad nervos subpubescentib. et bas. versus biglandulosis; racemis solitariis v. confertis (1—$3^1/_2$ p.) ramulisque juniorib. tomentosis; ovar. villosis. — Cfr. supra n. 1. et n. 2.

Endl. gen. pl. n. 6401. — *Polydontia arborea* Bl. Bijdr. p. 1105. — *Polystorthia* Bl. Fl. jav. praef. VIII.

Kitumbilah, Sund. — Insula Java.

4. PYGEUM GRISEUM Bl. — Blume l. c.

F. e b. acuta oblong. v. elliptico-oblong. (4—7 p., $1^1/_2$—$2^3/_4$ p. l., pet. 4—5 lin.) acuminatis supra glabr. subt. griseo-virescentib. et praesert. in nerv. puberulis basique biglandulosis; racemis solitariis ($^1/_2$—1 poll.) ramulisq. juniorib. tomentellis, ovariis villosiusculis. — Cfr. supra n. 2.

Kitungula Sund. — Insula Java.

5. PYGEUM ACUMINATUM Colebr. (Walp. Rep. II. p. 8. Ann. I. 271 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 362.

(*P. Zeylanicum* Gaertn.?) f. multo majorib., glabris, racem. longiorib. floribusq. majoribus diversum; in Archipelago nond. detectum, in Ceylona et penins. Indica occurrit.

6. PYGEUM CONFUSUM Bl. — Blume l. c. — F. e b. rotundatâ rarius acutiusculâ ovato-oblongis (3—6 p., 2—$2^3/_4$ p. l., pet. 2—4 lin.) acuminat. supra glabr. ad nervos subt. puberulis et basin versus biglandulosis; racem. solitariis ($^3/_4$—$1^1/_3$ p.) ramulisq. juniorib. sericeo-puberulis; ovariis glabris. — Cfr. supra n. 2. — Ins. Java.

7. PYGEUM WIGHTIANUM Bl. — Blume mélanges bot. 1855 n. 2.

F. ovalib. v. subrotund. (3—4 p., 2—3 p. l., pet. $^1/_3$—$^1/_2$ p.) utrinq. obtusis v. rotundatis glabr. supra bas. subt. biglandulosis; racemis solitar. (2—3 p.) pube brevi appressis; ovariis glabris (?).

Polydontia? ceylanica Wight ill. I. p. 203 et ic. I. tab. 256.

In insula Ceylanica.

8. PYGEUM WALKERII Bl. — Blume l. c.

F. oblongo-ovatis subacuminat. supra glabr. subt. ramulisq. juniorib. tomentosis (tandem glabriusculis) racem. axillarib. solitar., rhachi c. petal. dense ferrugineo-tomentosis.

Polydontia? Walkerii Wight ill. p. 203.

(Valde affinis *P. arboreo* et *P. parvifloro.*)

In insula Ceylania.

6407. **CHRYSOBALANUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 525. — Walp. Rep. II. p. 3 et 907.)

1. CHRYSOBALANUS ICACO Linn. (DC. Prodr. l. c. n. 1). — Blume mus. bot. L. Bat. II. p. 90. — Cfr. l. c. Syn. et pl. descr.

6409. LICANIA *Aubl.*

(DC. Prodr. II. 527. — Walp. Ann. II. 462.)

Blume, mélanges bot n. 2. (Septbr. 1855).

Genera nova Angelesia et Diemenia a Korthals condita a genere Licania, Aubl. haud seperanda, quare Angelesia splendens Khs. „*Licania Angelesia*", et Diemenia racemosa Khs. „*Licania Diemenia*" sunt nominanda. — (Cfr. infra *Angelesiam* et *Diemeniam* Khs.

1. LICANIA (*Hymenopus*) ARBOREA Seem. — Seemann bot. of the voy. Herald. p. 118 tab. XXV. — Ramulis, petiolis, costis folior., stip., rhachidib. calycibusq. dense rufo-tomentosis, f. ovato-oblgis b. cordatis ap. acutis v. saepe obtusissimis marg. integerrimis supra glabris nitidis subt. incano-villosis; stip. caducis, paniculis terminalib., florum glomerulis sessilib., calyce subgloboso 5-dentato, petalis obovato-oblongis hirsutis, staminib. fertilib. 8—9, drupa olivaeformi glabra. — In Savannis et ad silvar. margines in prov. Veraguas.

Arbor c. 60 ped., ad aedificand. aptissima; f. coriac. 5—6 p. lg., 2—3 p. l.; calyx persistens; stamina, ovarium stylus villosa; fruct. niger.

6410. MOQUILEA *Aubl.* (Mart. Zucc. Benth.).

(DC. Prodr. II. 526. — Walp. Ann. II. 463.)

Blume mus. bot. L. Bat. II. p. 91.

1. Subg. *EUMOQUILEA.* Calyx brevis campanulatus, quinquefid. Stam. plurima (ultra 30) in orbem completum disposita, exserta, praefl. induplicata. Ovarii stipes tubo calycis brevi hinc superne adnatus.

Spec.; *M Guianensis* Aubl., *M. grandiflora* Mart. et Zucc., *M. Eliti* Mart. et Zucc., *M. Canomensis* Mart., *M. tomentosa* Benth.

2. Subg. *MICROBALANUS.* Calyx brevis, turbinatus 5-fid. Stam. circ. 20, in orb. completum disposita, exserta, praeflor. induplicata. Ovarii stipes fundo cal. supra b. hinc adnatus.

Spec.: *M. parviflora* Bl. et forsan *M. Kunthiana* M. et Zucc. (Hirtella polyandra Knth.).

3. Subg. *COUEPIA.* Calyx elong., tubulosus; limbo subaequali-5-fido. Stam. plurima (ultra 30), in orbem completum disposita, longissime exserta, praeflor. induplicata. Ovarii stipes calycis tubo longo hinc superne adnatus.

Species: *M. Couepia* Zucc. (Couepia Guianensis Aubl.), *M. Parillo* DC., *M. comosa* Benth., *M. bracteosa* Benth. et *M. chrysocalyx* Poepp. et Endl.

4. Subg. *ACIOA.* Calyx elong., tubulosus; limbo inaequali 5-fido. Stam. circ. 20, unilateralia (interd. alte connata), longissime exserta, praefl. induplicata. Ovarii stipes calycis tubo longo hinc superne adnatus.

Species: *M. Aubletiana* (Acioa Guianensis Aubl.), *M. Paraensis* Mart. et Zucc., *M. multiflora* Benth.

1. MOQUILEA PARVIFLORA Bl. (subgen. *Microbalanus*) Blume l. c. p. 92. — F. ovalib. obovatisve (3—4½ p., 1½—2½ p. l., pet. 4—5 lin.) obtusissimis v. emarginatis rarissime acutiusculis supra glabris nitidis subt. ochraceo-canescentib.; paniculis divaricatis rigidis; florum glomerulis subsessilib.; calyc. laciniis lin-lanc. acuminatis, staminib. pubesc. — Arbor ramulis teretib. caet. — In Guiana Gallica circa ripas flumin. Ojapuk, unde specim. ex h. bot. Paris. benev. mecum sunt communicata.

6411. **PARINARIUM** *Juss.*

(DC. Prodr. II. 526. — Walp. Ann. II. 463.)

Blume, mélanges botaniques n. 2. (Septbr. 55).

MARANTHES, Bl. Bydr. Fl. Ned. Ind. 89. =
EXITELIA, Bl. (Endl. g. pl. 5357) in praefat. Fl. Javae VII. non differt a genere:
PARINARIO Juss., eique adnumerandum et genus:
LEPIDOCARPA Korth.

Sect. 1. *EUPARINARIUM.*

(*Parinari* Aubl., *Dugartia* Scop., *Petrocarya* Schreb., *Balantium* Desv.)

Tubus calycis paulo elongatus, in latere uno leviter obliquus, limbi segmentis plus minusve acutis, staminib. fertilib. haud numerosis.

Huc imprimis adnumeranda:

Parinarium campestre Aubl. (sectionis typus). — *P. Sumatranum* Benth. (*Petrocarya sumatrana* Jack. in Calc. journ. nat. hist. IV., p. 165. — *Lepidocarpa ovalis* Korth. Ned. Kruidk. Arch. III. 386. 1). — *P. costatum* (*Lepidocarpa costata* Korth. l. c. p. 387. 2). — *P. Jackianum* Benth. (*Petrocarya excelsa* Jack. in Calc. journ. nat. hist. IV. 164).

1. PARINARIUM CAMPESTRE Aubl. (DC. Prodr. II. 527 n. 2). — Blume mus. bot. L. Bat. II. 95. (pl. descr. nova). — In silvis Guianae.

2. PARINARIUM SUMATRANUM Benth. — Blume mus. bot. Lugd. Bat. II. p. 97. — Miq. fl. Ind. Bat. I. 352.

Petrocarya Sumatrana Jack. (Walp. Ann. I. 271 n. 2).

Arbor speciosa caet. — In Sumatra.

3. PARINARIUM (*Petrocarya*) INSULARUM A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 488. tab. 54. — F. lanc-ovatis s. oblongo-lanc. b. subcordatis v. obtusissimis supra nitidis subt. incanis; stip. lanc.-subulatis petiolo eglanduloso duplo longiorib.; florib. cymoso-paniculatis; staminib. fertilib. 6—8, sterilib. 2—4; drupa biloculari saep. disperma. — Hab. in inss. Vitiensib. (Feejee), Sandalwood-Bay, Vanualevu, in inss. Navigatorum (Samoan). — Arbor 50 ped., ramis expansis, diam. 2½' etc.

4. PARINARIUM COSTATUM Bl. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 351. — Fol. e b. acutiuscula v. obtusa elliptica v. ovato-elliptica obtuse subabrupte acuminata, coriaceo-pergamacea, supra praeter costam glabra, laevia, nitida, subt. costis 20 utrinq. densis erecto-patulis prominentib. tenere transverse venosis pertensa, inter venulas (in sicco aureo-nitidulas) tomento tenero alutaceo-cinereo obducta, 2—3 p. longa, 7—10 l. l., gemmae axill. ovatae imbricatae rufo-villosae, thyrsi......

Par. costatum Blume in herb. L. B. — *Lepidocarpa costata* Korthals mss.

F. multo minorib. et forma a *P. Sumatrano*, cui alioquin affine videtur, facile distinguitur. — Sumatra. Korth. detex. — (Cfr. infra sub nom. *Lepidocarpa.*)

5. PARINARIUM JACKIANUM Benth. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 356. — F. oblonga acuminata glabra; calycis ore obliqui, stam. 11 fertilia.

Par. Jackianum Benth. in Flora Nigrit. — *Petrocarya excelsa* W. Jack. (Walp. Ann. I. 270. 1). — Hook. Comp. II. p. 239.

Arbor, etc. — In Malacca.

Sect. 2. *CYCLANDROPHORA*.

Tubus calycis elongatus, apice lateraliter leviter inflatus limbi segmentis inaequalib. plus minusve acutis; stamina fertilia circ. 15—18.

Huc adnumeranda genera Javanensia:

Parinarium scabrum, et verisimiliter.: *P. glaberrimum* Hassk. Cat. hort. Bogor. p. 269.

6. PARINARIUM SCABRUM Hassk. (Walp. Rep. V. 647. 2). — Blume l. c. p. 96; Miq. fl. Ind. Bat. I. 394. tab. V. — F. e b. rotundata v. rar. acutiuscula ellipticis oblongisve ($3\frac{1}{2}$—6 p. lg., 2—3 p. l., pet. 2—3 lin.) obtuse acuminatis concolorib. glabris (siccatis scabriusculis); racem. subramosis axillarib. et terminalib. laxifl.; calyc. tubo elongato subinfundibuliformi inaequilatero, limbi laciniis acutis, staminib. fertilib. 15—18, sterilib. minimis. — Hassk. Cat. Bog. 269. — Arbor procera caet. — In Java occid., in silvis montanis.

Clar. Miq. in l. c hanc speciem ad subgenus *Macrocaryam* affert, quod characterib. hisce circumscribit:

Calycis subaequalis laciniae acutae, postica subcarinata. Pet. 4—5. Stam. fertilia longe exserta 12—20, filamentis elong. b. unitis, unilateralia, plus quam $\frac{1}{2}$ orbis explentia. F. glandulosa.

7. PARINARIUM GLABERRIMUM Hassk. (Walp. Rep. V. 647 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 355.

Sect. 3. *NEOCARYA*.

Calycis tubus brevis, basi lateraliter saccatus, limbi segmentis obtusis; stamina fertilia c. 10—15.

Huc 2 spec. Africanae adnumerandae (DC. Prodr. II. 527 n. 3. 4).

Sect. 4. *EXITELIA*.
(*Sarcostegia* Benth.).

Calyc. tubus brevis, uno latere paulo inflato, limbi segmentis obtusis; stamina fertilia numerosissima.

Huc adnumeranda:

Parinarium Maranthes (*Mar. corymbosa* Bl. Bijdr. p. 89). — *P. Griffithianum* Benth. (*Mar. multiflora* Korth.). — *P. polyandrum* Benth.

8. PARINARIUM CORYMBOSUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 356. — Ramuli lenticellosi, f. elliptico- v. lanc-oblonga breviuscule acuminata, b. acuta vix manifesto decurrente utrinq. glandulosa, coriacea supra nitida, venis erectis patulis (in sicco) supra magis quam subt. distinctis, glabra, $3\frac{1}{2}$— vulgo $4\frac{1}{2}$ p. longa, 1—$1\frac{3}{4}$ l., thyrsi (deflorati glabri) axillares et termin., calyc. tubus glaberr. v. subglaber turbinatus striulatus, limbi subcarnosi laciniae orbiculatae ciliolatae intus albido-puberae, fauce dense hirta, pet. orbicularia, stam. a me non visa, teste Blume numerosa, drupa obovoidea utrinq. sulcata, matura fere glabra, $\frac{3}{4}$ p. longa, 2 sperma. — *P. corymbosum* Miq. pl. Jungh. ined. — *Maranthes corymbosa* Blume Bijdr. p. 89. — *Exitelia* ej. Fl. Javae praef. p. III. — *Parin. Maranthes* ej. herb. L. B. — *P. Griffithiano* (quod non vidi) proxima spec., fortassis conspecifica. Glandulae ad folii b

utrinq. 1, concavae scutellatae parvae. A *P. multifloro* facile inflor. calyceque haud tomentellis discernitur. — Java, in silvis prov. Krawang pr. Tjiradjas. Blume detex.

9. PARINARIUM MULTIFLORUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 356. — Ramuli lenticellosi, juveniles puberi, f. e b. decurrenti acuta glandula utrinq. scutellato-concava vulgo umbilicata aucta elliptico-oblonga v. elliptica acute acuminata, supra nitida subt. pilis teneris raris caducis inspersa, adulta propemodum glabra, coriacea, venis erecto-patulis supra magis quam subt. distinctis, $3\frac{1}{2}$—5 p. longa, $1\frac{1}{2}$—2 l. thyrsi axill. et termin. paniculati albido-tomentelli, bract. ovatae acutiusc. dorso carinato tomentosae, calycis albido-tomentosi tubus obconico-turbinatus, limbi laciniae obovato-suborbiculares, extima subacutiuscula, ciliatae, pet. obovata ciliolata dorso pubescentia, fere 2 lin. longa, rosea, stam. 20—30, quor. 11—12 fertilia, sterilia in coronulam denticulatam connata, drupa oblongo-obovoidea, $1\frac{1}{4}$ p., disperma, b. hirtella, caeterum floccoso-pubera. — *Maranthes multiflora* Korth. Verh. Nat. Gesch. Bot. p. 259. tab. 70. — *Mar. speciosa* ejusd. mss. — *Chrysobalanus ciliatus* ejusd. in sched. itin. — Borneo pr. Martapoera. Korthals detex.

10. PARINARIUM (*Sarcostegia*) LAURINUM A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 490. tab. 55. — Ramis junorib. subsericeis; f. oblongis acuminatis b. rotundata biglandulosis glabris lucidis; stipulis linearib. caducis; fl. racemosis, calyce infundibuliformi subobliquo, ore aequali, lobis obovatis obtusis petalis breviorib.; staminib. fertilib. circ. 15, anticis elongatis, sterilib. 7—10 brevissimis dentiformib. — Hab. in inss. Samoensibus (Navigator.). — Probabiliter arbor, etc.

Species affinis *Jackiano* Benth. (*Petrocaryae excelsae* Jack.) et *P. Griffithiano* Benth. sed calyce haud carnoso etc.

Species dubiae.

11. PARINARIUM SALICIFOLIUM Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 357. — F. oblongo-lanc. acuminata glabra, b. biglandulosa, fl. brevit. pedicellati, calyc. tubus brevis, stam. 30, styl. glaber.

Grymania salicifolia Presl. Epim. (Walp. Ann. III. p. 851 n. 2).

In ins. Luzon.

12. PARINARIUM ? MARGARATA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 489. — Glabrum; fol. oblongis b. acutis eglandulosis; drupa septo tenui evanido dem. saepe 1-loculari; cotyledonib. conferruminatis. — Hab. in inss. Vitiensib. (Feejee), in portu dicto Sandalwood Bay. (solum fructiferum). — Incolarum „Margarata". Folia ampla glabra 7—10 poll. longa, etc.

6413. **GRANGERIA** *Commers.*

(DC. Prodr. II. 527.)

1. GRANGERIA BORBONICA Lam. (DC. Prodr. II. 527. 1). — Blume mus. bot. L. Bat. II. p. 93. (descr. pl. nova).

6415. **LECOSTEMON** *Moç. et Sess.*

(DC. Prodr. II. 639.)

Bentham in Kew gard. misc. V. 293.

Char. ampl.

Calyx brevis, l. cupulatus, dentib. 5 brevib. lat. v. obsolet. Pet. 5, ad marg. disci calycem int. fere totum vestientis inserta, aest. imbri-

cata, quinto intimo. St. numerosa, disco inordinate inserta; fil. brevissima, persist.; anth. lg. lineares, erectae basifixae, caducae. Ovar. sessile, globos. glabr. uniloc. Ovula 2 erecta, inserta placentae membranaceae interd. fere in dissepiment. spurium expansae. Stylus e b. ovarii adscendens, simplex, filif., acutus, hinc a b. v. a medio stigmatosus. Drupa parva glob., put. crustac. Sem. abortu unicum, reniformiglobos., exalbuminos., testa tenui, cotyled. crasso-carnosis fere conferruminatis, radicula parva inflexa ad hilum spectante.

Frutices Austro-Americ. F. alterna coriac. integerr. Stip. parv. subulatae v. obsoletae. Pedunc. in axill. superiorib. racemosi v. subpaniculati. Bract. et bracteolae squamaef. Pedic. sub calyce incrass., saepe cernui, fructiferi c. calyce pl. min. incrassato-carnosi. Fil. post anthesin diu persistentia, supra calycis disciformis marginem subrecurva, fere glanduliformia. Anth. ut petala caducissima.

1. LECOSTEMON GARDNERIANUM. — Benth. in Kew gard. misc. V. 295.

F. (parv.) petiolat. oblong. obovatisve b. obtusiusc., peduncul. folia subaequantib. 3—5-floris.

Frutex videtur, ramulis dense folios., novellis inflorescentiaq. ferrugin. Stip. subulatae, deciduae. F. 1—1½ p., coriac. integerr., pleraque glandula v. callo terminata, pet. 2—3 lin. lg. Pedic. 2 l. lg. ap. incrassati. Calyc. dentes brevissimi, lati, obtusi, petalis delapsis vix conspicui. Pet. 2½—3 l. lg., parum inaequalia, ovalia. St. 40—50, filam. glanduliformib. post anthes. supra margin. calycis recurvis. Ovar. rufopuberul. Styl. 3 lin. lg., paulo infra med. dilatatus et usq. ad apic. hinc stigmatosus. — In provincia Piauhy Brasiliae.

Species proxima *L. ternifloro*.

2. LECOSTEMON CRASSIPES Spruce. — Benth. in Kew gard. misc. V. 295.

F. ampl. oblong. obovatisve b. in pet. long. angustatis, venis tenuib., pedunc. axillarib. racemosis v. terminali thyrsifero, foliis multo brevioribus, pedicello fructif. crassissimo, carnoso.

Arb. 30-ped. F. quoad formam iis *L. Amazonici* similia, sed firmiora et majora, saepe ultra-pedalia, 3—6 p. l. et longius petiolata. Pedic. fructif. rubiginosi, more fere Anacardii incrassato-carnosi, summo ap. indurato-sublignosi, 5—6 lin. diam. Drupa vix 4 lin. diam. Prope Barra do Rio Negro in silvis.

3. LECOSTEMON AMAZONICUM Spruce. — Bentham in Kew gard. misc. journ. b. V. 295.

F. ampl. obovali-oblong. b. in petiol. brevem angustatis, venis tenuibus, pedunc. axillarib. racemosis terminalique thyrsifero folio multo breviorib., pedic. fructifero levit. incrassato.

Frut. biorgyalis, ramul. crassis. inflor. rubiginosa. Stip. obsoletae. F. 7—9 p. lg. 2—3 p. l., brevit. et obt. acuminata v. obtusa, coriac. supra nitida. Racemi v. thyrsi 3—5 p. Bract. et bracteolae latae squamaef. Pedic. floridi 3—4 l. lg. Cal. junior late 5-dentat., petal. delapsis truncatus, fructifer incrassato-carnosulus, ½ sphaeric., pedic. recurvo levit. incrassato. Pet. et stamina *L. Gardneriani*, nisi paulo majora. — In arenosis campis prope Santarem ad fl. Amazon.

4. LECOSTEMON MACROPHYLLUM Spruce. — Bentham in Kew gard. misc. journ. V. 296.

F. brevit. petiolat. ampl. lanc- v. obovali-oblong. b. lg. angustatis, venis arcuatis in nervum intramarginalem confluentib., pedunc. fasciculatis racemosis folio multo breviorib.

Frutex 12—20 ped., ram. nodosis. F. majora c. 1½ ped., obtusa, tenuit. coriac.,

opaca, venis quam in caeteris evidentiorib. Racemi numerosi, 2—4 p. Pedic. breves. Fl. *Lecost. crassipedis* nisi petalis angustioribus. — Capoeiras, prope Barra do R. Negro.

$5497/_2$ PARASTEMON *Alph. DC.*

(Endl. gen. pl. suppl. III. p. 95. — Walp. Rep. V. 139.)

PARASTEMON Alph. DC. (Walp. Rep. V. 139). — Planchon Ann. sc. nat. IV. t. 2. p. 258. non ad *Olacineas* sed *Chrysobalaneis* referendum.

1. PARASTEMON UROPHYLLUS A. DC. (Walp. l. c. n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 359.

GENERA SECUND. NONNULL. SCRIPT. EXCLUDENDA V. DELENDA:

DAPANIA *Korth.*

Korthals Nederl. Kruidk. Arch. 1851. p. 381. — vide: *Oxalideae*, Walp. Ann. IV. p. 402.

Calyx 5-sepalus, ad b. coalitus. Corolla pentapetala. Stam. 10, alternis minorib. sepalis oppositis. Stigm. 5 acuta. Fr. carnosus, 5-lobus, 5-locularis, seminib. solitar. descendentibus, arillo bilabiato laciniato tectis.

1. DAPANIA RACEMOSA Khs. — Arbusculum corona aperta, rami teretes cinerei, glabri, ramuli compressi, laete fusci, glabri. F. alterna, ovato-oblonga, caet. — Hab. ins. Sumatram, in silvis montis Singalang et pr. Doekoe. Khs.

ANGELESIA *Korth.*

Korthals in Nederl. Kruidk. Arch. III. p. 384.

(Cfr. supra *Trichocaryam* Miq. et *Licaniam* Aubl.)

Calyx pubescens, brevit. infundibuliformis, limbo- 5—6 partito, laciniis acutis. Petala 5—6 calycis margini inserta, ovalia, acutiuscula, brevit. unguiculata, extus pilosa. Stam. 10 perigyna petalis sepalisq. opposita; filam. filiformia; anth. ovatae, globosae. Ovar, lateraliter in calyce affixum globosum pilosum, biovulatum, ovulis b. affixis. Stylus lateraliter productus, teres; stigma capitellatum.

1. ANGELESIA SPLENDENS Khs. — Arbusculum, trunco erecto griseo, ligno fuscescente. — Caet. — Hab. ins. Borneo, in silvis Pamatton. Khs.

LEPIDOCARPA *Korth.*

Korthals in Nederl. Kruidk. Arch. III. p. 385.

(Cfr. supra *Parinarium* Juss., sect. *Euparinarium*.)

Calyx pilosus, tubuloso-campanulatus, intus dense pilosus, pilis reflexis, limbo 5-partito, laciniis lanc. extus intusq. pilosis. Cor. 5-petala, petala ovato-oblonga, pubesc., laciniis calycinis alternantia. Stam. 15—20, perigyna 1-serialia; filam. filiformia glabra; anth. ovatae, subdidymae, supra b. affixae. Stylus lateralis e b. ovarii productus, teres b. dense pilosus, versus ap. glabrescens. Stigma capitellatum. Ovarium dense pilosum, oblongo-ovatum, compressiusculum, pseudo-biloculare. Ovula in loculis solitaria, b. affixa.

1. LEPIDOCARPA OVALIS Korth. l. c. — Arbor speciosa, coronâ expansâ. F. oblongo-ovalia etc. — Hab. ins. Sumatram, in silvis Singalong. Khs. — Cfr. supra *Parinar. Sumatranum* Benth.

2. LEPIDOCARPA COSTATA Khs. l. c. — Arbor speciosa, saepe 80 pedalis, trunco erecto, cortice fusco, ligno rubescente saporis adstringentis, corona expansa densa. F. alterna ovalia, nervis patentib. prominulis, caet. — Hab. ins. Sumatram in silvis Melintang. Khs. — Cfr. supra *Parin. costatum* Bl.

DIEMENIA *Korth.*

Korthals in Nederl. Kruidk. Arch. III. p. 388.

(Cfr. supra *Trichocaryam* Miq. et *Licaniam* Aubl.)

Calyx 5—6 partitus. Coroll......? Stamina perigyna. Styl. lateralis. Stigma capitellatum. Fructus immaturus coriaceus 1-locularis. Semina geminata, pubescentia, b. affixa.

1. DIEMENIA RACEMOSA Khs. — Arbusculum 20-pedale, cor. irregulari; rami teretes fusci glabri. F. obovalia, acuminata, b. attenuata, utrinq. glabra, coriacea, nervis vix perspicuis, 0,075 longa, 0,035 l. Petioli glabri, 0,005 longi. Stipulae minutae, admod. caducae, ovatae obtusae. Infl. axillaris, racemosa. Pedunculus pubescens subangulatus. Calyx brevissime campanulatus, limbo 5-rarius 6-partito, ext. glaber, intus pubescens. — Corolla.....? Stam. 10 perigyna. Fil. filif.. glabra antb. ovatae. dorso affixae. Stigma capitellatum, depressum; stylus teres glaber. Fr. immaturus ovoideus, ap. rotundatus, glaber punctulatus, coriaceus, 1-lobularis, intus glaber, dispermus. Sem. disciformia, pubesc., ad b. loculi affixa. — Hab. insul. Sumatram, in silvis humiliorib. pr. Doekoe. Khs. — Cfr. supra *Trichocarya? racemosa* Miq.

Ordo LXXXIV. AMYGDALEAE *Endl.*

(*Rosacear.* trib. 2. DC. Prodr. II. 529. — Walp. Ann. II. 464.)

MADDENIA *Hook. fil. et Thoms.*

Hooker and Thompson on Maddenia and Diplarche in Kew gard. misc. VI. 380.

Cal. late campanulatus, 10-fid.; lob. brevib. inaequalib. coriaceis, nonnullis interd. in petala linearia inaequalia elongatis. Stam. 20—30, subbiseriata, disco tenui calycis tubum vestienti inserta. Ovaria 1—2, ovul. 2 suspensis; ovario in florib. 1-pistillatis elongato ovoideo, fertili, stylo elongato, stigmate oblique truncato; in fl. 2-pistillatis utrumq. ovar. imperfectum, ovoid., ovul. abortivis, stylo nullo, stigmate sess. oblique truncato. Drupa carnosa, ovoid., putamine tenuiter crustaceo subcompresso, hinc tricarinato. Sem. pendulum, testa membranac., cotyledonib. crassis. — Arbor Himalaica, 20—30 pedalis.

1. MADDENIA HIMALAICA H. f. et Th. (tab. XII. l. c.). — Hook. et Thomps. l. c. p. 381. — Arbor 20—30 ped., ramosa. Rami cortice fusco-castaneo nitido tecti; ramuli racemi et folia subt. dense lanato-villosa. F. decidua, petiolata, b. ovata v.

cordata, oblonga, ovato-lanc. v. ovato-oblonga v. interd. lanc. longe acuminata superne impresse venosa, marginib. ciliato-denticulatis, dentib. inferiorib. praecipue glanduloso-capitatis, stipul. magnis lin.-lanc. submembranac. acuminatis b. glanduloso-dentatis. Rac. breves, densifl., ramulos breves terminantes. Fl. 8—20, breve pedicellati, albidi. Pet. cum calycis lobis plerumq. confusa, interd. distincta. Stam. longe exserta. Stylus ultra stam. brevit. exserta. Drupa carnosa purpurea. — Arbor in Himalayae Sikkimensis temperatae vallib. interiorib., alt. 8000—10000′. — Fl. Majo. fr. Aug. — Planta speciebus generis Pygei flore simillima, fructu tamen ab iis valde discrepans.

6405. **AMYGDALUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 530. — Walp. Ann. II. 464.)

1. AMYGDALUS PALLASIANA. — v. Schlechtend., Betrachtung. über d. Zwergmand, in Abhandlg. d. naturf. Gesellsch. in Halle 1854. 1.

Am. nana Pall. Fl. Ross. tab. VI. (descr. p. 12, excl. formis plur.). — *Am. nana* Schkhr. Handb. II. tab. 130 I. p. 21. — *Am. nana* Bot. magaz. tab. 161.

Descr. fruticis p. 50 annos et ultra in horto bot. Hal. culti.

Fr. 2—3½ ped., parcius stolones proferens, cuj. caulis dimidii poll. crassitiem vix unquam attingit., cortice tectus laete griseo, humefecto mag. brunneo, lenticellis transv. ovalib. prominul. paululum pallidiorib. irreg. adspersus, ramis juniorib. foliifer. fuscescentib., epiderm. grisea, dein secedente. F. ramor. vetustior. plantae haud evolutor. ang. fere lin.-lanceolata, lg. sensimq. in part. petiolar. caniculat. decurrentia, ap. acutiusc., mucronata, 1—1½ p. lg., 2—6 l. l., marg. simplicit. argute serrata, serratur. acutis, saep. levit. extrorsum versis et apiculo glanduloso, dein fuscesc. saepiusq. deciduo v. obliterante terminatis, in inferiore attenuata et petiolari parte omnino deficientib. F. ramor. evolutor. ex vetustiore ligno prorumpent. majora 2½—3¼ p. lg., 7—10 l. l., in prole radicali rarius maxima, 5—5½ p. lg., 17—20 l. l., tunc et mag. ovalia minusq. lg. ad b. attenuata, sed in eod. ramo radicali simplici, ubi inferne maxima illa sunt f., superne quoque minora supra descripta ramor. vetustior. licet rarius conspiciuntur.

Latissimus f. diameter transversal. ⅔ longitud. ejus aeq. Calyc. purpurasc. 5 l. lgi laciniae 1¾ l. lg. Pet. rosea 6—7 lin. lg., ad 3 usq. l. l. Stam. longiora 5 l. lg., anther. suis petalor. med. vix superantib. Pistill. calyc. c. aequans, ex laciniis ej. dein ext. flexis longius prominere videtur; ovar. villis magis erectis tegitur et styli dimidia inferior pars patentib. Drupa 10—12 l. lg., fere semp. 7 l. l., 5 l. crassa, inaequilatere-ovata, utrinq. acuta, marg. altero convexiore et juxta bas. acutam levit. emarginato, altero rectiore. Putam. ejusd. fere formae (illi Pruni domesticae simile cf. Gaertn. de sem. II. I. 93 f. 2) obliq. ovoid., compress., acut., b. obliq. et obtuse acuminat. et emargin., acum. obtuso levit. curvulo ex rectiore sutura continuo et juxta se in latere margin. convexioris foveam habente parvam quae vasor. fascicul. recipiebat, qui in suturam (s. marginem) convexiorem et per aciem obtus. massa grumosa fere clausus excurrit, in utroq. suturae latere rugulae nonnullae pl. min. inter se sulcis tenuiss. distinctae v. confluentes atque a facie convexa sulco deplanato sejunctae limbum elevatum efficiunt, dum altera sutura levi tantum impressione a facieb. separatur, quae sub med mag. convexae rugulis et rimulis obsoletiss. ad b. et marg. latiorem interd. paulo evidentiorib. obiter instructae fere laeves sunt.

2. AMYGDALUS BESSERIANA Schott. — v. Schlechtend. l. c.

Am. campestris Besser nec alior.

Descr. pl. nostr. hortensis. — Frut. 4—5 ped., valde stolonifer, cortice fusco, sens. canesc. et lenticell. copiosis, transv. ovalib. rotundatisve, pallidis, valde prominentib.,

jam in juniorib. et hornotin. ramis satis conspicuis exasperato. F. iis praeced. speciei similia quidem, sed rar. lanc., plerumq. elliptico-lanc. et obovato-lanc., imo obovata, b. cuneata, ap. nunc brevit., nunc breviss. et fere mucroniformi-acutata, marg. validius serrata s. fere dentata, serratur. infimis inter se mag. remotis, una alterave earum mag. prominente, omnib. apiculo subtriangulari glanduloso-lutescenti dein fuscesc., tand. saep. deciduo terminatis. Vetustiori in frutice alia invenies folia $2^1/_4$ p. lg., 6 lin. l., alia $2^1/_3$ p. lg., 11 l. l., alia $1^1/_2$—2 p. lg., 7—8 l. l., in nova prole habebis majora et latiora $1^1/_2$—$3^1/_2$ p. lg., 9—16 l. l., quas dimensiones f., si cum iis *A. nanae* comparas, huic campestri f. non solum sunt breviora sed etiam latiora, quod mag. adhuc in statu vivo, si totum adspicis fruticem elucet. Calyces 4—5 l. lg. et b. $1^1/_2$ l. l. Pet. alba, 5—6 l. lg., 2—$2^1/_2$ l. l. Stam. longiora 3 l. lg. Styl. ad 7 usq. lin. lg., calycem et stamina breviora superans, ap. per spatium 2—$2^1/_2$ lin. nudus, caeterum pil. patentib. surs. levit. decrescentib. tectus. Drupa l. ovato-subrotunda, compressa, diam. tam longitudinali quam transversali inter suturas 8-lin., crassitie c. 6-lin., viridis, carne exsucca, minime crassa. Putam. simile at paulo minus b. vix emarginatum et foveola instructum, quae marg. et sulcis abhinc sed haud lg. in latera decurrentib. cingitur et pro recipiendis vasorum fasciculis inserviebat; ap. mucronulatum, marg. altero suturali paululum convexiore pl. min. conspicue tricarinato, limbo latiore, alterius sulco angusto filiformi percursi limbo angusto; facie utraque valde gibba, rugulis sulcisq. brevib. superficialib. irregulari modo leviter insculpta, laevi.

3. AMYGDALUS GAERTNERIANA v. Schlechtend. — v. Schlechtendal. l. c. fr. descr.
Am. nana Gaertn. de fr. et sem. pl. II. p. 75 t. 93 f. 3.

4. AMYGDALUS LEDEBOURIANA v. Schlechtend. — v. Schlechtend. l. c.
Am. nana Altaica Ledeb. Fl. Alt.

Drupas 2 siccas nobisc. communicavit prof. Bunge, quas in aqua tepida emollitas et dein degluptas hic describimus. Drupa ovata compressa diametro longit. fere p., transvers. inter suturas 9 lin., caet.

5. AMYGDALUS HEUCKEANA (Gmel. Fl. Sibir. III. p. 172). — v. Schlechtend. Abhdlg. d. naturf. Ges. z. Halle 1854 I. p. 22. — Inermis, ramosior quam *A. nana*, f. latiorib. lanc., florib. ampliorib. sessilib., calycum laciniis subrotundis serratis, petalis rotundiorib. (in sicco albis), drupa villosa. — Cresc. in camp. apricis Sinensibus per quos ex Sibiria per Mongolorum regiones ad Sinas itur, unde attulit ramum Chirurgus Heucke, qui comitatui Sinico interfuit.

6. AMYGDALUS SPINOSISSIMA Bge. — Bunge, mém. prés. à l'acad. de Petersbourg. tom. VII. (1854) p. 282. — (*Lycioides* Spach.) ram. spinosis, corticis epidermide dem. griseo-albida, f. lin.-oblgis b. cuneatis ap. acutis acute adpresse serrulatis coriaceis supra glabris subt. parcissime pilosis, florib. drupa subsessili oblique semiovata ventre arcuata late carinata dorso subrectilinea convexa acuta canescente, cortice indehiscente (?) adnato, putamine laevi. — Ubique in saxis sterilib. ad flum. Sarafschan nec non in montib. dictis Karnaptau. — Aug. Septbr. — Specimina adsunt 2 tantum manca, sine flore et fructu, adjectis drupis perpaucis ut videtur effoetis. *A. horridae* Spach evidenter affinis, at a diagnosi et descriptione hujus (Walp. Rep. II. 909 n. 14) plurib. signis recedit. — Frutices spinosissimi etc.

6406. **PRUNUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 531, 532 et 535. — Walp. Ann. II. 464.)

A. *Asiaticae.*

1. PRUNUS SUNDAICA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 365. — Ramuli tenues, pet. antice sulcati eglandulosi, rarissime ap. minute 1-glandulosi, 3—4 l. lgi, f. elliptico-

oblonga v. lanc.-oblonga, abrupte lge lin.-acuminata (acumine ap. obtuso mucronulato), b. aeq. v. inaequali acuta eglandulosa v. pass. glandula 1 concava in marg., marginib. nervoso-incrassatis crispato-undulata integerr. v. vers. apic. (nec in acumine) sparse argute spinulose incurvo-serrata, membranaceo-pergamac., supra splendentia secund. costam sulcata, subt. pallidiora et (ad lentem) minute nigro-glandulosa venisq. tenerrimis subobsoletis notata, 3—2½ poll. lga, 1—¾ l., glabra, rac. axill. ex axill. folior. inferior., breviter pedunculati solitarii densifl., 1—2 p. lgi, rhachi pedicellisq. lin. circ. longis tenerrima pube patula glandulosa inspersis; calyx ½-globoso-cupuliformis glaber, nervuloso-striulatus, dentib. tenerrime ciliolatis, pet. parva orbicularia alba, filam. calyce plus duplo longiora, anth. subglob., pallidae, loc. discretis post dehiscentiam subpatellaeformib., styl. breviusculus subgeniculato-arcuatus stigmate peltato-capitellato. — Num stirps haec Javanica dicta, cuj. statio in sched. hâud indicata est, indigena v. culta sit, eruere haud potui. — Java Blume colleg.

2. PRUNUS JAVANICA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. 365 — F. ovata longe acuminata b. subrotundata in petiol. decurrentia, biglandulosa integerrima, subt. nigro-punctata, racemis et axillis defoliatis, pedicelli puberuli, calyx glaber, laciniis 5-reflexis, pet. albida, stam. circ. 40—43, styl. min. magisve geniculatus stigmate subpeltato, drupa, exsucca, putam. chartaceum.

Cerasus Javanica Teysm. et Binnend. Naturk. Tydschr. Neerl. Indie II. p. 309.

Arbor magnae molis, ram. late patentib., ramulis verrucosis. F. iis Pygei acuminati valde similia, supra nitida, subt. opaco-viridia, 4—7 p. lga, 1½—2 l., pet. ½—¾ pollicarib., dorso convexis antice canaliculatis. — Fl. m. April., Octbr. obvii. — Pet. aestivatione convolutá caduca. Anth. subglob. bifidae. Drupae m. Aug. Febr. maturescentes, iis Lauri Indicae similes, putamine chartaceo-corneo, facile scindendo monospermo. — Java, pr. Buitenzorg.

3. PRUNUS JUNGHUHNIANA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 366. — Ramuli glabri, f. modice petiolata, elliptico- v, sublanc.-oblonga, passim ovato-elliptica, acuminata, b. brevi-subacutâ in petiol. (c. costa rubellum?) decurrentia, pergamaceo-coriac., subt. tenere venosa et ad lentem (in sicco) nigro-glandulose plano-punctata, 2½—6 vulgo 5 p. lga, b. non glandulosa, rac. ex axillis defoliatis tomentello-pubescentes, calyc. cupulato-semiglobosi membranacei colorati? pedicello sublongioris v. brevioris tubus glabriusculus, post anthesin b. circumscissus, lacin. latae obtusae distantes ciliato-pubesc., pet. caduca, drupae ellipsoideae 6 lin. longae, caro parca, putam. tenue facile scindendum.

Cerasus Junghuhniana Miq. in pl. Junghuhn. ined.

Cum Pruno Javanica Miq comparetur. — Java, in Medinie in m. Oengarang 2—4000′.

4. PRUNUS (*Nothocerasus*) UNDULATA Ham. (DC. Prodr. II. 540 n. 31). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 364.

Prunus adenophylla Wall. Cat. n. 718.

Nepal.

5. PRUNUS CEYLANICA Miq. (*Polydontia? Ceylanica* — Wight ic. I. tab. 256). — Miq. fl. Ind. Bat. I. 366. — Fol. glabra ovato- v. rotundato-elliptica utrinq. obtusa integerr., subt. utrinq. supra b. impresso-uniglandulosa, rac. axill. solitarii, fl. pubescentes, pet. ciliata. — Ceylon.

6. PRUNUS (*Laurocerasus*) ZIPPELIANA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 367. — F. oblongo-lanc. brevi acuminata v. subacuta, b. acuta v. subobtusa, inaequaliter dense glanduloso-spinulose incurvo-serrata, tenuiter coriacea, utrinq. glabra, subt. pallidiora, glandulisq. raris nigris exilib. inspersa, venis utrinq. circ. 10 patule erectis teneris, costa (in sicco) supra sulcata subt. prominente 3½—5½ p. lga, 1¼—1¾ l., petioli ap. utrinq. glandula concava (nigra) instructi, rac. axill. solitarii pollic. v. paulo

longiores, sess. c. pedicellis 1½ l. lgis sparse hirtello-pubescentes, cal. puberus pedic. circ. aequans, pet. orbicularia, stam. calyce duplo longiora, anth. pallidis biloculanib., loculis connectivo (in sicco nigro) interjecto discretis, styl. crassiusculus incurvus, stigm. capitato peltato.

A. *Pruno Lauroceraso* fol. densius serratis, subt. non glandulosis, rac. breviorib. magis densifloris, rel. differt.

Java, sine alia designatione Zippel.

7. PRUNUS NITIDISSIMA Hsskrl. — Hasskarl in Retzia I. p. 175. — (Sect. „Cerasus", divisioni „Laurocerasus" adscribenda).

Diagn. arbor humilis, f. brevit. petiolatis subcoriaceis glaberr., nitidis oblongolanc., utrinq. acuminatis ap. nunc acuminatissimis; racem. in ap. ramor. axillarib. brevib. densifl., fl. parvis, petalis albid. minutis. — Foliatio conduplicativa. — Ex horto soc. hortic. nederl. ad hort. Bogor. missa sub nom. *Pruni Carolinianae* Ait. (DC. Prodr. II. 540 n. 38), quae autem diff. a nostra: f. mucronatis (nec acuminatis acuminatissimisve), fl. majusculis; e Don. (gen. syst. Dichlam. II. 516. 47): f. minorib. marg. subserratis, mucronatis, florib. majoribus differt. — Cfr. et descr. pl. l. c.

8. PRUNUS MONTICOLA C. Koch in app. ind. sem. hort. Berol. 1854. — Ramuli glabri aut vix puberuli, patentes; gemmae floriferae subbiflorae; flores coaetanei, pedicellis glabris; folia glaberrima, oblonga, acuminata, margine serris ab initio glanduliferis obsita; petiolus lamina brevior, ciliatus; petala rotundata, nivea, staminibus vix longiora. — Frutex 6—8 pedalis, ramis et ramulis patenti-erectis, illis griseo-, his ferrugineo-brunneis, interdum puberulis; folia oblonga, 1—1½ poll. longa, 8—10 lin. lata, petiolo quadruplo vel quintuplo longiora; pedicelli 6 lin. longi; calyx glaberr. urceolatus, laciniis ovatis, denique reflexis; petala brevissima, unguiculata, concaviuscula, obscure crenulata, nervis apice evanescentibus percursa; stamina circiter 40, biserialia, pistillum longitudine aequantia, antheris aureis; germen oblongum, calyce inclusum; stylus erectus, columnaris, stigmate disciformi, obliquo. — Anno 1843 in Armenia et in montibus ponticis hanc speciem detexi, ubi frutices 5—6 pedales format. Accedit ad *P. cerasiferam* Ehrh. et *divaricatam* Led., quarum prior ramis patentissimis divaricatis, floribus praecocibus et staminibus petalis magis oblongis fere duplo brevioribus, posterior habitu magis arborescente et drupa globosa rubra optime distinguitur.

9. PRUNUS (*Cerasus*) JAPONICA Thbg. (DC. Prodr. II. 539 n. 22).

α, flore simplici.

(*Amygdalus glandulosa* Sieb. Pierot non Hook.)

β. flore multiplici.

(*Amygd.* Lin. et auct.) v. Schlechtend. in Linnaea XXV. p. 223.

Cfr. l. c. observat. et fructuum descript.

B. *Europeae.*

10. PRUNUS HUSMANNI Böckel. — Böckel in bot. Ztg. 1853 p. 827. — Gemmis floriferis rarius 1-fl. solitariis aut geminis, plurime ternis adeoque octonis, pedunculis paulo longiorib. quam in Pr. spinosa et subpubescentib., ramis spinescentib., ramulis pubescentib., f. ellipticis v. lato-lanc., argute duplicato-regulariter crenatis subt. subpubesc., juvenilibus subtus et supra subpubescentib. florib. pulchre niveis calyce triplo majorib., petalis rotundatis, staminib. stylo breviorib., florib. paulo ante folia evolutis aut coaetaneis. — ♄ 10—12′, fl. medio Majo. — Fructib. quam in *Pr. spinosa* L. majorib. et succulentiorib. praedita. — Prope Neukirchen, vicum Osnabrugensem. —

11. PRUNUS MEYERI Böckel. — Böckel in bot. Ztg. 1853 p. 827. — Gemmis floriferis unifloris solitariis geminis ternisve, pedunculis glaberrimis duplo aut triplo longiorib. quam in *Pr. spinosa* Lin. et semper a sole dimidiatim atrorubescentib. ut calyx, f. ellipticis v. late lanceolatis argute duplicato - inaequaliter crenatis, ramis spinescentib., ramulis subglabris, fl. parvis, petalis sordide albis minimis interd. calyce vix paulo longiorib., stylis duplo aut triplo longiorib. quam stamina et valde prominentib., f. paulo ante flores evolutis. ♄ 10', fl. Majo exeunte et Junio ineunte. — Ad Neuenkirchen et pr. Osnabrugam (Osnabrück) primo detecta (Meyer). — Fructib. parcissimis et quam in *Pr. spinosa* minorib. praedita.

12. PRUNUS CERASUS L. var. MARASCA Vis. — Visiani fl. Dalm. III. p. 258 n. 1757. — Caule erecto ramis divaricato-pendulis, f. ovalib. glabris, petiolis eglandulosis, calycib. campanulatis, petalis orbiculatis, fructib. globosis carne acida nucleoque rubris.

Sp.: *Prunus Marasca* Rchb. fl. exc. p. 644 nec 871. — *Pr. Marasca* Vis. Orto bot. di Padova 1842 p. 144. — *Cerasus Marasca* Host, fl. Austr. II. p. 6. — *Pr. Cerasus* η. *austera* Vis. stirp. Dalm. p. 44. — *Pr. Austera* Ehrh. beitr. 7 p. 129.

Habit. ad sepes et marg. agror. circa Dernis, et in tota Dalmatia colitur. — Fl. albi. Fl. vere ♄.

Usus: ex hujus arboris fructu paratur Jaderae liquor ille suavis spirituosus Rosolio di Maraschino, aut Rosolio di Zara dictus.

Icones addendae.

CERASUS NAPAULENSIS Ser. (DC. Prodr. II. p. 540). — Paxton fl. gard. II. n. 346, xylogr. fig. 174.

CERASUS ILICIFOLIA Nutt. (Walp. Rep. II. 10 n. 25). — Paxt. fl. gard. III. p. 44, xylogr. 254.

Ordo LXXXV. ROSACEAE *Juss.*

(*Rosaceae* DC. Prodr. II. 525 excl. trib. 1, 2 et 8. — Walp. Ann. II. 465.)

Subordo *ROSEAE* DC. l. c. p. 597.

6357. ROSA *Tournef.*

(DC. Prodr. II. 597. — Walp. Ann. II. 465.)

1. ROSA HISPANICA B. et R. (sect. Caninae). — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852) p. 44. — Ramis tenuib. flexuosis glabris, aculeis sparsis compressis falcatis, stip. ramor. floralium latiorib. lato-linearib. subrhombeis cuspidatis acutis, petiolis stipitato-glandulosis, foliolis ovatis glabris subtiliter circumcirca duplicato - serratis, pedunc.

gracilib. semp. glandulis stipitatis lge setulosis; calycis tubo elliptico utrinq. angustato, lacin. pinnatifidis etiam in fr. maturo persistentib., fr. ovato brevi rotundato superne attenuato. — Hab. in Sierra d'Antequera (Reut.).

β. *Escurialensis* Reut. ms. F. magis coriacea et minora purpureo-suffusa.

In Castella nova circa el Escurial.

γ. *Nevadensis.* Praecedenti similis sed foliola ad serraturas glandulosa, laciniae calycinae vix appendiculatae.

Hab. in monte Sierra Nevada.

R. canina Boiss. voy. bot. Esp., non L.

2. ROSA PHYGIA (sic!) (sect. Caninae) Boiss. — Boiss. ann. sc. nat. ser. IV. tom. 2 p. 249. — Ramis elongatis crebro et breviter ramulosis glabris nitidiusculis rubellis, aculeis sparsis validis valde aduncis b. subcompressis, stip. late linearib. parte libera triangulari ovatis glanduloso-ciliatis f. 5—7 jugis ad margines faciem inferiorem et secus petiolor. glandulis brevit. stipitatis crebris adspersis, foliolis minutis ovatis acute et crebre a b. ad ap. biserratis dentib. glanduliferis, florib. ad ap. ramulor. solitariis binisve, pedunculo ovario aubaequilongo suffultis, bract. obovatis crenulatis breviter mucronatis, ovario glabro ovato-oblongo, laciniis calycinis e b. lanc. longe caudatis simplicib. v. pinnatifidis stipulato-glandulosis petala lutea subaequantibus. — Hab. in Phrysia (!) occid. (Tchihatcheff). — Fructus infausto casu desunt.

3. ROSA GRAVEOLENS Gren. et Godr. — Gren. et Godr. fl. fr. I. 560. — Affinis *R. rubiginosae* L. foliis suis subt. glandulis brunneis odoratissimis obsitis et caulib. humilib. spinis robustissimis obtectis; qua a specie tamen facile distinguenda, fr. sphaerico subdepresso, calycis laciniis erectis persistentib. coronato. — Pedunc. glabri, hispidi, vix fructus diametrum superantes, bracteis magnis muniti, pedunculos fructusq. pro parte abscondentes.

α. *genuina:* Pedunculus glaber, longitudine fructus (10—15 millim. diam.); folia ovalia v. lanc.

R. fallax Gren. in litt.

β. *micrantha:* Pedunculi hispidi; fructus minimus, pisi magnitudine (6—7 millim.); fl. minimi (2 centim.) solitarii, fol. suborbicularia; caules nani, spinosissimi.

R. micrantha DC. fl. fr. 5 p. 539. (DC. Prodr. II. 616).

γ. *Corsica:* Pedunc. glabri; caetera ut in var. β.

R. Seraphini Viv. Cors. p. 8.

Hab. var. α. Monteyer et in monte Bayard pr. Gap; Lyon, var. β. Montpellier, var. γ. Corse. — ♄ Jul. Aug.

4. ROSA MARACANDICA Bge. — Bunge in Mém. prés. a l'acad. de Petersb. (1854) tom. VII. p. 286. — *(Pimpinellifolia?)* Caule divaricato tortuoso-ramoso ramisq. pendulis juniorib. glaucis glabris, aculeis superne aequalib. stipularib. validis rectis, petiolis inermibus glabris glandulosisve, stip. lin., abbreviatis acutiusculis marg. glandulosis, foliol. 5—7 orbiculatis minutis lucidis argute glanduloso-subduplicato-serrato-dentatis; dentib. summis retractis, fl. solitariis brevit. pedunculatis 1-bracteatis, pedicello glabro, calycis tubo ovato glabro v. parce spinuloso, laciniis lanc.-linearib. integerrimis dem. conniventib., stylis villosissimis liberis brevit. exsertis, ovariis subsessilib., fructu ovato-oblongo pulposo. — Hab. in regione super. flum. Sarafschan pr. Uramitau. (Ad rivulos a dextra parte in flum. Sarafschan exeuntes.)

Ex habitu affinis. *R. pimpinellifoliae* et *luteae*; diff. vero abunde fructu et aculeis, saltem in parte florente, aequalibus; etc.

5. ROSA LEHMANNIANA Bge. — Bunge l c. p. 287. — (*Cinnamomea?*) caule erecto ramisq. glaberr. glaucescentib., aculeis stipularib. b. latissimis compressis falcato-recurvis, stip. inaequalib. adnatis brevit. lanc. acutis patentib. integerr. petioloq. aculeolato tenuissime dense glanduloso-pubescentib., foliolis 7—9 ellipticis, inferiorib. minoribus utrinq. adpresse dense pubescentib. subt. glandulosis-subduplicato-acute serrato-dentatis acutis, fl. (albis) in cyma terminali conferta numerosissimis (30 v. pluribus) brevit. pedicellatis bracteatis, pedicellis calycisq. tubo oblongo glaberrimis, laciniis calycinis ovato-lanc. acuminatis integerrimis dem. patentissimis, stylis villosis brevit. exsertis liberis ovariis subsessilib., fructibus ....? — Hab. Ad declivitates et costas flum. Sarafschan, in reg. superiore. — Habitu et florib. numerosiss. proxima *R. multiflorae*, at abunde diversa etc.

6. ROSA FORTUNIANA (*Banksiana*). — Paxton fl. gard. II. n. 339, xylogr. fig. 171. — Ramis scandentib. glabris, aculeis parvis falcatis distantib., foliol. 3—5 nisve ovatis lanceolatis nitidis argute serratis, florib. solitariis, calycis tubo hemisphaerico nudo, sep. ovatis indivisis.

Species a Fortune in hortis introducta.

Icon addenda.

ROSA HYBRIDA, Dr. Ruschpler. — Regel. Gart. fl. IV. (1855) tab. 112 p. 45.

Fortune's double yellow, or Wang-jang-ve *Rose*. — Hook. in bot. mag. tab. 4679. — (Lindl. in journ. of hort. soc. Lond. 1851 v. 6 p. 52).

Subordo *DRYADEAE* Vent. — DC. l. c. 549.

EMPLECTOCLADUS (nov. gen) *Torr.* (DRYADEAE?).

Pl. Frémont. in Smithson. Contrib. VI. p. 10 tab. V.

Calyx obconico-campanulatus, tubo ad faucem nudo haud contracto; limbo aequaliter 5-partito, persistente. Pet. 5-erecto-patentia. Stam. 10—13, biserialia. Pistilla 1—2 (plerumq. solitaria) 1-locularia: ovula 2 collateralia, pendula. Stylus brevissim., crassus, subobliquus: stigma capitatum. Fructus ...... —

Frutex Californicus, ramosissimus; ramis rigidis, patentib., subspinesc.; f. minutis, spathulatis, e gemmis subglobosis quasi fasciculatis; stip. minutis decid.; fl. subsolitariis, sessilib. terminalib., parvulis.

1. EMPLECTOCLADUS FASCICULATUS l. c. tab. V. — Hab. in Sierra Nevada Californiae. — Folia in ramorum tuberculis congesta, 3—4 lin. lg. cuneato-spathulata sessilia obtusa, stipulis minutis scariosis suffulta. Fl. ultra 1/4 poll. diam. etc.

§ 1. *DALIBARDEAE* Torr. et Gr.

(Endl. gen. pl. p. 1241.)

6360. **RUBUS** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 656. — Walp. Ann. II. p. 467.)

A. *RUBI Centro - Americani.*

1. RUBUS TRILOBUS Moç. et Sess. (DC. Prodr. II. p. 566). — (Benth. pl. Hartw. p. 61.) — Liebmann in vedenskab. Meddelelser (1853) p. 152. — Frutex 3—5 ped. erectus inermis ramosus. Rami teretes glabri, ramuli pubesc. F. petiolata ovato-cordata acuta 3- v. obsolete 5 loba argute duplicato-serrata, lob. acutis lateralib. patulis intermedio longiore, rugoso-nervosa, supra pilosula subt. densius pubescentia, petiolo lamina breviore pubescente, stip. axillarib. oblique lanc. longe acuminatis puberulis. Fl. axillares solitarii magni speciosi pedunculati, pedunculo puberulo bracteato, sep. lato-lanc. ap. versus constrictis et appendiculatis, ext. cano pubesc., int. carnosis purpureis, appendice sub maturitatem fructus foliacea elliptica acuta denticulata utrinq. pubescente; corolla magnitudine *Rosae caninae*, petalis albis patulis obovatis; fructu magnitudine *Rubi Chamaemori*, acinis magnis atropurpureis glabris. — Folii lamina 1—2½ p. lin., 9 l. — 2½ p. l., pet. ½—1½ poll., sep. c. appendice fructum involucrantia 9 lin. lg., pet. 9—10 lin. lg., 6—7 lin. l. — Hab. in regionib. altiorib. Andium imperii Mexicani, alt. 8—10000'.

2. RUBUS FAGIFOLIUS Schltdl. et Cham. (Walp. Rep. II. 24 n. 67). — Liebmann in videnskabelige Meddelelser (1853) p. 153. — Caulis longissimus alte scandens, sterilis 5 gonus sulcatus tenuiter puberulus acul. compressis recurvis puberulis armatus. F. coriac. sempervirentia. Pet. comm. et petioluli foliorum ramorum sterilium valde aculeati. Stip. petiolares parvae subulatae pubescentes 1—2''' plerumq. deciduae. Panic. termin. axillaresq. 1—2 ped. pendulae, ramificationes bracteatae, bract. ovatae concavae albo-tomentosae, 1''' longae. Sep. ovata obtusiuscula dem. reflexa. Fr. rubri magnitud. Ribis rubri, ovaria pilosa, acini pauci (4—6) majusculi ovati glabresc. sensim decidui. — Pet. comm. 2½—3'', petiolulus folioli intermedii 1½'', lateralium duorum 1'', infimorum duor. 2'''. — Ad margines silvium imp. Mexico pr. Papantla, Oolipa (dep. Vera Cruz) caet.

3. RUBUS SCANDENS Liebm. — Liebmann in vidensk. Medd. 1853 p. 154. — Ramis floralib. teretib. inermib. dense fusco-villosis sterilib. obtuse 5 gonis inermib. villosis, f. quinato-digitatis rarius ternatis, pet. communi petiolulis nervo medio foliolor. valde aculeolatis fusco-villosis et pilis brevib. glanduliferis obsitis, foliolis late ovatis brevit. acuminatis acutis argute denticulatis, stip. axillarib. setac. deciduis, paniculis axillarib. terminalisq. amplis valde ramosis bracteatis, ramificationib. bract. sepalisq. cano-tomentosis, florib. parvis albis v. roseis sep. ovatis obtusiusc., petalis obovatis, fructib. rubris, acinis paucis sens. deciduis. — Hab. in silvarum regione calido-temperata imp. Mexicani. — Caulis alte scandens longissimus digitum fere crassus, caet.

4. RUBUS SCHIEDEANUS Steud. — Liebmann in videnskab. Medd. 1853 p. 155.

Rubus dumetorum Schldl. (Walp. Rep. II. 24 n. 68.) (nec Weihe).

Caulis subteres puberulus aculeis parvis recurvis armatus. F. coriac. sempervirentia digitato-quinata v. ternata longe petiolata, foliola petiolulata elliptica b. obtusa subcaudato-acuminata simplicit. et argute serrulata, supra subglabra subt. puberula; petiolus communis petioluli, nervi intermedii foliolor. recurvato-aculeolata; stip-

axillares lin-setaceae pubesc. persistentes. Panicula terminalis axillarisq., ramificationes patulae elongatae fusco-villosae aculeolatae bracteatae, bract. infimae trifidae superiores integrae lanc., fl. majusculi albi, sep. ovata obtusiusc. trinervia canotomentosa, pet. obovato-cuneata sepalis multo majora, receptac. cylindrica obtusa, fructus magnitudine *Rubi Idaei*, acini numerosiss. parvi ovati costati glabri. Foliola 1" lg. 2" l.; pet. comm. 2", petiol. 1—1½", stip. 2—3‴ longae. — Hab. in regione silvatica c. praecedenti.

5. RUBUS MISER Liebm. l. c. p. 156. — Caule tereti fusco-pubescente et glanduloso-setoso aculeis compressis recurvis armato; f. coriaceis longe petiolatis ternatis, foliolis elongato-ovatis acutis b. obtusis argute serrulatis supra puberulis subt. fuscesc., stip. petiolarib. minutis setaceis, pet. communi petiolulis nervo medio foliolorum aculeolatis; racemo terminali parvo paucifloro, sep. lanc. acuminatis cano-tomentosis et glanduloso-setosis, corolla calyce breviore, petalis obovatis saepe emarginatis glabris, fructib. majusculis ovalib., acinis numerosis parvis, recept. cylindrico obtuso. — Prope Cartago c. 6000′ in Costa-Rica. — Caulis floriferus subteres caet. — Foliola 3" lg., 1½" l. pet. comm. 2"; petiolulus intermedius ½—1", laterales ½". Racemus 2—3", pedunc. floriferi ½", fructiferi 1¼".

6. RUBUS CORIIFOLIUS Liebmann l. c. p. 157.

R. floribundo affinis Cham. et Schldl. Linnaea V. p. 571. — *R. floribundus* Schldl. Linnaea XIII. p. 266 (nec H. B. K.).

Caule sterili subtereti pubescente aculeis parvis raris instructo, florifero subangulato aculeis crebriorib. majorib. superne iterum ramescentib. compressis recurvis b. puberulis armato, f. ramor. sterilium quinatis, floralium ternatis, foliolis coriaceis elongato-ovatis v. obovatis acuminatis acutis argute duplicato-serratis supra puberulis subt. fusco-pubescentibus, petiolo communi petiolulis nervo medio aculeatis, stip. anguste linearib., panicula terminali majori, axillarib. minorib. bracteisq. et sepalis dense fusco-tomentosis pilisq. glanduliferis intermixtis, sep. crassiusculis trinerviis ovatis acuminatis acutisve, pet. roseis, receptac. piloso, acinis paucis sens. secedentib. majusculis glabris. — Mexico, in regione temperata, alt. 3—7000′. Caulis 4—5 ped. caet.

7. RUBUS COSTARICANUS Liebm. l. c. p. 159. — Caule subtereti petiolo communi petiolulis ramisq. paniculae griseo-villosis pilis rigidis atropurpureis glanduliferis aculeisq. compressis recurvis b. villosis obsitis; f. coriac. longe petiolatis petiolulatis quinato-digitatis superne ternatis interd. simplicib., foliol. lato-ovatis acuminatis acutis b. rotundatis v. levit. emarginatis argute duplicato-serratis supra obscure viridib. fusco-pubescentib. aetate glabrescentib. subt. cano-tomentosis, nerv. prominentib., foliolo intermedio majori longius petiolulato, nervo medio subt. aculeato, stip. subaxill. setac. pubescentib.; panicula terminali rarius quoque axillaribus pyramidatis sub maturitatem fructus subcorymbosis bracteatis, bracteis lanc-acutis incano-tomentosis; sep. ovat. acutiusculis nervo valido costatis dem. reflexis tomentosis, pet. obovatis emarginatis glabris, fr. magnitudine *Rubi vulgaris*, receptaculo hemisph. villoso, acinis 10—15 majusc. ovat. glabris (in siccis costatis) non secedentibus. — Prope Cartago in Costa-Rica (6000′). — Caulis pennam anserinam crassus, caet.

8. RUBUS TRICHOMALLUS Schldl. (Walp. Rep. II. p. 24 n. 70). — Liebmann in videnskabelige Meddelelser 1853 p. 161. — Specimina omnia adhuc visa solummodo f. ternata habent. Pet. communis 2—3 ped., petiolulus folioli intermedii ¾", laterales 2‴. Stip. axill. lin. acutae albo-pubesc. Corollae parvae calycem parum superantes, petala obovata. Fr. magnitudine *Rubi Idaei* ovati, recept. cylindricum, acini numerosi ovati (in siccis costati) rubri epruinosi. — Mexico, prov. Oajaca; Costa-Rica, pr. Cartago (5000′).

9. RUBUS TILIACEUS Liebm. l. c. p. 161. — Caule sterili crasso subtereti pube densa pilisq. brevib. glanduliferis intermixtis obsito aculeis brevib. subrectis pubescentib. armato, f. ternatis (an semper?) longe petiolatis, foliolis utrinq. mollit. pubescentib. cordatis brevit. acuminatis v. subrotundatis argute serrulatis, intermedio longe petiolulato, lateralib. subses-

silib. b. obliquis nervo medio omnium foliolor. subt. aculeolato, petiolo communi petiolulisq. mollit. pubescentib. glanduloso-pilosis aculeisq. parvis recurvis obsitis, stip. axill. lin. acutis pubescentib.; ram. floriferis lateralib. teretib., f. ternatis, foliolis cordato-ovatis v. ovatis v. acuminatis argute duplicato-serrulatis v. grosse serratis, panicul. terminalib. parvis paucifl. aciculatis, aciculis rectis, dense tomentosis et glanduloso-setosis, bract. setac. deciduis, pedunc. longis curvatis, sep. lanc. caudato-acuminatis reflexis incano-villosis glanduloso-setosis, petalis calyce breviorib. obovatis receptac. villoso, fructib. parvis villosissimis. — Caulis sterilis digitum crassus, caet. — Mexico, in Andibus altiorib. pr. Chinantla caet.; in alt. 7—9000′.

10. RUBUS ERIOCARPUS Liebm. l. c. p. 162.

R. occidentali aff. Cham. et Schldl. in Linn. V. p. 571 et Schltdl. l. c. XIII. p. 271.

Caulib. gracilib. obsolete angulatis pruinosis glabriusculis aculeis compressis glabris parvum recurvis armatis; f. omnib. ternatis longe petiolatis, foliolis tenuib. elong.-ovatis longe acuminatis acutis b. cordatis v. rotundatis duplicato-serratis, supra puberulis subt. niveo-tomentosis, intermedio majori longe petiolulato, lateralib. subsessilib., nervo medio subt. aculeolato, stip. petiolarib. setac. pubescentib., petiolo comm. petioluloq. puberulis v. glabrescentib. aculeatis; corymbo terminali paucifl., ram. pedunculisq. crebre aciculatis, bract. parv. subsetac. deciduis, sep. lanc. longe acuminatis reflexis niveo-tomentosis, pet. parvis corolla multo breviorib. obovatis b. cuneatis, fr. ovato magn. Rubi Idaei, acinis numerosis parvis ovatis villosissimis stylo persistente terminatis. — Foliola 3—4″ lg., $1^3/_4$—2″ l., pet. comm. 2—$2^1/_2$″, petiolulus folioli intermedii 1″, lateralium 1‴; pedunculi 1—$1^1/_2$″. — Mexico: pr. Jalapa, Lerma, Chinantla, in vulcano Orizaba (10000′) caet.

11. RUBUS HUMISTRATUS Steud. — Liebmann in vidensk. Meddel. 1853 p. 163.

R. humifusus Schldl. (Walp. Rep. II. 24 n. 72) (nec Weihe).

Cfr. Liebmann observ. l. c.

12. RUBUS NEO-MEXICANUS A. Gray. — Pl. Wright p. II. in Smithson. Contrib. V. p. 55.

Inermis, fruticosus, ramis glabellis eglandulosis; f. rotundo-cordatis brevit. 3—5 lob. mollit. pubescentib., lob. argute serratis subincisis; stip. lanc.; pedunc. 1—2 fl. sepalisq. ap. caudatis parce glandulosis; pet. albis orbiculatis calyce longiorib.; carpellis numerosis rubris.

Nova-Mexico pr. cupri fodinas. — Caulis 3—5 ped. etc. — *R. delicioso* Torr. evidenter propinquus.

B. *RUBI Oceanici.*

13. RUBUS HAWAIENSIS A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 504 tab. 56.

Tomentoso-pubescens; caule fruticoso-erecto setoso-aculeolato s. inermi; stip. filiformib.; foliolis ovatis saep. acuminatis pinnatifido-incisis v. duplicato-dentatis (dentib. acuminatis) membranac. supra glabratis, terminali longe petiolulato; pedunc. 1—3-floro; calyce tubo setoso, lob. ovat. integerr. longe acuminatis pet. ovata rubra aequantib.; fr. ovoid.; ovariis parce glanduloso-hispidul. dem. glabratis.

var. β. foliis ramulisq. glabratis v. glabellis.

Hab. Sandwich. Islds., Hawaii; var. β. Hawaii et in montib. ins. Kauai.

Species frutescens etc. — Arcte affinis *R. spectabili* Pursh. Americae bor.

14. RUBUS MACRAEI A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 505 tab. 57.

Tomentoso-pubescens; caulib. procumbentib. setoso-aculeolatis;

stipulis subulatis; f. caulinis trifoliolatis, ramulor. floriferor. trilobatis; foliol. rotundis ovatisve duplicato-dentatis (dentib. mucronatis) nunc incisis subcoriac. subt. mollit. canescenti-tomentosis supra glabratis, terminali saepissime petiolulato; pedunc. unifl.; calyce inermi 5-partito, lobis oblongis laciniato-dentatis pet. (pallida) obovata saep. emarg. adaequantib.; ovar. superne hirsutis eglandulosis.

Hab. Sandwich Islds. Hawaii, Mouna-Kea (ubi primus legit cl. Macrae) etc.

Species semper sepalis pl. minus serratis ab omnib. *Rubis* distincta.

C. *RUBI Asiatici.*

15. RUBUS GLABERRIMUS Champ. — Benth. in Hook. Kew gard. misc. IV. 80.

Fruticosus sarmentosus, aculeat. glaberr., f. trisectis v. summis integris, segment. ovat. acuminat. serrat., lateralib. breviss. petiolulat., pedunc. folio breviorib. 1—3 fl., sepal. ovat. imbricat. laevib. fructum vestientib., petal. oblong.

Folior. segm. 2—3 pollic., lateral. a terminali distantia. Sep. 4—5 lin. lg. brevit. acuminata. Fruct. 4 lin. diam., calyce obtecti. Carpella numerosa, drupacea, semiovoidea, stylo filiformi subpersist. terminata. — In rupium fissuris insulae Hong-Kong.

---

1. *Spec. genuinae,* fl. polygynis.

16. RUBUS HORSFIELDII Miq. (tab. VII.). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 375. — Rami rubellofusci subcylindrici pruinosi, rarit. patentim aculeati, stip. lin.-lanc. acuminatae glabriusc., f. pinnata, rhachis pubescens subregulariter aculeata, foliola 4—3 juga, floralia nunc 1-juga, brevissime petiolulata v. summa sessilia, elliptico-oblonga, lanc. v. ovata acuminata, grosse subduplicato- et submucronato-serrata, supra saturate viridia tenere pubera, subt. distincte erecto-costulata (costul. utrinq. circ. octonis) et ubiq. densissime arachnoideo-tomentoso-nivea, thyrsuli axill. et termin. cymosocontracti sessiles, bract. stipulis similes, calyc. lacin. lin.-lanc. integerrimae albohirsutae, pet. calyce breviora rosea, fr. globosi tomentelli, quidquam glabrescentes.

R. pruinosus Zoll. Arch. II. 587 non Arrhen. — Spec. admod. distincta, *R. fraxinifolio*, *R. Borbonico* Pers., *R. Mysorensi* Heyn. et *R. distanti* Don affinis.

Java, in montib. detex. Horsfield et Junghuhn.

17. RUBUS ROSAEFOLIUS Smith (DC. Prodr. II. 556 n. 1). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 376.

Rubus Javanicus Bl. (Walp. Rep. II. 19 n. 26) forma silvestris fl. haud plenis.

Ins. Mauritius; China et in Java in hortis cultus.

18. RUBUS FRAXINIFOLIUS Poir. (DC. l. c. n. 3). — Miq. l. c. p. 376.

Rubus Celebicus Blume Bijdr. (Walp. Rep. II. 19 n. 25).

var. β. *minor,* foliolor. rhachis parce aculeata etc.

R. fraxinifolius Blume Bijdr. Fl. Nederl. Ind.

Java, in ins. Sundaicis et Moluccis, β. in Java in monte Dieng, etc.

19. RUBUS CHRYSOPHYLLUS Reinw. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 380. — Rami flexuosi v. recti teretes c. petiolis 2—3 pollic. griseo-subgilve hirto-tomentelli sparse minute aculeati, f. inferiora ovata, superiora magis oblongata, b. late haud profunde cordata,

nunc subtruncata, obsolete 5—7 acutangulata v. subsinuosa aut integra, 9—4 p. lga, $7\frac{1}{2}$—3 lata, crasse coriac., inaequaliter argute serrato-dentata, supra praeter nervos primarios ochraceo-hirtulos glabra, valdopere areolato-pustulata, subt. praet. b. 5—7 nerviam costis utrinq. quaternis, lacunoso-reticulata, densissime gilvo- v. subgriseo-tomentosa, juniora subseric., stip. orbiculares totae subdigitato-laciniatae, lacin. linearib., villosae, thyrsi axillares et term. saepe divaricato-ramosi, fl. subfasciculato-umbellati, bract. oval. concavae, coriac.-herbac. villosae haud profunde pinnatisectae, calyc. globose-campanulati 3 l. lgi seric.-villosi laciniae ovatae acuminatae submucronato-pauci-serratae, pedicelli fructiferi calyce longiores, fr. punicei. — Fr. teste cl. Junghuhn saporis grati.

var. β. *minor*.

(*R. Moluccanus* var. ochraceus Bl.)

Java, pr. Pontang Reinwardt, pr. Papandajang Junghuhn plantam detex.

20. RUBUS ELONGATUS Smith. (DC. Prodr. II. p. 567). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 381.

var. β. *subsinuosa*, f. angustiorib. subsinuosis.

var. γ. *extensiflora*, thyrsi elong. f. aequantes, terminales paniculati.

R. Lobbianus (Hook. Ic. pl. nov. ser. IV. tab. 741—742).

Species calycis lobis subobtusis inter affines distincta.

Java in mont. fruticetis. — β. Sumatra iu Opper Angkola. — γ. Java, pr. Rendan.

21. RUBUS HASSKARLII Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 381. — Rami tenues teretiusc. v. superne subangulati, appr. v. subpatule griseo-subgilvo-villosi aculeis parum recurvis fusco-subcarneis v. luteolis, stip. et bract. praesert. vers. ap. pinnatifidae villosae deciduae, pet. $3\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ p. cum nerv. primar. subt. aculeolati; f. cordato-ovata brevit. acuminata, alia praesert. inferiora integra, superiora angulato-3—5-loba submucronate inaequalit. crenato-dentata, coriac., supra laevia nitida, raro subareolata, juniora in nervis ochraceo-hirtella, dem. subglabra, subt. b. 3—5-nervia et utrinq. 4—5-costulata reticulata, in nervis pilis appr., in parenchymate villo arachnoideo gilvo-tomentella, sens. calvescentia, $4\frac{1}{2}$ p. lga, $2\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{2}$ l., thyrsi axill. et term. racemoso-paniculati, pedic. 2—3-plurive conferti calyce vulgo quidquam longiores, calyc. urceolato-campanulati $2\frac{1}{3}$ lin. lgi c. pedicellis ochraceo-subsericeo-villosi (pili longiores tomento intermixti) ultra med. 5-fidi laciniae ovatae acuminatae integerr. v. in fl. supremis subdenticulatae, pet. elliptica ap. subdenticulata aequantes. — Variat f. omnib. sub 5-lobo-angulatis. Ad hanc spec. pertinere videtur:

R. Sundaicus var. *discolor* Bl. Bijdr. p. 1111. Caeterum prae reliquis *R. elongato* accedere videtur.

Java, in montosis Jungh. detexit.

2. *Species desciscentes*, fl. olygogynis (Dalibardae sp. Blume, non Linn.).

22. RUBUS ROTUNDIFOLIUS Reinw. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 384. — Ramuli teretiusc. fusci, pruinosi, parce pilosi, glabresc., acul. recurvis parvis rubellis, petioli hirtelli aculeati, superior. vix semipoll., f. e b. subtruncata v. levit. subcordata lato-ovata acuta grosse serrato-dentata, utrinq. praesert. in costa pilosulo-pubescentia, praeter b. trinerviam utrinq. 3—4-costulata subtusq. transverse venosa, $2\frac{1}{2}$—4 p. lg. c. pet. in costa media sparse retrorse aculeata, stip. hirtellae profunde pectinato-pinnatifidae, thyrsi axillares et term. paniculati parce aculeati, racemosi, griseo-hirtelli, bract. villosae pinnatifid., calyc. utrinq. incano-tomentosi laciniae ovato-lanceolatae mucronatae (mucr. duriusculo glabro) integerr. et ap. pauci-dentatae, serraturis longiusc.,

pet. oblongo-lanc. subspathulata acuta ap. denticulata calyce breviora, pistilla in receptac. hirtello 5—10, stigmata denticulata.

Dalibarda latifolia Blume Bijdr. p. 1112. A *R. pyrifolio* forma nec non fl. majorib. differt.

Java pr. Sambang. Reinwardt detex.

D. *RUBI Europaei.*

23. RUBUS MICANS Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 546. — Flores in racemos terminales compositos amplos sublaxos dispositi; racemi ramis pedunculisq. patulis. Calyces cinereo-virides aculeolati glandulosi, segmentis lanc., acuminatis, in statu maturo reflexis. Petala ovalia in unguem attenuata, integra. Fr. parvi globosi valde serotini, rubri, demum nigri, lucidi, carpellis parvis numerosis exstructi. Rami florigeri erecti, elongatissimi, flexuosi, fere a b. angulati, aculeis numerosissimis rectis, plerumque minutissimis muniti. F. caulinia ampla, supra pallide viridia, subt. albescenti-pilosa, supra nervos pilis splendentib. obsitis, subcoriacea, ternata v. quinata, dentib. latissimis et inaequalib. exstructa. Foliolum terminale ovale ap. haud dilatatum, acuminatum, b. subcordatum; lateralia ovali-oblga petiolulata; petiolus comm. supra subplanus, aculeis hamatis munitus; stip. elongatae, angustissimae, lin.-acuminatae. Caul. floriferi robusti, arcuato-decumbentes sublignosi, striati, obtuse angulati, apice canaliculati subpilosi, glandulis sessilib. et aculeis valde inaequalib., plerumq. minutissimis muniti. Planta 2—3 metr.; fl. ratione plantae parvi, albidi v. rosei. — Hab. pr. Nancy. — ♄ Jun.

24. RUBUS SERPENS Godr. et Gren. — Godr. et Gren. I. 538.

R. caesius, ε. *hispidus* Weih. et Nees Rub. Germ. p. 106 tab. 46, c.; *R. corylifolius*, ε. *glandulosus* Wallr. sched. 231; *R. dumetorum* β. *glandulosus* Godr. monogr. p. 13.

Cfr. pl. descr. l. c.

Hab. in silvis arenosis pr. Nancy. — ♄ Jun.

25. RUBUS PILETOSTACHYS Godr. et Gren. — Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 548.

R. vulgaris β. glandulosus Godr. monogr. p. 34 (non Weihe et N.)

Flores in racemum terminalem, elongatum, interruptum, b. foliatum, simplicem v. compositum dispositi, racemi ramis inferiorib. elongatis remotis paucifloris; pedunculis patulo-erectis, vix aculeolatis, itidem ut totus racemus pilis sub-tomentosis obsitis. Calyx albidus, pilosissimus, non aculeolatus, nec glandulosus, segmentis lanc., brevit. acuminatis, in statu maturo reflexis. Petala caducissima, obovato-oblonga, b. longe attenuata emarginata, ext. pubescentia. Fruct. globulosi nigri lucidi, ex carpellis numerosis conformati. Rami florigeri erecti, a b. angulati, ap. canaliculati, aculeis raris gracilib. fere rectis, inclinatis muniti. F. caulin. mollia in utraque facie viridia, subt. pubesc., inaequalit. serrato-dentata, quinata; foliolo terminali cordato-ovali, acuminato; lateralib. ovali-oblgis petiolulatis; petiolo comm. supra basin versus plano, ap. cylindrico, aculeis gracilib. falciformib., inclinatis munito; stipulis angustissimis linearib. acutis. — Planta 1-metral.; fl. roseis v. albidis. — Hab. Bois, Nancy, Metz, Besançon; Puy-de-Dôme. — ♄ Jun.

Icon addenda.

RUBUS BIFLORUS. (DC. Prodr. II. 558 n. 18). — Hook. in bot. mag. tab. 4678.

§ 2. *FRAGARIEAE* Torr. et Gr.
(Endl. g. pl. p. 1241.)

6361 b. **DUCHESNEA** *Smith.*

1. DUCHESNEA FRAGARIOIDES Smith. (*Fragaria Indica* DC. Prodr. II. 571). — (Walp. Rep. II. 26 n. 5). — Miq. fl. Ind. Bat. I. — Herba tenera Potentillarum facie, mox dense hirta, mox glabrior. Foliola term. vix pollic., in Javanicis multo longiora quam in Indicis. Pet. lutea, Ach. in vivo puniceа. Var. foliolis profundius serratis, nunc subpinnatifidis. — Java, in montib. altiss. in montib. Pengalengan, Tjerimai, Boerangrang et Tankoeban. — Var. in monte Praoe Th. Horsfield detex.

2. DUCHESNEA SUNDAICA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 372.

Fragaria Sundaica Bl. (Walp. Rep. II. 25 n. 1).

var. β. *hirsuta*, densius hirsuto-villosa, foliola breviora et latiora supra etiam pubescentia.

Java in m. Gedé etc.

3. DUCHESNEA CHRYSANTHA Miq. — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 372.

Reptans stolonifera, f. 3-foliolata, foliola obovata v. subdeltoideo-ovata serrata pilosa, b. cuneata integerr.; stip. lanc. serratae; fl. solitarii; bract. calycinae serratae; pet. lutea distantia cuneato-lanceolata; fr. sanguineus.

Fragaria chrysantha Zoll. et Mor. Syst. Verz. p. 7.

Probabiliter forma *Duchesn. fragarioidis.* — Java in monte Tankoeban etc. Zollinger detex.

6363. **POTENTILLA** *Linn.*
(DC. Prodr. II. 571. — Walp. Ann. II. 468.)

Potentillas per annos 1851—1855 rarissime tantum publicatas hoc in cyclo nomine tantum indicabo, ne in cyclo altero (annos 1856—1858 amplectente) seriem Potentillarum intermittam, in quo liberum locupletissimum clariss. Lehmanni, revisionem dico ejus Potentillarum celeberrimam, tabb. LXIV. illustratam, lectorib. benevolis in excerptis offeram, Potentillasque omnes tum suo loco et ordine recensebo.

Sunt editae anno 1851, in indice h. Berol.:

1. POTENTILLA DIGITATO-FLABELLATA Al. Br. et B.

In plantis Thurberianis novis auct. Gray:

2. POTENTILLA THURBERI Gray.

In indice horti b. Hamburg. auct. Lehmanno anno 1853:

3. POTENTILLA ANEMONIFOLIA Lehm.
4. POTENTILLA BLASCHKEANA Turcz. mss.

In Bullet. de l'acad. de Mosc. 1854 1. auct. Tschegleew:

5. POTENTILLA TURCZANINOWIANA Tschegl.

In Östr. Bot. Wochenbl. 1855 p. 182, auct. Herbich.:

6. POTENTILLA PATENS Herb.

§ 3. *CHAMAERHODEAE* Torr. et Gray.

(Endl. g. pl. p. 1242.)

6364. **HORKELIA** *Cham. et Schlecht.*

(Walp. Rep. II. 36.)

1. HORKELIA GORDONI Hook. (tab. XII. l. c.). — Hook. in Kew gard. misc. j. V. 341.

Pubescenti-viscosa, f. numerosis radicalib. linearibus elg. brevi-petiolat. pinnatis, pinnis numerosis alternis parv. profunde 3—5 partitis, lob. cuneatis obtusis integris v. bifidis, scapis folio longiorib. nudiusc., cymis multifloris capitatis, calyc. hirsuti lobis ovato-lanc. petala spathulata duplo excedentib., bracteolis lin. spathulat., radice lignosa fusiformi, collo foliisque ad basin copiose resinosis.

Hab. Upper Platte flumen.

Species distincta foliolis parvitate et segmentum eorum forma cuneata.

§ 4. *SANGUISORBEAE* Torr. et Gr.

(Endl. g. pl. p. 1243.)

6372. **ACAENA** *Vahl.*

(DC. Prodr. II. 592. — Walp. Ann. I. 280.)

1. ACAENA ANTARCTICA Hook. f. (Walp. Ann. I. 281 n. 8). — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 496.

2. ACAENA EXIGUA As. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 498.

F. in caudicib. multicipitib. rosulatis confertissimis; foliolis 7—8-jugis minimis confertis ovatis oblongisve saep. 2—3-dentatis s. bilobis coriac. supra bullatis venosis glaberrimis subt. canesc.; scapo gracili parce bracteato; spica parva cylindrica; calyc. lobis 4—5-oblongis, tubo ovoideo undiq. setis glochidiatis armato; staminib. 2; stigm. patelliformi fimbriato.

Hab. in inss. Sandwicensib. regione dicta: „tableland" montium Kauai. in paludosis.

Species parva, caudicib. brevib., caespitibus densissimis folior. rosulatorum coronatis. — Specimina incompleta tamen sufficiunt ad speciem novam Acaenarum condendam.

3. ACAENA VENULOSA Gr. (Ancistrum). — Griesebach diagn. pl. q. coll. Philippi et Lechler p. 30.

Ramis adscendentib. inferne foliosis, glabriusculis monoceph., f. 4—6 jugis, foliolis cuneato- v. subrotundo-obovatis superne pinnatifido-crenatis utrinq. glabris coriac. venosis, crenaturis 5—7-(3-) obtusatis, ven. supra impressis subt. prominulis, calyce corollaq. glabris ap. bracteisq. piliferis, staminib. 2 brevib., anther. rotundatis, stigmate brevi dilatato fimbriato, aristis 4 elong. patentib. calyce duplo longiorib.

Proxima *A. laevigatae* Ait., aristis calyc. elongatis et glabritie calyceq. apice pilifero distinguenda. — Penins. Brunswick. in collib. pr. Sandy Point. m. Oct. leg. Lechler (collect. ej. n. 978 c.).

ACAENAE INERMIS et ACAENAE MICROPHYLLAE Hook. f. descr. sequentur in additamentis.

6373. SANGUISORBA *Lin.*

(DC. Prodr. II. 593. — Walp. Rep. II. 44.)

1. SANGUISORBA ANNUA Nutt. (Walp. Rep. II. 44 n. 3). — Torrey bot. of the expl. of the Red River in Louisiana (1852) tab. V.

6374. POTERIUM *Linn.*

(DC. Prodr. II. 594. — Walp. Ann. I. 282.)

1. POTERIUM MULTICAULE B. et R. — Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852) p. 44. — Rhiz. suffrutescente abbreviato, caulib. numerosis brevissimis tenuib. angulosis simplicib. v. parce ramosis, f. plerisq. radicalib. 6 — 7 jugis glabris, petiolo tenuissimo, foliolis minutis subsessilib. b. rotundatis v. cuneatis obtuse utrinq. 2 — 3 dentatis superiorib. saepe oblgis, parte inferiori lge cuneatis integris superiori acute dentatis, capitulis rotundis minutis lge pedunculatis saepe subradicalib., fructu minuto oblgo utrinq. attenuato 4 - costato, costis crassis distinctis, facieb. tuberculato - foveolatis tuberculis inter se in series oblgas adnatis foveolas elongatas sinuatas formantib., costis tuberculisq. obtusis ap. pellucido - cerinis. — Hab. in cistetis arenosis pr. Tingidem ad m. Gebel Kibir, in Baetica pr. San Roque et Arcos de la Frontera. — Caules saep. ½ rar. 2—3 poll. etc.
2. POTERIUM RUPICOLUM B. et R. — Boiss. et Reut. l. c. p. 45. — Multicaule, caulib. saep. abbreviatis subnullis, rarius 2 — 3 pollicarib. inferne divaricatim ramosis angulosis saepe diffusis, f. fere omnib. radicalib. numerosis 3 — 5 jugis, foliol. glabris subt. glaucescentib. subsessilib. b. subcordatis rotundatis lateralib. subobliquis omnib. utrinq. profundiuscule et obtuse 3 — 4-dentatis, pedunc. longissimis flexuosis, capitulis parvis rotundis, fructu oblge-elliptico utrinq. attenuato et acutiusculo manifeste et acutiuscule 4 - costato, costis integerr., ad facies foveolato - reticulato. — Hab. ad rupes Hisp. austr., circa Granadam etc.; habitu *P. multicaulis.*
3. POTERIUM GUESTFALICUM Boeningh. (Walp. Ann. I. p. 283 n. 3, β.). — Schnizlein, observat. hort. Erlang. 1851. — Ni fallor Kochius ab auctore e patria accepit. — In horto nostro pilos amisit, et formae quam clbrr. Reichenbachius glaucescentem appellavit simile factum est.

§ 5 (non 4). *CERCOCARPEAE* Torr. et Gr.

(Enld. gen. pl. p. 1245.)

6380/1. CHAMAEBATIA *Benth.*

(Benth. pl. Hartw. 308. — Walp. Ann. II. 520.)

Icon addenda.

CHAMAEBATIA FOLIOLOSA Benth. (Walp. Ann. II. 520 n. 1). — Pl. Frémont. in Smithson. Contrib. VI. p. 11 tab. VI.

6381. CERCOCARPUS *H. B. K.*

(DC. Prodr. II. 589. — Walp. Rep. II. 45.)

1. CERCOCARPUS BREVIFLORUS A. Gray. — Pl. Wright p. II. in Smithson. Contrib. V. p. 54.

F. spathulato - oblongis integris sessilib. utrinq. sericeo - puberulis; fl. plerisq. geminis sessilib. tubo calycis limbo breviore.

Nova - Mexico pr. Frontera. — Jul. — Frutex 2—4 ped. ramosus; rami tortuosi spinescentes. F. 4—6 lin. lg. minute sericeo-pubesc. integra v. ap. obscure 2—3 dentata. Fl. foliis breviores, sessiles; tubo pedicelliformi vix lineam longo, plerumque breviore; limbo evoluto 2 lin. diam. Fr. ignot.; stylus b. villosus.

Specierum *Cercocarporum* minima ratione foliorum florumque.

§ 6 (non 5). *EUDRYADEAE* Torr. et Gr.

(Endl. gen. pl. p. 1245.)

6387. **COWANIA** *Don.*

(Walp. Rep. II. 48.)

1. COWANIA STANSBURIANA Torr. — Torr. in Stansbury explorat. of the Salt Lake p. 386 t. III.

F. pinnatifido- 5—7 lobatis, lobis oblongis; florib. flavis. — C. plicata? Torr. in Frém.

Stansbury's Island in laco salso. (Utah territor.). — Frutex 6—12 ped., ramosissimus, ramis juniorib. glandulosis. F. b. plerumq. aculeis brevibus suffulta, circuitu ovata 4—6 lin. lga, profunde 5—7 - lobata, subt. albo - tomentosa (nervo medio crasso excepto), supra viridia et subglabrata, marg. revoluta, coriacea parceque glandulis conspicuis punctata. Fl. solitarii terminales, breviter pedunc. Calycis tubus turbinatus glandulosus, segmentis latis obtusis. Petala sulphureo - lutea, late obovata, calycis segmentis duplo v. triplo longiora. Styli persistentes, pulcherrime plumosi, in fructu ultra - pollicares. Ach. lin. - oblongum, striatum, pilis brevib. appressis obsitum.

2. COWANIA ERICAEFOLIA (Torr. in litt.). — Pl. Wright II. in Smithson. Contrib. V. p. 106 add.

Caule ramosissimo; f. parvis linearib. marg. valde revolutis cuspidatis subt. incanis; calycis tubo brevit. turbinato; pet. albis.

In fissuris rupium calcarearum ad flum. *R. Grande* pr. Presidio del Norte. — Frutex decumbens, 1—2 pedalis etc.

Subordo III. *SPIRAEACEAE* DC. l. c. 541.

6391. **SPIRAEA** *Linn.*

(DC. Prodr. II. 541. — Walp. Ann. II. 521.)

1. SPIRAEA GRANDIFLORA Hook. — Hook. bot. mag. 1854. tab. 4765.

F. lanc. mucronulato - apiculatis integerr., fl. in racemis plurifl. erectis terminalib., calycis tubo late turbinato (disco toto carnoso) b. contracto ore expanso subrecurvo ext. b. bracteolato limbi lobis rotundato - ovatis ciliatis; pet. magnis rotundatis, ovar. 5 liberis biovulatis, stigmate dilatato.

Amelanchier racemosa, Fortune ms.

Species *Spiraearum* distinctissima a cl. Fortune sub nomine *Amelanchier racemosa* e China boreali ad hortos Britannicos missa.

2. SPIRAEA ARUNCUS β. MACROCARPA C. Koch. Ind. sem. h. Berol. 1853.

Caulis inde a basi angulatus, puberulus; foliola basi attenuata, duplicato - serrata et passim lobulata; stipulae elongato - cuspidatae; folliculi spiraliter contorti, quam in forma vulgari duplo majores.

Forsan species propria, fructibus duplo majoribus nec non aliis notis supra indicatis a *Sp. Arunco* L. vulgari recedens. Caulis 5—6 ped. altus, superius praesertim puberulus; folia interrupte pinnata, foliolis lateralibus 4 aut 6 elliptico - lanceolatis, basi attenuatis, breviter petiolulatis, supra obscure viridibus glaberrimis, subtus cinereo-tomentosis, duplicato - serratis, basi saepe lobatis, foliolo supremo trifido: laciniis lanceolatis serratis, lateralibus margine exteriore 1—2 lobatis; stipulae semiorbiculares, in cuspidem elongatum subito attenuatae, dentatae; panicula antheliformis, pubescens; flos centralis pedicellatus, nec sessilis. — In montibus Ponticis a. 1843 collecta, nunc in horto botanico culta.

3. SPIRAEA PIKOVIENSIS Bess. enum. pl. Volh. p. 46., Koch in app. sem. ind. h. Berol. 1853.

Ramuli ferrugineo - brunnei, glaberrimi; folia oblonga, acuta, versus apicem dentibus 3—5 erectis serrata, glaberrima, nervis secundariis elevatis, inferioribus primario magis minusve parallelis; corymbi ad basin foliis paucis obsiti, seriores aphylli, axillares; calycis laciniae ovato-triangulares, trinerves, horizontaliter patentes; petala latiuscula, subrotundata, emarginata, filamentis 20 uniserialibus duplo breviora. Nectaria 10 ovata, flavescentia, squamaeformia, sed majuscula; carpella erecta.

Species a beato Bessero ante XL annos prope urbem Podolicam Pikow detecta et jam diu in hortis culta, sed a botanicis neglecta. Inter *S. oblongifoliam* W. et K. et *alpinam* Pall. ambigua, a priore discrepat ramulis etiam junioribus glaberrimis, a posteriore contra longitudine sepalorum et petalorum inaequali. *S. chamaedryfolia* L., quacum beatus Ledebour *S. Pikoviensem* conjunxit, paucis notis convenit. (C. K.)

4. SPIRAEA EXPANSA Wall. in hort. — (*Spiraea Nepalensis*, Spiraea sp. de Kamaon, *Spiraea montana* Hort.). Koch. l. c.

Ramuli rufi, pubescentes, teretes; folia elliptica aut elliptico - lanceolata, puberula, subtus glauca, breviter petiolata, ex parte majore superiore serrata; flores corymbosi, pubescentes; calyx basi in urceolum campanulatum expansus, limbi laciniis 5 horizontalibus triangulari - lanceolatis; petala alba, rotundata, laciniis calycinis paulo majora, filamenta aequantia; discus 10 dentatus cum staminibus fauci calycinae insertus; pistilla 5, rubra, libera, sed inferne urceolo calycino inclusa, pilosa, biovulata; styli divergentes.

Ad *S. callosam* Thunb. accedit, sed ramulis elevato - striatis, disco manifesto et petalis roseis aut roseo - albis haud aegre distinguenda. Circiter 4 hebdomades etiam antea floret. Speciem in nostris regionibus refrigeratis hyems saepe ad terram deurit, radix autem vere plerumque denuo pullulat. In subalpinis Himalayae sponte crescit. (C. K.)

5. SPIRAEA FLABELLATA Bert. in Guss. pl. rar. 205. t. 40., Koch l. c.

Sp. chamaedryfolia Ten. fl. napol. III., 9. — *Sp. Nicoudiertii* Hort et C. Koch hort. dendrol. 109.

Species distincta, omnibus partibus *Sp. crenata* major, jam diu in hortis dendrologicis sub nomine *Spiraeae Nicoudiertii* culta et saepe cum *Sp. crenata* commixta est.

In Italia forte pluribus locis crescentem auctores hucusque nonnisi in regionibus Umbricis indicaverunt. Teste Barreliero etiam in Pyrenaeis reperitur. (C. K.)

6. SPIRAEA DUMOSA Nutt. — Torrey in Stansbury expedit. at the great Salt-Lake p. 387. tab. IV.

Hook. Lond. journ. bot. VI. p. 217. — Gray pl. Fendl. p. 40. — *Sp. discolor* Torr. in ann. Lyc. N. York II. p. 195, not. of Pursh.

Habitat. Stansbury Island in lacu salso Utahensi.

7. SPIRAEA DECUMBENS Koch. (Walp. Ann. II. 521). — Graf in Oestr. W. Bl. 1851 p. 22.: Ueber *Spiraea decumbens* Koch.

Icones addendae.

SPIRAEA DOUGLASII Hook. (Walp. Rep. II. p. 50 n. 13). — Paxton fl. gard. II. n. 351, xylogr. fig. 178.

SPIRAEA LAXIFLORA, Lindl.; (Walp. Rep. II. 50 n. 8). — Paxton fl. gard. II. n. 363, xylogr. fig. 183.

SPIRAEA CALLOSA Thunb.; (DC. Prodr. II. 544). — Paxton fl. gard. II. n. 381, xylogr. fig. 191.

6399. LINDLEYA *H. B. K.*

(DC. Prodr. II. 548. — Walp. Ann. II. 522.)

Icon addenda.

LINDLEYA MESPILOIDES, H. et Kth. (DC. Prodr. II. 548. 1). — Paxton fl. gard. II. n. 425. xylogr. fig. 214.

Subordo IV. *NEURADEAE* DC.

Endl. gen. pl. p. 1219.

6401. NEURADA *B. Juss.*

(DC. Prodr. II. 548. — Walp. Rep. II. 52.)

Icon addenda.

NEURADA PROCUMBENS Lin. (DC. Prodr. II. p. 548. — Walp. Rep. II. 52 n. 1). — Hook. Ic. pl. ser. nova V. tab. 840. (*Stocksianae*). — In arenosis regni Scindici; Stocks.

---

* NEILLIACEAE *Miq.*

(DC. Prodr. II. p. 546. sub Neillia.)

Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 390.

Stirpes alternif. inter Spiraeaceas et Saxifrageas intermediae, illis pluribusq. Rosaceis stipulis (liberis), habitu, foliorum forma simillimae, staminum numero subindefinito affinitatem corroborante, seminib. autem valde albuminosis manifesto distinctae et hac nota Saxifragear. ordini proxime accedunt, a quib. aut stipulis iisq. prors. liberis, testa dura crustacea laevi nullibi producta rhaphiq. subcristatim prominente, sat recedunt. — Spiraeaceis autem magis quam Saxifrageis parvum hunc ordinem affinem existimaverim.

6392. **NEILLIA** *Don.*

(DC. Prodr. II. 546. — Walp. Rep. II. 51.)

1. NEILLIA THYRSIFLORA Don (DC. Prodr. l. c. p. 546). — Miq. fl. Ind. Bat. I. p. 391. *N. Adenilema* Miq. mss. — *Adenilema fallax* Blume Bijdr. *Neillia* ej. in sched. Frutex etc. — Java, in montib. occidentalib.

Ordo LXXXVI. POMACEAE *Lindl.*

(*Rosacear.* trib. 8, DC. Prodr. II. 626. — Walp. Ann. II. 522.)

6342. **PYRUS** *Lindl.*

(DC. Prodr. II. 633. — Walp. Ann. II. 522.)

1. PYRUS COMMUNIS L. — Bunge in Mém. prés. à l'acad. de Petersb. 1851. tom. VII. p. 289. — In hortis urbis Bucharae culta.

Adsunt ramuli plurium varietatum:

1. f. suborbiculatis crenato-serrulatis, subt. pubescentib. (fructib. parvis magn. Juglandis).
2. f. oblongis acuminatis integerrimis! juniorib. subt. calyceque niveo-tomentosis.
3. f. ovato-subcordatis acuminatis subt. pubescentib. plerisq. argute serratis.
4. f. ovatis abrupte acuminatis subt. pubesc. obscure crenulatis.

2. PYRUS AMYGDALIFORMIS Vill. — Visiani fl. Dalm. III. p. 245 n. 1719. — DC. Prodr. II. p. 634.

Syn.: *Pyr. cuneifolia*, Vis. ic. fl. Dalm. non Guss. — *Pyr. eriopleura*, Rchb. fl. exc. p. 630. — *Pyr. salicifolia*, Alsch. fl. Jadr. p. 110, non Pall. — *Pyr. salviaefolia*, Pett. bot. Wegw. n. 746, non DC.

Ic.: Vis fl. Dalm. tab. XXXVIII.

Hab. In asperis et silvaticis totius Dalm. frequens. — Fl. albi. Fr. acerbi parvi persistent. Fl. Apr. Maj. ♄.

Obs.: Distinguitur a *P. cuneifolia* Guss. et *parviflora* Desf. petal. oblongo-obovatis quae in hisce orbiculata sunt, et fructib. b. quidquam productis, nec unquam umbilicatis ut in illis. Calycis laciniae erectae et triangulares in nostra, reflexae et lanceolatae longioresque in *P. cuneifolia.*

211. MICONIA LEUCOCARPA (DC. l. c. 182 n. 24).

212. MICONIA IMPETIGINOSA (DC. l. c. 183 n. 32).

213. MICONIA CINCHONAEFOLIA (DC. l. c. 184 n. 36).

214. MICONIA DISCOLOR (DC. l. c. 184 n. 38).

215. MICONIA PUNCTATA (DC. l. c. 184 n. 39).
216. MICONIA LAMBERTIANA (DC. l. c. 185 n. 41).
217. MICONIA ERIODONTA (DC. l. c. 185 n. 43).
218. MICONIA COLLINA (DC. l. c. 185 n. 46).
Affinis videtur *M. prasinae* et fortassis c. ea jungenda est.
219. MICONIA MARTIUSIANA (DC. l. c. 186 n. 47).
220. MICONIA MAXIMILIANA (DC. l. c. 186 n. 48).
221. MICONIA LOXENSIS (DC. l. c. 186 n. 49).
222. MICONIA PAUCIDENS (DC. l. c. 186 n. 51).
223. MICONIA CAUDIGERA (DC. l. c. 186 n. 52).
224. MICONIA GAYAQUILENSIS (DC. l. c. n. 53).
225. MICONIA SUBCILIATA (DC. l. c. 187 n. 58).
226. MICONIA CORONATA (DC. l. c. n. 59).
227. MICONIA PENDULIFOLIA (DC. l. c. n. 60).
228. MICONIA HAVANENSIS (DC. l. c. 188 n. 61).
229. MICONIA AMBIGUA (DC. l. c. 189 n. 69).

Species maxime dubiae.

230. MICONIA MINUTIFLORA (DC. l. c. n. 71).
231. MICONIA ASTROLASIA (DC. l. c. 190 n. 76).
232. MICONIA TRIPLINERVIS (DC. l. c. n. 80).
233. MICONIA LANUGINOSA (DC. l. c. n. 81).
234. MICONIA EMARGINATA (DC. l. c. n. 82).
235. MICONIA NITENS Benth. (Walp. Rep. II. 146 n. 5).
236. MICONIA REVOLUTA Benth. (Walp. l. c. n. 6).
237. MICONIA BREVIPES Benth. (Walp. l. c. n. 7).
238. MICONIA MYRIANTHA Benth. (Walp. l. c. n. 9). — Ab ea fortassis non differt *M. melanodendron.*
239. MICONIA ERIOPHORA Miq. (Walp. l. c. n. 11).
240. MICONIA CORALLINA Spring, (Walp. l. c. n. 13).
241. MICONIA FASCICULATA Gardn. (Walp. l. c. n. 14).
242. MICONIA ORGANENSIS Gardn. (Walp. Rep. II. 918 n. 1).
243. MICONIA DIVARICATA Gardn. (Walp. l. c. n. 2).
244. MICONIA DEPAUPERATA Gardn. (Walp. l. c. n. 3).
245. MICONIA POLYANDRA Gardn. (Walp. l. c. n. 4).
246. MICONIA SCORPIOIDES Schlechtdl. et Cham. Linn. V. 564. (Walp. Rep. II. 134 n. 11).
247. MICONIA? GLABERRIMA Schltdl. Linn. XIII. 421. (Walp. l. c. n. 15).
248. MICONIA? GLAUCOCARPA Schlchtdl. Linn. XIII. 421. (Walp. l. c. n. 16).
249. MICONIA SYLVATICA Schldl., l. c. 422. (Walp. l. c. n. 17). — Forte eadem est ac *M. laevigata.*
250. MICONIA?? LINEATA Schldl. l. c. 423. (Walp. Rep. l. c. n. 19).
251. MICONIA?? UMBILICATA Bertol., Fl. Guatim., 16. (Walp. l. c. n. 21).
252. MICONIA? ROSTRATA Bertol., l. c. 17. (Walp. l. c. n. 22).
253. MICONIA RENGGERI Steud. (Walp. V. 720 n. 6). — Eandem esse suspicamur ac *M. holosericea.*

254. MICONIA FLAMMEA Casaretto (Walp. V. 720 n. 7).

255. MICONIA ERYTHROPILA Steud. (Walp. l. c. n. 9).

256. MICONIA FLEISCHERIANA Steud. (Walp. l. c. n. 12).

257. MICONIA REPANDO-CRENATA Steud. (Walp. l. c. n. 13).

258. MICONIA CALOPHYLLA Crüger, (Walp. Ann. I. 301 n. 1).

259. MICONIA VILLOSISSIMA Crüger, (Walp. Ann. I. 301 n. 2) — Eandem esse suspicamur ac *M. lacera*.

260. MICONIA GLOSSOCENTRA. — *Glossocentrum collinum* (Walp. Ann. I. 301 n. 1).

261. MICONIA SPECIOSA. — *Augustinea speciosa* St. Hil. et Naud. — (Walp. Rep. V. 698 n. 1).

262. MICONIA? OBSCURA. — *Clidemia obscura* (DC. Prodr. III. 162 n. 59).

263. MICONIA RADULAEFOLIA. — *Clid. radulaef.* Benth. (Walp. Rep. II. 139 n. 9).

264. MICONIA TETRANDRA. — *Tetrazygia tetandra* (DC. l. c. 172. 1).

265. MICONIA TUNICATA. — *Conostegia tunicata* (DC. l. c. 175 n. 10).

Species valde affinis *Miconiae tococoidi* et *M. conostegioidi*.

266. MICONIA MEXICANA. — *Conostegia Mexicana* DC. l. c. — Differtne vere a *M. semicrenata* ?

267. MICONIA CANDOLLEANA. — *Con. lutescens* (DC. l. c. 175 n. 15).

Species ut videtur affinis *M. cornifoliae*.

268. MICONIA ACUMINATA. — *Con. acuminata* Steud. (Walp. Rep. V. 715 n. 1).

Species non confundenda c. *Melastoma acuminata* Desr., quae eadem est ac *Mic. semicrenata*.

269. MICONIA FLORIDA. — *Diplochita florida* (DC. l. c. 176. 2). — Differtne a *Mic. Fothergilla* ?

270. MICONIA? DONAEANA. — *Dipl. caudata* (DC. l. c. 177 n. 6).

271. MICONIA?? AUREA. — *Dipl. aurea* (DC. l. c. 177 n. 7).

272. MICONIA? BUBALINA. — *Dipl. bubalina* (DC. l. c. n. 8).

273. MICONIA? PLATYHEDRA. — *Dipl. macrophylla* (DC. l. c. n. 9).

274. MICONIA LEUCOCEPHALA. — *Dipl. leucoceph.* (DC. l. c. n. 10). — Fortassis eadem species est ac *M. serrulata*.

275. MICONIA NITIDA. — *Cremanium nitidum* Don (DC. l. c. 191 n. 2).

276. MICONIA THYRSOIDEA. — *Creman. thyrs.* Don (DC. l. c. n. 3).

277. MICONIA LATIFOLIA. — *Creman. latifol.* Don (DC. l. c. n. 4).

278. MICONIA ELAEODENDRON. — *Creman. elaeod.* Don (DC. l. c. n. 7).

279. MICONIA? GLANDULOSA. — *Creman.? glandul.* (DC. l. c. n. 8).

280. MICONIA? MEDIA. — *Creman. medium* Don (DC. l. c. n. 9).

281. MICONIA? MYRTIFORMIS. — *Creman. calophyllum* Don (DC. l. c. n. 10).

282. MICONIA? LAURINA. — *Creman. laurinum* Don (DC. l. c. n. 11).

283. MICONIA COERULEA. — *Creman. coerul.* Don (DC. l. c. n. 12).

284. MICONIA COELESTIS. — *Creman. coeleste* Don (DC. l. c. n. 13).

285. MICONIA GALACTANTHA. — *Creman. serrulata* Don (DC. l. c. n. 14).

286. MICONIA MIQUELIANA. — *Decaraphe floribunda* Miq. (Walp. Rep. V. 718 n. 2).

287. MICONIA DIMORPHA. — *Crem. glaberr.* (DC. l. c. n. 22). — Forte cum *M. milleflora* coadunanda.

288. MICONIA PROCERA. — *Creman. compressum* Benth. (Walp. Rep. V. 722 n. 1).

289. MICONIA HARTIGIOIDES. — *Creman. minutiflorum* (DC. l. c. n. 23). — Num a *M. milleflora* distincta species?

290. MICONIA OLIGOTRICHA. — *Creman. oligotr.* (DC. l. c. n. 25).

291. MICONIA CROCEA. — *Creman. croceum* (DC. l. c. n. 27).

292. MICONIA INAEQUIDENS. — *Creman. inaequidens* (DC. l. c. n. 30).

293. MICONIA PANICULATA. — *Creman. paniculatum* (DC. l. c. n. 32).

294. MICONIA PALUDOSA. — *Creman. palud.* Gardn. (Walp. Rep. II. 919 n. 1).

295. MICONIA CHAENOPLEUROIDES. — *Creman. chaenopl.* Gardn. (Walp. l. c. n. 2).

296. MICONIA PLEUROCARPA. — *Decaraphe Fockeana* Miq. (Walp. Rep. V. 718 n. 3).

297. MICONIA PARVIFLORA. — *Chaenopleura parvifl.* Gardn. (Walp. Rep. II. 919 n. 1).

298. MICONIA GARDNERIANA. — *Chaenopl. lanceolata* Gardn. (l. c. n. 2).

299. MICONIA DENSIFLORA. — *Chaenopl. densifl.* Gardn. (Walp. l. c. n. 3).

300. MICONIA CRUEGERIANA. — *Chaenopl. ferruginea* Crüg. (Walp. Ann. I. 302 n. 1).
Species maxime dubia, ut videtur a *Mic. ferruginea* DC. non diversa.

301. MICONIA ANGUSTIFLORA. — *Diplochita? angustiflora* Benth. (Walp. Ann. I. 300 n. 1).

302. MICONIA TRINITATIS. — *Creman. Trin.* Crüg. (Walp. l. c. 301 n. 1).

303. MICONIA ASCHENBORNIANA Schauer. — (Walp. Ann. I. 301 n. 2).

304. MICONIA BERGHESIANA Schauer. — (Walp. Ann. I. 302 n. 3).

E speciebus quae sub nomine Melastomatis ad calcem ordinis in prodr. a Candollaeo contemptim rejectae fuerunt plurimae ad Miconiam pertinent aut pertinere videntur, quas maxima parte sub aliis nominibus alias descriptas fuisse pro certo habemus. Eae sunt: *Melastoma expansum*, *M. nervosum*, *M. splendens*, *M. piluliferum*, *M. trinervium*, *M. virescens*, *M. rigidum*, *M. brachiatum*, *M. striatum*, *M. fragile*, *M. heteronervum*, *M. squamulosum*, *M. ligustrinum*, *M. Ibaguense* et *M. furfuraceum*.

CXVI. **POGONORHYNCHUS** *H. Crüger.*

(Walp. Ann. I. p. 300.)

1. POGONORHYNCHUS AMPLEXANS H. Cr. (Walp. l. c.). — Naudin in Ann. sc. nat. ser. III. tom. 17. p. 305.

Genus nobis ignotum et c. *Miconia* ut videtur coadunandum.

CXVII. **STAPHIDIUM** *Naud.*

Naudin l. c. tom. XVII. tab. XXII.

Clidemiae et *Heterotrichi* sp. DC. Prodr. III. — *Melastomatis* spec. auct. — *Stephanotrichum* Ndn., Ann. sc. nat. ser. III. tom. IV. p. 54.

Fl. 5—6—8-meri, amblypetali. Calycis tubus campanulatus; dentes duplicati, exteriores subulati magis minusve producti, interiores ovati obovative obtusi, cum priorib. b. connati, interd. subobsoleti. Pet. obovata ap. rotundata, nonnunquam emarginata aut retusa, rarius ovata et subobtusa. St. petalor. numero dupla, rarissime numerosiora, aequalia aut subaequalia; antheris linearib. linearive-subulatis 1-porosis; connectivo infra loculos nullo, postica basi in tuberculum s. cal-

car brevissimum haud infrequenter desinente aut supra basin gibboso. Torus insertioni staminum inserviens nunc simplex, nunc productus et fimbriatus. Ovarium plerumq. semiadhaerens, rarius usque ad ap. calycino tubo adnatum, superne umbilicatum, 4—5—6-loculare. Styl. filiformis, stigm. punctif. Fruct. baccatus, calyc. dentib. coronatus. Sem. ovoideo-dimidiata aut irregulariter pyramidato-angulata.

Frutices austro Americani, Mexicani et Antillani, ramosi interd. subarborescentes, utplurimum micranthi, haud raro macrophylli et anisophylli, hirsuti aut villosi, rarius glabri aut subglabri; f. petiolatis ovatis acutis 3—5—7—9-nerviis; florib. in paniculas multifl. axillares rarissime subterminales dispositis, nonnunq. ad ap. ramulor. axillarium aut in ipsis axillis folior. congestis glomeratisve, albis roseis aut purpurascentib., fortassis etiam albo-luteolis.

Genus vix non omnino naturale quamvis species habitu heteromorphas includat. A Staphidiastro partium numero quinario, a Clidemia petalis obtusis facile distinguitur; Miconiae vero affinius est, cui paucis specieb. utriq. fere aequalit. convenientib. connectitur; ab illa tamen discrepat inflor. axillari et calycis dentib. exteriorib. productis nec, ut in Miconia, obsoletis aut saltem brevissimis. — Staphidium triste (non confundendum c. Miconia tristi) fortasse melius c. Miconiis jungeretur.

A. *STEPHANOTRICHUM.*

Fl. 5—8-meri. Calyc. dentes exteriores semper longe producti angusti subulati. Torus staminum in membranam laciniatam erectam productus aut fimbriatus.

1. STAPHIDIUM OCTONUM Naud.

Heterotr. octonum DC. Prodr. III. 173. — *Stephanotr.* Ndn. Ann. sc. ser. III. tom. IV. 54. — *Octomeris Bonplandii* Naud. l. c. 52. — *Melastoma octona* Bonpl., Mélast. tab. 4.

Macrophyllum anisophyllum; ramis petiolis paniculisq. patentim hispidissimis; f. late ovatis acuminatis b. cordatis marg. denticulatis setoso-hispidulis 7-nerviis; fl. pro genere majusculis 6—8-meris.

Rami teretes caet.

2. STAPHIDIUM ELEGANS Naud. (*Clidemia eleg.* DC. Prodr. III. 157). — Cfr. l. c. diagn. et descr.

3. STAPHIDIUM PAUCIFLORUM Naud. (*Clidem. paucifl.* et *crenata* DC. l. c. 157). — Confr. Naud. l. c. diagn. et descr.

var. β. *stellatum:* ramulis supremis pube stellata inter setas conspersis; f. b. cordatis, multo min. hispidis quam in caeteris varietatib., pag. inf. fere glabra.

Nonne spec. distincta? In Bras. sept.?; Martius herb. Flor. brasil. n. 495.

var. γ. *albo-roseum:* petal. albo-roseis, caet.

In Republ. Mexicana pr. Oaxaca, c. in alt. 1000 metr. Galotti cat. n. 2960.

var. δ. *calcaratum*: antherar. connectivo infra loculos nonnihil producto et postice in calcar breviusculum desinente.

In Andib. reipubl. Venezuelensis haud procul Truxillo et Merida et pr. Caracas.

STAPHIDIUM PAUCIFLORUM Naud. δ. *calcaratum* Naud. — (Naud. ann. sc. natur. ser. III. tom. XVII. p. 309). — Hasskarl in Retzia I. p. 174.

Obs. Nostra a typo (Naud. l. c. p. 308) recedit et *St. eleganti* Naud. l. c. 307 accedit: f. exacte crispatulo-crenulato-dentatis, b. exacte cordatis, rarius subrotundatis, pet. juvenilib. laete roseis. mox albidis, germine ima b. tantum calyci adnato, ap. angustato, lageniformi. — Cfr. et pl. descript. l. c.

4. STAPHIDIUM PURPUREUM Naud. l. c. p. 309. (*Clidemia purpurea* DC. III. 158). — *Melastoma purpurascens* Dombey herb. — Cfr. l. c. diagn. et descr.

5. STAPHIDIUM BRACHYSTEPHANUM Naud. — Naudin l. c. p. 309.

Isophyllum et anisophyllum hirsutum; f. lanc. ovatove lanc. acuminatis subintegerrimis quintuplinerviis pilosis; cymis subterminalib. paucifl. hirsutis; fl. 5-meris; toro vix producto 10-lobulato.

F. 8—10 centim. lg. 3—4 l. caet. — In Nova-Granata.

6. STAPHIDIUM HOSTMANNII Naud. l. c. p. 310.

Isophyllum et anisophyllum hirsutum aut hispidulum; f. petiolatis ovato-oblongis acuminatis b. rotundatis et subacutis subintegerrimis 5-nerviis; cymis ex axilla folii minoris ortis divaricatim et trichotome ramosis hirsutissimis; florib. 5-meris.

Utrum spec. distincta sit an alius varietas nobis ex unico et incompleto specimine non est exquirendum, caet. — In Guiana Batavica pr. Surinam; Hostmann.

7. STAPHIDIUM CHRYSANTHUM Naud. l. c. p. 310.

Submacroph., anisoph. totum hispidulum; f. elliptico-ovatis acuminatis crenulatis 5-nerviis; cym. axillarib. multifl. hispidissimis; florib. 5-meris flavis.

Species distinctissima, caet. — In nemorib. mont. Mexic. pr. Mexico, ad alt. 1000 metr., ubi rara est; Galeotti cat. n. 2942.

8. STAPHIDIUM WILSONII Naud. l. c. 311.

Clidemia hirta herb., non DC. nec bot. mag. tab. 1971.

Pro genere submacrophyllum; ram. teretiusc. hirsutis hispidulisq.; f. in eod. jugo nunc aequalib. nunc valde disparib. ovato-ellipticis acuminatis b. obtusis integerrimis aut vix conspicue crenulatis 5-quintuplinerviis setuloso-scabrellis; cymis rufo-hirsutissimis 3—7 floris in axillis folior. aut dichotomiis ramor. supremor. subsessilib.; fl. 5-meris.

Species distinctiss. praesert. a *Clid. hirta* DC., quae sine dubio *S. eleganti* conjungenda est, caet. — In ins. Jamaica; Wilson.

var. β. *crinitum:* ram. densius hirsutis aut hispidulis; f. crenato-denticulatis; calycib. dense villoso-crinitis; petalis dilute roseis.

var. β. in ins. Cuba pr. S. Yago; Lind. cat. 2092.

9. STAPHIDIUM SESSILIFLORUM Naud. l. c. p. 311.

Subisoph. oliganthum; f. petiolatis oblongo-ellipticis abrupte acuminatis b. obtusis integerrimis utplurimum quintuplinerviis glabris aut glabratis; fl. in utraq. axilla folior. oppositorum sessilib. paucis aut solitariis.

Rami novelli pube minuta farinosa, caet. — In America aequitor. pr. Maynas; Poeppig.

10. STAPHIDIUM ANCEPS Naud. l. c. p. 312.

Macroph. hispidulum; f. in eod. jugo nonnihil disparib. et inaequaliter petiolatis ovatis acuminatis b. cordatis crenatis 5—7 nerviis; panic. ex axilla folii debilioris ortis erectis, folio ipso multo breviorib.; florib. 5-meris, toro staminum lacinulis vix conspicuis ornato.

Forma huic sectioni potius propt. habitum quam genuinos floris characteres relata, Eustaphidio aeque ac Stephanotricho conveniens et quantula sit inter haec duo subgenera differentia plane ostendens, caet. — In America aequin., secus fl. Amazonum, pr. Ega; Poeppig.

B. *EUSTAPHIDIUM* Naud. l. c. p. 312.

Fl. 5—6-meri. Calyc. dentes externi productiores aut breviores, subulati. Torus insertioni staminum inserviens in coronam laciniatam non productus.

a. Species genuinae id est ovario 6-loculari donatae.

11. STAPHIDIUM NOVEMNERVIUM Naud. l. c.

(*Heterotrichum novemnervium* DC. Prodr. III. p. 173).

Cfr. l. c. diagn. et pl. descr. — In variis locis Brasiliae septemtr., fortassis etiam in Antillis.

12. STAPHIDIUM AFFINE Naud. l. c. p. 313.

Macrophyllum anisoph.; ram. teretib. petiol. paniculisq. mollit. hirsutis; f. ovatis acuminatis b. subcordatis marg. subtilissime ciliato-denticulatis et quasi integerrimis 7—9-nerviis, pag. superiori tenuit. et crebre bullatis strigillosis, inferiore tomentoso-cinereis impresso-punctulatis; panic. axillarib. laxifl.; fl. 5—6-meris; st. b. appendiculatis.

Forma praecedenti simillima ejusq. ut videtur mera varietas, caet. — In Guiana Anglica; Schomburgk Cat. n. 25.

13. STAPHIDIUM PLIOSTEMON Naud. l. c. p. 313.

Macrophyllum; ram. subgracilib. teretiusc. hirtellis; f. mollib. ovatis brevit. acuminatis b. cordatis argute crenato-denticulatis 7-nerviis, pag. sup. crebre bullatis pilosulis; panic. axillarib. pauciramosis laxiflorisq.; fl. 5-meris, st. numero subindefinitis.

Species insignis, caet. — In Brasilia, loco nec collectore designatis.

14. STAPHIDIUM LINDENIANUM Naud. l. c. p. 34.

Subisophyllum; ram. teretib. setulosis; f. ovatis ovatove oblongis acuminatis b. rotundatis aut vix subcordatis, crenato-denticulatis 5-nerviis villosulis; panic. brevib. cymosis divaricatis in dichotomiis ramor. alarib.; fl. 5-meris.

Ramor. internodia decim. longa et ultra, caet. — Secus rivulos pr. urbicolam Teapa reip. Mexicanae; Linden.

15. STAPHIDIUM GRACILE Naud. l. c. p. 314.

Subisophyllum; ram. gracilib. teretiusc. sparsim setulosis internod. elong.; f. longiuscule petiolatis ovatis acuminatis b. subacutis aut rarius rotundatis crenato-denticulatis, praetermisso nervulo utroq. submargi-

nali 3-nerv., villosulis, marg. purpurascentib.; panic. cymosis paucifl. axillarib.; fl. minutis 5-meris.

Rami foliosi, caet. — In montib. Mexicanis pr. Oaxaca; Galeotti.

16. STAPHIDIUM DIVARICATUM Naud. l. c. 315.

Totum ferrugineo-hirsutum villosumve subisophyllum; f. ovatis lanceolatove ovatis longiuscule acuminatis b. subrotundatis rarius subacutis argute duplicato-serratis 3—5-nerv., panic. axillarib. alaribusve paucifl., ramulis filiformib. productis omnino divaricatis et quasi refractis; fl. 5-meris.

Species maxime conspicua, caet. — In locis humidis pr. Teapa (Mexico); Linden.

17. STAPHIDIUM BISERRATUM Naud. l. c. p. 315. — (*Clidemia biserrata* DC. Prodr. III. 158, ut videtur etiam *C. bullosa* et *C. umbonata* ejusd. auct., fortasse eadem ac *Clidemia spicata* s. *Staph. spicatum*).

Saepe macrophyllum et anisophyllum; ram. petiolis paniculisq. pube stellato-plumosa obductis; f. ovatis longiuscule acuminatis b. rotundatis aut vix subcordatis argute duplicato-serratis 5-nerviis, pag. sup. bullato-strigillosis, infer. tomentosis foveolatisq.; panic. axillarib. pyramidatis thyrsoideisve suberectis; fl. 5-meris.

Species incertissima nec essentiales characteres satis retinens ut semper dignoscatur, maximamq. affinitatem exhibens c. *St. spicato*, cui consociandam esse crederemus; caet. — In Brasilia septentr. et pr. Rio Janeiro.

18. STAPHIDIUM URCEOLATUM Naud. l. c. p. 316. — (*Clidemia urceolata* DC. Prodr. III. p. 158). — Cfr. l. c. diagn. et pl. descr.

19. STAPHIDIUM SPICATUM Naud. l. c. — (*Clidemia spicata* DC. Prodr. III. p. 158, eadem etiam ac *Cl. pustulata*, *Cl. strigillosa*, *Cl. capitellata* ejusd. auct. — *Clidemia Surinamensis* Miq.).

Isophyllum et anisophyllum, totum hirsutum; f. ovatis acuminatis b. integris aut subcordatis duplicato-serratis 5-nerviis, pag. super. bullato-strigillosis inferiore mollius hirsutis et foveolatis; panic. axillarib. erectis aut nutantib. mag. minusve in spicam coarctatis aut thyrsoideis; fl. 5—6-meris, calycib. campanulatis.

Numerosissima specimina habemus e variis Americae regionib. oriunda quae consanguinitatem specier. supra memoratar. constituunt; imo suspicamur et fere pro certo habemus *Cl. umbonatam*, *Cl. urceolatam*, *Cl. bullosam*, et fortassis *Cl. biserratam* olim in eand. speciem *Cl. spicatae* seu *Staphidii spicati* nostri merito contrahendas esse, quod tamen posteris solvendum relinquimus. Seq. l. c. pl. descr. — In Guianis vulgatissima; Peruvia; Panama, Nova-Granata, insulae Trinidad, St. Thomas et Porto-Rico.

20. STAPHIDIUM BRACTEOSUM Naud. l. c. p. 318.

Totum setis strigillosis hirsutissimum ferrugineum; f. aequalib. et inaeq. breviter petiolatis ovatis acuminatis serrulatis, praetermisso nervulo submarginali, 3-nerviis, pag. sup. bullato-strigosa, inferiore mollius villosa et foveolata; paniculis axillarib. densis villosissimis, bract. majusculis ovatis acuminatis intermixtis; fl. 5-meris.

St. spicati forte etiam varietas, caet. — In Guiana Gallica; Leprieur.

21. STAPHIDIUM CONFERTIFLORUM Naud. l. c.

Isophyllum?, ram. teretib. rufo-hirsutis; f. ovatis acuminatis b. rotundatis crenato-denticulatis 5-nerviis, pag. sup. tenuissime bullatis

strigilloso-asperis, inferiore mollius hirsutis foveolatis, panic. axillarib densifl. fere in capitulum contractis; fl. 5-meris.

St. spicato iterum proxima, quam ab eo magis propt. patriam quam ingenuos characteres separavimus; caet. — Prope Oaxaca, Galeotti, cat. n. 2957.

22. STAPHIDIUM CHINANTLANUM Naud. l. c. p. 318.

Anisophyllum, ram. supremis petiolisq dense ferrugineo-hirtellis; f. late ovatis acuminatis b. rotundatis nonnihilq. subcordatis marg. denticulatis 5-nerviis, pag. superiore hirto-velutina, inferiore pubescenti-tomentosa; panic. ad ap. ramor. axillaribus? subterminalib (annon etiam omnino terminalibus?), panic. folio majore multo breviorib. laxifloris; fl. sessilib. pedicellatisq. 5-meris.

Species ut videtur distincta quamvis non careat affinitate c. *St. spicato*, sed hanc ab illo certe discrepare minime affirmamus quum nobis nota sit polymorpha *St. spicati* indoles; caet. — Mexico pr. Chinantla, ubi rara est; Galeotti.

23. STAPHIDIUM DEPENDENS Naud. l. c.

Anisophyllum hirsutum aut villosum; f. petiolatis late lanc. acuminatis b. obtusis marg. serratis, praeter nervulos submarginales 3-nerviis, utraq. pag. villosis; panic. ad ap. ramulor. axillarib. pendulis dense hirsutis; fl. brevit. pedicellatis 5-meris.

Frutex nobis unico et incompleto specimine cognitus sed ut videtur pro specie distincta habendus, caet. — Prope Mexico, rarum; Galeotti.

24. STAPHIDIUM GALEOTTII Naud. l. c.

Subisophyllum submacroph. undiq. hirtellum; ram. subteretib.; f. longiuscule petiolatis late ovatis acuminatis b. subcordatis, duplicato-serratis, praetermisso nervulo utroq. marginali, 5-nerviis villosis; panic. terminalib. fortassis et alarib. aut lateralib. gracilit. ramosis divaricatis; fl. ad ap. ramulor. extremor. solitariis-ternis, longiuscule pedicellatis.

Rami subgraciles teretes hirtelli, caet. — In nemorib. humidis pr. Mexico. Galeotti n. 2918.

25. STAPHIDIUM TRISTE Naud. l. c. p. 320. — (*Clidemia bracteata* DC. l. c. p. 162. — *Clid. cephalophora* Steud. herb. Hohenack. ined.). — Cfr. l. c. diagn. nec non pl. descr.

26. STAPHIDIUM OXYURUM Naud. l. c. p. 321.

Anisophyllum; ram. supremis gracilib. teretib. patentim hispidulis; f. ovato-lanc. ap. in acumen angustum acutissimum productis serrulatis hispidulis 5-nerviis; cymis paucifl. pedunculatis ex axilla folii minoris utplurimum ortis.

F. in eod. jugo saep. disparia, uno alterum $1/4$ aut $1/3$ superante, caet. — In America septemtr., ut videtur Guiana; Bonpland.

27. STAPHIDIUM CONGLOMERATUM Naud. l. c. — (*Clidemia conglomerata* DC. Prodr. III. 156). — Cfr. l. c. diagn. et pl. descr.

28. STAPHIDIUM DIVERSIFOLIUM Naud. l. c. p. 322. — (*Clidemia diversifolia* DC. Prodr. III. 159). — Cfr. l. c. diagn. et pl. descr.

b. Ovarium 3-loculare. Species *Clidemiae* affiniores.

29. STAPHIDIUM INVOLUCRATUM Naud. l. c. p. 323. — (*Clidemia involucrata* DC. Prodr. III. 163. — *Clidemia quintuplinervia* Steud. herb. Hohenack. — *Melastoma involucrata* Rich. herb.). — Cfr. diagn. et pl. descr. Naud. l. c.

30. STAPHIDIUM NAEVULUM Naud. l. c. p. 323.

Anisophyllum; ramis supremis teretiusculis hirsutis gracilib.; f. ovatis ovatove oblongis longiuscule acuminatis b. subcordata saep. inaequilateris subtiliter denticulatis 5-quintuplinerviis puberulis aut glabratis; panic. parvis erectis ex axilla folii minoris ortis, rarius in dichotomia alaribus.

Frutex elatus, caet. — In Guiana Anglica; Schomburgk; Brasilia sept. secus ripas fluminis Rio Negro et in aliis locis; Bonpl.

CXVIII. CYANOPHYLLUM.

(Naud. l. c. p. 324.)

Flos 5-merus. Calycis oblongo-campanulati limbus duplex, uterq. membranaceus brevis; exterior patens denticulis 5 minutis vix perspicuis in ipso marg. ornatus, interior erectus integer. Petala lin-oblonga, ap. rotundata, inferne cuneata. Stam. 10 aequalia; anth. subulatis 1-porosis extrorsum nonnihil arcuatis, loculis antice undulatis, connectivo nec producto nec appendiculato aut b. postica tuberculo inconspicuo vix notato Ovar. ap. solummodo liberum 3 loculare. Styl. suberectus filiformis, stigm. punctiformi. Fr. ignotus.

Suffrutex? Venezuelensis andicola, glaberr. macrophyllus micranthus; f. petiolatis obovato-ellipticis utrinque subacutis integerrimis, adjecto nervo utroq. submarginali 5-nerviis, pag. sup. virentib., infer. pulvere cyaneis nitoremq. metallicum ludentib.; panic. terminalib. multifl., ram. primariis patentib. aut nonnihil refractis; fl. parvis sessilib. aut brevit. pedicellatis, fortasse purpureis aut purpurascentib. — Genus *Staphidio* nimis affine eique fortassis melius jungendum; ab illo non discrepat nisi calycini limbi fabrica peculiari.

1. CYANOPHYLLUM METALLICUM Naud. l. c. p. 325. — F. 2½—3 decim. lg. 13—14 centim. l., petiolo bicentrimetrali, caet. — In Andib. Venezuelensib. pr. Merida ad alt. circ. 2000 metr.; Funck et Schlim. Cat. 1078. — Specim. nostr. mancum ex horto Lindeniano.

CXIX. STAPHIDIASTRUM.

Naudin l. c. p. 325.

(*Clidemiae* et *Sagraeae* sp. DC. Prodr. III.)

Fl. 4-meri amblypetali. Calyx campanulatus interdumq. oblongus suburceolatus; dentib. interioribus membranaceis obtusis brevibus aut inter se confluentib. et idcirco subnullis, exteriorib. angustatis subulatis mag. minusve productis saltem semper manifestis. Pet. obovata oblongove obovata, ap. rotundata aut obtusa, nonnunq. emarginata aut retusa. Torus stamin. non productus nec fimbriatus. Stam. 8 aequalia subaequaliave, anth. linearib. aut lin-subulatis 1-porosis b. exappendiculatis aut postica b. tuberculo subcalcariformi instructis. Ovar. usque ad medium v. paulo altius c. calyce adhaerens 4-loculare (nonnunq. abortu 3-loc.). Styl. filiformis, stigm. punctiformi aut subcapitellato. Fr. ut videtur baccati aut subbaccati. Semina ovoideo-angulata. — Frutices Americani et Antillani, diversiformes interd. macroph., varie hirsuti aut

villosi; infl. axillari, nunc glomerata nunc paniculata; fl. parvis, albis roseis aut purpureis.

Genus subartificiale, et species inter se habitu heteromorphas includit. A Sagraea, quae 4-mera est, differt petalis obtusis; a Staphidio fl. 4-meris.

A. Fl. in panic. axill. diversiform. digesti, nunq. in axillis folior. glomerati et sessiles.

1. STAPHIDIASTRUM LATIFOLIUM Naud. l. c. p. 326. — (*Clidemia latifolia* DC. Prodr. III. p. 159). — Cfr. l. c. diagn. et pl. descr.

2. STAPHIDIASTRUM POLYSTACHIUM Naud. l. c. p. 327.

Macrophyllum isophyllum et anisophyllum; ram. petiolis paniculisq. dense et molliter rufo-hirsutis; f. ovatis ellipticisq. acuminatis b. rotundatis crenulatis 5-nerviis pag. utraq. hirtellis longiuscule petiolatis; panic. in utraq. axilla opposita geminatis gracillimis divaricatis; fl. minutis.

Species praecedenti proxima cui tamen conjungenda non videtur. F. enim quam in illa longius petiolata sunt, in quovis jugo minus disparia imo et frequenter inter se aequalia; discrepant etiam forma magis oblonga et subelliptica. Caet. — In ins. Porto-Rico; Plée Cat. n. 525.

3. STAPHIDIASTRUM UMBROSUM Naud. l. c. — (*Sagraea umbrosa* DC. Prodr. III. p. 171). — Cfr. l. c. diagn. et pl. descr.

4. STAPHIDIASTRUM RUBRINERVE Naud. l. c. p. 328.

Vix non isophyllum; ram. teretib. hirtellis; f. ovatis ovatove oblongis acuminatis b. rotundatis aut inconspicue subcordatis tenuissime crenulatis subintegerrimisq., praetermisso utroq. nervulo submarginali, 5-quintuplinerviis puberulis; pedunc. in utraq. axilla opposita solitariis gracilib. ap. paucifloris.

Species quibusd. Sagraeae specieb. affinis, nulli consocianda, caet. — In ins. Cuba pr. San-Yago; Linden Cat. n. 2085.

5. STAPHIDIASTRUM BERTERII Naud. l. c. — (*Sagraea Berterii* DC. Prodr. III. p. 171). — Cfr. l. c. diagn. et descr.

6. STAPHIDIASTRUM IMPETIOLARE Naud. l. c. p. 329.

Anisophyllum; f. brevissime petiolatis aut subsessilib. late cordiformi-ovatis apiculatis denticulatis ciliatis 5—7-nerviis sparsim setulosis; pedunc. axillarib. paniculatim ramosis; calycib. urceolatis; pet. emarginatis.

Species a caeteris ejusd. generis distinctissima, caet. — In republ. Nova-Granatensi; Goudot.

7. STAPHIDIASTRUM CORIACEUM Naud. l. c.

Submacrophyllum isophyllum; ram. supremis pube ferruginea stellata dense obsitis; f. coriac. ovatis brevit. acuminatis b. cordatis tenuiter et quasi obsolete crenato-denticulatis dense 5-nerviis, pag. sup. mature glabrata, infer. tomentum ferrugineum in nervis diutius retinente; paniculis in alterna axilla folior. solitariis, suprema paniculam terminalem mentiente; calycib. glaberrimis.

Rami teretes, caet. — In Guiana Anglica pr. Roraima; Schomburgk cat. n. 660.

8. STAPHIDIASTRUM CAPILLIFLORUM Naud. l. c. p. 330.

Fere glaberrimum nonnihil anisophyllum micranthum; ramis subteretib.; f. petiolatis elliptico-ovatis obovatisq. acuminatis b. acutis subintegerrimis 3-triplinerviis; pedunc. axillarib. utplurimum geminatis capillaceis paucifl.; calycib. cylindraceis.

Frutex fortassis arboresc., caet. — In Brasilia austr., pr. R. Janeiro; Gaudich., Lalande.

B. Flores in axillis folior. sessiles subsessilesve, congesti aut solitarii. Species habitu *Sagraeis* affines.

9. STAPHIDIASTRUM PLATYPHYLLUM Naud. l. c. p. 331.

Macroph. subisophyllum foliosum; ramis obscure tetrag. aut potius subteretib. dense ferrugineo-villosis; f. subsess. late ovatis acuminatis b. rotundatis aut subcordatis tenuiter denticulatis 5—7-nerviis villosulis; fl. in axillis folior. fasciculatis paucis brevit. pedicellatis.

Species egregia, *St. rubro* infl. et habitu affinis, folior. forma et ovario 3-loculari distincta; caet. — In Brasilia, loco nob. ignoto; Bonpland?

10. STAPHIDIASTRUM RUBRUM Naud. l. c. p. 331. — (*Clidemia rubra* Mart. — *Sagraea sessiliflora* et *S. columneaefolia* DC. Prodr. III. p. 170. — Nonne etiam *Melastoma sessile* Spreng.? (DC. Prodr. III. p. 198).

Pauciramosum isophyllum; ram. subteretib. ferrugineo-villosis; f. brevit. petiolatis quandoq. subsess. ovatis acutis denticulatis 5—7-nerviis utraque pag. villosis; fl. in axillis folior. sessilib. paucis aut plurib.

Spec. polymorpha polyonyma, per diversas Americae meridionalis et central. regiones erratica, adhucdum quoad fines incerta, inter formas a se invicem abhorrentes quasi media, a viatorib. et botanicis in posterum revisenda. — In Guiana, Nova-Granata pr. Chaparal, Mexico pr. Oaxaca, America centrali: Panama Caracas.

var. β. *biacutum:* f. lanc. utrinq. acutis, ramis debiliorib. minus quam in typo villosis; fl. minutis, petalis subrotundatis.

Prope Cayenne; Lepr.

var. γ. *microphyllum:* f. quam in typo multo minorib.; fl. in axillis folior. numerosiorib.; petalis breviorib. et fere orbiculatis.

In regionib. Novae-Granatae. Bonpl.

11. STAPHIDIASTRUM ATTENUATUM Naud. l. c. p. 332.

Staphid. rubro fere simillimum, sed f. elliptico-lanc. acuminatis b. acuta in petiolum decurrentib. quintuplinerviis; fl. in axillis folior. dense glomeratis omnino sessilib.; ovario 3-loculari.

Habitu et vestitu forma praecedenti simillima, cuj. alteram varietatem esse suspicamur, sed id. adhuc incertum habemus; caet. — In ins. Antillana S. Thomas; Finlay.

12. STAPHIDIASTRUM APHANANTHUM Naud. l. c. p. 333.

Isoph. et anisoph. macrophyllum; ram. petiolisq. dense ferrugineo-hirsutis; f. magnis longiuscule petiolatis oblongo-ovatis acuminatis b. rotundatis denticulatis 5—7-nerviis, pag. sup. scabrella, infer. villosula; fl. paucis parvis axillarib, sessilib.

Frutex inter reliquos huj. sectionis magnitud. folior. notabilis, caet. — Prope Cayenne; Lepr.

13. STAPHIDIASTRUM BONPLANDII Naud. l. c. 333.

Isophyllum et anisoph.; ram. petiolis florumq. glomerulis rufo-hirsutis; f. longiuscule petiolatis ovalis acuminatis b. rotundata interd. nonnihil cordatis subintegerrimis aut vix conspicue crenulatis 5—7-nervis, pag. sup. strigilloso-scabrellis, infer. adpresse villosulis; glomerulis paucifl. axillarib. sessilib.

Species *St. rubro* et *St. aphananthο* affinis sed primo intuitu distinguenda f. longiuscule petiolatis, b. haud raro subcordatis et quam in posteriore multo minorib.; caet. — In locis humidis Americae aequator. sc. in Antillis: La Trinité; et in Brasilia pr. Bahiam.

Species addendae:

14. STAPHIDIASTRUM? RARIFLORUM Naud. l. c. — (*Sagraea rariflora* DC. Prodr. III. p. 170). — Species dubia, ex descr. 4-mera, ex icone Bonpland. 5-mera. Nullibi forma petalor. indicatur.

15. STAPHIDIASTRUM FASCICULARE Naud. l. c. — (*Sagraea fascicularis* DC. l. c. p. 170). — Fortassis varietas *S. rubri* aut *S. attenuati*, quantum judicare possumus ex inclompetiss. descr. Candollaei. — No. 16—19 l. c. teste auctor. clarissimi species incertissimas conformant, quare hic adhuc omittendae.

CXX. 6242. **OSSAEA** *DC.*

(DC. Prodr. III. p. 168. — Walp. Ann. I. p. 300.)

Naudin in Ann. sc. nat. ser. III. tom. XVIII. p. 334.

Ossaeae genus speciebus oxypetalis expeditum genuinum est. Illud glabrities, inflor. imprimisque peculiaris forma antherar. quar. loculi brevissimi verticem tantum occupant ab aliis generib. 4-meris facile separabunt.

a. *Anth. rimis 2 dehiscentes.*

1. OSSAEA BIRIMOSA Naud. l. c. p. 335.

Glaberr.; ram. teretib.; f. ovato-lanc. subacutis acutisve b. subrotundatis aut subacutis margine integerrimis triplinerviis; paniculis axillarib. folio minorib. pedunculo longo suffultis; fl. minutis brevissime pedicellatis.

Frutex ut videtur robustus, caet. — In ins. St. Domingo; Beauvais.

b. *Anth. ap. biporosae.*

2. OSSAEA AMYGDALINA (DC. Prodr. III. p. 169). — Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. XVIII. p. 335. — Cfr. l. c. diagn. et descr.

3. OSSAEA MULTIFLORA (DC. l. c. p. 169). — Cfr. Naud. l. c. diagn. et descr.

4. OSSAEA BRACHYSTACHYA Naud. l. c. p. 337.

Glabra minutiflora; ram. subgracilib. teretib. nodosis; f. in eod. jugo nonnihil disparib. lanc. acuminatis b. acutis aut rarius subrotundatis marg. integerr. subintegerrimisve mag. minusve conspicue triplinerviis; panic. brevib. paucifl.; fl. sessilib.

Rami hornotini mature in lignum indurescunt, caet. — In ins. Jamaica; Purdie.

5. OSSAEA INTEGRIFOLIA Naud. l. c.

Glaberrima; ram. subgracilib. teretib. mature lignosis; f. elliptico-lanc. ap. acuminatis b. acutis integerrimis insigniter triplinerviis; panic. axillarib. pyramidatis laxifl. petiolo longiorib., fl. minutis sessilib. aut pedicello brevi gracili suffultis.

Species praecedentib. affinis, fortassis pro mera varietate *Ossaeae amygdalinae* habenda, ab illa propt. f. minora et integerr. paniculasq. graciliores hic separata. — In vicinia urb. San-Yago ins. Cubae; Lind. Cat. 2125.

var. β. *latifolia:*

In montib. Cubae; Lind. Cat. n. 2010.

Species exclusae.

Naudin l. c. p. 338.

OSSAEA SCALPTA DC. Prodr. = *Sagraea scalpta.*

OSSAEA SCABROSA DC. l. c. = *Sagraea scabrosa.*

OSSAEA LATERIFLORA DC. l. c. = *Sagraea? lateriflora.*

OSSAEA SPARSIFLORA DC. l. c. = *Sagraea sparsiflora.*

OSSAEA FLAVESCENS DC. l. c. = *Loreya flavescens.*

OSSAEA PURPURASCENS DC. l. c. = *Miconia ossaeiformis.*

CXXI. 6229. **CLIDEMIA** *Don.*

Naudin l. c. p. 338.

Propter numerum et ut a lectorib. facilius agnoscantur species *Clidemiarum* in sect. subartificiales artificialesve dividimus.

I. *AMBLYANTHUS* Naud. l. c. p. 339.

Calycis tubus hemisphaericus aut late campanulatus, limbo integerrimo, denticulis exteriorib. nullis aut ad punctum reductis. Pet. ovata subacuta acutave. Anth. ap. obtusae; b. postica in calcar brevissimum desinentes. Ovar. 5-loculare. — Spec. macrophylla, brachystachya, huic generi propter habitum subaliena.

1. CLIDEMIA SOLEARIS Naud. l. c. p. 339.

Fruticosa macrophylla micrantha; ramis supremis paniculisq. pube pulverulenta cito decidua obductis; f. petiolatis obovato oblongis brevit. acuminatis, inferne subcuneatis sinuato-denticulatis, adjecto utroq. nervulo submarginali 5-nerviis glabris; panic. in dichotomiis ramorum alarib. brevib., in prima juventute contractis bracteosis, in anthesi nudatis laxifloris.

F. pro genere maxima, 3 decim. lg. et ultra, 10—14 centim. l., caet. — In America merid., ut videtur, sed locus natalis et inventoris nomen pariter desiderantur.

II. *EUCLIDEMIA* Naud. l. c. p. 340.

Calyc. tubus campanulatus; denticuli exteriores longiores brevioresve, saltem manifesti aut sub setis absconditi, saepius angusti subulati, dentib. interiorib. subobsoletis aut in membranam continuam confluentib.

productiores. Pet. lanc. acutissima, nonnunq. et late ovata acumine autem terminata. Anth. utplurimum subulatae mag. minusve, recurvae, saepe purpurascentes. Ovar. $^1/_2$ - adhaerens 3—5 loc. Infl. termin. aut axillaris.

A. *Species ovario saep. 5 - locul. (fort. abortu 3—4 loc.) donatae.*

2. CLIDEMIA MARTIANA Naud. l. c. p. 340.

Macrophylla micrantha subglabra; ramis supremis obscure compressis mox teretib.; f. mollib. brevit. petiolatis latissime lanc. ap. acutis b. angustata et in petiolum quasi decurrente acuminatis marg. integerrimis aut inconspicue repandulis quintuplinerviis; panic. subterminalib. lateralibusve, ramis subpatulis, fl. ad ap. ramulorum subcongestis sessilib.

Frutex habitu Miconias potius quam Clidemias in mentem revocans, caet. — In Brasilia, loco nobis ignoto; Mart. herb. n. 496.

3. CLIDEMIA MONTICOLA Naud. l. c. p. 341.

Fruticulosa? humilis? anisostemon; caule subsimplici alternatim hinc et inde inter nodos compresso, superius folioso, inferius denudato, furfure rubiginoso adpresso obsito; f. petiolatis cordiformi - ovatis acutis vix acuminatis serrulato - ciliatis 5—7 - nerviis sparsim setulosis; panicula erecta terminali multiplici, ramulis extremis 1—3 floris; fl. varie pedicellatis.

Quantum e speciminib. 2 judicare possumus, pl. suffruticulosa aut subherbacea, caet. — In pinetis mont. Mexican. pr. Oaxaca, ad alt. 2600 metr.; Galeotti.

4. CLIDEMIA NERVOSA Naud. l. c. p. 341.

Fruticosa; ram. teretib. nervisq. folior. in pag. inferiore tomentoso-ferrugineis; f. petiolatis lanc. - oblongis acutis b. obtusis subtiliter et vix conspicue serrulatis, adjecto utroq. nervo submarginali 5 - nerviis pag. sup. glaberr. aut saltem glabratis; panic. terminalib. brevib. confertifl.; fl. 5 - meris.

Species a reliquis Clidemiis habitu facile discernenda, caet. — In Peruvia; Mathews.

5. CLIDEMIA ASPERIFOLIA Naud. l. c. p. 342.

Fruticosa nonnihil anisophylla; ram. supr. petiolis paniculisque furfuraceo - asperis; f. rigidulis petiolatis ovatis acuminatis denticulatis b. subacutis praeter nervulos marginales triplinerviis, pag. sup. tuberculato - leprosis asperrimis, inferiore scabris foveolatis; panic. parvis subterminalib. dem. axillarib.

Sequitur descriptio pl. l. c. — In ins. Jamaica, loco haud indicato.

6. CLIDEMIA SULCICAULIS Poeppig, herb. — Naudin l. c. p. 342.

Macrophylla macrothyrsa; ram. supremis ferrugineo - hirsutissimis; f. in eod. jugo saepe disparib. ovatis acuminatis argute denticulatis 7—9 nerviis, pag. sup. setulosis villosulisve, inferiore mollit. hirsutis; panic. terminalib. subaphyllis hirsutissimis, ramulis patentib. utplurimum di - trichotomis.

Rami hinc et inde sulcati hirsutie densa ferruginea molli obducti et quasi lanati; caet. — In Peruvia Poepp.; iterum lecta pr. Lima, Cl. Gay.

7. CLIDEMIA PHAEOSTAPHIS Naud. l. c. p. 343.

Macrophylla; ram. petiolis pedunculisq. pube ferruginea molli hirsutis; f. longiuscule petiolatis ovatis acuminatis b. rotundatis crenulato - denti-

culatis 7-nerviis, pag. sup. setulosis, inferiore mollius hirtellis; panic. terminali aphylla, ramulis patulis trichotomis multifl.

Spec. praecedenti affinior et fortassis in posterum consocianda. — In Brasilia merid., loco ignoto.

8. CLIDEMIA SECUNDA Don, (DC. Prodr. III. p. 164). — Cfr. Naud. l. c. p. 343. diagn. et pl. descr.

9. CLIDEMIA STAPHIDIOIDES Naud. l. c. p. 344.

Macrophylla nonnihil anisophylla tota brevit. et appresse hirsuta aut quasi velutina; f. petiolatis ovatis acuminatis crenulato-serrulatis subintegerrimisq. b. rotundatis 5—7-nerviis; panic. terminalib., ram. divaricatis, fl. sessilib. in glomerulos approximatis platypetalis.

Frutex 2—3 metralis, caet. — In silv. humidis Boliviae, tractus dicti Larecaja; Weddell.

B. *Species ovario 5-loculari insignes.*

a. *Congestiflorae:* Fl. in glomerulos axillares s. verticillastra congesti aut in paniculas termin. spiciformes contractas haud raro interruptas approximati. — Sectio a sequente non satis diversa.

10. CLIDEMIA CONGESTIFLORA Naud. l. c. p. 344.

Fruticosa ramosa robusta isophylla, tota setoso-strigillosa aut hirsuta; f. brevit. petiolatis ellipticis ellipticove ovatis inconspicue denticulatis 5—7-nerviis; fl. in axill. folior. sessilib. dense glomeratis verticillastra mentientib.

Rami foliosi floriferiq. teretes, caet. — In prov. Brasiliae dicta Minas geraes; Claussen Cat. n. 1605.

11. CLIDEMIA EROSTRATA (DC. Prodr. III. 160). — Cfr. Naud. l. c. p. 345 diagn. et pl. descr.

b. *Paniculatae:* Fl. in panic. termin. subterminalesve, rarius omnino axillares et laterales aut in dichotomiis ramor. alares dispositi. Frutices utplurimum villoso-hirsuti aut hispiduli, nonnunq. subglabri. Sectio in sequentem, mediantib. paucis speciebus, gradatim transiens.

12. CLIDEMIA SIMPLICAULIS Naud. l. c. p. 346.

Suffrutescens subherbaceave subsimplex erecta oligophylla; caule tereti inferne foliis denudato et glabrato, superne hirtello folioso; f. brevissime petiolatis elliptico-ovatis apiculatis vix conspicue denticulatis 5-nerviis glabellis; panic. terminali parum ramosa aut spiciformi; fl. glomeratis sessilib.

Planta pro genere debilis, caet. — Brasilia prov. Minas geraes; Claussen Cat. n. 1654.

13. CLIDEMIA WEDDELLII Naud. l. c. p. 346.

Fruticosa erecta pauciramosa strigilloso-hirsuta; f. brevit. petiolatis late ovato-ellipticis suborbicularibusq. apiculatis tenuissime crenulatis 5-nerviis strigilloso scabris; panicula paniculisve terminalib. fere in spicas contractis dense villoso-strigillosis.

Planta pro genere humilis, sc. 2—3 decim. alta, caet. — In prov. Tomina Boliviae,

locis humidis secus rivulos ex abruptis montis Curi descendentes; Weddell, Cat. n. 3758.

14. CLIDEMIA POLYSTACHYA Naud. l. c. p. 347.

Fruticosa; ram. supremis robustis subteretib. mollit. hirsutis; f. brevissime petiol. late ovatis subacutis et obtusissimis integerr. aut vix perspicue crenulatis b. subcordatis 5—7-nerviis scabrellis; panic. terminalib. magnis aphyllis verticillato-ramosis, ram. multifl. spiciformib.

Specimen unicum habemus rami floriferi summitatem exhibens; caet. — Brasilia prov. Minas geraes, pr. Carassa; Claussen Cat. n. 355.

15. CLIDEMIA LUTESCENS Naud. l. c. p. 347.

Fruticosa ramosa robusta; ram. subteretib. ferrugineo-hirsutissimis; f. petiolatis oblongo-ovalis acutis b. rotundatis vix non integerrimis 5-nerviis, pag. sup. dense strigillosis, inferiore lutescente hirtellis; panic. terminalib. thyrsoid. confertifloris; fl. luteolis.

Frutex $1\frac{1}{2}$—2 metr., caet. — In prov. Ynquisivi Boliviae, loc. dumosis montium ad alt. 1500—2000 metr.; Weddell cat. n. 4187.

β. *Lindeniana:* F. majorib.; panic. mag. in spicam contracta; fl. purpureis.

Nonne altera species? — In republ. Caracas, Linden; Bolivia, d'Orbigny.

16. CLIDEMIA FOVEOLATA (DC. Prodr. III. p. 160). — Cfr. Naudin l. c. p. 348 pl. diagn. et descr.

17. CLIDEMIA HEMATOSTEMON Naud. l. c. p. 348.

Fruticosa ramosa macrothyrsa polyantha; ramis pube brevi molli rufescenti aut ferruginea hirtellis; f. petiolatis ovatis oblongove ovatis acutis integerrimis aut tenuissime crenulatis b. subcordatis, pag. utraque hirtellis subvelutinisq., paniculis magnis terminalib. dense hirtellis, ram. erectis aut patulis saepius spicas interruptas mentientib.

Species multiformis est ideoque hanc jam sub plurib. nominib., sed non quantum opus esset, descriptam suspicamur. Caet. — Brasilia, prov. Minas geraes, Vauthier, cat. n. 8. Claussen cat. n. 573 et 1620.

β. *paradoxa*, ram. strigillosis ferrugineis; f. reticulato-bullatis, pag. sup. setoso-strigillosis, inferiore tomentosis; panic. nunc thyrsoideis nunc spiciformib. densifloris. — Forma dubia inter *C. haematostemonem* et *C. foveolatam* ambigens, caet.

18. CLIDEMIA FLORIBUNDA Naud. l. c. p. 349.

Tota hirsuta macrophylla macrothyrsa floribunda; ram. teretib. setulis patentib. rufescentib. hirsutis; f. ovatis acuminatis b. subcordatis subintegerr. 7—9-nerviis; panic. terminalib.; fl. verticillato-congestis sessilib.

Nonne prioris varietas? Caet. — Sedes natalis l. c. non commemorata.

19. CLIDEMIA XANTHOPOGON Naud. l. c. p. 349.

Fruticosa; ram. teretib. petiolisq. dense ferrugineo-hirsutis; f. ovato-oblongis acuminatis integerr. b. rotundatis fere quintuplinerviis pag. utraq. villosis; panic. terminalib. pauciramos. hirsutissimis; fl. congestis sessilib.

Species quasi media inter *C. hematostemonem* et *C. rhodopogonem* Mart., caeterum ut quaedam aliae dubia; caet. — In prov. Brasiliae Minas geraes, Gaudich.

20. CLIDEMIA BOTRYOPHORA Naud. l. c. p. 350.

Fruticosa ramosa; ram. subteretib. petiolis paniculisq. setis longis rigidis retroflexis aut patulis hispidis; f. oblongo-ovatis acuminatis acutissimis vix non integerrimis b. rotundatis 5-nerviis, pag. sup. setoso-villosis, inferiore in nervis bifariam hispidulis; panic. alarib. axillarib. terminalibusve dichotome ramosis; fl. subsessilib. magis minusve glomeratis.

Species a *C. foveolata* speciebusq. illi affinib. primo intuitu distincta, ipsa in varietates dividenda. — In variis locis Brasiliae merid.; nec non in ins. St. Catharinae, Gaudich.

21. CLIDEMIA PHAEOTRICHA Naud. l. c. p. 351.

Fruticosa submacrophylla; ram. teretib. pet. paniculisq. setis longis patulis refractisq. hispidissimis; f. late ovatis acutis b. cordatis crenulatis 5—7-nerviis, pag. sup. sparsim setulosis, inferiore in nervis patentim setosis; panic. alarib. phaeotrichis pauciramosis, ram. patulis dichotomis, fl. sessilib. subcongestis.

Species decora *C. botriophorae* habitum quodammodo retinens, caet. — In prov. Rio grande Brasiliae austr., Gaudich. cat. n. 1361.

22. CLIDEMIA DOLICHANTHA Naud. l. c. p. 351.

Fruticosa; ram. gracilib. subteretib. petiolis paniculisq. setis patulis longis hispidis; f. ovato-oblongis acuminato-acutis b. subcordatis vix conspicue crenulatis et subintegerrimis 5-nerviis, pag. sup. spars. setulosis; panic. axillarib. aut subterminalib. spiciformib.; calycib. oblongis urceolatis.

Specimen unicum, caet. — In Brasilia? nec locus nec inventor designantur.

23. CLIDEMIA XANTHOCOMA Naud. l. c. p. 352.

Fruticosa; ram. obscure 4-hedris petiolisq. patentim hirsutis; f. elliptico-ovatis brevit. acuminatis b. subobtusis subacutisq. integerrimis aut vix perspicue crenulatis, adjecto nervo utroq. marginali 5-nerviis, villosis; panic. terminalib. alaribusve confertifl. hirsutie densa flavescente obductis.

Species maxime dubia nobis unico et manco specimine cognita, fortasse ad aliam transiens, nec c. *C. xantholasia* DC. et *C. botriophora* nostra affinitate carens. Caet. — In Brasilia loco ignoto; Sello. Planta ex herb. Bonplandiano.

24. CLIDEMIA MICONIASTRUM Naud. l. c. p. 352.

Fruticosa isophylla; f. ovato-acuminatis b. rotundatis aut vix subcordatis tenuissime serrulatis, pag. sup. setulis brevib. adpressis conspersa, inferiore hirtella; panic. terminalib. pyramidatis confertifloris.

Specimen nostrum vix sufficit ut speciei characteres exprimantur, sed species ipsa ab omnib. hic descriptis distinctissima est. Caet. — Brasilia, prov. Minas geraes, loco haud indicato. Specimen, mediante clariss. Gaudichaudio, e musaeo imp. Brasiliensi impetratum, cat. n. 117.

25. CLIDEMIA AMBLYANDRA Naud. l. c. p. 353.

Nonnihil anisophylla; rami petiolisq. patentim hirsutissimis rufescentib.; f. ovatis acuminatis b. rotundatis aut vix subcordatis denticulatis 5—7-nerviis, pag. sup. sparsim setulosa, inferiore adpresse puberula; panic terminalib. sessilifloris densifloris.

Frutex nobis unico ramo cognitus, ut videtur, *Cl. staphidiodi* valde affinis; caet. — In montib. Novo-Granatensib. pr. Chachaputo; Goudot.

26. CLIDEMIA MELANODESMA Naud. l. c. p. 353.

Fruticosa; ram. petiolisq. tomento ferrugineo - obductis et praeter tomentum hispidulis; f. longiuscule petiolatis ovato - ellipticis acuminatis b. obtusis subtiliter denticulatis aut subintegerrimis quintuplinerviis, pag. sup. scabrellis subglabrisve, inferiore furfuraceo - puberulis; panic. terminalib. pyramidatis hispidulis confertifloris.

Rami hornotini teretes, caet. — In montib. prov. Mariquita Novae - Granatae, alt. 2500 metr.; Linden cat. n. 1065.

27. CLIDEMIA URTICAEFOLIA Naud. l. c. p. 351.

Anisophylla submacrophylla; ram. petiolis paniculisq. hirtellis aut furfuraceis rufescentib., f. ovatis acuminatis b. subcordatis marg. duplicato - serratis 5 - nerviis puberulis; panic. terminalib. thyrsoideis subconfertifloris; fl. omnib. brevit. pedicellatis platypetalis.

Frutex erectus ramosus ut videtur bimetr. aut altior; caet. — Inter saxa vulcanica montium circa Xalapa (Mexico) alt. 2000 metr.; Galeotti.

28. CLIDEMIA SUBSERIATA Naud. l. c. p. 351.

Fruticosa nonnihil anisophylla; ram. teretib. petiolisq. praeter tomentum rufescens patentim hispidulis; f. ovatis brevit. acuminatis b. rotundatis marg. crenulatis, pag. sup. sparsim setulosis, inferiore puberulis, 5 — 7 - nerviis; panic. magnis terminalib., ramis secundi ordinis 2 — 3-chotomis, ramis subsecundifloris; fl. sessilibus.

Dubiae stirpis unicum specimen habentes non possumus quaestionem solvere, utrum a *C. staphidioide* et *C. amblyandra* vere differat necne. Caet. — Pr. Guayaval in prov. Mariquita Novae - Granatae; ad alt. c. 2000 metr.; Linden.

29. CLIDEMIA LEANDROIDES Naud. l. c. p. 355.

Fruticosa; ram. teretiusc. scabrellis; f. petiolatis ovatis acuminatis b. rotundatis integerr., praetermisso nervo utroq. marginali 3 - nerviis, pag. sup. brevissime et adpresse setuloso - scabra, inferiore tomentoso-velutina; panic. terminalib. pyramidatis densifl. pube candicante hirsutissimis.

Species ab omnib. huj. gener. hic descriptis distinctissima. Caet. — In Brasil. merid. pr. Rio Janeiro; Claussen.

Specimen nostrum ramulus est e frutice 3—4-metrali decerptus, caet. — In montib. reipublicae Novo-Granatensis pr. Chaparal; Goudot.

CXXXII. 6253. **LOREYA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 178. — Walp. Ann. I. 301.)

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 109.

.... Loreya genus est artificiale cuj. species statura et habitu inter se descrepant, sibi autem fabrica florum melius conveniunt. Generib. ramifloris et imprimis Henriettellae affinis est.

1. LOREYA ARBORESCENS (DC. l. c.). — Naudin l. c. p. 109. diagn. et pl. descr.

2. LOREYA FASCICULIFLORA Naud. — Naudin l. c. p. 110.

Fruticosa? fere glaberrima; f. subsessilib. elliptico-obovatis apiculatis, b. angustata cuneatis, praetermisso nervo utroq. submarginali insigniter triplinerviis; florib. in fasciculos paucifloros supra cicatrices foliis delapsis succedentes digestis graciliter pedicellatis; antheris laevigatis; stigmate clavato.

Speciem egregiam et e *Loreya arborescente* plurimis notis discedentem pro typo generis proprii sub nomine Aphanodontis primo habueramus, postea vero, quum consideravimus quantula esset differentia inter illius flores et Loreyae arborescentis, quantusq. generum jam descriptor. numerus, satius visum est eas duas formas, etsi non omnino sibi invicem convenientes, in eodem genere includere. — In ins. Jamaica.

Species ut videtur addendae:

3. LOREYA FLAVESCENS Naud. — *Ossaea flavescens* (DC. Prodr. III. 169).

4. LOREYA TRINITENSIS H. Crüg. (Walp. Ann. I. 301).

Genus incomplete descriptum, maxime dubium in hac subtribu fortasse collocandum:

CXXXIII. 6182. TRUNCARIA *DC.*

(DC. Prodr. III. 106. — Walp. Rep. II. 120.)

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 111. sine descr.

Subtribus IV. *CHARIANTHEAE.*

Frutices Americani, fl. 4-meris antherisq. longitudinaliter birimosis insignes. Subtribus haec adhucmodum unicum genus continet; id est:

CXXXIV. 6263. CHARIANTHUS *Don.*

Naudin Ann. sc. nat. tom. 18 p. 111.

Fl. 4-merus. Calycis tubus campanulatus, limbus dilatatus 4-lobus, lob. obtusis extus denticulo tuberculiformi parum distincto instructis. Petala exserta ovata obtusissima. Stam. 8 aequalia aut subaequalia, in fl. explicato longe exserta; antheris oblongo-ovoideis rima duplici dehiscentib., connectivo haud producto nec appendiculato, filam. crassiusculis. Ovar. ad ap. usq. adhaerens 4-loc., placentis parum productis. Styl. filiformis longus, stigm. obtusissimo. Caps. subbaccata? globosa, calycis limbo persistente coronata, 4-valvis? Sem. pyramidato-ovoid., raphe laterali nigra notata.

Frutices utriusque Americae et Antillarum indigeni, monticolae, habitu florumq. abundantia et decore insignes, ramosi glabri aut setosi; f. subcoriac. petiolatis ovatis aut suborbicularib. 5-nerviis; panic. cymosis corymbiformib. terminalib., fructiferis dem. alarib.; florib. pedicellatis purpureis.

1. CHARIANTHUS COCCINEUS Don (DC. l. c. p. 196 n. 1). — Naudin l. c. p. 111. diagn. et pl. descr.

2. CHARIANTHUS CILIATUS (DC. l. c. n. 5). — Naud. l. c. p. 112. diagn. et pl. descr.

3. CHARIANTHUS CRINITUS Naud. — Naudin l. c. p. 112.

Macrophyllus; ram. supremis dense setoso-crinitis, f. utplurimum obovatis acuminatis b. subcordatis integerrimis aut obsolete sinuato-crenatis setoso-ciliatis caeterum glabris glabratisve 5-nerviis; panic. corymbiformib. terminalib. ad nodos praesertim setoso-crinitis.

Rami supremi floriferi, qui nobis soli suppetunt, crassiusculi obtuse tetragoni, setis longis rufescentib. criniformib. dense obsiti, vetustiores vellus exuentes et tunc tuberculis setar. delapsarum vestigiis exasperati. Caet. — Planta ex herbario Bonplandiano. Ex Antillis?

Species addendae sed non omnino certae:

4. CHARIANTHUS GLABERRIMUS (DC. Prodr. III. 196 n. 2).

5. CHARIANTHUS TINIFOLIUS Don (DC. l. c. n. 3).

6. CHARIANTHUS PURPUREUS Don (DC. l. c. n. 4).

Subtribus V. *DAVYEAE.*

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 113.

Arbusculae, frutices rariusq. suffrutices, in utraq. America et Antillis indigeni. Fl. 4—5—6-meri. Calycis limbus nunc integer, nunc in lobos divisus aut etiam in calyptram conflatus, denticulis externis instructus aut destitutus. Stam. petalor. numero dupla, aequalia aut parum disparia; antheris in filamento mag. minusve inflexis, utplurimum extrorsum recurvis, 1—2 porosis, connectivo postica b. in calcar acutum aut saltem tuberculum crassum nonnunquamque in vesicam desinente, dorso appendicem diversiformem adscendentem haud raro gerente. Ovar. liberum, rarius b. adhaerens, 3—7 loculari. Fr. capsularis, in maturitate loculicide 3—7-valvis. Sem. oblonga angulato-pyramidata.

Subtribus maxime naturalis.

CONSPECTUS GENERUM:

Platycentrum. — *Calyptrella.* — *Graffenrieda.* — *Cycnopodium.* — *Chastenaea.* — *Axinaea.* — *Meriania.* — *Brachycentrum.* — *Notocentrum.* — *Calyptraria.* — *Davya.* — *Centronia.* — *Leiostegia.*

GENUS DUBIAE AFFINITATIS:

Sarmentaria.

CXXXV. **PLATYCENTRUM** *) *Naud.*

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18. p. 114. tab. V. fig. 1.

Flos 5-merus. Calycis campanulati dentes exteriores late ovati acuti ap. in setam abeuntes, interiores membranacei priorib. breviores obtusi et parum conspicui. Pet. ovato-oblonga subacuta. Stam. 10 aequalia aut vix non aeq.; antheris lin-subulatis erectis ap. 1-porosis, loculis transversim corrugatis; connectivo infra loculos non producto, b. postica appendicem ovato-ellipticam applanatam subobtusam sursum erectam antheris ipsis dimidio breviorem gerente; filam. complanatis. Ovar. ovoid. liberum 3-locul. Styl. filiformis, stigm. obtuso punctiformi. Fr. ignotus, fortasse capsularis.

Frutex Guianensis ramosus submacrophyllus micranthus micropetalus; ramis subgracilibus teretiusculis sparsim setulosis; f. petiolatis in eod. jugo non omnino aequalib. ovato-ellipticis aut late lanc. acuminatis b. acutis integerrimis setuloso-ciliolatis, praetermisso nervo utroq. submarginali, triplinerviis; panic. terminalib. pyramidatis multifl.; fl. brevit. pedicellatis et sessilibus.

Genus ad *Clidemieas* et *Davyeas* fere aequaliter pertinens, vinculumq. naturale inter illas subtribus constituens.

1. PLATYCENTRUM CLIDEMIOIDES Naud. — Naudin l. c. p. 114.

Rami supremi foliosi penna anatina vix crassiores, in prima juventute pauci-setulosi, adulti magis minusve glabrati. F. primo intuitu subglabra, in nervis primariis densius setulosa in herbario virorem retinentia, $1^1/_2$—2 decim. lg., 5—7 centim. l., petiolo 1—2 centimetrali.

*) Nomen „*Platycentrum*“ jam a clariss. Klotzschio anno 1851 ad genus quoddam novum Begoniacearum conformandum adhibitum est, quare nomen „*Platycentrum* Naud.“ cum alio nomine mutandum est.

Paniculae circ. folior. longitudine, opposite ramosae, ram. gracilib., ramulis extremis 1—3 floris. Petala minuta pellucida erecta, $1\frac{1}{2}$ millim. longa, ut videtur alba. Anth. rectae, non autem recurvae nec in filamentum geniculato-inflexae ut in plurib. Davyearum generib., appendice postica linguiformi connectivi dorso applicata.

In Guiana Gallica; Mélinon.

CXXXVI. CALYPTRELLA *Naud.*

Naudin l. c. p. 115.

Flos 6-merus. Calyx inapertus ovoideus; limbo calyptriformi acuminato sub anthesi circumscisso et deciduo, tubo persistente hemisphaerico. Pet. ovato-lanc. acuminata. Stam. 12 subaeq. aut aequalia; antheris lin.-oblongis ap. 1-porosis nonnihil recurvis suberectis, connectivo infra loculos modice producto et postice ultra filamenti insertionem in calcar acutissimum porrecto. Ovar. ovoid. liberum 4-loculare. Fr. ut videtur capsularis.

Frutex? Mexicanus monticola, macrophyllus micranthus subglaber aut in summitatib. pulverulentus; ram. supremis teretib. fistulosis aut saltem medullosis; f. longe petiolatis late ovatis obovatisve brevit. acuminatis b. rotundatis integerrimis aut vix conspicue crenulatis, praetermisso nervulo utroq. marginali, 5-nerviis; panic. terminalib. maximis pyramidatis opposite ramosis; fl. in ramulis extremis solitariis aut glomeratis, pedicellatis et sessilibus.

1. CALYPTRELLA GALEOTTII Naud. l. c.

Rami supremi etiam sub panicula pennam cygneam crassitudine aemulantes, in herbario fistulosi; caet.

In montib. pr. Oaxaca, ad alt. 1000 metror.; Galeotti.

CXXXVII. 6175. GRAFFENRIEDA *DC.*

(DC. Prodr. III. 105. — Non Mart. nov. gen. III. 145.)

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 116. tab. V. fig. 4.

.... Species hic inclusas, quamvis habitu notisq. majoris momenti a se invicem discedant, in unum genus coadunare maluimus quam totidem genera condere, rati ea jam in hac familia plantar. debito numerosiora esse. Fortassis et melius esset si his etiam Cycnopodium jungeretur.

1. GRAFFENRIEDA ROTUNDIFOLIA (DC. l. c. 106 n. 1). — Naudin l. c. p. 116. diagn. et pl. descr.

2. GRAFFENRIEDA OVALIFOLIA Naud. — Naudin l. c. p. 117.

Glabra aut in summitatib. ramulor. subpulverulenta; f. ovatis abrupte breviter acuminatis, b. nonnunquam subcordatis, rigidulis 5—7-nerviis; paniculis brevib. thyrsoideis; florib. 5-meris, calycis limbo profunde 5-dentato.

Frutex arbusculam statura fortassis aemulans, caet. — In Guiana Anglica, pr. Roraima; Schomburgk, Cat. n. 568.

3. GRAFFENRIEDA WEDDELLII Naud. — Naudin l. c. p. 117.

F. ovatis acutis b. cordatis 5-nerviis in utraque pag. albentib.;

panic. subbrevib. pyramidatis; fl. subsessilib. 5-meris, calycis dentib. productis triangulari-acutissimis.

Frutex 1—2 metralis, a praecedente vix distinctus, eiq. fortasse coadunandus. Ab illa tamen diff., caet. — In Bras. occ. ad scatebras fluminis dicti Paraguay; pr. pagum vulgo Diamantino, prov. Mato grosso; Weddell cat. n. 3050.

4. GRAFFENRIEDA MICONIOIDES Naud. — Naudin l. c. p. 118.

Macrophylla micrantha, floribunda; ram. teretib. glabris aut in prima juventute pulverulentis moxq. glabratis; f. petiolatis obovatis ovatisque brevit. acuminatis trinerviis glabris; panic. terminalib. pyramidatis thyrsoideisve; fl. brevissime pedicellatis 4-meris.

Frutex toto habitu et infloresc. Miconias referens, Davyeis autem propt. staminum fabricam merito addictus. Caet. — In Brasilia, secus ripas flum. dicti Rio Negro; Bonpland.

Species exclusae:

GRAFFENRIEDA JUCUNDA Mart. nov. gen. et sp. III. 145. = *Miconia staminea* Naud.

GRAFFENRIEDA EXCELSA (DC. l. c. p. 106 n. 2). = *Brachycentrum excelsum* Naud.

CXXXVIII. **CYCNOPODIUM** *Naud.*

(Walp. Rep. V. 723.)

Naudin Ann. sc. nat. ser. III tom. 18 p. 118.

1. CYCNOPODIUM LATIFOLIUM Naud. (Walp. Rep. l. c. n. 1). — Naudin l. c. p. 119. pl. descr.

CXXXIX. 6171. **CHASTENAEA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 103. — Walp. Ann. I. 295. — *Pachymeria* Benth. [Walp. Rep. V. p. 677]. — *Axinaeae* sp. Ruiz et Pav. Flor. Per. ined.)

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 119.

.... Genus Merianiae proximum, ab ea vix satis diversum limbo calycino integro dentibusq. externis obsoletis.

1. CHASTENAEA MERIANAE (DC. l. c. p. 102 n. 1). — Naudin l. c. p. 120.

Glaberrima, f. late ellipticis ap. acutis b. subacuminatis serratis tripli-quintuplinerviis; panic. suboliganthis; calycib. depressis; antherar. vesicula postica rotundata obtusa terminali.

F. 4—6 centim. lg., 2—3 l., caet. — In monte Saraguru reipubl. Novo-Granatensis; Bonpland.

2. CHASTENAEA AFFINIS Naud. — Naudin l. c. p. 120.

Praecedenti fere simillima, glabra; f. longiuscule petiolatis late ovatis subacutis remote sinuato-dentatis, adjecto nervo utroq. submarginali 5-nerviis; calycib. depressis; antherar. vesicula ovoidea, postice apiculata.

Species primo obtutu *C. Merianae* similis, ab ea tamen characterib. paucis sed facile deprehendendis, distinguenda. F. quam in illa latiora, nec quintuplinervia, caet. — In montib. reipubl. Venezuelensis, prov. Truxillo, ad alt. 2000—2500 metror.; Funck et Schlim; Cat. n. 737.

3. CHASTENAEA LEPIDOTA Benth. (Walp. Rep. V. 677 n. 4). — Naudin l. c. p. 121.
Chastenaea coriacea Naud. (Walp. l. c. n. 3.)

Non omnino glabra; f. coriac. ellipticis utrinq. subacutis subobtusisve marg. nonnunq. subrevoluto remote denticulatis rarius omnino integerrimis tri-triplinerviis, pag. sup. glaberrimis, inferiore tomento lepidoto albido conspersis aut glabratis; calycib. hemisphaericis; antherar. vesicula apiculata.

Species facie variabilis, f. latiora aut angustiora glabra aut lepidota, ab utraq. praecedente specie f. coriaceis potissimum diversa. — In montib. Novo-Granatensib. et Columbianis; Bonpl., Hartweg.

4. CHASTENAEA MACROPHYLLA Naud. (Walp. Rep. V. 677 n. 1). — Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 121., diagn. et pl. descr.

5. CHASTENAEA GRANDIFOLIA Naud. — Naudin l. c. p. 122.

Macrophylla multiflora; ram. supremis petiolisq. pulverulentis mox glabratis; f. ovatis obtuse apiculatis sinuato-dentatis 5-nerviis, marginib. b. tantum reflexis, limbi pag. sup. in ipsa insertione petioli tuberculo semiannulari instructa; panic. termin. corymbosis.

Planta *C. macrophyllam* habitu quodammodo referens sed f. multo majorib. et, ut videtur, fl. minorib. et numerosiorib. distincta; caet. — In prov. Merida reipubl. Venezuelensis, loco dicto Paramo del Zumbadar, ad alt. 2000—2500 metror.; Funck et Schlim, Cat. n. 1250.

6. CHASTENAEA FLORIBUNDA Naud. — Naudin l. c. p. 122.

Macrophylla; ram. supremis petiolisq. pulverulentis dem. glabratis; f. elliptico-ovatis obovatisq. apiculatis interdumq. brevit. et abrupte acuminatis b. nonnihil acutis aut rotundatis sinuato-dentatis, praetermisso utroque nervulo marginali, 5-nerviis; paniculis terminalib. corymbosis multifl.; fl. pro genere parvis.

Planta *C. grandifoliae* valde affinis et ab ea fortassis non dissocianda. Diff. potissimum folior. limbo b. nudo nec ut in illa tuberculo semiannulari petiolum circumdante instructo. Caet. — In republ. Novo-Granat., locis umbrosis, circa urbem Pamplona, ad alt. 2000—2500 metr.; Linden Cat. n. 768, Funck et Schlim, Cat. n. 1477.

Species addendae sed incertae et fortasse sub aliis nominib. descriptae:

7. CHASTENAEA LANCEOLATA Naud. (*Axinaea lanceolata* Ruiz et Pav. [DC. Prodr. III. 102 n. 3].) — Naudin l. c. p. 123, sine descr.

8. CHASTENAEA GLANDULOSA Naud. — *Axinaea glandulosa* Ruiz et Pav. (DC. l. c. n. 4). — Naudin l. c. p. 123. sine descr.

9. CHASTENAEA RIGIDA Naud. — *Pachymeria rigida* Benth. (Walp. Rep. V. 677). — Naudin l. c. p. 123. sine descr.

Species exclusa:

CHASTENAEA LONGIFOLIA Naud. (Walp. Rep. V. 677. n. 2). = *Meriania Karstenii.*

CXL. 6170. AXINAEA *Rz. et Pav.*

(DC. Prodr. III. 101. — Walp. Rep. V. 676.)

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 123.

Genus reformandum et fortasse in futurum omnino delendum, quippe quod e specieb. sibi invicem heterogenis hucusque constiterit. Quasdam et nobis quidem imperfecte cognitas ad alia genera jam removimus. Hic maneant reliquae dum melius innotescant, scilicet:

1. AXINAEA? PURPUREA Rz. et Pav. (DC. l. c. 102 n. 1).
2. AXINAEA? MURICATA Don (DC. l. c. n. 2).
3. AXINAEA? RADULA Benth. (Walp. Rep. V. 676).

Species exclusae:

AXINAEA LANCEOLATA Rz. et Pav. (DC. l. c. n. 3). = *Chastenaea lanceolata* Naud.

AXINAEA GLANDULOSA Rz. et Pav. (DC. l. c. n. 4). = *Chastenaea glandulosa* Naud.

AXINAEA DEPENDENS Rz. et Pav. (DC. l. c. n. 5). = *Meriania dependens* Naud.

CXLI. MERIANIA *Sw.* (Naud.).

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tab. 18. p. 121. V. fig. 2.

Meriania Swartz, Fl. Ind. occ. II. 824. tab. 15. — Don, Mem. Wern. soc., 322. — Tussac Fl. des Antilles, tab. 6. — DC. Prodr. III. p. 100. — Wrigthia, Soland. mss. — *Schwerinia* Karsten, Ausw. n. Gew. Venez. I., 12. — *Chastenaeae* sp. Naud. Ann. sc. nat. 1845. — *Chaetogastrae* sp. DC. Prodr. III. 131. — Endl. gen. pl. n. 6169.

Fl. 5-meri. Calyx late turbinato-campanulatus limbo membranaceo in lobos 5 obtusos diviso, denticulis exteriorib. subulatis c. dentib. interiorib. b. concretis raro obsoletis instructo. Petala obovata rotundata aut appendiculata. Stam. 10 aeq. aut vix non aequalia declinata, antheris in flore inflexis lin-subulatis 1—2 porosis, ap. nonnunq. subbirostellatis, connectivo postica b. saep. in calcar crassum conicum acutum producto, rarius incrassato et mutico, appendice dorsali destituto aut illius rudimentum vix ostendente. Ovar. liberum globosum 5-lobum 5-loculare. Styl. crassiusculus, stigm. obtuso punctiformi. Caps. ap. 5-loba, loculicide 5-valvis. Sem. oblonga angulata pyramidata.

Arbusculae aut arbores mediocris altitud., in Antillis et America continentali intratropica indigenae, glaberr. aut pubescentes, macranthae; f. petiolatis ellipticis ovatisve 3—5 nerviis, nervulis transversis approximatis parallelis; fl. ad ap. ramor. solitariis-ternis, rarius paniculatis aut cymosis, albis roseis v. purpureis, fortassis et aurantiacis.

Merianae genus, quamvis sit subartificiale et spec. includat sibi invicem antherar. fabrica non omnino convenientes, minime in genera nova disrumpendum censemus.

a. *Eumeriania, sc. species quar. antherar. connectivum postica b. bitubercu-latum aut parum productum est:*

1. MERIANIA INVOLUCRATA Naud. (*Mer. obtusifolia* [DC. Prodr. III. 101 n. 4]) — Naudin l. c. p. 125. diagn. et pl. descr.
2. MERIANIA PURPUREA Tussac (DC. l. c. n. 3). — Naud. l. c. p. 125. diagn. et pl. descr.
3. MERIANIA ROSEA Tussac (DC. l. c. n. 2). — Naudin l. c. p. 126. diagn. et pl. descr.
4. MERIANIA NANA Naud. — Wrightia nana Solander? mss. — Naudin l. c. p. 126.

Glabra; ramis supremis teretib.; f. elliptico-oblongis oblongo-ovatis acutis serratis 3-nerviis; fl. axillarib. subterminalibusq. solitariis; pedicello foliolis 2 aut 4 bracteiformibus ornato.

Species *M. roseae* maxime affinis, ut videtur ab ea distincta, caet. — In Antillis loco haud indicato. Planta ex herb. Bonplandiano ad Parisiense migrata.

5. MERIANIA BIFRONS Naud. — Naudin l. c. p. 127.

Glabra macrantha; f. late elliptico-ovatis acutis subintegerrimis aut vix conspicue serrulatis 3-nerviis; fl. axillarib. solitariis bractea utplurimum quadruplici spathulata ornatis; calycis dentib. exteriorib. subulatis longis.

Species staminum fabrica inter *Merianias* huj. sectionis et sequentis media, caet. — In montib. Jamaicae Antillarum, ad alt. 1000—1200 metr.; Linden Cat. n. 1674.

b. *Schwerinia: Species antherarum connectivo postica b. in calcar crassum acutum producto insignes:*

6. MERIANIA KARSTENII Naud. — (*Chastenaea longifolia* Naud. [Walp. Rep. V. 677. n. 2]. — *Schwerinia superba* Karsten, [Walp. Ann. I. 296]). — Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 128.

Glabra macrantha; ramis supremis hinc et inde alternatim compressis et sulcatis demum subteretib.; f. oblongis aut lanc.-ellipticis acuminatis b. obtusis aut subacutis marginib. serrulatis 3-nerviis; fl. ad ap. ramor. terminalib. axillaribusq. solitariis-ternis longe pedicellatis.

F. 7—10 centim. lg., 3 et quod excedit l., pet. 1—1½ centimetr., caet. — Hab. Caracas; Linden Cat. n. 35 et 1509; Funck et Schlim. Cat. n. 98.

7. MERIANIA SPECIOSA Naud. (*Chaetogastra speciosa* DC. l. c. p. 131 n. 1). — Naudin l. c. p. 128, diagn. et pl. descr.
8. MERIANIA QUINTUPLINERVIS Naud. — Naudin, Ann. sc. l. c. p. 129.

Macrophylla pubescens; f. ovato-ellipticis acutis subintegris aut infra ap. serrulatis, praetermisso utroq. nervulo marginali, quintuplinerviis, pag. sup. glabrata, inferiore praesertim in nervis hirtella; fl. paniculatis; calycis dentib. externis productis.

Species nulli praecedentium affinis et habitum peculiarem prae se ferens; caet. — In monte Quindiu pr. Popayan; Bonpl.

Species addendae sed incertissimae et fortassis jam sub aliis nominib. descriptae:

9. MERIANIA LEUCANTHA Sw. (DC. l. c. 101 n. 1). — Naudin l. c.: Ut videtur eadem est ac *M. rosea*.
10. MERIANIA MAJALIS Benth. (Walp. Rep. V. 676. 1).

11. MERIANIA BARBINERVIS Naud. (*Schwerinia barbinervis* Klotzsch. [Walp. Rep. l. c. n. 2].) — Naudin l. c.: Differtne a *M. speciosa?*

12. MERIANIA DEPENDENS Naud. (*Axinaea dependens* Ruiz et Pav. in DC. l. c. p. 102 n. 5).

Species ut videtur e genere excludendae:

MERIANIA PRUNIFOLIA Don (DC. l. c. p. 101 n. 5).

MERIANIA PARVIFLORA Don (DC. l. c. n. 6).

CXLII. 6179. BRACHYCENTRUM *Meisn.*

(*Graffenriedae* sp.. DC. Prodr. III. 105. — Walp. Rep. II. 119.)

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 130.

1. BRACHYCENTRUM EXCELSUM Meisn. (DC. l. c. — Walp. Rep. l. c.). Naudin l. c. pl. descr.

CXLIII. NOTOCENTRUM *Naud.*

Naudin Ann. sc. nat. l. c. p. 131.

Flos 5-merus. Calycis oblongo-campanulati dentes exteriores subulati a laterib. compressi, b. c. lobis interiorib. membranaceo-carnosis obtusis brevib. arcte connati. Petala obovata. Stam. 10 parum inaequalia; antheris 1-porosis linearib. longis, ab antica facie ad posticam compressis, loculis lateralib. connectivo intermedio longitudinaliter separatis, connectivo postice in calcar obtusum deorsum producto et appendice brevi obtusa sursum vergente, in 5 majorib. staminib. potissimum manifesta instructo. Ovar. ad medium usq. septis 10 antheras in praefloratione inflexas separantib. adhaerens, 5-loculare; placentis productis lamellosis marg. libero carnoso-incrassatis. Stylus crassiusculus filiformis, stigm. punctiformi. Fructus ignotus.

Arbor Novo-Granatensis andicola, 7—8 metralis, submacrophylla submacrantha; ramis in prima juventute pulverulentis mox glabratis teretib.; f. petiolatis ovatis obovatisq. apiculatis crenatis 5-nerviis, pag. superiore cito glabrata reticulato-bullata inferiore tomentosa canescente aut rufescente inter nervorum reticulum foveolata; floribus in panic. paucifloras quasi dispositis, rubris aut purpureis.

1. NOTOCENTRUM ARBOREUM Naud. l. c.

Rami floriferi et foliosi crassitudine circ. calami scriptorii. F. decimetr. et quod excedit lg., 5—7 centim. l., caet.

In monte Quindiu reipublicae Novae-Granatensis; Goudot.

CXLIV. CALYPTRARIA *Naud.*

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18. p. 132. c. tab.

Fl. 5—6—7-meri. Calycis limbus ante explicationem floris inapertus conicus calyptriformis, sub anthesi irregularit. lacerus aut b. regularit. circumscissus. Pet. obovata, ap. rotundata aut apiculata. Stam. petalor. numero dupla, aequalia; antheris inflexis lin-subulatis 1-porosis, connectivo postica b. in calcar acutum producto, nonnunquam etiam

appendicem dorsalem brevem acutam sursum spectantem gerente. Ovar. ovoid. aut subglobosum, liberum v. paulo supra b. adhaerens, 5—6—7-loculare. Styl. crassus sigmoideus, stigmate obtuso pruinoso. Fructus ut videtur capsularis.

Arbores aut arbusculae Novo-Granatenses, andinae, ramosae, macranthae; ramis supremis tomentoso-furfuraceis aut hispidulis; f. petiolatis: florib. ad ap. ramor. supremor. v. peduncular. axillarium in paniculas paucifloras dispositis, purpureis aut violaceis, interdum et albis.

Genus hinc Merianae illinc Davyae conterminum.

1. CALYPTRARIA MUTISII Naud. (*Conostegia Mutisii* DC. l. c. p. 174). — Naudin l. c. p. 132, diagn. et pl. descr.

2. CALYPTRARIA EXIMIA Naud. — Naudin l. c. p. 133.

Ramis supremis petiolisq. pube furfuracea tenui obtectis et sparsim hispidulis; f. subcoriaceis ovato-ellipticis obtusis subacutisve crenato-denticulatis quintuplinerviis, pag. sup. glabratis, nervulis transversis approximatis parallelis; paniculis terminalib. oliganthis 6—7-meris.

Foliorum limbus circ. decimetralis, 4—5 centim. latus, caet. — In monte Quindiu, Bonpland.

3. CALYPTRARIA INSIGNIS Naud. — Naudin l. c. p. 133.

Macrophylla; ram. supremis petiolis nervisq. folior. ferrugineo-furfuraceis; f. obovatis ap. rotundatis subintigerrimis aut obsolete sinuato-denticulatis 5-nerviis, pag. sup. glabrata, inferiore pubem rufescentem retinente; panic. terminalib. paucifloris; calycib. dense rufo-velutinis; fl. 5-meris.

Folia 12—15 centim. lg. 8—10 l., pet. centimetrali; caet. — In montib. prov. Pamplona, ad alt. 2000 metr.; Funck et Schlim.

4. CALYPTRARIA BRACHYCERA Naud. — Naudin l. c. p. 134.

Ramis supremis novellis paniculisq. tomentoso-pulverulentis; f. longiuscule petiolatis subcoriaceis elliptico-oblongis obtusis et subacutis b. rotundatis crenato-dentatis 5-nerviis, pag. superiore glabrata, inferiore pulverulento-rufescente; panic. terminalib. paucifloris; fl. 6—7-meris.

Rami hornotini compressi et subcomplanati, caet. — In prov. Pamplona, loco dicto La Baja ad alt. circ. 3000 metr.; Funck et Schlim.

CXLV. **DAVYA** *Naud.*

(*Davya* et *Adelobotrys* DC. Prodr. III. — Mart. nov. gen. et sp. III. 124. — Naudin Ann. sc. nat. 1844. — *Adelbertia* Meissn. genera, CXIV, 81. — Endl. gen. pl. n. 6173, 6174 et 6207. — *Sphanellopis* Steud. herb.)

Flores 5-meri. Calycis limbus nunc membranac. integer, nunc 5-lobus, rarius calyptriformis et sub anthesi irregulariter lacerus, denticulis externis productis aut obsoletis. Pet. obovata, ap. rotundata aut apiculata, nonnunq. retusa. Stam. 10 aeq. aut parum inaequalia, conformia, anth. lin., ap. utplurimum subulatis, antice undulatis extrors. recurvis, ap. 1-porosis; connectivo postica b. in cornu obtusum aut acutum porrecto, supra b. appendicem lin. ascendentem antherae ipsi parallelam in dorso gerente. Ovarium liberum aut ima b. adhaerens,

3—5 loculare. Stylus filiformis, stigm. punctiformi. Capsula calyce persistente circumdata globosa umbilicata 5-locularis loculicide 5-valvis. Placentae lamelliformes productae, marg. libero incrassatae. Sem. oblonga, irregularit. pyramidato-angulata.

Arbusculae austro-Americanae, glabrae aut in novellis villosae aut pulverulentae, rarius fruticantes et scandentes; ram. teretib.; f. tri-quinquenerviis; fl. paniculatis aut capitatis, luteis roseis v. purpureis.

Davya genus, quale huc in medium ferimus habitu et calycis structura multiforme est, caeteris characterib. autem homogenum. Huj. species in plura genera merito distribuendas negamus, subgenera tamen admittimus. Appendicem posticam antherarum e connectivo assurgentem pro majore generis charactere habemus.

A. *EUDAVYA. Calycis tubus late campanulatus aut subhemisphaericus; limbus obscure 5-lobus aut calyptriformis; denticuli externi nulli aut subnulli. Ovarium 5-loculare.*

1. DAVYA GLABRA (DC. l. c. 105. n. 2). — Naudin, Ann. l. c. p. 135, diagn. et pl. descr. — Nonne eadem ac *D. paniculata* Mart.?

2. DAVYA CLAUSSENII Naud. (Walp. Rep. V. 680 n. 1). — Naud l. c. p. 136.

3. DAVYA CALYPTRATA Naud. — Naudin, Ann. l. c. p. 136.

Glabra oligantha nonnihil anisophylla; ram. gracilib. subteretib.; f. petiolatis ovato-ellipticis aut late lanceolatis acuminatis b. subacutis margine integerrimis aut vix conspicue undulatis adjecto nervo utroq. marginali 5-nerviis; cymis terminalib. paucifloris, calycib. ante floris explicationem calyptralis, limbo demum irregulariter lacero.

Species primo intuitu Davyae glabrae simillima, diversissima autem si attentius consideretur; caet. — In locis umbrosis humidisq. montium, pr. Ubatuba Brasiliae merid.; De Pissis.

B. *ADELOBOTRYS: Calycis tubus suburceolatus aut oblongo-campanulatus; limbus subinteger v. obscure 5-lobus, denticulis externis acutis brevib. sed distinctis et limbi marginem paulo excedentib. Ovar. 5-loculare:*

4. DAVYA CILIATA Naud. — Naudin l. c. p. 137.

Sphanellopis ciliata Steud. in herb.

Anisophylla; ram. teretib. glabratis; f. petiolatis late ovatis acuminatis acutis subtiliter serrulatis ciliolatis quandoq. subintegerrimis 5-nerviis, in prima juventute rufo-villosis, mox glabratis et tunc tenuissime punctulatis; panic. terminalib. brevib. paucifl.; fl. subsessilib.

Frutex fortasse scandens, ramis sarmentosis, caet. — In Guiana Batavica secus flumen Carouany; Kappler, Cat. n. 1682.

5. DAVYA SCANDENS Naud. — (*Adelobotrys scandens* DC. l. c. p. 127. 1.) — Naudin Ann. sc. l. c. p. 137. diagn. et pl. descr.

C. *SIDEROPHYLLUM: Calycis tubus oblongo-campanulatus; limbus 5-lobus, denticulis externis punctiformib. obsoletis. Ovarium 5-loculare.*

6. DAVYA SCLEROPHYLLA Naud. — Naudin Ann. sc. l. c. p. 138.

Glabrata; ram. in prima juventute compressis mox teretib., f. maxime coriac. subsessilib. ovatis acutis b. cordatis marg. integerrimis pag. sup.

nitentib. adjecto nervo utroq. marginali 5-nerviis; panic. terminalib. paucirramosis, fl. ad ap. ramor. subcongestis breviter pedicellatis. Rami supremi fruticem aut arbusculam indicant, caet.

In Guiana Anglica pr. Roraima; Schomburgk, Cat., n. 956.

D. *SCLEROSARCUS: Calycis tubus campanulatus carnosus; limb. in prima juventute clausus, sub anthesi in lobos irregulares lacerus, denticulis externis nullis. Ovar. triloculare:*

7. DAVYA CRASSIRAMIS Naud. — Naudin l. c. p. 138.

Macrophylla macrantha; ram. supremis crassis subteretib. furfure pulverulento ferrugineo obductis; f. petiolatis carnoso-coriaceis late ellipticis obovatisve utrinque obtusis integerrimis 5-nerviis; fl. ad ap. ramor. paucis confertis; calycib. rufo-villosis.

Fortassis arbuscula. Rami supremi foliosi digitum auricularem mulierculae crassitudine aemulantes, caet. — In Guiana Anglica pr. Roraima; Schomburgk; Cat. n. 671.

E. *ADELBERTIA: Calycis tubus campanulatus; dentes exteriores angusti producti subulati, c. interiorib. indistinctis b. concreti. Ovar. 3-loculare.*

8. DAVYA CALOPHYLLA Cham. — (*Adelbertia calophylla* Meisn., Walp. Rep. II. 118 n. 1.) — Naudin l. c. p. 139.

Macrantha; ram. subteretib. panic. foliorumq. pag. inf. pube furfuracea adpressa ferruginea obductis; f. petiolatis coriac. elliptico-oblongis subacutis integerrimis 3-nerviis, pag. sup. mature glabrata lucidis; panic. terminalib. paucifl.; fl. brevit. pedicellatis.

Arbuscula elegans 3—4-metralis aut etiam altior, caet. — In Brasilia merid., loco haud indicato; Sellow.

Species fortassis addendae: (Naud. l. c.)

9. DAVYA PANICULATA Mart. (DC. l. c. p. 105. n. 1, et Walp. Rep. II. 118 n. 1). — Ex ic. Martiana non differe videtur a *D. glabra*.

10. DAVYA? GUIANENSIS (DC. l. c. n. 3). — Nonne species affinis *D. ciliatae?*

11. DAVYA? PERUVIANA (DC. l. c. n. 4).

CXLVI. 6181. CENTRONIA *Don.*

(DC. Prodr. III. 106.)

1. CENTRONIA LAURIFOLIA Don (DC. l. c.). — Naudin in Ann. sc. nat. l. c. sine descr.

CXLVII. 6200. LEIOSTEGIA *Benth.*

(Walp. Rep. V. 699. — Endl. gen. pl. suppl. III. p. 94.)

1. LEIOSTEGIA VERNICOSA Hook. (Walp. l. c.). — Naudin l. c. p. 140, sine descr.

CXLVIII. **SARMENTARIA** *Naud.*

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tab. 18. p. 140.

Flos 5-merus. Calyc. tubus (saltem fructiferi) ovoid., nervis 10 robustis prominentib. costatus, limbus in lobos 5 rotundatos breves denticulo externo tuberculiformi instructos divisus. Petala genitaliaq. ignota. Capsula calycis tubo inclusa ejusq. dentib. coronata, loculicide 5-valvis, demum in fragmenta secedens. Placentae elongatae sed a columella parum productae, undiq. spermophorae. Sem. numerosissima minuta linearia aut potius acicularia, embryonem in medio tantum monstrantia. Nervi calycini, parenchymate intermedio soluto, in lignum indurati persistentes, apicib. alternatim bifurcis nervulo transverso inter se concatenati et locellum 10-fenestratum fructus formam adhuc retinentem firmantes.

Suffrutex? Guianensis sarmentosus scandens? macrophyllus glabratus, ram. herbac. teretibus laevibus; f. oppositis ovatis acuminatis integerrimis aut tenuit. sinuato-denticulatis 5-nerviis; panic. terminalib. magnis thyrsoideis multifloris.

Speciei adhucdum indescriptae 2 specimina nostra fructifera florib. autem destituta a laudatissimo Candolliaeo c. Blakea in mus. Pariensi commixta fuerant, quamv. habitu, inflor., calycis et fructus compage huic generi nequaq. convenirent. Novi generis characteres, etsi incompleti, delineare maluimus quam plantam elegantem et formam conspicuam praetermittere. Quodsi huic subtribui genus non satis cognitum adscripsimus, id dubitanter fecimus, non minus ducti nescimus, qua habitus et vultus analogia, quam fructus capsularis seminumq. lin-attenuatorum charactere.

1. SARMENTARIA DECORA Naud. l. c. p. 141. — F. 1—1½ decimetr., 6—8 centimetr. l., petiolo 3 centimetrali et quod excedit, caet. — In Guiana Gallica pr. urbem Cayenne; Martin.

Subtribus VI. *PYXIDANTHEAE.*

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 141.

Frutices Americani et Sundaici. Fl. in generib. Americanis 6-meri, in Asiatico 4-meri, bract. duab. aut 4 per paria oppositis involucrati. Calyc. limb. simplex aut denticulis subobsoletis instructus. Stam. petalor. numero dupla; antheris saep. crassis obtusis, rar. elongatis linearib., ap. biporosis (nonne etiam longitudinaliter birimosis?); connectivo postica b. in calcar producto aut saltem tuberculato. Fr. nondum satis noti. Subtrib. non omnino naturalis est; fortassis immerito genus Asiaticum includit.

GENERA AMERICANA:

Blakea. — *Topobea* — *Pyxidanthus.*

GENUS ASIATICUM:

Creochiton.

CXLIX. **BLAKEA** *Naud.*

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 142 c. tab.

(*Blakea* Linn. gen. n. 810. — *Blakeae* spec. Don. — *Valdesia* Ruiz et Pav. — *Blakeae* sp. DC. Prodr. III. 195. — Endl. gen. pl. n. 6261. — Non *Blakea* Aubl. — *Drepanandrum* Neck.)

Flos 6 merus, bracteis 4 subcoriaceis per paria oppositis liberis involucratus. Calyx late campanulatus, dentib. membranac. simplicib. tubo ipso paulo breviorib. Pet. ovata v. obovata. Stamina 12 aeq., antheris crassis brevib., ante floris explicationem ab utroq. latere compressis, in anthesi inflexis, poris 2 tenuib. ap. apertis, connectivo postice in calcar conicum obtusum aut acutum producto. Ovar. subdepressum adhaerens, excepto summo ap. omnino adhaerens, 6-loculare. Styl. crassiusculus, stigmate punctiformi. Caps. baccata? globosa calyce carnosulo circumdata. Sem. ovoideo-pyramidata.

Frutices (fortassis et arbusculae) in America merid. et Antillis indigini, macranthi, oliganthi; f. subcoriac. petiolatis elliptico-ovatis acutis integerrimis 3—5-nerviis transversim subtiliter et parallele nervulosis; fl. axillarib. solitariis (fortasse nonnunq. geminatis) pedicellatis, roseis purpureis aut albis.

De Linnaeano Blakeae genere infeliciter Candollaeus et post hunc Endlicherus Donaei vestigia legentes disseruerunt, qui characteres heterogenos trium aut fortassis quatuor generum commiscuerunt. Tobobeam olim ab Aubletio institutam Bellucianq. sub nomine Apatitiae recentius a Desvauxio descriptam, quae sibi propriorum generum ademptos honores reposcebant, in pristina jura restauravimus, neglecta tamen Valdesia, quae a Blakea nullius momenti discrimine recedit. Drepanandrum pariter rejecimus ut servetur lex quae apud botanicos jure praevalet.

1. BLAKEA TRINERVIA DC. l. c. 195 n. 1. — Naudin l. c. p. 142, diagn. et pl. descr.

2. BLAKEA GRANATENSIS Naud. — Naudin l. c. p. 143.

Fruticosa macrantha; ram. supremis subteretib. nodosis puberulis moxq. glabratis; f. obovatis ellipticove obovatis abrupte acuminatis, praetermisso utroq. nervulo submarginali, 3-nerviis, glabris, caducis; fl. solitariis longissime pedunculatis albis; bracteis involucri obovatis acuminatis; antheris ap. obtusis.

Species habitu *B. trinerviae* proxima, caet. — In nemorib. humidis pr. Bogota Reipublicae Novo-Granatensis, ad alt. 2000 metror.; Linden Cat. 822.

3. BLAKEA LAURIFOLIA Naud. — Naud. l. c.

Fruticosa glabra aut glabrata; f. obovatis acuminatis b. acutis integerrimis 3-nerviis; fl. axillarib. solitariis longe pedunculatis; calyce campanulato 6-denticulato.

Plantae nobis incomplete descriptae manca tantum suppetunt specimina, speciem a praecedente quidem distinctam revelantia sed ingenuos characteres non satis adhibentia; caet. — In collib. ins. Guadalupae, ad alt. 250—300 metror.; Beaupertuis.

4. BLAKEA BREVIPES Naud. — Naudin l. c. p. 144.

Fruticosa; ram. supremis pube squamuloso-pulverulenta hirsutis, ad nodos longius setosis, demum glabratis, f. ovato-ellipticis ellipticove lanceolatis ap. interdumq. b. acutis, praetermisso nervulo marginali 3—5-nerviis glabris aut glabratis; fl. in quavis axilla solitariis brevit. pedicellatis.

F. pro genere majusc., 10—12 centim. lg., 5—6 l., nonnunq. angustiora, petiolo fere 1½ centimetr. Caet. — In Peruvia pr. civitatem Cuzco; cl. Gay.

5. BLAKEA SESSILIFLORA Naud. — Naudin l. c. p. 144.

Fruticosa submacrophylla sessiliflora; ramulis supremis rubiginoso-furfuraceis mox glabratis, f. in eodem jugo inaequalib. ovato-ellipticis brevit. et abrupte acuminatis b. subacutis integerrimis 3-nerviis glabratis; fl. ad ap. ramor. junior. axillarib. solitariis subsessilib; bracteis invol. calyce explicato brevioribus.

Species a priorib. distinctissima et facile distinguenda. Caet. — In Peruvia loco haud designato; Rivero.

Species addendae: (Naud. l. c.)

6. BLAKEA ROSEA Don (DC. Prodr. III. 195. 3).

7. BLAKEA OVALIS Don (DC. l. c. n. 4).

8. BLAKEA REPENS Don (DC. l. c. n. 5).

9. BLAKEA LATIFOLIA Don (DC. l. c. n. 6).

Species exclusae aut ad alia genera removendae: (Naud. l. c.).

BLAKEA MEXICANA Don (DC. l. c. n. 1).

BLAKEA QUINQUENERVIA Aubl. = *Bellucia Aubletii*

BLAKEA MULTIFLORA Don, (DC. l. c. n. 8).

BLAKEA ROTUNDIFOLIA Don, (DC. l. c. n. 9). = *Topobea??*

BLAKEA MACROPHYLLA Don (DC. l. c. n. 10). = *Bellucia? rotundifolia.*

BLAKEA PARASITICA Don (DC. l. c. n. 11). = *Topobea parasitica.*

BLAKEA LAEVIGATA Don (DC. l. c. n. 12). = *Topobea laevigata.*

BLAKEA PULVERULENTA (DC. l. c. n. 13). = *Miconia?*

BLAKEA CACATIN Don (DC. l. c. n. 14). = *Miconia laevigata.*

CL. **TOPOBEA** *Naud.*

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 145. tab. VI. fig. 2.

Topobea Aubl. — *Blakeae* sp. Don et in DC. Prodr. III. 195. — *Drepandrum* Neck. elem. n. 793.

Flos 6-merus interdumq. 5-merus, bracteis 4 liberis aut opposite connatis involucratus. Calycis limbus in lobos breves obtusos et quasi subobseletos denticulo autem externo brevi utplurimum apiculatos divisus, rarius integerrimus nec denticulatus. Pet. ovata v. obovata nonnunquamq. suborbicularia. Stam. 12 (10 in fl. 5-meris) aeq. aut subaequalia anth. lin-subulatis, saep. falcatis, ap. porosis, connectivo postice ad b. calcarato aut inermi. Ovar. liberum v. b. adhaerens, 4—5—6-locul., placentis productis. Stylus filif. stigm. obtuso nec capitellato. Fr. baccatus (fortassis etiam capsularis). Sem. ignota.

Frutices utriusq. Americae regionum calidior. indigeni, interd. scandentes radicantes et pseudo-parasitici, glabrati aut glabri; ram. tetrahedris demum subteretib.; f. oppositis petiolatis, magis minusve ellipticis orbicularibusve acuminatis 3—7-nerviis inter nervos primarios transversim, more Pyxidanthi et Blakeae, nervulosis; fl. mediocribus ad axillas folior. aggregatis, longe pedicellatis, roseis aut albis.

Aubletianum genus Topobeae a Candollaeo c. Blakea Bellucia et fortasse Pyxidantho infeliciter coadunatum, propt. habitum antherarumq. formam diversam hic merito restituimus.

1. TOPOBEA PARASITICA Aubl. (*Blakea parasitica* DC. Prodr. III. 196 n. 11). — Naudin l. c. p. 146.

Sarmentosa submacrophylla; ram. obsolete tetragonis glabratis aut furfure raro mox detergibili conspersis; f. late ovatis interdumq. omnino orbicularib. abrupte acuminatis, b. obtusis nec cordatis, subintegerr. aut vix conspicue sinuato-denticulatis 5—7-nerviis glabris; foliolis invol. membranaceis liberis suborbicularib.; calyce hemisphaerico 6-dentato; ovario b. adhaerente 6-loculari.

Rami tetragoni lignosi scandentes, in apicib. oligophylli; caet. — In America aequinoctiali loco haud indicato; in Guiana haud rara.

2. TOPOBEA SUPERBA Naud. — Naudin l. c. p. 147.

Macrophylla; ram. crassiusculis quadrangulis nodosis, internodiis (saltem ramor. supremor.) abbreviatis; f. maximis, ovato-ellipticis brevit. acuminatis tenuissime denticulato-sinuatis 5-nerviis glabratis; fl. axillarib. aggregatis inaequaliter pedicellatis; involucri foliolis suborbicularib. subcoriaceis; calyce oblongo-campanulato. 6-lobo; ovario libero 5—6-loculari.

Species inter omnes characterib. propriis conspicua, caet. — Prope Combayma reipubl. Novo-Granatensis; Goudot.

3. TOPOBEA LONGIPES Naud. — Naudin l. c. p. 147.

Submacrophylla glabrata; novellis furfure crasso subsquamuloso detergibili obductis, ram. supremis crassis tetrahedris; f. ovato-ellipticis breviter et abrupte acuminatis, tenuissime sinuato-denticulatis, 5-nerviis; fl. axillarib. quaternis-quinis, longe et inaequaliter pedicellatis, 6-meris, bracteis involucri suborbicularib. rigidis, calyce oblongo-campanulato et infra limbum constricto dimidio brevioribus. — Species praecedenti affinis, caet.

In montib. Peruviae; Ruiz ex herb. Lambertiano.

4. TOPOBEA STEPHANOCHAETA Naud. — Naudin l. c. p. 148.

Submicrantha, ram. lignosis obsc. tetrahedris hinc et inde decussatim sulcatis; f. ovato-ellipticis brevit. et abrupte acuminatis b. interd. subacutis, non manifeste sinuato-denticulatis, 5-nerviis glabris rigidulis; fasciculis axillarib. 3—4-floris, pedicellis inaequalib.; involucri bracteolis coriaceis subrotundis calyce fere dimidio breviorib.; fl. 6-meris; ovario b. adhaerente, ap. liberis aristis 5—6 styli basim cingentibus coronato, 5—6-loculari.

Arbuscula aut saltem frutex elatus ramosus, caet. — In republ. Novo-Granatensi, pr. Portochuelo; Goudot.

5. TOPOBEA CALYCULARIS Naud. — Naudin l. c. p. 149.

Fruticosa glabrata pro genere submicrantha; ram. gracilib. tetrahedris et quadrimarginatis; f. ovato-ellipticis abrupte et anguste acuminatis integerrimis, nervo utroq. marginali adjecto, 5-nerviis rigidulis nitentib.; fasciculis axillarib. 2—4-floris, bracteolis involucri calyce dimidio breviorib., duab. exteriorib. inter se ad medium usque connatis; fl. 6-meris brevit. pedicellatis; ovario 4-loculari.

Planta a praecedentib. omnib. facile distinguenda, caet. — In silvis humidis reipubl. Mexicanae, pr. Zuluzuchiapas; Linden.

6. TOPOBEA FRAGRANS Naud. — Naudin l. c. p. 149.

Fruticosa?; ram. 4-gonis; f. carnosulis obovato-ellipticis brevit. acuminatis b. acutis integerrimis 3-nerviis glabris; fl. in axillis folior. solitariis? 5-meris; bracteol. involucri subrotundatis calyce multo breviorib., 2 exteriorib. b. inter se nonnihil connatis; calycis limbo integerrimo; ovario libero 4-loculari.

Plantae specimen unicum et valde mancum, caet. Fl. odorem gratum redolent. — In montib. Mexicanis ad alt. circ. 2000 metr., pr. Vera Cruz; Galeotti; Cat. n. 2915.

Species addendae sed incertae: (Naud. l. c.)

7. TOPOBEA LAEVIGATA Naud. — (*Blakea laevigata* Don [DC. Prodr. III. 196. n. 12].) — Species fortasse affinis *T. calyculari* et *T. fragranti.*

8. TOPOBEA?? ROTUNDIFOLIA Naud. — (*Blakea rotundifolia* Don [DC. l. c. n. 9].)

CLI. PYXIDANTHUS Naud.

Naudin, Ann. sc. nat., ser. III. tom. 18 p. 150. tab. VI. f. 3.

(*Blakeae* species aliorum?)

Flores 6-meri. Alabastra involucro 4-phyllo dem. deciduo omnino inclusa; involucri sq. per paria oppositis, 2 exteriorib. carnoso-coriac. concavis, sibi invicem marginib. arcte applicatis, 2 interiorib. membranaceis. Calycis limbus simplex aut duplicatus, brevit. 6-dentatus aut sinuato-lobatus. Pet. ovata obovatave. Stam. 12 aequalia; anth. brevibus triangulari-securiformib. ab utroq. latere subcompressis, ap. porosis?; connectivo postice nonnihil producto, conico. Ovar. ultra medium adhaerens, ap. sterili attenuato liberum, 4—6-loculare. Styl. (in alabastro) cylindricus, stigmate punctiformi.

Arbusculae aut frutices Novo-Granatenses et Venezuelenses monticolae; f. oppositis petiolatis 3—5-nerviis, rigidulis integerrimis transversim inter nervos primarios tenuiter et parallele nervulosis; fl. ad axillas folior. aggregatis aut solitariis, pedicellatis, albis aut roseis.

Pyxidanthi cum *Blakea* nostra (non DC.) affinitas manifesta est. Utriusq. enim generis flores 6-meri, stamin. fabrica et folior. compages peculiaris cognationem indicant, sed involucri structura nobis adeo diversa habita est ut ea sub diversis nominib. separare operae pretium fuerit. Antheras, quae in alabastris exiguis solum occurrerunt, poris apicalib., propt. analogiam, dehiscere reputavimus. Nec nos tamen effugere sulci tenues in utroq. loculo longitudinaliter excurrentes rimosae dehiscentiae fortassis prima rudimenta.

1. PYXIDANTHUS LINDENIANUS Naud. — Naudin l. c. p. 151.

Novellis furfuraceis; ramis veteriorib. glabratis subteretib.; f. ellipticis abrupte acuminatis subcoriaceis 5-nerviis glabratis aut vix perspicue punctulato-furfuraceis; alabastris globosis apiculatis; antherar. connectivo postice acuto conico et quasi calcarato.

F. dense et parallele transversim inter nervos primarios nervulosa, caet. — In Andib. Venezuelensib., pr. urbes Truxillo et Merida ad alt. circ. 2000 metror; Linden.

2. PYXIDANTHUS SCHLIMII Naud. — Naudin l. c. p. 151.

Ramis supremis tetragonis alternatim hinc et inde compressis glabratis, novellis furfuraceo-villosis; f. obovatis ap. abrupte acuminatis,

b. subacutis, 5-nerviis, pag. sup. cito glabrata inferiore tomentum secus nervos diutius retinente; alabastris ovoideis acutis; antherar. connectivo postice conico sed subobtuso.

Planta c. praecedente primo intuitu confundenda, plurimis notis tamen distincta. Caet. — In Andib. Venezuelensib. prov. Truxillo, ad alt. 2000 metr., Funck et Schlim, cat. n. 738.

3. PYXIDANTHUS LATIFOLIUS Naud. — Naudin l. c. p. 152.

Subarborescens; ram. supremis subteretib. alternatim hinc et inde compressiusculis glabratis; f. late obovatis subrotundatisque, ap. brevit. et abrupte acuminatis, b. obtusis, praeter nervum utrumq. marginalem 3-nerviis glabratis; alabastris globosis apiculatis; antheris a. laterib., compressis, connectivo postice conico subacuto.

Arbuscula 4—5-metralis, ramosa, caet. — In republ. Novo-Granatensi, locis montosis; Goudot.

CLII. 6255. CREOCHITON *Blume.*

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 153 tab. VI. fig. 4.

(*Creochiton* Blume Fl. XIV. p. 506. — *Melastomatis* sp. DC. Prodr. III. et alior.)

Flos 4-merus; bracteis 2 concavis carnosis caducis ante explicationem inclusus. Calyc. tubus hemisphaericus, limbus membranaceus mollis simplex obtuse 4-lobus. Pet. obovata apiculata. Stam. 8 aequalia; antheris oblongis crassiusculis, ap. angustato et fere subrostellato 1-porosis, connectivo infra loculos antice non producto sed postice in appendicem conicam brevem cum anthera ipsa confluentem terminato, filamento in sulco ventrali antherae affixo. Ovar. toto ambitu et ad ap. usque adhaerens, 4loculare; placentis secus longitudinem bilobis ideoq. quasi duplicatis. Styl. crassiusculus, quadrangulus (Endlicher); stigmate obtuso punctiformi. Fr. baccatus globosus, limbo calycino persistente coronatus. Sem. ovoideo-angulata v. oblonga, rhaphe laterale lineari hinc excurrente marginata.

Frutices Moluccani (Endlicher) et Sundaici, scandentes; f. petiolatis integerr., pedunc. axillarib. terminalibusq. umbellato-multifloris aut paucifl.; fl. roseis.

Inter *Pyxidantheas* Americanas et Asiaticam Creochitonem debilis est analogia. Videant botanici utrum melius sit hunc ordinem servare an Creochitonem Dissochaeteis adnumerare.

1. CREOCHITON SUPERBA Naud. — Naudin l. c. p. 153.

Submacrophylla; ram. teretib. radicantibus?, supremis furfure ferrugineo detergibili obductis, veteriorib. glabratis; f. coriac. late ovatis interdumq. orbiculari-ovatis, ap. rotundatis aut vix et obtuse apiculatis, b. subcordatis, praetermisso utroq. nervulo marginali 5-nerviis, ferrugineo-furfuraceis, pag. sup. cito glabrata inferiore tomentum diutius retinente; pedunc. axillarib. 1—3 floris.

Specimen nostrum a Zollingero lectum nequaquam *Creochitoni bibracteatae* Blume referendum est si qua fides sit huj. descriptioni adhibenda. — Fatente Candollaeo *C. bibracteata* a Melastomate pudibundo sive ab altera *Creochitonis* specie vix differt, dum nostra ab hac adeo discrepat ut, nisi structuram floris attenderetur, facile alius esse generis crederetur, caet. — In ins. Java; Zolling. n. 3009.

2. CREOCHITON PUDIBUNDA Bl. (Walp. Rep. II. 145). — Naudin l. c. p. 154.

Subglabra aut mature glabrata; ram. teretibus; f. oblongo-ovatis. ap. attenuato obtusis, b. subrotundatis nec cordatis; pedunc. axillarib. 5—10-floris; fl. umbellatis.

F. 7—9 centim. lg., 3—4 l., pet. 1—1½ centimetrali, caet.

var. β. *coriacea:* f. coriaceis; fl. quam in var. α. paulo majoribus. In ins. Java Zoll. Cat. n. 3196.

Species addenda:

3. CREOCHITON BIBRACTEATA Naud. (*Melastoma bibracteatum* [DC. l. c. p. 148 n. 43].) — Naud. l. c. sine descr.

Subordo II. *ASTRONIEAE.*

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 257.

Astroniearum subordo a *Melastomeis* proprie dictis vix differt; inter eas sequentemque subordinem tam placentarum forma et situ quam seminum fabrica gradationem sistit. Unicum genus includit quod in posterum fortassis dividendum erit; id est:

CLIII. 6267. **ASTRONIA** *Blume.*

(DC. Prodr. III. 197; *Conostegiae* sp. DC. l. c. p. 176. — Walp. Ann. II. 612.)

Naudin l. c. p. 257.

1. ASTRONIA FORSTERII Naud. — (*Conostegia glabra* DC. l. c. 176.) — Naudin l. c. p. 258.

Fruticosa ramosa glaberrima multiflora; ram. supremis obscure tetrahedris mox teretib. ap. foliosis; f. petiolatis obovato-ellipticis oblongove ovatis acuminatis integerrimis 3-nerviis; panic. terminalib. corymbiformib., ramulis extremis 3 floris, florib. pedicellatis; calycis limbo clauso calyptriformi sub anthesi, varie lacero.

Frutex 1½-bimetralis dumiformis ramosus, ramis superius tantum foliosis floriferisq. inferius denudatis; caet. — In collib. ins. Tahitensium frequens; Ribourt. Astronia Forsteri ab Asiaticis Sundaicisve specieb. diff. limbi calycini placentarumq. fabrica quae Melastomacearum plurimarum placentis forma et situ conformes sunt. Ab illis fortassis etiam discrepat loculor. numero. Nonne quum melius innotescent Astronieae ut genus proprium describenda est?

2. ARTRONIA MACROPHYLLA Blume (DC. l. c. 197 n. 2). — Naudin l. c. p. 259.

Arborea macrophylla; f. longe petiolatis ovalis ellipticisve aut etiam late lanc. acuminatis praetermisso utroq. nervo submarginali triplinerviis; panic. terminalib. pyramidatis floribundis.

Species nobis mala cognita, variabilis sed ab aliis huj. generis haud aegre discernenda ex f. manifeste triplinerviis; caet. — In ins. Sundaicis sc. Java Sumatra et Borneo; Bl.

3. ASTRONIA PAPETARIA Blume (Walp. Rep. II. 148 n. 2). — Naudin l. c. sine descr.

4. ASTRONIA SPECTABILIS Blume (Walp. l. c. n. 1). — Naudin l. c. sine descr.

5. ASTRONIA INTERMEDIA Bl. (Walp. Ann. II. 612 n. 1). — Naudin l. c. sine descr.

Subordo III. *KIBESSIEAE.*

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18. p. 260.

Kibessieae a caeteris *Melastomaceis* stigmate sulcato aut, ut videtur, etiam vero lobato discernuntur. Macroplacis placentar. charactere quae e fundo loculorum assurgunt Astronieas *Kibessieis* connectit, aliis autem generib. subordinis reliquis characterib. jungitur. Subordo naturalis est:

CLIV. MACROPLACIS *Bl.*

(Walp. Ann. II. p. 611.)

1. MACROPLACIS CORDATA Bl. (Walp. Ann. I. c. 612). — Naudin l. c. sine descr.

CLV. 6266. EWYCKIA *Bl.*

(Walp. Rep. II. 148. V. 724. — Walp. Ann. II. p. 611.)

Naudin l. c. p. 260.

Fl. 4-meri. Calyx hemisphaericus, limbo integerrimo aut obsolete 4-lobo. Pet. lanc-acuta aut ovata. Stam. 8 aeq., antheris breviusculis fere ovoideis longitudinalit. 2-rimosis (nonne aliquando 1-rimosis?), connectivo postice brevit. calcarato aut mutico. Ovar. omnino adhaerens 7-loculare. Styl. gracilis erectus, stigm. conico aut ovoideo, longitudinaliter 4-sulco, (fortassis et 8-sulco). Plac. in fundo loculor. parietales parum productae undiq. ovuligerae. Caetera ignota.

Arbusculae in peninsula Malaccensi et archipelago Indico obviae, glabrae; f. brevit. petiolatis 3-nerviis; pedunc. axillarib. paucifl.; fl. parvulis coeruleis.

1. EWYCKIA MEDINELLIFORMIS Naud. — Naudin l. c. p. 261.

Estne *Pternandra capitellata* Jack?

Macrophylla glaberrima; ram. teretib.; f. coriac. brevit. petiolatis late ovatis ellipticisve acuminatis b. acuta c. petiolo confluentib. 3-nerviis; florib. ad nodos glomeratis brevissime pedicellatis.

Utrum frutex an arbuscula sit nescimus; caet. — In penins. Malaccensi et ins. Pulo-Pinang; Gaudichaud?

Fortasse sub eod. nomine hic 2 species affines sed distinctas includimus, unam sc. Malaccensem f. distinctam breviorib. et ovatiorib., alteram insulae Pulo-Pinang indigenam, f. multo majorib. et oblongioribus. Videant posteri.

Species addendae: (Naud. l. c.)

2. EWYCKIA CYANEA Bl. (Walp. Ann. II. 611 n. 1).

3. EWYCKIA LATIFOLIA Bl. (Walp. l. c. n. 2).

4. EWYCKIA COERULEA Naud.

(*Pternandra coerulea* Jack in Malay. misc. II. app. 3.?)

Species maxime dubia, male descripta, fort. eadem quam sub nomine *E. latifoliae* descripsit Blumius. Differtne etiam ab *E. medinelliformi?*

CLVI. **RECTOMITRA** *Bl.*

(Walp. Ann. II. 611.)

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18. p. 261.

1. RECTOMITRA GALEATA Bl. (Walp. l. c. n. 1).
2. RECTOMITRA TUBERCULATA Bl. (Walp. l. c. n. 2).

Nullam differentiam essentialem inter Rectomitram et Ewyckiam reperimus quas idcirco merito consociatas a Korthalsio credimus.

CLVII. 6265. **KIBESSIA** *DC.*

(DC. Prodr. III. 196. — Walp. Ann. II. 611.)

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18. p. 262.

1. KIBESSIA AZUREA Bl. mus. bot. Lugd. Bat. p. 8. (DC. l. c.).
2. KIBESSIA SUBULATA Bl. (Walp. Ann. II. 610 n. 1).
3. KIBESSIA CORDATA Korth. (Walp. Rep. V. 723 n. 2).
4. KIBESSIA SIMPLEX Korth. (Walp. Rep. V. 723 n. 1).
5. KIBESSIA SESSILIS Bl. (Walp. Ann. II. 610 n. 2).
6. KIBESSIA ANGUSTIFOLIA Bl. (Walp. Ann. II. 611 n. 3).
7. KIBESSIA CUPULARIS Decsne. (Walp. Ann. I. 302 n. 3).

Subordo IV. *MEMECYLEAE.*

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18. p. 262.

Memecyleae a Melastomeis quam Astronieae Kibessiaeque remotiores cum illis tamen haud ambiguam affinitatem retinent, mediantib. praesertim specieb. folia trinervia aut 5-nervia exhibentibus. Inter priores Mouririearumq. subordinem intermediae videntur quamquam a posteriorib. maxime discedant fabrica staminum ovario-1-loculari fructusque et embryonis compage.

CONSPECTUS GENERUM:

Spathandra. — *Memecylon.* — *Lindenia.*

CLVIII. 6268. **SPATHANDRA** *Guill. et Perrot.*

(Walp. Rep. V. 725. — Walp. Ann. II. 612.)

Naudin, Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 262.

... Spathandra, si ad characteres flores solum respiciatur, nihil aliud est ac Memecylon; uti genus proprium hanc tamen servavimus propt. habitum et inflorescentiam quae a Memecylorum inflorescentia axillari discrepat.

1. SPATHANDRA COERULEA Guill. et Perr. (Walp. Rep. V. 725). — Naudin l. c. p. 263.

Species ut videtur excludendae propter inflorescentiam axillarem:

SPATHANDRA MEMECYLOIDES Benth. (Walp. II. 612 n. 1). = *Memecylon Vogelii.*

SPATHANDRA FASCICULARIS Planch. (Walp. l. c. n. 2). = *Memecylon fasciculare.*

CLIX. 6269. MEMECYLON *Lin.* (Naud.)

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 264.

.....Ut supra dicta est artificialiter Spathandra a Memecylo dissociata est; vix dubitandum est quin melius esset si ambo genera in unum coadunarentur. Memecyli species plurimas inter se nimis affines donec illar. specimina nova integriora suppetant, e descriptionib. distinguere difficile erit.

a. *Species Africanae, Madagascarienses, Sechellanae et Mascarenae.*

1. MEMECYLON HEUDELOTII Naud. — Naudin l. c. p. 265.

Fruticosum; ram. supremis teretib.; f. coriaceis brevit. petiolatis ovatis acuminatis subobtusis b. rotundatis pag. utraq. nitidulis, praeter nervulos transversales longitudinaliter 3—5nerviis; fl. in axillis folior. et supra nodos ramor. glomeratis brevit. pedicellatis; petal. coeruleis caducis.

Frutex aut arbuscula 2—3 metralis, saepe humilior, caet. — In variis locis Senegambiae maritimae, secus rivulos; Heudelot.

2. MEMECYLON MELASTOMOIDES Naud. — Naudin l. c. p. 265.

Ramis supremis acute 4-angulis aut potius brevit. 4-alatis; f. subcoriac. lanc-ellipticis ap. brevit. acuminatis b. acutis et in petiol. brevem confluentib. 3-nerviis; cymis pedunculatis paucifloris supra nodos ramor. annotinorum ortis.

Arbuscula?, caet. — In ins. Madagascaria aut fortassis Mauritio; Du Petit-Thouars.

3. MEMECYLON GRANDIFOLIUM Naud. — Naudin l. c. p. 266.

Subarboreum macrophyllum; ram. teretib.; f. sessilib. coriac. oblongo-ellipticis ap. rotundatis subuninerviis; florum glomerulis e nodis ramor. annotinor. orientib. confertifloris.

Frutex s. arbuscula 5—6 metr., inter congeneres magnitudine folior. insignis, caet. — Fruct. ut videtur baccae sunt edules. — In ins. Nossi-Bé, pr. Madagascariam; Pervillé.

4. MEMECYLON DOLICHOPHYLLUM Naud. — Naudin l. c. p. 266.

Arboreum? macrophyllum aut potius dolichophyllum, ram. teretib.; f. brevissime petiolatis coriac. lanc-oblongis apice in acumen gradatim attenuatis b. rotundatis pag. superiore nitidulis.

Species conspicua nobis nisi specimine valde manco non cognita, caet. — In inss. Mascarenis aut Madagascaria? Du Petit-Thouars.

5. MEMECYLON CORDATUM Desr. (DC. Prodr. III. 6 n. 11). — Naudin l. c. diagn. et pl. descr.

6. MEMECYLON THOUARSIANUM Naud. — Naudin l. c. p. 267.

Fruticosum aut arboreum submacrophyllum; ram. teretib., annotinis nodosis, f. brevissime petiolatis aut subsessilib. coriaceis elliptico-ovatis

ovatove - oblongis ap. rotundatis subretusisq. b. vix perspicue cordatis marg. nonnihil revolutis subuninerviis; florum fasciculis depauperatis? brevib. axillarib. aut supra nodos ramorum jam foliis denudator. ortis.

Species nobis non satis cognita, *M. strumoso* et *M. roboreo* fortasse affinis, caet. — In ins. Madagascaria aut Mascarenis, loco ignoto; Du Petit-Thouars.

7. MEMECYLON STRUMOSUM Naud. — Naudin l. c. p. 267.

Fruticosum aut fortassis arboreum submacrophyllum; ramis teretib. annotinis nodosis floriferis?; f. brevit. petiolatis coriaceis obovatis oblongove obovatis, ap. rotundatis aut saltem obtusis, b. gradatim attenuata acutis subacutisve, marg. revolutis, fere 1-nerviis.

Si ex habitu peculiari speciminis nostri judicare liceret, fruticem ramis repentib. donatum hanc speciem esse arbitraremur. — In insula Madagascaria; Chapelier.

8. MEMECYLON ROBOREUM Naud. — Naudin l. c. p. 268.

Arboreum; ram. supremis teretib. nodosis rigidis, f. coriac. brevit. petiolatis late ellipticis ap. rotundatis aut subretusis, nonnumquam fere orbicularib. margine utplurimum revolutis, 1-nerviis; fl. supra nodos ramor. annotinor. fasciculatis, violaceis.

Arbor mediae altitudinis (10—12 metralis?) nobis frustulo florib. et fere foliis spoliato necnon chirographo collectoris tantum cognita. — In insula Madagascaria; Chapelier.

9. MEMECYLON PRUNIFOLIUM Naud. — Naudin l. c. p. 268.

Ramis supremis quadrangulis aut brevissime 4-alatis, vetustiorib. magis ac magis rotundatis nudatis nodosisq.; f. petiolatis ovato-ellipticis ap. obtusis v. aliquando retusis b. subacutis aut rarius subrotundatis fasciculis fructiferis supra cicatrices ramor. annotinorum lateralib.

Utrum frutex sit an arbor non compertum est, caeterum. Differtne haec species a *M. angulato* DC.? — In ins. Madagascaria aut Mascarenis?; Du Petit-Thouars; in Mauritio, Commerson.

10. MEMECYLON LUTESCENS Naud. — Naudin l. c. p. 269.

Micranthum; ram. supremis obscure tetrahedris mox teretib., annotinis nodosis omnib. floriferis, f. subcoriaceis oblongo-obovatis ap. obtusis aut rotundatis inferne gradatim attenuatis et in petiolum mutatis 1-nerviis; cym. brevib. aggregatis ut plurimum 3-floris.

Species fruticosa (aut fort. arborea), ut videtur *Memecylo sphaerocarpo* DC. affinis; caet. — In inss. Mascarenis aut Madagascaria, loco ignoto; Du Petit-Thouars.

11. MEMECYLON MYRICOIDES Naud. — Naudin l. c. p. 269.

Fruticosum aut arboreum oliganthum; ramis supremis obscure tetrahedris mox teretib. dense foliosis; f. oblongis angustis ap. obtusis inferne gradatim attenuatis et quasi in petiolum brevem mutatis 1-nerviis; cymis axillarib. brevib. ut videtur solitariis 3-floris.

Species habitu peculiari maxime conspicua, Myricam fere nostram referens; caet. — Verisimiliter e Madagascaria aut inss. Mascarenis oriunda est; ex herbario Thouarsiano.

12. MEMECYLON MYRTIFORME Naud. — Naudin l. c. p. 270.

Fruticosum, ramis gracilib. teretib., hornotinis foliosis utplurimum ananthis, annotinis ad nodos floriferis; f. ellipticis ellipticove ovatis ap. obtusis b. in petiolum attenuatis 1-nerviis; fl. pedicellatis solitariis ternis.

Frutex ut videtur 1½—2-metralis, caet. — In insula Mauritio aut Madagascaria, loco incerto; du Petit-Thouars; nec non in sabulosis aridis loci dicti Ambongo, Pervillé.

13. MEMECYLON DUMOSUM Naud. — Naudin l. c. p. 270.

Fruticosum submicrophyllum ramosissimum; ram. supremis tetragonis; f. brevit. petiolatis coriaceis rigidis ovalis ap. subobtusis b. rotundatis vix 1-nerviis.

Frutex circ. metralis; caet. — Inflorescentia in speciminib. nostris omnino deficiebat, sed ex toto habitu judicantes, plantam huj. generis esse pro certo habemus. — In ins. Nossi-Bé Madagascariae vicina, secus oras maris; Pervillé.

14. MEMECYLON ULOPHERUM (DC. Prodr. III. p. 5. n. 3). — Naudin l. c. p. 270, diagn. et pl. descr.

15. MEMECYLON LIGUSTRINUM Naud. — Naudin l. c. p. 271.

Fruticosum?; ramis supremis obscure 4-hedris mox teretib.; f. ovalis ovatove ellipticis ap. obtusis b. acutis et in petiolum breve attenuatis 1-nerviis; cymis brevib. pauci-multifloris ex axillis folior. nodisq. ramor. annotinor. ortis, fl. brevissime petiolatis.

Species ut videtur fruticosa, primo intuitu *M. ramifloro* similis, caet. — In insula Mauritio, loco nec collectore cognitis.

16. MEMECYLON RHAMNOIDEUM Naud. — Naudin l. c. p. 271.

Fruticosum?; ramis supremis subteretib. aut obscure angulosis, annotinis nodosis, omnib. floriferis; f. brevit. petiolatis late ovalis ellipticove subrotundatis b. tamen acutiusculis et in petiolum confluentib. 1-nerviis; cym. brevibus pauci-multifloris; fl. brevissime pedicellatis.

Species nobis maxime incerta, deficiebant enim in herbario nostro specim. completa et manuscriptae adnotationes collectoris. Affinis videtur *M. ligustrino*, imo fortassis illius mera varietas est, ramis contractiorib. foliisque latioribus distincta. — Caet. — In ins. Mauritio; Commerson.

17. MEMECYLON PERVILLAEANUM Naud. — Naudin l. c. p. 272.

Fruticosum oliganthum; ram. teretib.; f. oblongo-ellipticis ap. obtusis b. in petiolum parumper decurrentib. fere 1-nerviis; cym. axillarib. solitariis 3-floris.

Frutex aut arbuscula 2—3-metralis, foliosus, caet. (Cfr. infra *Memecylon Elaeagni* Bl.). — In saxosis ins. Mahé Sechellarum; Pervillé.

b. *Species Asiaticae aut ex insulis Asiae vicinae oriundae.*

18. MEMECYLON PANICULATUM W. Jack (Walp. Rep. II. 149 n. 7). — Naudin l. c. p. 272. diagn. et pl. descr. — In insulis Sundaicis.

19. MEMECYLON CUMMINGII Naud. — Naudin l. c. p. 273.

Macrophyllum, micranthum pro genere megastachyum; ram. teretib.; f. sessilib. ovato-oblongis, in cacumen gradatim attenuatis, b. cordata amplexantib.; panic. axillarib. pedunculatis; fl. ad ap. ramor. capitato-umbellatis, pedicello proprio gracili suffultis.

Species nobis non satis cognita propter imparitatem speciminis nostri, sed inter congeneres inflorescentia peculiari insignis et eo respectu *M. paniculato* quodammodo affinis. Caet. — In ins. Luzonia, pr. Manille; Cumming.

(*Memecylon Cummingianum* Presl. (Walp. Ann. III. 890 n. 6) secundum descriptionem eadem pl. mihi videatur. C. Müller.)

20. MEMECYLON UMBELLATUM Blum. — Naudin l. c. 273. — (Bijdr. Ned. Ind. 1094, ex Zoll. et Moritz. Syst. Verz. p. 9. — Species ut videtur diversa a Scutula umbellata Lour.)

Arboreum?; ram. supremis teretib. gracilib. foliosis floriferisq.; f.

petiolatis lanc-ellipticis acuminatis b. acutis aut subacutis 1-nerviis; florum umbellis pedunculatis ex axilla folior. aut e nodis ramor. ortis; fl. graciliter et breviuscule pedicellatis.

Species ut videtur ab omnib. huj. generis facile distinguenda, nobis vero imcomplete cognita. Caet. — In ins. Java, Zolling.

(*Memecylon umbellatum* Presl. [Walp. Ann. III. 890 n. 4] secundum descript. eadem pl. mihi videatur. [C. Müller].)

21. MEMECYLON CLAUSIFLORUM Naud. — Naudin l. c. p. 274.

Ramis teretib., f. petiolatis elliptico-ovatis aut latissime lanc. brevit. acuminatis b. acutis et cum. petiolo confluentib. haud inconspicue penninerviis; cymis axillarib. pedunculatis solitariis-ternis; f. longe graciliterq. pedicellatis, corolla clausa, stylo exserto.

Rami foliosi floriferique subgraciles, raro ut videtur pennam anserinam crassitud. aemulantes, caet. — In insula Luzonia pr. Manille, Cumming.

22. MEMECYLON GRIFFITHIANUM Naud. — Naudin l. c. p. 274.

Subarboreum?; ram. supremis subtetragonis aut 4-marginatis, vetustiorib. teretib.; f. petiolatis lanc. acuminatis b. acutis obscure penninerviis; paniculis axillarib. cymoso-umbellatis, fl. pedicello proprio brevi instructis.

Species nobis non satis nota, sed, ut videtur ex speciminib. incompletis herb. mus. Paris. ab omnib. hucusq. descriptis distinctissima. — In India orient., loco non indicato; Griffith.

23. MEMECYLON PRASINUM Naud. — Naudin l. c. p. 275. — (Fortassis ead. species ac *M. ovatum* Hohenack., Plant. Ind. or. ined.)

Ramis teretib., annotinis nodosis floriferis; f. petiolatis ovatis brevit. et obtuse acuminatis b. rotundatis pag. sup. nitentib.; cymis supra cicatrices foliis delapsis succedentes superposite aggregatis multifloris; fl. pedicello breviusculo instructis.

Frutex aut potius arbuscula ramis nodosis duris et floribundis conspicua, caet. — In ins. Luzonia, pr. Manille, Cumming.

24. MEMECYLON CALLERYANUM Naud. — Naudin l. c. p. 275.

Subarboreum ramosissimum floribundum ram. teretib. nodosis; f. petiolatis coriac. rigidis ovatis aut late ellipticis brevit. et obtuse acuminatis, ima b. subacuta in pet. quasi decurrentib, 1-nerviis, cymis brevib. 3-multifloris, in axillis folior. nodisve ramor. lateralib. solitariis-ternis, subnutantib.; florib. pedicello brevi instructis.

Arbuscula 4—6 metral. aut elatior, caet. — In ins. Luzonia pr. Manille et Pangasinan aliisque locis; Callery.

25. MEMECYLON MANILLANUM Naud. — Naudin l. c. p. 276.

Macrophyllum, ramis teretib.; f. sessilib. oblongo-ovatis acutis b. rotundatis aut vix subcordatis obscure penninerviis; cymis axillarib. aut supra nodos ramor. lateralib. brevib. paucifloris; fl. pro genere majusculis, pedicello crasso suffultis.

Species conspicua, primo intuitu *M. laurifolio* affinis ab illo autem certa distincta; caet. — In ins. Luzonia pr. Manille, Cumming.

26. MEMECYLON LAURIFOLIUM Naud. — Naudin l. c. p. 277.
M. tinctorium Zoll. et Moritz. Syst. Verz. 9 n. 1950.

Arboreum? submacrophyllum, ram. teretib.; f. brevit. petiolatis ovato-ellipticis oblongisve acutis aut apiculatis nonnunq. et obtusis aut etiam

retusis b. rotundatis 1-nerviis; cym. axillarib. brevib. saep. trichotomis; fl. pro genere majusculis, pedicello proprio suffultis.

Species ut pleraeq. huj. generis polymorpha, caet. — In ins. Java; Leschenault, Zollinger.

27. MEMECYLON PYRIFOLIUM Naud. — Naudin l. c. p. 277.

Fruticosum (fortassis arboreum); ram. teretibus; f. petiolatis ovatis nonnihil acuminatis subobtusis b. rotundatis aut in petiolum confluentib. obscure penninerviis pag. super. nitentib.; panic. cymosis brevib. axillarib. solitariis aut superposite geminatis.

Folia foliis Pyri domesticae forma, magnitudine et nitore fere simillima. — In montib. Indiae dictis Kottar-Gherris; Perrottet.

28. MEMECYLON AMPLEXICAULE Roxb. (Walp. Rep. II. 148). — Naudin l. c. p. 277.

Nedum Schetti Rheed. hort. Malabar. tab. 15. — *M. grande* DC. III. 6. — *M. cordatum* Wallich Cat. 4100. — *M. depressum* Benth. in Wall. Cat. n. 4101.

Subarboreum macrophyllum; ramis teretib.; f. sessilib. ovato-oblongis gradatim acuminatis b. cordatis amplexantib.; nervo medio subtus prominente, nervulis transversis subobsoletis; fasciculis multifloris densiflorisque ex axilla foliorum orientibus.

Rami foliosi floriferiq. pennam anserinam crassitudine aemulantes, caet. — In India or., loco haud indicato, Wight; pr. Valliar aliisque locis orae orientalis peninsulae Indicae, Perrottet.

29. MEMECYLON EDULE Roxbrg. (DC. Prodr. III. n. 6). — Naudin l. c. p. 278, diagn. et pl. descr. — In ora Coromandelica et in Zeylania.

30. MEMECYLON TINCTORIUM Koen. (Walp. Rep. II. 148 n. 1). — Naudin l. c. p. 279.

Fruticosum aut subarboreum micranthum; ramis teretib.; brevit. petiolatis late ellipticis obovatis ovatisve ap. obtusis interdumq. retusis subuninerviis; cym. brevib. supra nodos ramor. annotinorum lateralib.; fl. graciliter breviterq. pedicellatis.

Memecyli tinctorii auctor., quae sit forma genuina nos pauciora mancioraq. specimina explanare non sinunt, sed plurimas species sub eod. nomine commistas fuisse facile crederemus. Pro typo specifico var. α. quae in herbario Wightiano sub n. 1058 inscribitur sumendam proponimus, exclusa donec melius innotescat varietate β., quae fortassis ad aliam speciem referenda est. Caet. — In penins. Ind. or.; ex herbario Wightii.

31. MEMECYLON CAPITELLATUM Lin. (DC. Prodr. III. 6 n. 5). — Naudin l. c. p. 279, diagn. et pl. descr.

32. MEMECYLON RAMIFLORUM Lam. (DC. l. c. n. 8). — Naudin l. c. p. 280 diagn. et p. descr.

33. MEMECYLON LILACINUM Zoll. et Mor. (Walp. Ann. I. 303 n. 2). — Naudin l. c. 281 diagn. et pl. descr.

Species addendae nobis ignotae, quarum quaedam incertae sunt et fortasse sub aliis nominib. descriptae: (Naudin l. c.)

34. MEMECYLON TRINERVE (DC. l. c. p. 5 n. 1).

35. MEMECYLON ANGULATUM (DC. l. c. n. 2).

36. MEMECYLON SUBQUADRANGULARE (DC. l. c. n. 4).

37. MEMECYLON SPHAEROCARPUM (DC. l. c. n. 6).
— Nonne eadem species ac *Memec. tinctorium?* —

38. MEMECYLON LAXIFLORUM (DC. l. c. n.7).
39. MEMECYLON EXCELSUM (DC. l. c. n. 9).
40. MEMECYLON OVATUM Smith (DC. l. c. n. 10).
41. MEMECYLON ACUMINATUM Smith (DC. l. c. n. 12).
42. MEMECYLON FERREUM Bl. (DC. l. c. n. 15).
43. MEMECYLON HEYNEANUM Benth. (Walp. Rep. II. 148 n. 2).
44. MEMECYLON COERULEUM W. Jack. (Walp. l. c. n. 4).
45. MEMECYLON ANGUSTIFOLIUM Wight (Walp. l. c. n. 5).
46. MEMECYLON IAMBOSIOIDES Wight (Walp. l. c. n. 6).
47. MEMECYLON NIGRESCENS Hook. (Walp. l. c. n. 8).
48. MEMECYLON CAPENSE Eckl. et Zeyh. (Walp. l. c. n. 9).
49. MEMECYLON? SCUTELLATUM = *Scutula scutellata* (DC. Prodr. III. 7 n. 1).
50. MEMECYLON LOURERII = *Scutula umbellata* (DC. l. c. n. 2).
51. MEMECYLON PUNCTATUM Presl. (Walp. Ann. I. 303 n. 1).

Hic etiam addendas credimus species sequentes:

52. MEMECYLON VOGELII = *Spathandra memecyloides* (Walp. Ann. II. 612 n. 1).
53. MEMECYLON FASCICULARE = *Spathandra fascicularis* Benth. et Planch. (Walp. Ann. II. 612 n. 2).

CLX. **LIINDENIA** *Zoll. et Mor.*

(Walp. Ann. I. p. 303.)

Naudin l. c. p. 282.

Genus nobis ignotum, fortassis a Memecylo non separandum.

1. LIINDENIA DIOICA Zoll. et Mor. Verz. p. 10.

Subordo V. *MOURIRIEAE.*

Ann. sc. nat. III. tom. 18 p. 282.

Mouririearum subordo nondum satis notus est, sed quantum e paucis specieb nobis observatis judicare licet vix in Melastomaceis includitur, nulli tamen ordini aptius quam huic congruit. Hujus genera sunt sequentia: Guildingia, Mouriria.

CLXI. 6271. **GUILDINGIA** *Hook.*

(Walp. Rep. II. 149.)

1. GUILDINGIA PSIDIOIDES Hook. (Walp. l. c. n. 1). — Naudin l. c. p. 282 sine descr.

CLXII. 6270. **MOURIRIA** *Juss.*

(DC. Prodr. III. 7. — Walp. Ann. II. 612.)

Naudin Ann. sc. nat. ser. III. tom. 18 p. 283.

..... Erravisse Benthamium credimus cum ovarium Mouririae parvifoliae 1-loculare esse affirmavit. Quamvis haec species nobis non innotescat, vix dubitamus quin illius ovarium biloculare sit ut in plurib. aliis ejusq. dissepimenta c. ovulis 6 aut 8 in unam molem congesta et scalpello e cavitate sublata auctorem celeberrimum fefellerint.

a. *flores 5-meri.*

1. MOURIRIA PRINCEPS Naud. — Naudin l. c. p. 283.

Arborea? macrophylla pro genere macrantha; ramis teretib.; f. brevissime petiolatis elliptico-oblongis brevit. et abrupte acuminatis, b. nonnihil cordatis penninerviis; fl. axillarib. solitariis-paucis; calycib. campanulatis, limbo 5-lobo.

Arbor arbusculave egregia, affinitate haud carens cum *Guildingia psidioide* et *Mouriria Domingensi*, caet. — In Guiana Batavica, pr. Surinam; Hostmann.

2. MOURIRIA GUIANENSIS Aubl. (DC. Prodr. III. 7 n. 2). — Naudin l. c. diagn. et pl. descr.

3. MOURIRIA ACUTIFLORA Naud. — Naudin l. c. p. 284.

Mouriria Guianensis Miq. herb. Hohenack.

Arborea? ram. supremis laevigatis; f. petiolatis oblongo-ellipticis acuminatis b. subobtusis rigidulis impunctatis fere 1-nerviis; fl. in axillis folior. fasciculatis; calycib. campanulatis, limbo acute 5-dentato.

Species absque dubio *M. Guianensi* proxima ab illa tamen certe dissocianda; caet. — In Guiana Batavica; Hostmann.

var. β. *amblyodon;* f. quam in praecedente majorib.; calyc. dentib. obtusissimis.

In Guiana Gallica, pr. Cayenne; Leprieur.

4. MOURIRIA VERNICOSA Naud. — Naudin l. c. p. 285.

Subarborea aut fruticosa pro genere submacrophylla di-trichotome ramosa; ram. hornotinis floriferis; f. brevit. petiolatis ovatis acuminatis rigidulis pag. sup. quasi vernicosa nitidis, florib. in axillis folior. aut supra nodos ramorum foliis jam denudatorum fasciculatis; calycib. late turbinatis, limbo subintegerrimo.

Quae sit huj. elegantissimae speciei statura nobis non compertum est, sed ex analogia arbusculam suspicamur. Caet. — In Guiana Gallica pr. urb. Cayenne; Martin.

5. MOURIRIA BREVIPES Gardn. (Walp. Rep. II. 149 n. 3). — Naudin l. c. p. 285. Tom. XII. tab. X. fig. 5.

Foliis subsessilib. late ovatis ap. acuminatis b. rotundatis 1-nerviis subcoriaceis; fl. in axillis folior. fasciculatis; calycib. subturbinatis, limbo acute 5-dentato.

Arbuscula? Rami utplurimum dichotomi teretes; supremi pari uno et altero foliorum instructi, floriferi; Caet. — In Guiana Anglica; Schomburgk.

6. MOURIRIA WEDDELLII Naud. — Naudin l. c. p. 286.

Fruticosa utplurimum dichotome ramosa oligophylla polyantha; f. subsessilib. rigidulis ovatis brevit. acuminatis uninerviis impunctatis; florib. ad nodos ramor. annotinor. fasciculatis; calycib. campanulatis, limbo 5-dentato.

Frutex aut arbuscula 2—3-metralis, caet. — In prov. Brasiliae centralis dicta Sertao d'Amaroleité; Weddell.

b. *Flores 4-meri.*

7. MOURIRIA ABNORMIS Naud. — Naudin l. c. p. 286.

Subarborea? pro genere submacrophylla oligantha; ramis hornotinis floriferis; f. petiolatis coriaceis ellipticis aut rarius ovatis breviter acumi-

natis 1-nerviis; cymis utplurimum trifloris, in utraq. axilla folior. oppositorum solitariis; calycib. depressis fere hypocrateriformib. limbo brevit. 5-denticulato.

Species in genere insignis propter numerum partium floris quaternarium, nobis autem non satis cognita, ex analogia frutex magnus aut arbuscula nobis visa est, caet. — In Guiana Gallica, Martin, Perrottet.

Species addendae, partim ex imparib. descriptionib. auctorum non agnoscendae:

8. MOURIRIA MYRTILLOIDES Poir. (DC. Prodr. III. 7 n. 1).
9. MOURIRIA CAULIFLORA (DC. l. c. n. 3).
10. MOURIRIA GRANDIFLORA (DC. l. c. n. 4).
11. MOURIRIA MEXICANA (DC. l. c. n. 5).
12. MOURIRIA POLYANTHA Miq. (Walp. Ann. I. 303).
13. MOURIRIA PARVIFOLIA Benth. (Walp. Rep. V. 725).
14. MOURIRIA DOMINGENSIS (Walp. Rep. II. 149 n. 1).
    Nonne melius pro typo generis alius sumenda est haec species?
15. MOURIRIA PUSA Gardn. (Walp. Rep. II. 149 n. 2).
16. MOURIRIA ARBOREA Gardn. (Walp. Rep. II. 149 n. 4).

Melastomaceas, quae in monographia clarissimi Naudinii haud commemorantur, nec nonnullas species quae apud alios auctores aliis nominibus sunt descriptae, hic in loco ordine Endlicheriano sequuturas curavi.

6202. **HETEROCENTRON** *Hook. et Arn.*

(Walp. Ann. II. 595) v. Schlechtdl. in Linn. XXV. p. 324—332.
— Al. Braun in ind. sem. h. bot. Berol. 1851. —

Char. emendatus:

Flos tetramerus. Calyx tubo campanulato, setulis adpressis adsperso, limbi laciniis amplis, nudis, aestivatione sinistrorsum contortis, post anthesin demum deciduis. Petala calycis fauci inserta, obovata, aestivatione dextrorsum contorta. Stamina 8 cum petalis inserta, petalis alterna majora, declinata. Antherae oblongae, obtusae, uniporosae, loculis undulatis, connectivo in majoribus infra loculos producto et ad insertionem filamenti appendicibus duabus furcato, in minoribus vix producto basi bigibboso. Ovarium 8 sulcatum, costis 8 parum conspicuis basi adhaerens, superne liberum, apice nudum, quadridentatum, dentibus emarginatis, vel bifidis, loculis sepalis oppositis. Stylus declinatus, stigma punctiforme. Fructus capsularis. Semina cochleata.

Suffrutices caule tetragono, foliis membranaceis, petiolatis, penninerviis, nervis secundariis (more *Corni*) arcuatim adscendentibus, sed apicem folii non attingentibus. Inflorescentia terminalis, laxe paniculata, basi foliosa. — Genera proxima, loculorum ovarii directione cum Heterocentro congruentia sunt *Arthrostemma* Pav., *Tetrameris* Naudin, *Chaetogastra* Dec. et *Pachyloma* Dec., quae omnia calycis dentibus minoribus persistentibus aliisque notis differunt. *Heteronoma* Dec. (non Martius) praeterea differt charactere hucusque neglecto, scilicet loculis ovarii non (ut in plerisque Melastomaceis isomeris) sepalis, sed (ut in *Rhexia*) petalis oppositis.

1. HETROCENTRON ROSEUM A. Br. et Bouché l. c.

Alabastris breviter apiculatis; calycis tubo setulis brevissimis adpressis adsperso, setulis 4 majoribus basi dilatatis in sinubus limbi; limbi

laciniis ovatis, breviter acuminatis; petalis obovatis, roseis; antheris staminum majorum violaceis, minorum luteis; ovarii dentibus bifidis.

Heterocentron axillare (?), *macrostachyum* et *alpestre*? Naudin Ann. d. sc. nat 3 Ser. XIV. (1850) p. 154. — Mexico (sec. Naudin prope Oaxacam). Tres species Naudinianas, quas ipse autor varietates unius speciei esse suspicatur, propter characteres earum non satis definite indicatas nonnisi cum signo dubitationis allegare potui. *H. macrostachyum* Naudin praesertim in nostram speciem quadrare videtur.

2. HETEROCENTRON ROSEUM Al. Br. et Bouché? (*Melastoma rubra* hortor.) — v. Schldl. in Linn. XXV. p. 328. — Cfr. l. c. pl. descript.

3. HETEROCENTRON SUBTRIPLINERVIUM. Br. et Bouché. — Index sem. h. b. Berol. 1851.

Alabastris longe acuminatis; calycis tubo setulis adpressis adsperso, limbi laciniis ovato lanceolatis, longe acuminatis; petalis obovatis, albis; antheris omnibus luteis; ovarii dentibus vix emarginatis.

Melastoma subtriplinervium Link et Otto Abb. neuer und selt. Gew. d. K. b. G. zu Berlin (1828) t. 24. *Heteronoma subtriplinervium* Steudel. *Melastoma mexicanum* Hort. *Rhexia elegans* Hort. (non *Heeria elegans* Schlcht). *Heterocentron mexicanum* Hook. et Arn. Bot. of Beech Voy. p. 290 (1839). — Mexico (prope Xalapam, ubi primi legerunt Schiede et Deppe).

6208. LASIANDRA *DC.* (Cfr. infra *Pleroma.*)

(DC. Prodr. III. 127. — Walp. Ann. II. p. 555.)

1. LASIANDRA ARGENTEA DC. (Walp. Ann. II. 559). — Hasskarl in Retzia I. p. 173. — Cfr. l. c. observation. et descript. pl. — Planta e solo Brasil. sua sponte enata.

621½. MONOCHAETUM *Naud.*

(Walp. Ann. II. 596.)

1. MONOCHAETUM UMBELLATUM Naud. (Walp. Rep. V. 701. — Ann. II. 596). — Lemaire ill. hort. (1854) tab. 11.

6217. PLEROMA *Don.*

Asa Gray Un. St. expl. exp. 602.

Pleroma Don (DC. Prodr. III. p. 151 excl. sp.); Benth. in Hook. bot. journ. (1840); Gardn. in Hook. Lond. journ. bot. 2 p. 348; Lindl.

Lasiandra DC. Prodr. III. p. 127; Naud. Ann. sc. n. III. 13 p. 127.

Nomen Pleroma Don tum jure prioritatis, tum auctorib. clariss. Bentham, Gardner, Lindley, consentientib. prae nomine Lasiandra praeferendum est.

6221. OSBECKIA *Naud.*

(Walp. Ann. II. 574.)

Icon addenda.

OSBECKIA STELLATA Don. — Gardn. mag. of bot. III. (1851) p. 217 tab. l. c.

6236. MEDINILLA *Gaud.*

(DC. Prodr. III. 167. — Walp. Ann. III. 875.)

1. MEDINILLA HETEROPHYLLA A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 598 tab. 75.

Alte scandens; ramis teretib. ad nodos saepius radiciferis; foliis cujusq. jugi valde disparib. quintuplinerviis, majore ovato s. ovato-ob-

longo subcordato subacuminato, petiolo ejus folium alterum cordato-rotundum adaequante v. superante; racemis paniculatis elongatis; bract. verticillatis bracteolisq. obovatis magnis petaloideis albis; fl. tetrameris; calyc. limbo fere integerrimo; antheris b. brevit. tricalcaratis.

Hab. in inss. Vitiensib. (Feejee); in silvis ins. Ovalau. — Caulis frutescens, caet.

2. MEDINILLA RHODOCHLAENA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 600.

Subscandens; ramulis teretib. hinc inde radicantib.; f. cujusq. jugi inaequalib. homomorphis ovato-oblongis acuminatis 5-tuplinerviis b. saepe obliquis, acutis v. obtusis petiolatis puberulis; racem. axillarib.; bract. bracteolisq. dilatatis rubris.

Hab. Inss. Feejee, in montib. ins. Ovalau. alt. circ. 2000′. — Specimina incompleta, caet.

Icones addendae.

MEDINILLA JAVANENSIS Bl. (Walp. Rep. II. 142). — *Melastoma Javanense* Bl. (DC. Prodr. III. 147). — Hook. in bot. mag. tab. 4569. — Lemaire jard. fl. I. tab. 96.

MEDINILLA SIEBOLDIANA Planch. (Walp. Ann. II. 604 n. 2). — Paxton fl. gard. III. p. 117 xylogr. 289. — Hook. in bot. mag. tab. 4650.

6247. ANPLECTRUM*) *Asa Gray.*

Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 597.

Aplectrum Blume; Naudin, in Ann. sc., non Nuttall (1818).

1. ANPLECTRUM? OVALIFOLIUM A. Gr. l. c.

Fere glaberr.; f. late ovalib. s. ovato-rotundis brevit. acuminatis petiolatis submembranaceis 3—5 tuplinerviis; cym. pulverulento-puberulis folio breviorib.; calyc. dentib. brevissimis callosis; denticulis externis nullis; petalis ovatis acutis; antheris 8-homomorphis.

Aplectrum? ovalifolium, Naud. in scheda.

Hab. In insulis Feejee, pr. Sandalwood-Bay, Vanua-levu. — Frutex v. arbor parva, etc.

6252. HENRIETTEA *DC.*

(DC. Prodr. III. p. 178; Cfr. supra n. CXXX.)

1. HENRIETTEA SUCCOSA, DC. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 585.

Henriettea succosa (DC. Prodr. III. p. 178). — *H. Brasiliensis* Casaretto (Walp. Rep. V. p. 716).

6267. ASTRONIA *Bl.*

(DC. Prodr. III. 197; Cfr. supra n. CLIII.)

1. ASTRONIA FRATERNA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 576 tab. 72.

Glaberrima; f. longe petiolatis oblongis acuminatis b. acutis manifeste triplinerviis (praetermisso utroque nervo tenui submarginali); cym. corymbosis; pedicellis gracilib.; calycis fructiferi limbo persistente aperto 5-dentato; ovario 5-loculari; placentis ex ima columella ortis.

Hab. Inss. Societatis: in jugium montibus inss. Tahiti et Eimeo.

2. ASTRONIA PICKERINGII A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 577 tab. 72.

Glabra; f. longe petiolatis ovalib. oblongisve utrinq. subacutis nunc b. obtusis 3—5 nerviis; cyma corymbosa composita laxifl.; pedicellis gracilib.; alabastris subglobosis; calycis limbo clauso dem. aperto ultra

*) Mutatio levis nomen Blumeanum „Aplectrum" sat a genere „Aplectrum" Nuttall reddit differens.

ovarium longiuscule producto, marg. in dentib. breviss. 9—10 irregularit. fisso; antherar. connectivo ad dorsum gibberoso; ovar. 5-loculari; placentis e fundo loculor. ortis.

var. α. *Samoensis:* f. siccatis viridulis, inflor. ramulisq. novellis ferrugineo-puberulis.

var. β. *Vitiensis:* f. in sicco flavescentib.; infl. glabriore; pedicellis paulo breviorib.

Hab. α. in insul. Navigatorum: in montib. ins. Tutuila; β. in ins. Vitiensib., Ovalau alt. 1000'. — (Specimina suppetentia plerumq. incompleta).

3. ASTRONIA CONFERTIFLORA As. Gray. — Asa Gray l. c. p. 579.

F. longe petiolatis ovalib. obtusis b. rotundatis 3—5-nerviis, costis subt. ramulisq. juniorib. c. cyma composita corymbosa confertiflora rufo-pubescentib.; fl. in ramulis ultimis capitato-congestis subsessilib.; calyce glandulis rufis consperso, limbo ultra ovar. brevit. producto, marg. irregulariter 8—10-crenato 3—4 loculari; placentis e fundo loculor. ortis.

Hab. in inss. Vitiensib., in distr. Sandalwood ins. Vanua-levu. — Frutex verosimiliter 8 pedalis altus, etc.

4. ASTRONIA? SUBCORDATA A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 580.

F. longe petiol. ovalib. v. subovatis brevit. acuminatis obtusisve b. cordatis glabratis triplinerviis; petiolis ramulisq. juniorib. c. cyma corymbosa ferrugineo-hirtis dem. glabratis.

Hab. in inss. Samoensib., ins. Upolu, in montib. pr. Apia. — Arbor ut videtur aut frutex magnus, etc.

ASTRONIDIUM *A. Gr.*

Asa Gray Unit. St. expl. exped. p. 581.

Fl. tetrameri. Calyc. tubus hemisphaericus, nudus; limbus repando-4-dentatus seu inaequalit. pluri-(6—8) denticulatus. Petala 4. Stam. 8, aequalia; filam. complanata, subulata brevia: anth. oblongo-lineares, antice rima duplici longitud. dehiscentes; connectivo dorsali carnoso angusto b. calcarato. Styl. filif.; stigma minutum, simplicissimum. Ovarium omnino adnatum, 3—4 loculare, placentae e fundo loculorum exortae, superne dilatatae compressae. Caps. globosa. Sem. numerosissima.

Arbuscula glabra micrantha, microcarpa, facie *Astroniae*.

Differt ab *Astronia:* florib. 4-meris, antheris calcaratis stigmateq. minuto.

1. ASTRONIDIUM PARVIFLORUM A. Gr. l. c. tab. 72. — Hab. In Inss. Feejee ins. Ovalau et Ambau.

6269. **MEMECYLON** *Lin.*

(DC. Prodr. III. p. 5. — Cfr. supra n. CLIX.)

Blume Mus. botan. Lugduno-Batav. I.

1. Pedicellis supra basin NUDIS:

M. oligoneurum, capitellatum, umbellatum, ramiflorum, Elaeagni, myrsinoides, pauciflorum, glomeratum, pseudo-nigrescens, confine, hepaticum, Myrtilli, garcinioides, laevigatum, intermedium, ferreum, oleaefolium, laurinum, ambiguum, micranthum, Royenii, acuminatissimum, costatum, appendiculatum, nudum, Spathandra.

2. Pedicellis MED. BIBRACTEOLATIS:

floribundum, excelsum, heteropleurum.

3. Pedicellis APICE 2-BRACTEOLATIS:
sphaerocarpum, confusum, cordatum.

4. Spec. MIN. COGNITAE:
buxifolium, crassinerve, marginatum.

* *Pedicellis supra basin nudis.*

1. MEMECYLON OLIGONEURUM Bl. — Blume l. c. n. 861.

Ramul. juniorib. subtetrag. mox teretibus; fol. subsessilib. ellipticis (2—4 poll., $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ p. lat.) utrinque subangustat. v. apice obt. apiculatis 3-vel raro sub quintuplinerviis; florib. breviss. pedicellat. in tuberculis dense aggregatis; calycis limbo obtuse 4-denticulato.

M. trinerve (haud Dec.!) Hassk. Catal. Hort. Bog. p. 259. — *Myrtus oligoneura* Herb. Korth. — Kibessi s. Kibeussi malaice et sundaice.

In Java, Borneo, caeter.

2. MEMECYLON CAPITELLATUM Bl. — Blume l. c. n. 862. — DC. Prodr. III. pag. 6. 1. (ex parte!).

Fol. elliptic. oblongisve ($1\frac{2}{3}$—4 poll. $\frac{2}{3}$—$1\frac{3}{4}$ p. lat.) utrinque angustatis v. apice saep. obtusiusculis obsolete 3 nerviis (nervis cum ven. transversalib. infra marginem confluentib.) pedunc. petiolo 2- v. 3-plo longiorib. ex apice capitato-florigeris; fructib. breviss. pedicellat. globosis laevibus limbo calycino majusculo 4-dentato coronatis.

Lin. spec. pl. p. 497. ejusd. Flor Zeyl. 136. — Burm. Flor. Ind. p. 87. (excl. ut in seq. Syn. Burm. Thes. Zeylan. tab. 30!) Lam. Enc. bot. IV. p. 88. 1. Willd. sp. pl. II. 1 p. 347. 1. (ex parte!). — *M. umbellatum* (haud Burm.) Gaertner de fruct. et sem. II. p. 207 tab. 127 (fructus). — Arbor Ind cujus fol. Curcumae vires praebent, Koraka dicta; Herb. Herm. 39. — *Myrtus Curcuma* et *Myrtus xanthoxylon* Herb. van Royen. — Korre Kaha s. Kore Kaha cole Cingalensium.

In Zeylania.

3. MEMECYLON UMBELLATUM N. Burm. — Blume l. c. n. 863.

Ramul. junior. subtetragon; fol. breviss. petiolat. e basi acuta ovalib. v. obovat. (1—$2\frac{1}{4}$ poll. $\frac{2}{3}$—$1\frac{1}{3}$ p. lat., petiolo 1—$1\frac{1}{2}$ lin.) obtusis v. rotundatis et interd. retusis 1 nerviis; peduncul. petiolum adaequantib., florib. in umbellam proliferam rar. simplic. congestis; fructib. longe pedicellatis globos. laevib. limbo calycino obsol. 4-dentato coronatis.

N. Burm. Fl. Ind. p. 87. — *Mem. umbellatum* var. Gaertn. de fr. et sem. Pl. II. p. 483 t. 179. — *M. tinctorium* (haud Kön.) W. et Arn. Prodr. Ind. or. I. p. 319 (exp.) Wall. Cat. n. 4107. — *Cornus Zeylanica*, sylv., altera Korakaha dicta J. Burm. Thes. Zeyl. p. 76 tab. 31. — *M. capitellatum* vulgatissim. Herb. Houtt.; Wallikaha Cingalensium.

In Zeylania.

4. MEMECYLON RAMIFLORUM Lam. — Blume l. c. n. 864. — DC. Prodr. III. p. 6. 8. (pro parte!).

Ramul. juniorib. tetragon. fol. breviss. petiolat. e basi acutiuscula ovalib. (1—$2\frac{3}{4}$ p., $\frac{2}{3}$—$1\frac{1}{2}$ p. lat., pet. 1—2 lin.) obtus. v. obtusiuscul. et interd. retus. 1-nerv.; pedunc. petiol. adaequantib., florib. in apice pedunculi dense umbellat. v. capitat.; fructib. longe pedicellat. globosis laevib. calycis limbo obsol. 4-dentato coronatis.

Lam. Enc. b. IV. p. 88. 2. (excl. ut in seq. Syn. Gaertn.) — Wight et Arn. Prodr. Ind. or. I. p. 319 (ex parte). — *M. ramiflorum* et *M. tinctorium* (haud Kön.) Wight ill. I. p. 214 tab. 94. — *M. capitellatum* (haud Linn.) Auct. nonn. — *Cornus sylvestr.* fol. croceum colorem tingentib., flosculis ad folior. alas globos. Burm. Thes. Zeyl. p. 76 t. 30.

In Zeylaniae nemorosis satis frequens.

5. MEMECYLON ELAEAGNI Bl. — Blume l. c. n. 865.

Ramul. junior. subtetragon; fol. brevit. petiolat. e basi acuta ovali-oblong. (1—$2\frac{1}{2}$ p. $\frac{1}{2}$—1 p. lat. pet. 2—3 lin.) obtus. v. rotundat. 1-nerv. subaveniis.; peduncul. breviss. ex apice 1-v. pauci-flor.; fructib. longiss. pedicellat. globos. laevib. calycis limbo repando-crenulato coronatis.

In Seychelles insulis, a V. Cl. Pervillé detectum. — (Cfr. supra *Memecylon Pervillaeanum* Naud.)

6. MEMECYLON MYRSINOIDES Bl. — Blume l. c. n. 866.

Ram. junior. subtetragon.; fol. brevit. petiolat. e basi acuta ovato-oblongis (1—2 poll. $\frac{2}{3}$—1 p. lat., petiolo 2—3 lin.) obtus. v. in acumen breve obtus. v. emarginatum attenuat. 1-nerviis subaven.; peduncul. petiolo breviorib., florum pedicell. brevib. in apice pedunculi umbellat. v. per fasciculos 1—2 connex.; fructib. brevit. pedicellat. depresso-globos. sulcat. exsucc. limbo calycino breviss. obsol. 4 dentato coronatis.

M. capitellatum (haud Lin.) Bl. Bijdr. Flor. Ned. Ind. p. 1094.

In silv. montan. Javae.

7. MEMECYLON PAUCIFLORUM Bl. — Blume l. c. n. 867.

Ramul. junior. acute tetragon.; fol. breviss. petiolat. e basi acutiuscula ovato-oblong. lanceolatisve (1—$2\frac{3}{4}$ poll., $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{3}$ p. lat. pet. vix 1 lin.) obtus. v. retus. v. saep. in acumen breve obtus. v. emarginat. attenuat. 1-nerv. subaven.; peduncul. (subsolitar.) petiol. adaequantib. v. eod. saepe longiorib. ex apice umbellato-pauciflor., pedicell. longitud. peduncul.; fructib. longiusc. pedicellat. globos. laevib. calycis limbo subintegro coronatis.

M. capitellatum (haud Linn.) *Spanoghe* in Linnaea XV. pag. 203 n. 346.

In Timor.

8. MEMECYLON GLOMERATUM Bl. — Blume l. c. n. 868.

Ramul. juniorib, subtetragon.; f. brev. petiolat. e basi angusta oblongo-lanceolat. ($1\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$ p., $\frac{3}{4}$—$1\frac{1}{2}$ p. lat. pet. 2—4 lin.) obtuse cuspidat. v. interd. obtusiuscul. et retus. 1-nerv.; florib. dense glomerulat. subsessilib.; calyce obs. 4-dentato; fructib. brevit. pedicellat. globos. laevib.

In Sumatra.

9. MEMECYLON PSEUDO-NIGRESCENS Bl. — Blume l. c. n. 869.

Ramul. junior. subtetragon.; fol. breviss. petiolat. e basi acuta ovato-oblong. v. elliptic. lanceolatisve ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ p., 9—14 lin. lat., pet. $1\frac{1}{2}$—2 lin.) breviter obtuse acuminat. v. pass. obtus. et retus. 1-nerv.; florib. in fascic. subsessilib. v. breviss. pedunculat.; fructib. brevissime pedicell. globos. obsolete sulcatis calycis limbo obsolete 4-dentato coronatis.

In Archipelago Indico.

10. MEMECYLON CONFINE Bl. — Blume l. c. n. 870.

Ramul. juniorib. acute tetragon. v. angustiss. petiolatis e basi acutiuscula v. obtusa elliptic. lanceolatisve ($1\frac{1}{2}$—$2\frac{3}{4}$ p., 8—16 lin. l., pet. 1—$1\frac{1}{2}$ lin.) obtus. v. interd. retus. v. cum acumine brevi obtuso-1 nerv.; penduncul. petiol. adaequantib. ex apice fasciculato-multifloris; pedicell. longitud. fere pedunculor.; calycis limbo obsol. 4-dentato.

In Borneo, cet.

var. β. *Bunggang*: fol. majorib. elliptico-oblong. ($2\frac{1}{2}$—4 poll., $1\frac{1}{4}$—$1\frac{2}{3}$ p. lat.) obtuse acuminatis.

Bunggang, *sundaice*.

In Java.

11. MEMECYLON HEPATICUM Bl. — Blume l. c. n. 871.

Ramul. teretiusc.; fol. breviss. petiolat. e basi acuta oblong. v. lanceolat. ($2^3/_4$—4 poll., $^3/_4$—$1^1/_2$ p. lat., pet. 1—$1^1/_2$ lin.) acuminato 1-nerv. subaveniis; peduncul. petiol. adaequantib. ex apice fasciculato-multiflor., pedicell. longitud. fere pedunculor.; fructib. longiuscule pedicellat. globos. laevib. limbo calycino obs. 4-dentato coronatis.

In Sumatra, Borneo cet.

11. MEMECYLON MYRTILLI Bl. — Blume l. c. n. 872.

Ramul. teretiusc.; fol. brevit. petiolat. e basi attenuata elliptic. v. ovato-elliptic. ($2^1/_4$—$3^1/_4$ p., 14—20 lin. lat., pet. 3—4 lin.) obtuse acuminat. v. interd. obtusiusculis 1-nerv.; peduncul. petiolo breviorib.; fructib. breviss. pedicellat. in apice pedunculi fasciculato-umbellat. globosis ad basin profunde sulcat. calycis limbo brevissimo obs. 4 dentato coronatis.

In Sumatra.

13. MEMECYLON GARCINIOIDES Bl. — Bl. l. c. n. 873.

Ramis teretiuscul.; f. breviss. petiolat. e basi acutiuscula elliptic. v. ovato-elliptic. ($2^1/_4$ — $4^1/_2$ p., $1^1/_4$ — $2^1/_4$ p. latis, pet. 1 — $1^1/_2$ lin.) in acumen acutiusculum contract. 1-nerv.; peduncul. petiol. aequantib. v. eodem duplo longiorib., pedicell. in umbellam densam globos. fasciculato-subramosam digest.; fructib. longiuscule pedicellat. globos. laevib. calycis limbo constricto integriusculo coronatis.

In Sumatra ceter.

var. β. *elongatum:* fol. elliptico-oblong. lanceolatisve ($2^1/_2$—5 p., 1—$1^3/_4$ p. lat.), longe obtuse cuspidatis.

14. MEMECYLON LAEVIGATUM Bl. — Blume l. c. n. 874.

Ramul. juniorib. subtetragon.; fol. brevit. petiolat. e basi acute elliptic. v. oblongo-ellipticis (2—$3^1/_4$ p., $1^1/_4$—$1^1/_2$ p. lat., pet. 3—4 lin.) in acumen obtusiusculum contractis v. obtusiusculis rarissime rotundatis 1-nerv.; peduncul. petiolo breviorib., pedicell. brevissim. in apice pedunculor. fasciculato-umbellatis; fructib. brevissime pedicellat. globos. obs. sulcat. limbo calycino acute 4-denticulato coronatis.

In Sumatra, Borneo cet.

15. MEMECYLON INTERMEDIUM Bl. — Blume l. c. n. 875.

Ramul. teretiuscul.; f. breviss. petiolat. e basi acuta ellipticis lanceolatisve ($1^1/_2$—3 poll., $^1/_2$—$1^1/_2$ l., pet. 1 lin.) obtuse acuminat. 1 nerv.; umbell. composit. longe pedunculat.; calycis limbo obs. 4-dentato.; fructib. longiuscule pedicellat. globos. laevib. limbo calycino integriusculo coronatis.

M. umbellatum (haud Burm.) Blume Bijdr. p. 1094. — Ipies Kuliet, sundaice. Cum varietate in silv. montan. Javae.

var. β. *longipes:* umbellis longiss. pedunculat.

Kiribadda malaice. Kihadjeru sundaice.

16. MEMECYLON FERREUM Bl. — Bl. l. c. n. 876.

Ramul. teretib.; f. brevit. petiolat. e basi acutiuscula ovalib. v. subrotund. ovatisve ($1^2/_3$—$3^1/_3$ p., $1^1/_4$—2 p. lat., pet. 2—3 lin.) obtus. v. rotundat. v. retus. 1-nerv.; peduncul. petiolo paulo longiorib. umbellato-corymbos. multiflor.; fructib. brevit. pedicellat. globos. laevib. limbo calycino obs. 4 dentato coronatis.

Bl. Bijdr. Fl. Ned. Ind. p. 1095. — DC. Prodr. III. p. 7. 15.

17. MEMECYLON OLEAEFOLIUM Bl. — Blume l. c. n. 877.

Ramul. teretib.; fol. brevit. petiolat. e basi acuta elliptic. v. oblongo-lanceolat. (3—5 p., $1^1/_3$—$2^1/_3$ p. lat., 2—3 lin.) in acum. obtuso productis 1-nerv.; peduncul. petiolo duplo triplove longiorib. 3—5-radiatis, pedicell. brevib. umbellat.; calycis limbo truncato; fructib. brevit. pedicellat. ellipsoid. laevib. limbo calycino breviss. integerrimo coronatis.

In Sumatra.

18. MEMECYLON LAURINUM Bl. — Blume l. c. n. 878.

Ramul. teretib.; fol. brevit. petiolat. e basi acuta v. acutiuscula elliptic. v. elliptico-oblong. lanceolatisve ($2^3/_4$—$4^1/_2$ p., $1^1/_3$—$2^1/_3$ p. l. pet. 2—4 lin.) in acum. obtus. product. coriaceis 1-nerv. subaven.; umbell. subramos. petiol. adaequantib. laxiflor.; calyce truncato in alabastro subclauso.

In Archipelago Indico.

19. MEMECYLON AMBIGUUM Bl. — Blume l. c. n. 879.

Ramul. teretib.; f. breviss. petiolat. e basi acutiuscula v. obtusa elliptico-oblong. lanceolatisve (3—$4^1/_3$ poll. 1—$1^3/_4$ p. l. pet. 2 lin.) acuminat. rariss. obtus. obs. venosis; pedunc. petiolo fere duplo longiorib. ex apice umbellato-corymbos. v. umbellam pauciradiatam subglobosam gerentib.; flor. pedicell. brevib.; limbo calycino subrepando.

In Java.

20. MEMECYLON MICRANTHUM Bl. — Blume l. c. n. 880.

Ramul. teretib.; f. breviss. petiolat. e basi rotundata elliptico-oblong. lanceolatisve ($2^1/_2$—4 p., $^3/_4$—$1^1/_2$ p. lat. pet. 2 lin.) acuminat. obs. venosis; peduncul. petiolo duplo quadruplove longiorib. 3—6-radiatis, rad. brevib. et interd. proliferis; florib. breviss. pedicellat. minimis; calycis limbo subrepando.

In Java.

21. MEMECYLON ROYENII Bl. — Blume l. c. n. 881.

Ramul. teretib.; f. breviss. petiolat. elliptic. v. elliptico-oblong. rariss. obovat. ($2^1/_2$—4 p., $1^1/_3$—$2^1/_4$ p. lat. pet. 2 lin.) utrinque acutiuscul. v. apice obt. apiculat. v. obtusiuscul. rariss. rotundat. et retus. obsc. penninerv.; peduncul. petiolo duplo quadruplove longiorib. 3—6-radiat., rad. brevib. capitato- v. umbellato-florigeris; fructib. breviss. pedicellat. globos. laevib. limbo calycino repando- 4 denticulato coronatis.

In Zeylania.

22. MEMECYLON ACUMINATISSIMUM Bl. — Blume l. c. n. 882.

Ramul. teretib.; fol. petiolat. e basi acutiuscula ovato-lanceolat. ($5^1/_2$—11 p., $1^3/_4$—$2^3/_4$ p. l., pet. 4—5 lin.) acuminatissimis penninerv. ven. ad marginem arcuato-conjunctis subtus prominulis et interd. laxe reticulatis; paniculis fol. multo breviorib. brachiatis, ramis infimis saepe conjugatis; florib. longe pedicellat. in apice ramulor. umbellat.; fructib. ellipsoideis limbo calycino truncato coronatis.

In Sumatra.

23. MEMECYLON COSTATUM Miq. — Blume l. c. n. 883.

13. ANGURIA (*Gurania*) ERIANTHA Poepp. et Endl. (Walp. Rep. II. 197 n. 3). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 725. (diagn. emend.) — F. subrotunda, profunde cordata, spinuloso-denticulata (pedato?) 5—7 nervia, utrinq. pilis rigidis sparse strigosa et marg. ciliata, superiora integra, inferiora profunde palmato-triloba, lobo medio e b. angustata ovali, lateralib. oblongis inaequilateris; ped. masc. folium superantes ap. multiflori, f. subracemosis confertis, pet. (linearia obtusa, intus transverse lamelloso-lepidota, calycis piloso-lanati laciniis linearib. acutis ½ breviora), antheris ..... (Fl. femin. fructusq. ignoti). — In sepib. in prov. Maynas leg. Poeppig.

14. ANGURIA (*Gurania*) MAKOYANA Lemaire (Walp. Ann. I. 316 n. 1). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 734. diagn. nov. — Folia subrotunda, sinu angusto cordata, brevit. in petiol. cuneata, vix ad ⅓ triloba, lob. lat. acutissimis, pedatinervia, utrinq. pilis albis molliusculis vestita, marg. subintegerrimo ciliata; pedunculi masculi folio suo subbreviores multiflori; fl. ap. subcapitato-spicatis magnis, pet. lin. obtusa ext. papillosa calyc. lacin. elongato-acuminatis plus dimidio breviora, anth. dorsifixis cordato-ovalib. (Fl. femin. et fr. ignoti). — E Guatemala semina acc. Jac. Makoy hortulanus Leodiensis florentemq. habuit pl. masculam.

15. ANGURIA (*Gurania*) SPINULOSA Poepp. Endl. (Walp. Rep. II. 197 n. 4.) — v. Schldl. in Linn. (char. emend.). — F. subrotunda, lato et profundo sinu cordata, in pet. brevem cuneata, spinuloso-denticulata, pedatinervia, usque ad ½ triloba, lob. ovatis acuminatis, utrinq. pubescentia subt. molliora; ped. masc. folium suum interd. longe superantes multifl., fl. pedicellatis corymbosis confertis, pet. lanc.-lin. acuta intus striolato-tuberculata, calycis glabri laciniis linearib. ½ minora; anth. linearib., ap. appendiculatis. (Fl. femin. et fr. ignoti). — In fruticetis Peruviae leg. Poeppig.

16. ANGURIA? CAPITATA Poepp. et Endl. (Walp. Rep. II. 197 n. 5). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 728. (char. emendatus). — Fol. pedatinervia remote denticulata glabra, inferiora ovato-deltoidea b. truncata, sinuata subtriloba, superiora subrotunda reniformi-cordata ultra med. triloba, lob. longe acuminatis, aequilongis, lateralib. b. inaequilateris; pedunculi masculi petiolo suo parum longiores, florib. subspicato-capitatis, calyx brevit. 5-fidus, laciniis erectis acutis; petala lin...... (Fl. femin. et fructus haud noti). — Secus rivulos silvestres Peruviae leg. Poeppig.

17. ANGURIA (*Gurania*) SINUATA Benth. (Walp. Ann. II. 643 n. 3). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 740. (diagn. n.). — F. breviter petiolata late cordato-ovata lobis basalib. rotundatis, obtusa, obscure v. profundius sinuato-triloba, pedati-nervia,

utrinq. scabra; pedunc. masc. folium suum aequantes ap. capitato-multiflori; fl. pedicellatis; calycis tubo ovoideo superne constricto, lacin. limbi tubo breviorib. lin.-lanceolatis acutis; petala his ½ breviora lin., anth. subsessilib. anguste linearib. . . . . . (Fl. fem. et fruct. ignotis). — Prope Para leg. Spruce sing. specim. masc.

18. ANGURIA (*Gurania?*) CISSOIDES Benth. (Walp. Ann. II. 643 n. 2). — v. Schldl. in Linn. l. c. p. 740. — F. trifoliata, spinuloso-dentata, hirtella; foliolis ovatis cuspidatis, lateralib. dimidiatis; pedunc. masc. elongati (folio suo longiores?), pauciflori ap. brevit. racemosi; calycib. glabris v. pilosis . . . . ., petala calycis laciniis ½ breviora . . . . . (Fl. femin. numerosiores et minores, caeterum et fruct. ignoti). — In fruticetis pr. Para ad 20' alte adscendentem leg. Spruce.

19. ANGURIA (*Gurania*) ARRABIDAE Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 736. — Folia ultra medium trilobata, b. levit. cordata marg. sinuato-denticulata (pedatinervia? in icone 5-nervia, glabra?), lobus medius major oblongus subpanduraeformis, acute acuminatus, laterales inaequilateri ovato-oblongi acuminati lobulo basali plus min. distincto fere divaricato acutiusculo aucti; pedunc. masculi . . . . ., feminei plures axillares, brevit. pedunc., 1-flori, pet. anguste triangularia ½ lobos calycis aequantia; fr. oblongo-ellipsoideus acuminatus calycis laciniis coronatus (punctulatus?, scabriusculus?), semina biseriata (?). — *Anguria trilobata* Vellozo. Fl. Flum. X. t. 1 nec 50. — Crescit in Brasilia (Vellozo).

20. ANGURIA (*Gurania*) SELLOWIANA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 746. — F. brevit. petiolata, b. cordata ex media folii b. triangulari bisinuosa, ultra med. triloba v. subquinqueloba, lob. med. oblongus superne dilatatus obtusatus et subito brevit. et acutissime acuminatus, laterales similes breviores, extimi brevissimi obtusi, marg. toto minutim et remote denticulata, supra glabra, subt. pube brevissima crassiuscula aequalit. dispersa, in petiolo, nervor. superficie, pedunculis, calycibus densiori, in caule et cirrhis rariore instructa; ped. masc. folium suum aequantes, multi-(20 circ.) fl., fl. pedicellati corymbose congesti, tubo calyc. aurantiaci (s. miniati) ovoideo in lacinias ipso duplo longiores, anguste lineares attenuato-acuminatas partito, pet. his quadruplo breviora, staminib. 2 medifixis, loc. linearib. parallelis (pedunc. femin. et fruct. ignotis). — In Vittoria et Bahia leg. Sellow. (Specimen unicum Sellowianum in Herb. Berolin.)

21. ANGURIA WAGENERIANA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 785. — F. (magna) brevit. petiolata, b. late cordata, sinu e b. depresse et late triangulari late bisinuoso pedatinervia, irregulariter 3—5 loba lob. latis obtusis, minimo acumine imposito terminatis, marg. acute et minute denticulatis, supra pilis rigidulis dispersis scabra, subt. densiorib. et in toto reti vasculoso obviis molliuscula; pedunc. masc. fol. suum longe superantes, fl. pedicellatis in ap. conferte racemosis; calycis tubus cylindraceus, limbi laciniis huj. ½ fere aequantib., subulato-acuminatis; pet. his breviora, anguste elongato-triangularia, brevit. denseq. pubescentia, stam. 2, anth. bilocularib., tubo aequilongis, loculis linearib., ap. in append. anguste acuminatam petalis ⅓ breviorem excurrentib. (caetera ignota). — In Columbia leg. Wagener pl. masculam florentem.

22. ANGURIA KEGELIANA Schltdl. — v. Schltdl in Linn. XXIV. p. 776. — F. brevit. petiolata, b. cordata, sinu ex media folii basi late triangulari bisinuoso, profunde ad $^7/_{10}$ 5-loba, lob. acutissime attenuato-acuminatis, marg. minute denticulata, tenuit. membranacea, pilis minutis supra valde dispersis, subt. et imprimis ad rete venosum crebriorib. scabrida; pedunc. masc. petiolo longiores, foliis breviores, ap. brevissime congesto-racemosi, plurifl., fl. brevit. pedicellatis, calycis tubo cylindrico dense pubescente, limbi paulo brevioris laciniis angustis subulato-acuminatis erectis, petala plus duplo his breviora; stam. 2, antheris append. elongata triangulari terminatis . . . . (fl. fem. et fr. ignoti). — Ad margines silvar. pr. Poelebantje leg. Kegel.

23. ANGURIA HETEROPHYLLA Willd. mss. — v. Schltdl. in Linn. XXIV. p. 772. — F. petiolata trifoliata, petiolulis petiolo multoties breviorib., foliolis brevit. et acutissime acuminatis, marg. subulato-denticulatis, utrinq. sparse puberulis et verruculosis,

medio obovato sensim cuneato, lateralib. inaequilateris semicordato-ellipticis; pedunc. folium suum aequantes v. paulo superantes, ap. dense racemosi; fl. pedicello breviorib., calyc. tubus ex ovoidea b. cylindraceo-attenuatus in lacin. 5 lanc-acuminatas $1/3$ calycis longitud. aequantes erectas partitus; petalis has aequantibus...... (fruct. et fl. femin. ignoti). — Hab. ad Para, Brasilia. — Spec. ex herb. Willdenow. mus. reg. Berolin.

Sectio III. *RIANUGA* Schltdl.

24. ANGURIA (*Rianuga*) ACULEOLATA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 748. — F. brevit. petiolata, b. cordata, ex media folii b. late triangulari obtuse bisinuosa, profunde ad $4/5$ triloba, lobi 3 porrecti, sinub. angustis sejuncti, elongato-oblongi, acutiusculi, b. leviter contracti, basales dilatato-rotundati obtuse lateraliter prominentes, marg. inter denticulos remotos minutos recto, pag. supera aculeolis sparsis scabra, infera pilis praesertim nervo venisq. insidentib. hirtella; ped. masc. racemosi, bracteati, petiolo suo sublongiores; fl. parvis, calyce subcuneato in lacin. 5 oblongas acutas partito, petala his subaequilonga acuta; stam. 2...... (Fl. fem. et fr. ignoti). — Brasilia merid. (Sellow). E reliquiis Sellowianis in herb. Kunth., dein Regium venerunt specimina 2 mascula.

25. ANGURIA (*Rianuga*) GAUDICHAUDIANA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 753. — F. breviter petiolata, b. cordata ex folii b. acute triangulari bisinuosa, profunde usque ad $6/7$ triloba, lobis oblongis ap. acutissime fere subulato-acuminatis, medio b. attenuato, lateralib. b. oblique deorsum in lobum brevem in marg. suo infero sinuatum et acute dentatum productis, marg. reliquo laminae remote et argute subulato-denticulato; pag. supera pil. brevib. conicis sparsis scabra, infera imprimis ad nervos venasq. hirtella; pedunc. masc. petiolo sublongiores racemosi bracteati; calyc. tubo subcylindrico, limbo in lacin. 5 erecto-patulas ellipticas acutas partito, petala his breviora, ext. puberula; stam..... (flor. fem. et fructu ignotis). — Ad Rio de Janeiro leg. Gaudich. (Specim. Herb. Reg. Berol.).

26. ANGURIA (*Rianuga*) MEYENIANA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 750. — F. brevit. petiolata, b. cordata ex media folii b. acute et profundius triangulari, bisinuosa, marg. sinuato-denticulata, profunde ad $5/6$ quinqueloba, lob. 3 mediis porrectis oblongis acutissime fere subulato-acuminatis, lateralib. 2 brevib. horizontalib., pag. supera aculeolis sparsis scabra, infera ad rete vasculor. imprimis hirta; pedunc. masc. folio suo paulo breviores racemosi, bracteati; fl. parvis, calyc. tubo obconico, limbo in lacin. 5 ovatas acutas partito, pet. late ovata acuta his breviora ext. pubescentia; stam. 2, dorso affixa, anth. loculis linearib. marginalib. b. convergentib. (Fl. fem. et fr. ignotis). — Brasilia, pr. Rio Janeiro leg. Meyen. (Herb. Reg. Berol.).

27. ANGURIA SCHOMBURGKIANA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 765. — F. brevit. petiolata, petiolo petiolulos subaequante, trifoliata, foliolis subabrupte (obtusiuscule?) acuminatis subintegerrimis (obs. rareque denticulatis), glabris laevibus, med. obovato cuneato, lateralib. inaequilatero-ellipticis; pedunc. masc. (folium suum aequantes?) ap. congesti pluriflori; fl. sessilib. fasciculo pilor. suffultis; calycis tubo cylindraceo, limbo parvo in lacin. 5 ovatas acuminatas concaviusculas partito; pet. his plus duplo longiora....., ext. dense puberula, (stam. et fl. femin. et fr. ignotis). — In Guiana anglica leg. R. Schomburgk. — Specim. Herb. Reg. Berolin.

28. ANGURIA LEPTANTHA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 779. — F. brevissime petiolata, trifoliata glaberrima integerrima, foliolis petiolulatis brevit. acutissime acuminatis, med. elliptico crenato-attenuato, lateralib. inaequilateris angustius ellipticis; pedunc. masc. ultra $1/2$ racemosi, pedicellis fasciculo minuto pilor. suffultis; fl. parvis, tub. calycis a fauce latiore angusto tubulosus b. attenuatus, limbi laciniis tubo multoties breviorib. angustis acutis recurvatis, petala his longiora et latiora ext. dense pubescentia; stamina 2, antheris e fauce exsertis, dorsifixis (caetera ignota). — In Surinami silvis pr. Geyersoliet leg. Kegel. (fl. luteoli).

var. *brevipes*: differt punctis verrucaeformib. in utraq. folior. paululum validior. pagina evidentiorib. et multo crebriorib., petiolis ½ breviorib., inflorescentiae ½ brevioris parte nuda floribus destituta multo breviore.

In Surinami silvis pr. Mariepaston leg. Kegel.

Sectio IV. *NUGARIA* Schldl.

29. ANGURIA (*Nugaria*) KUNTHIANA Schldl. — v. Schltdl. in Linn. XXIV. p. 762. — F. breviter petiolata, petiolo petiolulis pluries longiore, trifoliata, foliolis acute acuminatis subintegerr. (obs. rareq. denticulatis), glabris, minute et irregulariter elevato-punctulatis, medio obovato-lanc.-cuneato, lateralib. inaequilatero-lanc.-ellipticis; pedunc. masc. fol. suum longe superantes ap. subspicati pluriflori, ebracteati; calycis tubo cylindraceo int. circa faucem piloso, limbo parvo in lacin. 5 oblongas ap. acutas et levit. incurvas, concaviusculas partito; pet. his duplo longiora ½ calycem aequantia lanc.-elliptica obtusiuscula 3-nervia, ext. dense puberula; stam. 2, anth. dorso affixis oblongis ap. barbellatis, loculis 2 longitudinalit. decurrentib.; (fl. femin. et fruct. ignotis). — In Brasilia inter Vittoria et Bahia leg. Sellow. — Specim. ex herb. Berol. reg.

Sectio V. *RANUGIA* Schldl.

30. ANGURIA RHIZANTHA Poepp. et Endl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 728 — Planta lignescens, cirrhis simplicib. alte scandens, villosa dioica. F. alterna, b. cordata, triloba, pedatinervia. Fl. masc. racem. bracteatum ex b. caulis lignosa radicante orientem densum formant. Calycis tubus urceolatus, limbus erectus usq. ad b. in lacin. 3 acuminatas erectas partitus tubum subsuperans. Pet. carnosa lin.-lanc., fauci inserta, limbo calycis ½ breviora, intus adpresse pubescenti-lepidota, duplici squamular. truncatarum serie ad b. internam instructa. Stam. 2 opposita tubo calycino inclusa, filam. brevissimis dilatatis, anth. subpeltatis ovalib. planis, loculor. marginalium singulis gyris inferne liberis, subsequentes imbricatim tegentibus. Fl. feminei ..... Fructus ..... — *Anguria rhizantha*, Poepp. et Endl. (Walp. Rep. II. 197 n. 6). — In silvis primaevis Peruviae leg. Poepp.

Species quoad sectionem dubiae.

31. ANGURIA INTEGRIFOLIA N. et Mart. (DC. Prodr. III. 319. 1). — v. Schldl. in Linn. l. c. p. 719. — Folia ovata acuta trinervia, remote denticulata, glabra; pedunc. masc. (terminalis??) longus, pauci-(4—6)fl., fl. sessilib. approximatis; calycis dentes subulati patuli breves; pet. obovata (purpurascentia?). (Fl. femin. et fr. ignoti.) — In Bras. ad fl. Jlheos leg. Maximil. princeps Neowiedensis.

32. ANGURIA? MULTIFLORA Miq. (Walp. Rep. V. 760. 1). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 731 (diagn. nova). — F. trinervia (pedatinervia?) marg. minute mucronulato-denticulata v. subintegerrima, supra scabra subt. reticulata, tomentosa, sinu baseos cordatae lato et juxta petiolum triangulariter producto, ad med. usq. triloba, lob. ellipticis brevi-acuminatissimis; fl. monoeci, masculis in ap. racemor. paniculatim dispositis confertis, femineis solitariis in racemor. basi; petala .....; fructus oblongo-cylindrici laeviusculi (parce hic illic muriculati) quadriloculares. — In Surinamo leg. H. C. Focke.

33. ANGURIA SUBUMBELLATA Miq. (Walp. Ann. II. 643 n. 1). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 738 (diagn. n.). — F. pedatinervia, dense pubescentia dein glabrescentia, ovata cordata triloba, b. laminae juxta petiolum triangulariter protracta, lob. ovatis brevit. acutissime acuminatis, lateralib. breviorib. extrorsum b. dilatatis, remote minute denticulatis; pedunc. masculi folio suo longiores, ap. flores pedicellatos subumbellato-fasciculatos ferentes, calycis dense hirtelli lobis lanceolatis acutis hirtis (petalis, stam., fl. femin. et fruct. ignotis). — Crescit in Surinamo (Hostmann et Kappl. leg.).

34. ANGURIA? OBTUSILOBA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 744. — F. breviter petiolata, cordato-reniformia, obsolete 3—5-loba, lobis dilatatis curvilineis obtusiusculis, sinu basali ex ipsa late triangulari b. obtuse bisinuoso, pedatinervia, marg. edentula, utrinq. glabra, ped. (an hermaphroditi, potius feminei) 1—2 flori petiolo adpositi eumque subaequantes, ovario ex angusta b. sens. dilatato, calycis tubo b. dilatato mox contracto subcylindraceo, limbo quam tubus breviore, una cum petalis calycem paulo superante, pube glandulosa obsesso (anth. et fr. ignotis). — *Anguria Kltzsch.* in herb. Berol. gener., specim. ex herb. Bonplandii in herb. Kunthii transgressum.

35. ANGURIA LACINIOSA Schldl. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 755. — F. brevissime petiolata, b. sinu lato fere semilunari nec b. folii protracta partito-excisa, profunde ad $^3/_4$ septemloba, lob. angustis acuminatis, irregulariter subpinnatifido-lobatis et obtuse sinuato-dentatis, lobis dentibusq. brevissime fere subulato-acuminatis supra molliuscule hirtellis subt. tomentosulis; pedunculi masculi folium suum $^1/_2$ superantes, racemosi, bracteati, fl. majorib., calyce longe tubuloso, limbo in lacin. 5 ovatas acute acuminatas erectas partito; petala calycis laciniis plus duplo longiora, ext. pubescentia .....; stam. 2, ... (Fl. femin. et fr. ignoti). — In Brasil. merid. legit Sellow. Specim. cum herb. Kunthiano in herbar. regium transiit.

36. ANGURIA? BIGNONIACEA Poepp. et Endl. (Walp. Rep. II. 197 n. 7). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 720. (char. emend.). — F. ternata glabra, utrinque punctulis elevatis dense adspersa, (pedatinervia?) spinuloso-dentata, foliolum med. oblongum, acuminatum, b. acutum, lateralia inaequilatera dimidiato-ovata; pedunc. masc. folium suum longe superantes (pauciflori?), fl. pedicellatis corymbose racemosis confertis; petala deltoidea ext. sericeo-pubescentia calycis glabri lacinias lanceolatas acutas brevissimas superantia; antheris dorso fixis oblongo-linearibus. (Fl. femin. et fr. non noti). — In sepib. aridiorib. Peruviae detex. Poepp.

37. ANGURIA TRIPHYLLA Miq. — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 732 (diagn. n.). — Folia ternata, petiolulis petiolum aequantib., foliola lanc.-v. elliptico-oblonga, breviter abrupte acuminata integerrima lateralia inaequilatera medio angustiora; pedunculi masculi .... feminei folium suum superantes, fl. subfasciculatis, petalis flavis? ...., fructus .... — *Ang. triphylla* Miq. in Linn. XIX. p. 136; Kappler. pl. Surinam. exs. n. 1728. — Spec. adhuc dubia. — In Surinamo leg. Kappler.

38. ANGURIA? PEDISECTA N. et Mart. (DC. Prodr. III. 319. 3. excl. synon. omnib.). — v. Schldl. in Linn. XXIV. p. 719. — F. pedato-5-partita; foliola oblongo-cuneiformia integerrima v. rarius dente obsoleto hinc inde notata, ped. masc. multiflori ...., fl. pedicellatis corymbosis; pet. oblonga .....; stamina 3, antheris b. lanatis; (fl. femin. et fr. ignot.). — In via silvatica ad Jlheos flumen Brasiliae leg. princeps Maximilianus Neowiedensis.

§. 3. *Bryonieae* Endl. l. c.

5130. **BRYONIA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 304. — Walp. Ann. I. 317.)

1. BRYONIA CONVOLVULIFOLIA Schldl. — v. Schlechtdl. pl. Wagener. in Linn. XXVI. p. 640. — Suffruticosa, scandens, fl. luteis, circ. 10′; in fruticetis ad Maiquetia, alt. circ. 1000′, Nov. — Caules debiles, angulosi, angulis prominentib. viridiorib., inferne saep. laeves et glabri, vel ut in ap. pilis minutis erecto-patulis scabriusculi. F. petiolata, petiolo $^1/_2$ laminam (a basali sinu usq. ad ap. $1^1/_2$ poll. circ. longam) circ. aequante, supra profunde canaliculato, toto pilis parvis albis crassiusculis curvulis patentib. subreflexisve obsesso. Lamina profunde cordata sinu angusto obtuso rotundato, ovata acuminata, lob. basalib. rotundato-obtusatis, interd. cum obsoleto angulo, ap. obtusiuscula, marg. plus minus conspicue repando v. levissime sinuato minute denticulato, facie utraq. scabra, punctulis elevatis albidis pilo minuto serius saepe deciduo terminatis, marg. cum regione submarginali pilis paululum longiorib. munito.

exsiccata discolora, facie enim supera atro-viridi, inferiore ex lutescenti laete viridi. Sinus basalis 6 lin. longus, ad exitum 4 circ. lin. latus, lamina diam. transverso ad basin sinus ad summum 18—26 lin. metiente. Cirrhi tenues glabri simplices. Fl. monoici, masculi in gracilis et hirtelli pedunculi ap. brevit. subcorymbose racemosi, foeminei solitarii brevit. pedunculati ex ead. axilla c. masculis v. absque illis occurrentes, in baccam pisi majoris magnit. et forma glabram excrescentes. Fl. masculi tubus calycinus anguste campanulatus viridis, apic. versus minute est sparsim hirtellus, dentib. 5 minutis acutis in margine; corolla brevis obtuse 5-loba; stamina intus 3. Sem. obovata, compressa, altero ap. angustata et obtusiuscula, altero obtusa et acutiuscula, laevia, lutescentia.

2. BRYONIA ALBA. — Th. Irm. Morph. Beitr. in Abhdl. d. naturf. Ges. z. Halle 1854. p. 57 et 58 t. IV. fig. 11—17.

5130/2. **KARIWIA** *Arn.*

(Walp. Rep. II. p. 199. — Endl. gen. pl. suppl. II. p. 77.)

1. KARIWIA SAMOENSIS A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 643.

Dioica, glabra; cirrhis simplicib.; f. cordatis acuminatis denticulatis modice petiolatis; fl. masculis umbellatis v. corymbosis e pedunculo brevissimo, foemineis solitariis ternisve, pedunculo bacca ovoidea polysperma breviore; seminib. laevib. compressis.

var. β. *Vitiensis:* f. supra scabridis; pedunculis fructiferis brevissimis.

Hab. in inss. Samoensib.; in Manua et Upolu; var. β. Ovalau (Feejee Islds.). — Planta debilis scandens, ut videtur, dioeca, glabra, haud dissimilis *K. umbellatae*, Arn.

5131. **CITRULLUS** *Neck.*

(Walp. Rep. II. 199.)

1. CITRULLUS FISTULOSUS J. E. Stocks. — J. Ellert Stocks in Hook. Kew gard. misc. III. 74. tab. III.

Caule petiolisq. fistulosis, fol. 5-nervib., 5-lobat. cirrhis 3—5-fidis, pepone napiformi concolore.

Planta in Deccan nominata Dilpatand (deliciosa) in Panjab Hindwana, in Bengalia adhuc ignota. In Scinde culta est inter mens. Aprilem et Septbr. una cum Citrullo vulgari et Cucumere vulgari et plurimisq. modis praeparata tota in Ind. orient. editur. Sapor valde similis Cucumeris oviferae, in Anglia nomine „vegetable marrow" pernotae.

5134. **LUFFA** *Cav.*

(DC. Prodr. III. 302. — Walp. Rep. II. 200.)

1. LUFFA INSULARUM A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 644. — Caule sulcato glabro; f. rotundis 5-lobatis v. 5-angulatis sinu profundo cordatis, marg. denticulatis s. repando-dentatis; racem. masc. elongatis; staminib. discretis; calycis lobis fl. foem. subt. glanduliferis; fructu oblongo laevi haud sulcato bipollicari. — Hab. in inss. Samoensib. (Navigator.): Savai et Upolu: Arbores scandentes. Tongatabu, (Freindly Islands). Muthuata (Feejee Isl.). — Planta vere indigena et species adhuc indescripta esse videtur, foliis minus dentatis quam in *L. foetida* et in *L. acutangula* fructuque minimo et laevi.

2. LUFFA BANDAAL? Roxb., an sp. nova?, tum LONGISTYLIS Edgew. nominanda. — Edgeworth the Banda plants in Asiat. journ. of Bengal (1852) vol. 21 p. 172. — Dioica diffusa, ramis subglabris scabriusculis, f. longe petiolatis 5-lobis, lobo medio longiori acuto pl. min. sinuato-lobato, caeteris acutis v. obtusis denticulatis, utrinq. scabris glabris, cirrhis bifidis pedunc. geminis axillarib., uno longissimo 1-floro, altero racemoso multifloro, bractea parva ovata, pedicellis gracilib., calyce 5-fido rotato,

cor. rotata 5-fida tenui alba, segmentis obtusis extus parce pilosis, staminib. 5, triadelphis. — Femina: pedunculis solitariis unifloris petiolo (adulto) breviorib. calyce villoso, limbi laciniis 5 acutis, corolla subrotata ut in ♂, stylo longo ap. trifido stigmatib. 3—2-fidis; peponide ovato v. subglob. echinato echinis glabris ap. stylo persistente increscente apiculato. Fructus acerbi ab hippiatris adhibiti. Flores matutini ante horam 10 matutinam occluduntur, candide albi atque structura tenerrima instructi.

§. 4. *Cucumerineae* Endl. l. c. p, 938.

5137. **CUCUMIS** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 299. excl. sp. — Walp. Ann. II. 616.)

1. CUCUMIS CICATRISATUS, J. E. S. — J. E. Stocks in Hook. j. Kew gard. misc. IV. 148. — Caule scabro, f. plus minus angulato-lobatis, lobo terminali elong. petiolis et limbo aequilongis, ovario pubesc. striato subclavato, truncato, collo inter ovar. et calycem nullo, calyce sc. e basi lata ad faucem contractam subconico, tubo dentibusq aequilongis, peponida obovoidea turbinata v. pyriformia (saepe obliqua uno nempe carpello sterili) glaberr. striis 20—12 viridibus impress. notata ad verticemq. cicatricula calycis circumscissi conspicue annulata. — Hab. In Scinde, sub nomine „Wunge" culta. — Fruct. jun. c. $2^1/_4$ p. lg. et 2 p. diam. eduntur. — Fruct. maturi $4^1/_2$—6 p. lg., $3^1/_2$—$5^1/_2$ p. diam.

2. CUCUMIS PUBESCENS Willd. (DC. Prodr. III. 301). — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 646.

var.? β. fructu subglobosa mox glabrato (vix pollicari).

var.? γ. fructu glaberrimo ovali (sesqui pollicari).

Cucumis bicirrha, Forst. mss. ex Guill. Zeph. Tait. p. 56?

Hab. St. Jago, in inss. Cap. viridis, var. β. Feejee Islds. var.? γ. Tahiti et Matia (Society Islds.).

5138. **CUCURBITA** *Linn.*

(DC. Prodr. III. 316. — Walp. Ann. II. 646.)

1. CUCURBITA DIGITATA A. Gray. — Pl. Wright. p. II. in Smithson. Contrib. V. p. 60.

Radice perenni carnosa, f. 5-partitis subt. ramisq. hispido-scabris supra glabellis secus costas venasq. pube brevissima saep. albo-variegatis, infimis segm. oblongis sinuato-lobatis, superiorib. lob. linearib. elong., subintegris; calyc. lobis fl. foem. breviss., masc. obsoletis; fr. globoso.

Nova-Mexico in regionib. arenosis in cupri fodinas et regionem dictam „Condés camp." ! — Aug. — Cor. 3 poll. lg. infundibularif., lutea.

2. CUCURBITA MELANOSPERMA A. Br. — A. Braun in app. ind. sem. horti Berolin. 1853. — Jam anno 1824 in hortis Carlsruhanis Cucurbitae speciem observavi a varia grege Cucurbitae Peponis et affinium forma foliorum et corollae, peponum pictura et seminum colore longe diversam, cui *C. melanospermae* nomen imposui, abhinc in catalogis seminum pervulgatum. Eandem speciem P. C. Bouché (pater) anno 1837 novam proposuit sub nomine *C. ficifoliae* (Verb. des Ver. zur Bef. des Gartenb. in d. K. Pr. Staaten XII. 205). *Cl. Gasparrini* denique nostram speciem 1847 iterum sub nomine *C. melanospermae* descripsit (osservazioni diagnostiche e morfologiche sopra alcune spezie di Zucche coltivate. Rendiconto del Accad. delle Scienze di Napoli 1847. Parlatore, Giornale bot. ital. 1852. p. 232). — Berolini eximia haec species ornamenti gratia in hortis publicis frequentissime colitur. Characteres peculiares sunt: Caulis longissime repens vel altissime scandens (per sepes longe procurrens Gasp.); cirrhi plerumque trifidi, rarius quinquefidi; folia basi sinu amplo profundo reniformi

excisa, pedato-lobata, lobis 5—9, omnibus rotundatis obtusis, mucrone minuto instructis, minutissime denticulatis; mediis majoribus, basi constrictis, sinubus rotundatis, inferne dilatatis, superne angustatis interstinctis. Folia juniora molliter pubescentia. Calycis laciniae lineari-subulatae, tubo breviores, in flore foemineo interdum spathulatae; corolla amplius campanulata, limbi laciniis rotundatis obtusissimis; pepo 1—1½ pedalis, oblongus, utrinque aequaliter rotundato-truncatus, e viridi et albo striolatim variegatus, Citrulli edulis fructibus quam aliis Peponibus similior, cortice duro, carne alba aquosa subamara non eduli. Semina magnitudine eorum *C. Peponis* vulgaris, sed nigra, latiuscula et paulo magis compressa, margine minus tumido angustiore et acutiore. Fructus bene maturatus per plures annos conservari potest. Nomen neapolitanum sec. Gasparrini „Marmorata". (A. Br.)

5140. TRICHOSANTHES *Linn.*

(DC. Prodr. III. 313. — Walp. Ann. I. 317.)

1. TRICHOSANTHES (*Involucraria*) QUINQUANGULATA A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 645.

Glabra f. (magnis) cordato-rotundis sinu profundo angulato-5-lobis, lob. acuminatis subintegerrimis; cirrhis 5-fidis; fl. masculis racemosis; bract. foliac. magnis obovatis dentatis pedicello gracili breviorib.; calycis segmentis lin.-lanc. pinnatifido-laciniatis petala late cuneata longe fimbriata subaequantib.

Hab. Mangsi Islands, in the Sooloo Sea. — Planta ut videtur late scandens, foliis 7—9 poll. diam. etc. — Affinis *T. palmatae* Roxb. et *T. tricuspidatae* Lour., a quib. foliis pedicellisq. longis differt.

5140½. APODANTHERA *Arn.*

(Walp. Rep. II. 203 et V. 761 n. 2.)

1. APODANTHERA? UNDULATA A. Gray. — Pl. Wright. p. II. in Smiths. Contrib. vol. V. p. 60.

Cinereo-hispidula, caulib. e radice carnosa maxima plurimis prostratis; f. rotundato-reniformib. undulatis denticulatis nunc sublobatis subt. strigoso-canescentib.; fl. pedunculat. luteis, masc. ex axillis infimis racemoso-corymbosis, foem. ex superiorib. axillis solitariis; tubo calyc. maris tubuloso-infundibuliformi; pepone ovoideo.

In vallibus fluminis Limpio et pr. El Paso. — Caules prostrati 3—8 ped., f. 2—6 p. diam. etc.

5141. ELATERIUM *Jcq.*

(DC. Prodr. III. 310. — Walp. Rep. II. 203 et V. 762. — Walp. Ann. I. 317.)

1. ELATERIUM? COULTERI A. Gray. — Pl. Wright. p. II. l. c. p. 61.

Parce scabro-pubescens; f. rotundo-cordatis profunde 5-lobis, lob. ovatis dentatis acutis, terminali acuminato; cirrhis trifidis, fl. masc. racemosis, calyce brevissimo patente, foemineis solitariis collo filiformi; pet. oblongis retusis; fr. fere *El. Wrigthii.*

Zacatecas, Mexico, Coulter n. 51. — Nova-Mexico, in collib. pr. cupri fodinas.

2. ELATERIUM? WRIGHTII A. Gray. — Pl. Wright. p. II. in Smithson. Contrib. vol. V. p. 61.

Caule pubesc.; f. reniformi-cordatis subangulatis ap. triangulato-acuminatis puberulis marg. vix denticulatis; cirrhis trifidis; fl. masc. racemosis, calyce brevissimo subplano, foemineis solitariis collo filiformi; pet. ovalib. acutiusculis; ovario biloculari, loc. singulis 3-ovulatis; fr. oblongo recto aculeis longis mollib. hirsutis armato ap. rostrato apiculato.

Texas, in montib. ad jugum Guadalupense et in montib. dict. „Organ Mountains", pr. El Paso. — Pl. scandens 4—6 pedalis etc.

3. ELATERIUM TRILOBATUM Schldl. — v. Schldl. pl. Wagener. in Linn. XXVI. p. 639 — Perennis scandens; fl. albo. — Columbia, in locis humidis pr. Marquetia c. 1000'. (n. 236). — Cfr. l. c. pl. descr.

§. 5. *Cyclanthereae* Endl. l. c. p. 939.

5143. CYCLANTHERA *Schrad.*

(Walp. Rep. II. 203. — Walp. Ann. II. 648.)

1. CYCLANTHERA MATTHEWSII Arn. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 647.

Subglabra; caule gracillimo; f. pedatim 5-partitis segm. lateralib. subbilobis, intermedio productiore, omnib. oblongis marg. repandis; cirrhis bifidis; racemo masculo gracili simplicissimo; pedunculo fl. foeminei fructu oblique ovato oligo-spermo $1/_2$ breviore.

Cyclanthera Matthewsii Arn. in Hook. Journ. bot. 3. p. 280, absq. char.

Hab. In Peruvia pr. Obrajillo. — Planta valde debilis, caet.

Subordo III. *SICYOIDEAE*

Endl. l. c. p. 940.

5146. SICYOS *Linn.*

(DC. Prodr. III. 309. — Walp. Ann. I. 317.)

Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 648.

§. 1. *Eusicyos.* Fr. compressus v. turgidus, haud angulatus, setis retrorsum scabris armatus, rariusve inermis; pericarpio tenui. Anth. 3—5, sinuosae, capitato-connatae.

1. SICYOS AUSTRALIS Endl. — As. Gray l. c.

Sicyos australis Endl. pr. Fl. Norf. p. 67. — *S. angulatus* Forst. pr.; Hook. Fl. N. Zeal., non Linn. — *S. Fretensis* Hook. f. in Lond. journ. bot. VI. p. 473.

2. SICYOS LAEVIS A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 648.

Glaber, f. cordatis brevissime petiolatis vix lobatis, racemo masc. simplici brevi; fr. ovato glaberrimo inermi.

Hab. In Andib. Peruviae, pr. Obrajillo. — Specimen singulum florib. masc. tantum fructibusq. immaturis exstructum.

§. 2. *Sicyocaria* (A. Gr.). — Asa Gray l. c. p. 649. — Fr. ovato-pyramidatus v. oblongus, 4—6-angulatus (rarissime triqueter), inermis, pl. m. rostratus; pericarpio incrassato. Anth. 2—5, sinuosae, b. connatae; connectivo angusto.

3. SICYOS PACHYCARPUS Hook. et Arn. — As. Gray l. c. p. 650 tab. 80.

Fol. cordato-rotundis angulato-sublobatis denticulatis subt. papilloso-scabridis s. novellis hispidulis; paniculis masc. subsimplicib.; fr. ovato-pyramidato 5—6 quetro glabrato, juniore tenuit. rostrato.

Hab. in inss. Sandwicensib.

4. SICYOS MACROPHYLLUS As. Gr. — Asa Gray l. c. p. 651. tab. 81.

F. magnis cordato-rotundis 3—5 lobatis argute denticulatis subt. puberulis; paniculis masculis umbellato-compositis longe pedunculatis, pedicellis filiformib; fr. ovato 5—6-angulato glabrato rostrato.

Hab. in inss. Sandwicensib., Hawaii. — Herba ut videtur, alte scandens; fol. 7—10 poll. diam.

5. SICYOS CUCUMERINUS A. Gr. — Asa Gray l. c. p. 652. tab. 82.

Glaber; f. late cordatis integris denticulatis; paniculis masculis brevit. pedunculatis saepe trifidis racemosis; fr. oblongo 5-6-angulato glaberrimo.

var. β. f. triangulari-cordatis promisse acuminatis.

var. γ. f. pedatilobis, nempe fere 3-partitis, segmentis lateralib. pl. m. bilobis.

Hab. in inss. Sandwicensib., Hawaii.

§ 3. *Sicyopsis* Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 649. — Fructus obovatus, turgidus, inermis, hirsutus, infra apicem obtusissimum dentib. calyc. subulatis deflexis coronatus; „pericarpio baccato". Columna staminum extremo ap. trifida. Anth. 3 liberae s. 5 triadelphae; connectivo dilatato plano utrinq. emarginato.

6. SICYOS MONTANUS Poepp. et Endl. nov. gen. et sp. II. p. 53. t. 172. — (Walp. Rep. II. 201 n. 2). — Asa Gray l. c.

SICYOSPERMA *A. Gray.*

Pl. Wright. p. II. in Smithson. Contrib. vol. V. p. 62.

Fl. monoici. Masc.: Cal. late campanulatus, subulato 5-dentatus. Cor. calyci adnatim inserta, limbo 5-partito, lob. ap. bicuspidatis. Stam. 5, in columnam ap. capitato-antheriferam connata, imo calyce inserta, anth. ovales, uniloc., parallelae, adnatae. Foem.: Calyc. tubo supra ovarium constricto, limbo planiusc. 5-dentato. Corolla maris nisi lobis integris muticis. Ovar. 1-loc., ovulo unico pendulo. Styl. brevis, stigma peltatum trilobum. Fr. utriculiformis, ovatus, lenticularis, pericarpio membranac. laevi semini arcte conformi. Testa crustac. laevis. Cotyled. carnosae, orbiculares, plano-convexae.

Herba annua, scandens cirrhosa; f. cordato-rotundis, angulatis v. sublobatis; fl. minimis albidis, masc. in racemo brevi saepe trifido, foemineis in eadem axilla solitariis, primariis brevit. pedunculatis nudis, secundariis (ex ramo axillari prolifero androgyno) subsessilib. bractea foliac. tripartita inclusis.

1. SICYOSPERMA GRACILE. — In rupium fissuris pr. S. Cruz in regno Sonorensi. — Caules 2—5 ped. etc.

GENERA PENITUS DUBIA (Endl. gen. pl. 940).

* ERYTHROPALEAE *Planch.*

MACKAYA Arn. (Endl. suppl. II. n. 5148/1). = *Erythropalum* Bl. (Endl. gen. 5148).

1. MACKAYA POPULIFOLIA Arn. (Walp. Rep. V. 763 n. 1). = *Erythropalum populifolium* Planch. — Cf. Planchon in Ann. sc. nat. ser. IV. t. 2 p. 260.

5149. ZUCCA *Comm.*

(DC. Prodr. III. 319. — Walp. Rep. II. 205.)

1. ZUCCA COMMERSONIANA DC. Prodr. — Planch. Ann. sc. natur. ser. IV. t. 2. p. 257. = *Momordica mixta* Roxb. — Wght et Arn. pr. Fl. Ind. I. p. 349.

Ordo CI. PAPAYACEAE *Mart.*

(Endl. gen. pl. p. 932. — Walp. Ann. II. 649.)

5119. CARICA *Linn.*

(Walp. Rep. II. 205. — Walp. Ann. II. 649.)

1. CARICA PUBESCENS Lenné et C. Koch in ind. sem. h. bot. Berolin. 1854. p. 12.

Truncus cinereus, simplicissimus; folia circuitu ovato-cordata, palmato-quinquepartita, laciniis exterioribus latere ad petiolum spectante lacinula magna praeditis, lacinia media elongata trifida majore, supra glaberrima, subtus praesertim ad nervos breviter albo-hirta; flores masculi et feminei congesti, pedunculo communi brevissimo insidentes.

Truncus inde ab anno primo flores profert, in hypocausto 4—6 pedalis; folia (sine petiolo) 8—12 poll. longa, vix minus lata; sinuum lacinias separantium anguli 1—2 poll. a petioli insertione distantes; lacinia media circuitu cuneata, ad medium utrinque lacinula elliptica praedita, hinc inde, ut et reliquae, sparse repando-dentata aut integra; laciniae laterales oblongae, acuminatae, medio dente majore aut latere exteriore lacinula triangulari auctae: laciniae inferiores breviores, basi extus lacinula triangulari-lanceolata deorsum spectante auctae et sinum basilarem angustissimum includentes; petiolus folium longitudine aequans; flores pallide virescentes, pollicares; calyx parvulus, urceolaris, 5-lobus; corolla tubulosa, floris masculi medio constricta, superne infundibuliformis, lobis 5 paululum spiraliter contortis, floris feminei tertia parte brevior, tubo ampliore; antherae 10, breviter stipitatae, biseriales, fauci adnatae, antice biloculares, apice appendiculo elliptico incurvo, postice connectivo latissimo instructae; pistillum floris masculi sterile ovato-lanceolatum, floris feminei ovale; stylus brevis; stigmata linearia, dorso carinata, initio conniventia, denique patentia; germen 5-loculare. — Speciem a cl. de Warszewicz in Guatemala collectam hortus botanicus ex arboreto regio Sanssouciano (Landesbaumschule) accepit. *Carica Papaya* L. et *microcarpa* Jacq. affines quidem, sed foliis glaberrimis, nec tam manifeste cordatis recedunt.

2. CARICA PYRIFORMIS Hook. et Arn. non Willd. — Gay Fl. Chil. II. p. 413. t. 25 (mala). = *Vasconcellea Chilensis* Planch. — Cfr. Planch. in Ann. sc. nat. IV. tom. 2. p. 259.

3. CARICA SCANDENS A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 640.

Caule parce ramoso; f. ovatis subcordatis integris nunc repandis v angulato-dentatis e b. trinerviis subt. adpresse cano-tomentosis.

Hab. Peru: in fissuris montium „Amancaes" inter Lima et Obrajillo. — Stipes diam. pedalis, 6-10 ped. alta, etc. — Pickering mss. (Fortasse forma *C. pyriformi* Willd? [non Hook. et Arn. et Gay]).

Ordo CII. BEGONIACEAE *R. Br.*

(Walp. Ann. II. 649.)

Klotzsch *Begoniaceen* Gattungen und Arten 1855.

Flores polychlamydii, colorati, unisexuales, monoici, interdum dioici. Masculi: Petala 2—8 patentissima colorata, exteriora saepissime plana, ante apertionem marginibus sibi mutuo incumbentia, interiora praesertim minora et concava. Stamina crebra, in centro floris congesta petalis

breviora. Filamenta libera aut varie inter se connata in connectivum continuo desinentia. Antherae extrorsae biloculares, loculi lineares connectivi marginibus adnati, paralleli, discreti, apice sese haud contingentes, longitudinaliter dehiscentes. Pollinis granula oblonga laevissima, sulco longitudinali notata. Ovarii rudimentum nullum. Flores feminei: Petala 2—8 supera, patentia, praesertim inaequalia, tubo trigono plerumque triptero cum ovario connato. Praefloratio imbricativa. Staminum rudimenta nulla. Ovarium inferum bitrialatum v. tricornutum v. trigibbum, basi 1—2—3 bracteatum, septis cum angulis tubi perigonialis alternantibus. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali prominulis integris aut longitudinaliter fissis anatropa, creberrima, minutissima. Stylus brevis, persistens aut deciduus, trifidus aut tripartitus. Stigmata tria, integra, bicornia aut multifida, undique papillosa aut fascia dense papillosa aut interrupta aut continua spiraliter torta cingentia. Capsula membranacea, coriacea, cartilaginea aut suberosa, trialata, aptera, trigibbosa aut tricornuta, bi-trilocularis, ad alarum originem per rimam arcuatam rumpens aut ad angulos dehiscens appendicibus in duas verticaliter divisis partes. Semina creberrima minutissima oblonga vel elliptica, ad extremitatem inferiorem ubi affixa tuberculo notata, reticulata. Integumentum duplex; exterius crustaceum, interius ad extremitatem basilarem puncto fuscescente notatum (perispermii rudimentum). Endospermium nullum. Embryo oblongo-teretiusculus, ad extremitatem a tuberculo aversam brevi-bilobus.

Frutices, suffrutices aut herbae, saepe subsucculentae, succo aqueo, caule ramisque alternis teretibus nodoso-articulatis. Folia alterna, rarissime opposita, inaequilatera nervosa carnosa integra, rarius digitata, lobata aut subpinnatifido-laciniata, basi saepissime cordata, dentata vel serrata, serraturis saepe mucronatis, rarissime integerrima, vernatione marginibus involuta. Stipulae petiolares geminae membranaceae liberae deciduae, basi lata subintrapetiolares. Pedunculi in apice ramorum axillares plerumque dichotomi et multiflori, rarius uni-bi-vel pauciflori. Flores pedicellati, masculi centrales nudi, feminei in ambitu; bracteis sub inflorescentiae ramificationibus atque germinibus membranaceis plus minus deciduis.

CONSPECTUS.

I. STEPHANOCARPEAE.

Stylus persistens.

A. *BEGONIEAE.*

Capsula ad alarum originem per rimam arcuatam rumpens, aut ad angulos dehiscens appendicib. in 2 verticaliter divisis partes.

a. EUBEGONIEAE.

Stylorum rami subglabri, fascia papillosa spiraliter torta instructi.

α. *Interruptae.*

Stylorum rami fascia papillosa interrupta iustructi.

Flores masculi 8—, feminei hexa-petali. Antherae obovatae breves numerosissimae toro pulvinato insertae. Filamenta libera. Stigmata inaequaliter-ramosa. Placentae bilamellatae in stipitem brevem conjunctae, lamellis undique ovuliferis. . 1. *Huszia* Kl.

Flores masculi 4—, feminei 5, 6—8 petali. Antherae oblongae breves, utrinque obtusae longe-filamentosae. Filamenta ad basin umbellatim connata. Stigmata ter trifida. Fascia papillosa quater spiraliter torta. Placentae bilamellatae in stipitem brevem conjunctae, lamellis profunde bifidis, undique ovuliferis. . 2. *Eupetalum* Lindl.

Flores masculi 4—, feminei penta-petali. Antherae breves ellipticae Filamenta in columnam elongatam racemosim-monadelpha. Stylorum rami simplices elongati. Fascia papillosa quinquies spiraliter torta. Placentae bilamellatae in stipitem brevem conjunctae, lamellis undique ovuliferis. . . . . 3. *Barya* Kl.

β. *Continuae.*

Stylorum rami fascia papillosa continua instructi.

† Flores masculi 4—, feminei 5—petali.

* Placentae longitudinaliter fissae.

Antherae oblongae brevi - filamentosae, apice in connectivum obtusum productae. Filamenta libera. Stigmata profunde bifida. Fascia bis - ter spiraliter torta. Placentae bilamellatae in stipitem conjunctae, lamellis (stipite excepto) undique ovuliferis. . . . . 4. *Begonia* Plumier.

Antherae oblongae brevi - filamentosae, apice in connectivum obtusum productae. Filamenta libera. Fascia papillosa semel - bis spiraliter torta. Placentae in loculorum angulo centrali affixae geminae conniventim - falcatae pedicellatae, pedicellis exovuliferis. . . . . 5. *Saueria* Kl.

Antherae obovatae, apice truncato-tumidae oblique rimosae. Filamenta umbellatim-monadelpha. Stigmata bipartita, antice ad basim dilatata. Placentae bilamellosae, lamellis distinctis, non in pedicellum conjunctis. . . . . 6. *Knesebeckia* Kl.

Antherae oblongae, apice cucullatim - tumidae inaequilongae. Filamenta brevia libera, exteriora brevissima. Stigmata bipartita. Placentae bifidae pedicellatae, inter fissuram exovulatae. 7. *Gaerdtia* Kl.

** Placentae integrae pedicellatae.

Antherae oblongae. Filamenta antherarum longitudine, libera. Stigmata bipartita, lobis semel-bis spiraliter tortis Placentae cylindricae, sectio transversa orbicularis. Capsula alis destituta. . . . . 8. *Trendelenburgia* Kl.

Antherae oblongae. Filamenta libera Stigmata bipartita, lobis bis spiraliter tortis. Placentae sectio transversa ovata. 9. *Ewaldia* Kl.

Antherae oblongae, apice rotundatae, basi attenuatae. Filamenta antherarum longitudine, libera. Stigmata dilatata bicruria, cruribus divaricatis brevibus. Placentae sectio transversa hastata, apice angustata. Ovula funiculis longis instructa. 10. *Reichenheimia* Kl.

Antherae complanatae oblongae. Stigm. bicruria, fascia papillosa ter spiraliter torta. Capsula albida roseo - tincta turbinato-triquetra trilocularis. . . . . . . 10a *Nephromischus* Kl.

Antherae oblongae. Filamenta antherarum longitudine, libera. Stigmata bipartita. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Placentae sectio transversa brevi - ovata, basi cordata. 11. *Gurltia* Kl.

Antherae brevissimae, utrinque obtusae aut emarginatae. Filamenta longa, libera. Stigmata bipartita. Fascia papillosa ter spiraliter torta. Placentae sectio transversa brevi - ovata. 12. *Scheidweileria* Kl.

Antherae breves, utrinque subattenuatae. Filamenta racemosim-monadelpha. Stigmata bipartita. Fascia papillosa ter spiraliter torta. Placentae sectio transversa ovato-lanceolata. Capsula inaequaliter trialata. . . . . 13. *Lepsia* Kl.

Antherae breves, utrinque rotundatae. Filamenta racemosim-monadelpha. Stigmata bipartita. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Placentae sectio transversa cordato-ovata, acuta. Capsula aequaliter trialata, apice attenuata. 14. *Doratometra* Kl.

Antherae breves obovatae, apice truncatae. Filamenta inferne in columnam crassam connata. Stigmata bipartita. Fascia papillosa ter spiraliter torta. Placentae sectio transversa ovato-triangularis. Capsula aequaliter trialata, apice truncata.
15. *Steineria* Kl.

Antherae brevissimae ovales. Filamenta longa, basi umbellatim-monadelpha. Stigmata bipartita. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Placentae sectio transversa hastata, ovulis sessilibus. Capsula inaequaliter trialata. . . . 16. *Pilderia* Kl.

²† Flores masculi 4—, feminei 4— petali.

Antherae ovato-oblongae. Filamenta libera. Stigmata bipartita. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Capsula ovato-oblonga aptera.
17. *Mezierea* Gaud.

³† Flores masculi 4—, feminei 3— petali.

* Placentae longitudinaliter fissae.

Antherae oblongae rimis longitudinalibus apice obliquis instructae. Filamenta libera. Stigmata bicruria, basi dilatata. Capsula subaequaliter trialata, apice truncata. . . 18. *Rachia* Kl.

Antherae oblongae rimis lateralibus strictis instructae. Filamenta basi brevi - monadelpha. Stigmata lunato - bicruria.
19. *Diploclinium* R. Wight.

** Placentae integrae pedicellatae.

Antherae obovato-oblongae. Filamenta umbellatim-monadelpha. Stigmata bipartita. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Placentae sectio transversa ovato - subtriangularis. Capsula aequaliter trialata. . . . . 20. *Mitscherlichia* Kl.

⁴† Flores masculi 2—, feminei 5— petali.

* Placentae longitudinaliter fissae.

Antherae breves obovatae rimis apice oblique - conniventibus instructae. Filamenta racemosim-monadelpha. Stigmata lunato-dilatata. Capsula inaequaliter trialata. . . 21. *Petermannia* Kl.

Antherae oblongae, apice productae. Filamenta libera. Stigmata bicruria. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Capsula inaequaliter trialata. . . . . 22. *Moschkowitzia* Kl.

Antherae elongatae nec apice productae, connecticulo fuscescente. Filamenta libera. Stigmata bipartita. Fascia papillosa ter spiraliter torta. . . . . 23. *Donaldia* Kl.

** Placentae integrae pedicellatae.

Antherae parvae ellipticae in conum obtusum productae. Filamenta longa libera toro pulvinato inserta. Stigmata bipartita. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Placentae sectio transversa ovato-oblonga. Capsula subaequaliter trialata. 24. *Augustia* Kl.

[5]† Flores masculi 2—, feminei 3— petali.

Antherae brevissimae, obovatae. Filamenta umbellatim-monadelpha. Stigmata bipartita. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Ovula funiculis longis instructa. Capsula trialata, apice in collum longissimum cylindricum attenuata. . . . . 25. *Trachelocarpus* C. Müll.*)

[6]† Flores masculi et feminei 2— petali.

* Placentae longitudinaliter fissae.

Antherae elongatae. Filamenta libera. Stigmata lunato-dilatata. Placentae aequaliter bilamellatae. Bracteae floris feminei caducae. Ala maxima capsulae semiorbicularis rectangula. 26. *Circoudia* Kl.

Antherae ellipticae. Filamenta libera. Stigmata bipartita. Fascia papillosa ter spiraliter torta. Placentae aequaliter bilamellatae. Bracteae floris feminei magnae persistentes. Capsula inaequaliter trialata. Ala maxima elongata adscendens. 27. *Rossmannia* Kl.

Antherae elongatae. Filamenta brevi-monadelpha. Stigmata bicruria. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Placentae aequaliter trialata. Ala maxima apice incurvo-obtusa. Pedunculi ad basim dichotomiarum bractea magna cyathiformi cincti. . . . 28. *Cyathocnemis* Kl.

Antherae longae, utrinque truncatae. Filamenta brevissima libera. Stigmata bipartita. Fascia papillosa bis spiraliter torta. Placentae gyroso-vel labyrinthiformi-bilamellatae. 29. *Magnusia* Kl.

** Placentae integrae pedicellatae.

Antherae oblongo-obovatae, apice cucullatim-tumidae. Filamenta libera. Stigmata lunato-dilatata. Placentae sectio transversa ovato-lanceolata. Capsula subaequaliter trialata. 30. *Haagea* Kl.

b. PRITZELIEAE.

Stylorum rami undique papillosi.

† Flores masculi 4—, feminei 5— petali.

* Placentae longitudinaliter fissae.

Antherae oblongae obtusae, basi subemarginatae. Filamenta libera toro valde elevato inserta. Stigmata bipartita lobis vix tortis. Placentae bipartitae, cruribus crassis falcatim-conniventibus. Capsula inaequaliter trialata. . . . . 31. *Tittelbachia* Kl.

** Placentae integrae pedicellatae.

Antherae oblongae obtusae, basi subemarginatae. Filamenta libera toro pulvinato inserta. Stigmata bipartita, lobis semel-bis spiraliter tortis. Placentae sectio transversa ovato-triangularis. . . . . 32. *Pritzelia* Kl.

Antherae obovato-oblongae. Filamenta libera toro pulvinato inserta. Stigmata bipartita, lobis divaricatis bis spiraliter tortis. Placentae sectio transversa cordato-ovata. Capsulae alae 2 angustae. . . . . 33. *Wageneria* Kl.

---

*) Nomen prius Klotzschianum „Trachelanthus" jam alio loco adhibitum conservari non potuit, qua re, celeber. Klotzschio consentiente, nomen Trachelocarpum hic propono (C. Müll. Berol.).

B. *RHAGADOGONIEAE.* *)

Stylorum persistentium rami subglabri, fascia papillosa spiraliter torta antice continua instructi. Capsula trilocularis triangularis subspongiosa (nec membranacea); anguli cornuti aut compresso-gibbosi dehiscentes, iidem in duas partes divisi.

Genus unicum: . . . . 34. *Sphenanthera* Hassk.

II. GYMNOCARPEAE.

Stylus deciduus.

A. *PLATYCENTREAE.*

Stylorum rami subglabri, fascia papillosa spiraliter torta instructi. Capsula inflexa inaequaliter trialata bilocularis.

Flores masculi 4—, feminei 3— petali. Antherae oblongae obtusae filamentis liberis longiores. Stigmata bipartita, lobis fascia papillosa bis spiraliter torta, antice infra lobos continua instructis. Ala maxima in capsulae parte inferiore dissepimento opposita.
35. *Weilbachia* Kl. et Oerst.

Flores masculi et feminei 4— petali minuti. Antherae oblongae paucae filamentis monadelphis majores. Stigmata bicornuta fascia papillosa spiraliter torta, antice infra cornua continua instructa. Ala maxima in capsulae parte inferiore dissepimento opposita.
36. *Lauchea* Kl.

Flores masculi 4—, feminei 5— petali. Antherae oblongae obtusae filamentis aequilongae. Filamenta brevi umbellatim-monadelpha. Stigmata bipartita, basi dilatata, lobis fascia papillosa bis spiraliter torta, antice infra lobos transversim continua instructis. Capsula suberoso-spongiosa inaequaliter trialata, alae anteriores angustissimae loculis oppositae, postica maxima rectangula dissepimento opposita. . . . . 37. *Platycentrum* Kl.

B. *ISOPTERYGEAE.*

Stylus usque ad basim tripartitus. Rami simplici multifidi aut multipartiti teretiusculi aut compressi, numquam tortuosi, undique-rarissime apice tantum papillosi. Fructus erectus trilocularis triangularis, nec membranaceus, anguli cornuti aut compresso-gibbosi.

Flores masculi 4—, feminei 6— petali. Antherae oblongae obtusae. Filamenta brevissima libera. Fructus triangularis tricornutus cartilagineo-suberosus, apice in rostrum strictum attenuatus, cornua adscendentia mucronata. Stylorum rami bis tripartiti. Placentae bilamellatae in stipitem brevem conjunctae. 38. *Casparya* Kl.

Petala floris masculi 4—, 2 interiora breviora praemorsa, feminei 6 aequilonga. Stamina numerosa libera. Antherae elongatae, connectivo in aristam subulatam rectam producto. Filamenta brevia. Stylorum rami bipartito-multifidi undique papillosi, lobis teretibus elongatis. Fructus carnoso-coriaceus trilocularis, superne compresso-trigibbus, apice non productus. . . . . 39. *Stibadotheca* Kl.

Petala florum masculorum 4 integerrima glabra. Antherae obovatae, apice leviter emarginatae in filamenta brevia attenuatae. Stylorum rami integerrimi, apice truncato-dilatati papillosi. Fructus suberoso-cartilagineus triangularis tricornutus, cornua complanata adscendentia. . . . . 40. *Putzeysia* Kl.

*) Cfr. Klotzsch in bot. Ztg. 1857 p. 181.

Petala florum masculorum 4 apice dentato-ciliata. Antherae ovales breves. Filamenta longissima libera. Stylorum rami bipartito-multifidi undique papillosi, lobis teretiusculis tenuibus. Fructus cartilagineo-papyraceus turbinatus, superne tricornutus, basi attenuatus, apice breviter productus, cornua brevia cuspidata erecta incurva.
41. *Isopteryx* Kl.

Petala florum masculorum 4—, femineorum 5— parva. Antherae oblongae obtusae elongatae. Filamenta basi brevi-monadelpha. Stylorum rami compressi bipartiti brevi-multifidi. Fructus triangularis tricornutus suberoso-cartilagineus, apice in rostrum longum strictum attenuatus, cornua patenti-adscendentia, apice attenuato-incurva . . . . 42. *Sassea* Kl.

I. *STEPHANOCARPEAE.*

Stylus persistens.

A. BEGONIEAE.

Stylorum rami subglabri, fascia papillosa spiraliter torta cincti.

α. Interruptae.

Stylorum rami fascia papillosa spiraliter torta, inferne interrupta instructi.

I. **HUSZIA** *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 18. taf. I. A.

Flores monoici. Masc. Petala 6 — 8 subaequalia obovata albida aut roseo-rubescentia, basi attenuata, praefloratione imbricata. Stamina numerosissima; antherae breves obovatae, loculis infra apicem connectivi dilatati obtusi lateralibus; filamenta longa filiformia toro magis pulvinato inserta. Flores feminei: Petala 6 supera subaequalia obovata ut in mare. Ovarium breve triangulare monopterum triloculare. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis plurima anatropa. Stylus persistens sexpartitus, lobis inaequaliter multifidis, fascia papillosa spiraliter torta, basi interrupta cinctis. Capsula turbinato-triquetra membranacea trilocularis, angulis duobus brevissime alatis, tertia ala maxima elongata ad alarum originem per rimam arcuatam dehiscens. Semina creberrima minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Herbae acaules tuberosae in montibus Peruviae crescentes; foliis petiolatis oblique cordatis sinuato-lobatis, lobis serratis; scapis dichotomo-cymosis, ad inflorescentiae ramificationes deciduo-bracteatis; floribus magnis aut viridi-aut rubescenti-albicantibus.

1. HUSZIA OCTOPETALA Kl.

Tuberosa, acaulis; foliis longe-petiolatis, cordatis lobatis puberulis, lobis obtusis serratis; scapo elongato ex albido-virescente paucifloro; floribus maximis candidis, extus virescentibus, masculis longe-pedicellatis octopetalis, femineis hexapetalis brevi-pedicellatis; capsulae ala maxima oblonga elongata patenti-adscendente, apice oblique truncata dentata.

Begonia octopetala L'Heritier, Stirps I., p. 101. Hooker, Botanical Magazine, t. 3559. Knowels and Westcott, Floral Cabinet I., p. 51, t. 25.

2. HUSZIA RUBRICAULIS Kl.

Tuberosa, acaulis, pubescenti-pilosa; foliis brevi-petiolatis saturate-viridibus oblique cordatis sinuato-lobatis serratis rugosis, basi profunde

---

*) Genus ad memoriam beati Caroli Husz, naturae peritissimi et Goethii amici creatum.

bilobis, lobis rotundatis imbricatis; petiolis e viridi-purpureis; scapo robusto pubescente rubro foliis pluries longiore, superne dichotomo-cymoso multifloro; bracteis obovatis rubris, margine dentatis deciduis; floribus speciosis, hexapetalis, extus ex albido-rubescentibus, intus alutaceis; capsulae rubrae ala maxima oblonga elongata patentim-adscendente attenuatim-obtusa.

Begonia rubricaulis Hooker, Bot. Magazine, t. 4131.

Pet. teretes 3 p. longi, vix crassitie pennae anserinae etc. — Probabiliter ex Peruvia orta.

II. EUPETALUM *Lindley.*

Introduction n. 11. Gaudichaud, Voyage de la Bonite (Botanique) t. 50 absque descr. Klotzsch *Begoniac.* p. 19. taf. I. B.

Fl. monoici. Masc. Petala 4 per paria opposita aequalia lato-obovata, exteriora subduplo majora ex albido-rubescentia. Stamina numerosa, antherae oblongae utrinque subtruncatae, loculis lateralibus connectivi lati longitudine, filamenta filiformia longa antheris duplo longiora, basi truncato-monadelpha. Flores feminei: Petala 5 supera lato-obovata. Ovarium breve triangulare longe-angusteque alatum triloculare. Placentae centrales bis bifidae, undique (stipite excepto) ovuliferae. Ovula creberrima anatropa. Stylus persistens sexpartitus, lobis trifidis erectis strictis fascia papillosa ter spiraliter torta basi interrupta cinctis. Capsula membranacea brevis anguste atque longe trialata, alis inaequalibus ad alarum originem per rimam arcuatam dehiscens. Semina creberrima minutissima oblonga reticulata exalbuminosa. Suffrutices tuberosi caulescentes in Peruvia crescentes; foliis petiolatis subaequilateris orbiculatis lobatis inciso-serratis, inferioribus oppositis longe-petiolatis; cymis pedunculatis terminalibus paucifloris ad inflorescentiae ramificationes persistenti-bracteatis; floribus rubescenti-albicantibus.

1. EUPETALUM PETALODES Lindley.

Suffruticosum, magnum, caulescens, tuberosum, pedale; foliis aequilateris orbiculatis profunde-cordatis infundibuliformi-explanatis acute-5—9 lobis incisis serratis glabris, supra saturate-viridibus, subtus purpurascentibus viridi-nervosis, inferioribus oppositis longe-petiolatis; stipulis ovatis serratis; cymis bi-trifloris axillaribus longe-pedunculatis bibracteatis; alis capsulae longis angustissimis inaequilongis patentibus.

Eupetalum petalodes Lindley, Introduction edit. II., n. 11. — *Eupetalum Lindleyanum* Gaudichaud, Voyage de la Bonite (Botanique), t. 50. — *Begonia petalodes* Lindl. in Botanical Register, t. 1757. — *Begonia Gaudichaudii* Walpers, Repertorium V., p. 769.

Tubera depressa $3\frac{1}{2}$ p. diam. Pet. $1\frac{1}{2}$—3 p. lg. F. $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ p. diam. — Hab. in Peruvia, Gaudichaud det.

2. EUPETALUM KUNTHIANUM Kl.

Suffruticosum, tuberosum, semipedale; foliis minoribus reniformi-dilatatis explanatis aut subinfundibuliformibus 4-5 lobatis, lobis argute-serratis, supra viridibus, subtus pupurascentibus; stipulis magnis semi-orbiculatis serratis persistentibus, cymis terminalibus pedunculatis 1—2 floris, capsulae alis attenuato-acutis quarum 2 angustioribus.

Eupetalum Lindleyanum herb. Kunthii.

Tota planta 6 poll. alta. — In Peruvia pr. S. Lorenzo et pr. Lima.

3. EUPETALUM GERANIIFOLIUM Kl.

Suffruticosum, caulescens, tuberosum, magnum; foliis longe-petiolatis flabellato-suborbicularibus acute-lobatis, basi aequaliter cordatis, lobis inciso-serratis subplicatis nitidissimis laete-viridibus fusco-rubro-margi-

natis, subtus concoloribus; petalis florum masculorum 4, 2 exterioribus rotundatis extus saturate-roseis, interioribus obovatis undulatis albis.

Begonia geraniifolia Hooker, Botanical Magazine, t. 3387.

Stipes 1 pedalis, f. 3—3½ p. diam. etc. — In Peruvia pr. Lima.

4. EUPETALUM TUBEROSUM Kl.

Suffruticosum, tuberosum, caulescens, magnum; foliis longe-petiolatis reniformibus brevi-lobatis, lobis grosse-dentatis viridibus, subtus pallidioribus; pedunculis terminalibus gracilibus unifloris; pedicellis pollicaribus; petalis orbiculato-oblongis; capsulae alis subaequalibus patenti-elongatis, apice attenuatis.

Begonia tuberosa Herb. Ruizii.

Pl. ped. Pet. 1½—2 p. longi, f. 2—3 p. l., 1½—2 p. longa. — Ruiz. et Pav. leg. in Peruvia (non culta.)

III. **BARYA** *) Kl.

Klotzsch *Begoniac.* p. 22. taf. II. B.

Flores monoici dichotomo-cymosi. Masc. Petala 4 lanceolata acuminata, per paria opposita aequalia, exteriora latiora, extus sparsim pubescentia. Stamina longissima racemoso-monadelpha; antherae parvae ovatae biloculares, loculis infra apicem connectivi prominentis obtusi lateralibus per rimas longitudinales dehiscentibus; filamenta in columnam elongatam angustam ab apice usque ad basin racemosim-connata. Flores feminei: Forma et numerus petalorum delapsorum mihi ignota, forsan 5. Ovarium trigonum triloculare monopterum. Ala longissima patenti-adscendens. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima anatropa. Stylus persistens tripartitus longus, lobis tenuibus profunde bifidis, fascia papillosa quinquies spiraliter torta, basi interrupta cinctis. Capsula membranacea turbinato-triquetra monoptera trilocularis, alis 2 angustissimis sive obsoletis, ad alarum originem per rimam arcuatam dehiscens. Semina creberrima minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Herba perennis elata in montis Peruviae prope Muñam obvia. Caule herbaceo 2—3 pedali erecto pubescenti-villoso; foliis longe-petiolatis reniformi-lobatis, lobo medio majore acuminato; cymis axillaribus pedunculatis repetito-dichotomis.

1. BARYA MONADELPHA Kl.

Caule gracili erecto petiolis pedunculisque villosulis; foliis reniformi-obliquis quinquelobatis serratis, basi latissimis, lobis brevibus acutis medio productiori acuminato, supra saturate-viridibus sparsim pubescentibus, subtus pallidioribus pubescenti-nervosis; cymis repetito-dichotomis pedunculatis elongatis densis articulato-tumidis; petalis longissimis angustis acuminatis, exterioribus sparsim pilosulis.

Begonia monadelpha Ruiz.

Planta 2—3 ped. pet. 2 p., fol. 3 p. lg. et 2½ p. l. etc. — In Peruvia pr. Muña a Ruiz et Pavon detecta.

β. *Continuae.*

Stylorum rami fascia papillosa continua instructi.

IV. **BEGONIA** *Plumier, Linné.*

Genera plantarum n. 1156 partim.

Klotzsch *Begoniac.* p. 23. taf. I. C.

Flores monoici. Masc.: Petala 4 biserialia inaequalia, exteriora opposita majora subrotunda, interiora minora obovata. Stamina plurima;

*) Genus in honorem Antonii de Bary, medic. dr. creatum.

filamenta brevia libera, nunquam connata; antherae oblongo-lineares, utrinque obtusae, extrorsae, biloculares, loculi lineares discreti connectivi continui obtusi margini adnati longitudinaliter dehiscentes. Fem.: Petala 5 supera subaequalia pluriseriatim imbricata. Ovarium inferum triloculare trigonum, inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima anatropa, lamellis arcuatim-conjunctis in stipitem exovuliferum conjunctis. Stylus persistens glaber, subinde puberulis trifidus, lobis bicornutis plerumque tortuosis, fascia papillosa bis ter spiraliter torta, basi continua, interdum (in *B. acuminata* Dryander) abbreviata subreniformi etortuosa cinctis. Capsula turbinato-triquetra membranacea trilocularis inaequaliter trialata ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Herbae aut suffrutices succulenti ramosi etuberosi in America tropica indigeni; foliis alternis petiolatis, basi oblique-cordatis inaequilateris crenatis dentatis vel mucronato-serratis; stipulis lateralibus membranaceis deciduis; cymis repetito-aut simpliciter-dichotomis axillaribus pedunculatis; floribus albis roseis v. rubicundis.

a) *Stigmata profunde obcordata etortuosa*; *placentarum lamellis crassis.*

1. BEGONIA ACUMINATA Dryander.

Suffruticosa; caule erecto glabro subcarnoso ramoso; foliis dimidiato-cordatis longe-acutatis, duplicato acute-serratis undulatis, serraturis setoso-ciliatis, supra sparsim-subtus in nervis petiolisque dense hirtis; stipulis oblongis acutis scariosis; cymis pedunculatis paniculatis rubescentibus paucifloris; floribus magnis albidis extus amoene-rubescentibus; bracteis ovatis albidis ciliato-fimbriatis; germinis alis ex albido-virescentibus, ala majore adscendente.

B. acuminata Dryander, Linnean Society Transactions I., p. 166, t. 14, fig. 5. 6. Ker. in Botanical Register, t. 364. Willd. Spec. plant. IV, p. 417. Hort. Kew. ed. II., p. 284. Bot. Mag. t. 4025. Sprengel, Syst. veget. II., p. 525. — *B. Hamiltoniana* Lehmann in Ed. Otto Neue allgem. deutsche Gartenzeitung VI., p. 456. — *B. roseo flore, foliis acutioribus, auritis* et *late crenatis* Plumier, Cat. Plant. Am. 20, t. 45, fig. 3. Tournef. Inst. 660. — *B. obliqua* Linné, Spec. pl. 1498.

Pl. 3—4 ped.; f. 2—3 p. longa. — Habit. in Jamaica, Banks indroduxit.

2. BEGONIA ACUTIFOLIA Jacquin.

Elata, glabra, dichotome-ramosa; foliis remotis dimidiato-cordatis oblique ovatis elongatis attenuato-acutis grosse dentatis, undique petiolisque glabris, supra saturate-subtus pallide-viridibus, in nervis adpresse-pubescentibus, dentibus setoso-serratis; stipulis lanceolatis acuminatis integris glabris, basi dilatatis; cymis pedunculatis axillaribus multifloris; floribus ex albido-rubescentibus; bracteis oblongis cuspidatis incarnatis; germinis alis inaequalibus patentibus.

B. acutifolia Jacquin l. c.

Planta 3—4 ped., f. 3—4 p. lg., $1\frac{1}{2}$ p. — 2 p. l. etc. — In insula Portorico ad rivulos.

2a. BEGONIA OBLIQUA L'Heritier Stirp. Nov. 2. 46. (absque descriptione et synonymis) non Linn. — Klotzsch ind. sem. h. Berolin. ann. 1856.

Begonia speciosa Hort. Berol.

Fruticosa, erecta, glabra; ramulorum articulis versus apicem rubescentibus; foliis oblique cordato-ovatis acuminatis obsolete crenato-dentatis subverticalibus, supra laete viridibus, subtus pallidis, utrinque nitidis; petiolis patentibus subteretibus, basi apiceque rubris; stipulis anguste oblongis obtusis, margine recurvis carinato-apiculatis; cymis repetito-dichotomis dilatatis in apice ramulorum pedunculatis; bracteis

obovatis; floribus masculis albidis tetrapetalis, petalis exterioribus rotundato-oblongis majoribus, interioribus angustissime obovatis, apice rotundatis, basi attenuatis, femineis pentapetalis subroseis, petalis subaequalibus oblongis, utrinque obtusis; germinibus candidis trialatis, alis inaequalibus obsolete crenulatis, apice truncatis, maxima obtusiuscula.

Frutex 3—4 pedalis, ramosus. Folia 3—5 poll, longa et 2—3 poll. lata. Petioli 1—2 poll. longi. Stipulae pollicem longae et inferne dimidium pollicem latae, ad marginem semper revolutae. Bracteae 3 lin. longae et infra apicem 2 lin. latae. Petala exteriora florum masculorum 8 lin. longa et 6 lin. lata, interiora 7 lin. longa, versus apicem 2 lin. lata. Petala fl. fem. semipollicem longa et 2—2½ lin. lata. Alae minores 1½ lin. latae, maxima 2½ lin. lata. — India occidentalis. Floruit in horto Berolinensi Augusto 1856.

b) *Stigmata bicruria, cruribus bis-ter spiraliter tortis, placentarum lamellis tenuibus.*

* Cyma repetito-dichotoma dilatata, bracteis integerrimis.

3. **BEGONIA NITIDA** Dryander. — Klotzsch *Begoniac.* l. c.

Fruticosa, alata; foliis oblique ovatis acutis, obsolete crenatis nitidis; stipulis oblongis cuspidatis carinatis; cymis divaricatis repetito-dichotomis pedunculatis in apice ramorum axillaribus; floribus magnis amoene-roseis cernuis; capsulae ala maxima late ovata.

Begonia nitida Dryander in Linnean Society Transactions, v. I., p. 159. Salisbury, Parad. Lond. t. 72. — *Begonia obliqua* L'Herit Stirp. Nov. p. 95.

Planta 4—5 ped., f. 4—5 p. lg., 2½—3 p. l. etc. — Probabiliter ex ins. Jamaica exorta.

4. **BEGONIA SUAVEOLENS** Haw.

Caule fruticoso, erecto; foliis oblique semicordatis transverse-acutis aut acuminatis nitidis hirtis scabriusculis; cymis dichotomis dilatatis longe pedunculatis axillaribus; floribus candidis; alis capsularum subaequalibus.

B. suaveolens Haworth in Loddiges Botanical Cabinet, t. 69. Paxton, Magazine of Botany IV., 123. — *B. humilis* Bot. Reg. t. 281. — *B. disticha* Hort. Berol. nec Link.

Planta 4—5 ped. — Hab. in inss. Ind. occid.

5. **BEGONIA STIPULACEA** Willd.

Fruticosa, erecta, ramis subangulatis; foliis oblique semicordatis acutis crenulatis glabris, subtus in nervis petiolisque strigoso-hirtis; cymis longe-pedunculatis axillaribus distichis; stipulis ovatis integerrimis rotundatis breve-mucronatis; capsulae alis inaequalibus, apice truncatis.

B. stipulacea Willd., Spec. plant. IV., p. 414. Willd. Herb. n. 17,566. — *B. angularis* Raddi Mss. ex Sprengel, Syst. veg. II., p. 625. — *B. disticha* Link, Enum. plant. Hort. Berol. II., p. 396.

Planta 4—5 ped. — Hab. in Brasilia.

6. **BEGONIA ODORATA** Willd.

Fruticosa, sublignosa, erecta; foliis obliquis semicordatis, transverse-ovatis acuminatis angulato-dentatis glaberrimis, supra laete-viridibus, subtus pallidis prominente-nervosis; stipulis magnis ovalibus acuminatis deciduis; pedunculis axillaribus erectis strictis; cymis repetito-dichotomis expansis paucifloris; petalis angustis; capsularum alis inaequalibus, apice truncatis.

B. odorata Willd., Enum. plant. Suppl., p. 64. Herb. Willd. n. 17,573.

Planta 3—4' alta, f. 3—4 p. lg. 1½—2 p. l. etc. — Hab. in insulis Ind. occidentalis.

** Cyma simpliciter dichotoma aut racemus pauciflorus; bracteis ciliato-fimbriatis.

7. **BEGONIA CUCULLATA** Willd.

Caule suffruticoso rubescente-carnoso glabro; foliis oblique ovatis

obtusis ciliolato-crenulatis glabris; stipulis maximis spatulatis; pedunculis axillaribus simpliciter dichotomis paucifloris ciliato-bracteatis; capsulae alis duabus angustioribus rotundatis, tertia majore acutangula.

B. cucullata Willd., Spec. pl. IV., p. 621. — *B. spatulata* Haw., Plant. succ. Suppl. 100. Lodd., Bot. Cabinet., t. 107. — *B. nervosa* Desf. Mss.

Caulis 3—4 ped., f. 2½ p. lg., 1¾ p. l. etc. — Hab. in Brasilia.

8. BEGONIA SEMPERFLORENS Link et Otto.

Caule suffruticoso virescente carnoso glabro; foliis oblique leviter cordatis ovatis acutiusculis crenatis, inter crenas apiculatis glaberrimis; stipulis ovatis acutiusculis ciliolatis, inferioribus scariosis; pedunculis axillaribus simpliciter dichotomis paucifloris; bracteis pallide-incarnatis amplexicaulibus ovatis ciliatis; petalis florum masculorum duplo majoribus quam in floribus *Begoniae* cucullatae; capsulae alis duabus angustioribus rotundatis, tertia majore adscendente - acutangula.

B. semperflorens Link et Otto, Icones plant. rar., v. I., p. 9, t. 5. Lodd., Bot. Cabinet, t. 1439. Reichenbach, Hort. bot., t. 23.

Caulis 1½—2 ped. F. 3 p. lg., 2½ p. l. — Hab. in Brasilia austr.

9. BEGONIA SELLOWII Kl.

Caule herbaceo elato gracile rubescente glaberrimo; foliis oblique ovatis acutis vix cordatis planis apiculatis, minute serratis subciliatis; petiolis e viridi rubescentibus; stipulis ovatis acutis ciliolatis; pedunculis terminalibus axillaribusque simpliciter dichotomis paucifloris; floribus magnis ex albido incarnatis; capsulae alis valde inaequalibus, maxima adscendente obtusa.

B. Sellowii et *B. setaria* Hort. Anglic. — *B. semperflorens* Bot. Mag. t. 2920.

Caulis peraltus. F. 2—3 p. lg. et l. — Hab. in Brasilia.

10. BEGONIA CILIATA Humb., Bonpl., Kth.

Pilosiuscula; caule herbaceo adscendente ramoso; foliis longe petiolatis inaequaliter-ovatis acutis semicordatis grosse duplicato-serratis reticulato-nervosis ciliatis, pedunculis axillaribus folio brevioribus paucifloris; floribus albidis parvis; alis capsularum inaequalibus rotundatis.

B. ciliata Humb. B. Kth., Nova genera et species VII., p. 178.

Planta 9 poll. alta. — Habit. in Nova Granata pr. Santanna (non culta).

11. BEGONIA VILLOSA Lindl.

Erecta, succulenta, subtilissime villosa; caule vix ramoso patentim-piloso crassiusculo; foliis semicordatis obsolete duplicato-dentatis subobtusis sparsim pilosis; petiolis erectis villosis, apice rubicundis; stipulis adpressis parvis oblique ovatis subacutis; pedunculis paucifloris axillaribus pilosis; floribus parvis albidis; capsulae ala majore adscendente-rotundata.

B. villosa Lindl., Bot. Reg., t. 1253.

Planta 2 ped. alta; f. 2½—3 p. lg., 1—2 p. l. — In Brasilia.

12. BEGONIA HIRTELLA Link.

Annua, erecta, ramosa, caule villoso; petiolis villosissimis erectis; stipulis denticulato-ciliatis; foliis ovato-subrotundis oblique cordatis subangulatis obsolete-crenatis; capsularum alis obtusiusculis, unica multo majore, apice adscendente-truncata.

B. hirtella Link, Enum. pl. Hort. Berol. II., p. 396.

Planta 3 ped. annua. Pet. 1—2 p.; f. 1½—2½ p. lg., 1½—2 p. l. — Hab. juxta Rio Janeiro.

13. BEGONIA PATULA Haw.

Caule subcarnoso elato erecto glabro aut sparsim piloso; foliis oblique cordatis brevi-acutis subangulatis grosse-dentatis serratis sparsim

pubescentibus; stipulis lanceolatis ciliato-pilosis; cymis longe pedunculatis simpliciter dichotomis paucifloris; floribus majoribus subroseis; capsulae alis duabus angustis rotundatis, tertia maxima acutangula.

B. patula Haworth, Plant. succ. Suppl., p. 100. — *B. pauciflora* Lindl., Bot. Reg., t. 471.

Pl. 3 ped. Pet. super. ½ p., inferiores 2 p. lgi.; f. 2—2⅓ p. lg., 1—1½ l. — Hab. in Brasilia.

14. BEGONIA POPULIFOLIA v. Schldl.

Caule erecto brevi-ramoso hirtello; foliis inaequilatero-reniformibus obsolete-lobatis serratis 9 nerviis, subtus ferrugineo-nervosis, hirtellis, supra sparsim hirtis; pedunculis axillaribus simpliciter dichotomis paucifloris; bracteis obovatis acutis pectinato-ciliatis; floribus parvis albidis; capsulae basi attenuatae ala maxima adscendente attenuata.

Pl. 2—3 ped. Pet. 8—15 lin. lg.; f. 1 p. lg., 2 p. l. — Hab. in Mexico (non culta).

15. BEGONIA TOVARENSIS Kl.

Erecta; caule carnoso leviter sulcato sparsim hirto; foliis oblique reniformibus reflexo-verticalibus grosse dentato-angulatis crenato-mucronatis undique sparsim hirsutis longe-petiolatis; petiolis rubris, supra sulcatis evanescente villosis; stipulis lanceolatis acuminatis pectinato-ciliatis; cymis axillaribus pedunculatis simpliciter dichotomis hirtis pedicellisque dilute-rubris; floribus subcarneo-albidis congestis ciliato-bracteatis; germinibus absque albidis deinde viridibus, capsulae ala maxima erecta obtusa.

Suffrutex 3—4 ped., pet. 1½—3 p. longi, f. 2—3 p. lg., 1½—2 p. l. — Habit. in prov. Venezuela.

16. BEGONIA MORITZIANA Kl.

Herbacea, erecta, ramosa, articulato-hirta; foliis longe et villoso-petiolatis oblique cordato-reniformibus inaequilateris leviter crenatis 5—6 nerviis, supra hirtellis saturate viridibus, subtus pallidis fusco-nervoso-pubescentibus; stipulis aridis oblongis subacutis longe ciliatis; cymis simpliciter dichotomis villosis paucifloris; floribus roseis parvis; bracteis late-ovatis longe ciliatis; ala maxima patente, apice obtuso adscendente.

B. Tovarensis Moritz in lit.

Planta 2—4 ped., pet. ½—1½ p. lg., f. ¾—1 p. lg., 1—1¾ p. l. — Moritz detexit ad coloniam Tovar pr. Caracas.

17. BEGONIA SETOSA Kl.

Herbacea, erecta, ramosa; caule sulcato rubescente ramisque patentim-setosis; foliis oblique reniformibus brevi-acutis, basi leviter semicordatis dentato-setosis, laete-viridibus, supra sparsim hirtis, subtus hirsuto-nervosis; petiolis longis hirto-setosis; stipulis aridis obtusis longe-ciliatis; pedunculis axillaribus hirto-villosis apice simpliciter dichotomis paucifloris; floribus subcarneis; ala maxima adscendente-truncata.

Pl. 2—3 ped. Pet. ½—1½ p. longi; f. ¾—1 p. lg., 1—2 p. l. — In Brasilia leg. Sellow. (non culta).

18. BEGONIA SUBVILLOSA Kl.

Herbacea, erecta, villosa; caule carnoso-succulento subcrasso, inferne evanescente-superne dense villoso; foliis obliquis subreniformibus subacutis grosse crenato-dentatis, dentibus ciliato-serratis, supra laete viridibus sparsim hirtellis, subtus pallidis sparsim pubescente-villosis; petiolis villosis; stipulis late-ovalibus; cymis longe-pedunculatis; pedunculis evanescente hirtellis; floribus subcarneis; ala maxima acutangula.

Planta 2—3 ped. Pet. 1—2 p. longi; f. 15 lin. —2½ p. lg., 2¼—3¼ lata. — In Brasilia leg. Sellow.

19. BEGONIA VELLEREA Kl.

Herbacea, erecta, ramosa; caule ramisque versus apicem dense villosis; foliis semicordatis transverse ovatis obtusis concavis crenato-dentatis, dentibus apiculatis, supra saturate-viridibus sparsim pubescentibus, subtus albido-viridibus hirtello-nervosis; petiolis longis villosis; stipulis oblongis obtusis longe ciliatis, dorso pilosis; cymis axillaribus paucifloris tenui-pedunculatis pedicellisque hirtis; floribus carneis; bracteis oblongis attenuatis inciso-ciliatis; ala maxima angusta adscendente obtusa.

Planta 1½—2 ped. F. 1—1½ p. lg., 1½—2½ p. l. — Hab. in Brasilia, Serra de Estrella, leg. Sellow. (non culta).

20. BEGONIA POHLIANA Kl.

Suffruticosa, elata, ramosa; caule erecto inferne lignoso ramisque leviter striato evanescente puberulo; foliis oblique semicordatis transverse-ovatis acutis, margine late-dentato-ciliatis sparsim grosse dentato-angulatis concavis, supra brevi-hirtellis saturate viridibus, subtus pallidis fusco-nervoso-pubescentibus; petiolis brevibus hirtis; stipulis ovato-acuminatis ciliatis; cymis axillaribus simpliciter dichotomis paucifloris evanescente-puberulo-pedunculatis; floribus saturate roseis, ala maxima apice adscendente attenuata acuta.

Herb. Musei Palat. Vindeb. n. 1832.

Planta 3—4 ped. pet. 8 lin. lg., f. 1 p. lg., 2 p. l. — Hab. in Brasilia (non culta).

21. BEGONIA MALVACEA Kl.

Herbacea, gracilis; caule simplice villosulo; foliis subrotundis profunde-cordatis leviter grosse crenato-serratis, serraturis apiculatis, supra saturate viridibus sparsim breve hirtellis, subtus pallidioribus glabris; petiolis brevibus hirtis; stipulis ovato-lanceolatis; cymis simpliciter dichotomis pedunculatis paucifloris; pedunculis axillaribus pedicellisque evanescente hirtellis; floribus parvis roseis; ala maxima apice adscendente primum acuta deinde obtusiuscula.

Pl. 2 ped. f. 1 p. lg. 1½ p. l. pet. ½—1 p. lg. — Hab. in Brasilia (non culta).

22. BEGONIA PARVIFOLIA Kl.

Suffruticosa, erecta; caule brevi ramoso glabro, apice puberulo-hirtello; foliis subobliquis semicordatis brevi-acutis reniformibus, margine inaequaliter apiculato-dentatis, supra saturate-viridibus sparsim hirtellis, subtus pallidis hirsuto-nervosis; petiolis pubescentibus; cymis simpliciter ac breviter dichotomis paucifloris pubescente pedunculatis axillaribus; floribus roseis; bracteis ovatis acutis ciliatis; ala maxima inferne attenuata, apice adscendente et oblique truncata.

Suffrutex 1½ ped. Rami 1½—2 poll. longi; pet. 3—7 lin., f. 9—14 lin. lg., 9—15 l. l. In Brasilia detex. Sellow (non culta).

23. BEGONIA BRASILIENSIS Kl.

Herbacea, gracilis, erecta; caule ramoso hirtello, apice hirto; foliis oblique et profunde cordatis transverse-ovatis acutis apiculato-dentatis leviter angulato-lobatis, supra saturate viridibus sparsim hirtellis, subtus hirtello-nervosis; petiolis longissimis erectis sparsim villosis; stipulis oblongis obtusis ciliatis; cymis simpliciter dichotomis pubescente-pedunculatis paucifloris; floribus roseis; ala maxima inferne attenuata erecta, superne longe producta.

Planta 2 ped. F. 15 lin. longa, 2—3 p. l., pet. ½—3 p. longi. — In Brasilia ad fl. Rio dos Pedras leg. Sellow (non culta).

24. BEGONIA MACROPTERA Kl.

Herbacea, erecta, tenuis, evanescente hirta; caule tenui hirtello bre-

vissime ramoso; foliis oblique semicordatis aurito-ovatis acutis obsolete angulato-lobatis irregulariter apiculato-dentatis, supra saturate viridibus hirtellis, subtus pallidis albido-punctulatis pubescente-nervosis; petiolis hirtis; stipulis ovato-lanceolatis acuminatis longe ciliatis; cymis in apice ramorum axillaribus pedunculatis simpliciter dichotomis; pedunculis hirtellis; bracteis parvis ovatis acuminatis longe ciliatis; floribus roseis; capsulis basi attenuatis; ala maxima adscendente late sigmoidea acutiuscula.

Pl. 1—1½ ped. F. —16 lin. lg., 14 l. l.; pet. 3—12 l. longi. — In agro urbis Rio Janeiro leg. Sellow. (non culta).

25. BEGONIA ELATA Kl.

Herbacea, erecta; caule tereti vix ramoso, evanescente sparsim piloso; foliis profunde-cordatis transverse ovatis acutis obsolete angulato-lobatis apiculato-dentato-serratis, supra glaberrimis, subtus purpurascentibus albido-punctulatis sparsim piloso-nervosis; petiolis longis hirtellis; stipulis ovato-oblongis acutis longe ciliatis; cymis simpliciter dichotomis in apice ramorum axillaribus brevi pedunculatis; pedunculis evanescente pilosis; floribus roseis; ala maxima sigmoidea obtusata.

Caulis 2—3 ped.; f. 9—14 lin. lg., 1—2½ p. l., pet. ½—1½ p. lg. — Hab. in Brasilia. (non culta).

26. BEGONIA ULIGINOSA Schott.

Herbacea, erecta; caule tereti brevi-ramoso striato evanescente-pubescente; foliis profunde cordatis transverse ovatis acutis grosse dentatis, dentibus apiculato-serratis, supra saturate viridibus glaberrimis, subtus pallidis sparsim piloso-nervosis; petiolis evanescente pubescentibus; stipulis parvis oblongis acutis longe ciliatis; cymis simpliciter dichotomis axillaribus terminalibusque pedunculatis; pedunculis pubescentibus; floribus albidis; bracteis brevibus ovatis obtusis ciliatis; ala maxima lata, apice truncata.

Pl. 2-3 ped.; f. 10-22 lin. lg., 1-3 p. l., pet. ½-2 p. longi. — In Brasilia. (non culta).

27. BEGONIA ERMANI Kl.

Herbacea, erecta, ramosa; caule sulcato evanescente villosulo; foliis parvis oblique reniformibus concavis acutis inaequaliter grosse-minuteque dentatis, supra saturate-viridibus hirtellis, subtus pallidis albido-punctatis rufescente hirtis quinque-nervosis; petiolis brevibus ferrugineo-pubescentibus; stipulis ovato-lanceolatis acutis ciliatis; cymis simpliciter dichotomis paucifloris axillaribus terminalibusque evanescente villoso-pedunculatis; floribus parvis ex albido-roseis; bracteis brevibus oblongis obtusis ciliatis; ala maxima obtusangula, inferne rotundata.

Planta ped. F. ½ p. lg., 1 p. l.; pet. 3—4 lin. longi. — In agro urb. Rio Janeiro detex. Erman. (non culta).

28. BEGONIA PORTERIANA Fischer, Meyer et Lallem.

Annua, erecta, caule glabro semipellucido-succulento; foliis semicordatis oblique ovatis acutis aut subacuminatis subangulatis duplicato- et muricato-dentatis, supra laete viridibus roseo-setosis, subtus pallidis glabris; petiolis rubro-hirtellis; stipulis ovato-acuminatis parce ciliatis; cymis simpliciter di-trichotomis axillaribus pedunculatis multifloris; pedunculis erectis glaberrimis; bracteis parvis ovatis, apice ciliatis; floribus parvis albidis; alis capsularum viridibus rotundatis unica majore apice latiore rotundata.

B. Porteriana Fischer, Meyer et Lallemand, Index hort. bot. Petropol. VIII., p. 51.

Pl. 1—2 ped. F. ½—1 p. lg., 2—3 p. l.; pet. ½—2 p. longi. — E seminib. e Brasilia missis culta.

29. BEGONIA FRANCONIS Liebm.

Annua, pubescens; caule erecto flexuoso; internodiis foliis suis brevioribus; foliis longe petiolatis semicordatis acutis irregulariter crenatis ciliatis, basi oblique truncatis septemnerviis, utrinque pubescentibus laete viridibus, petiolo laminam subaequante v. superante; stipulis scariosis pallidis ovatis puberulis ciliatis; cymis paucifloris axillaribus pedunculatis; pedunculis pubescentibus; floribus parvis albidis, masculis extus puberulis; ovario pilosulo mox glabrescente; capsula utrinque rotundata nitida, alis duabus majoribus rotundatis, tertia angustiore.

B. Franconis Liebmann, Mexicos og Central-Americas Begonier, p. 26, n. 42.

Fol. 1½—2 p. l. et 1—1¾ lg.; pet. 1—1⅔ p. longi. — In Mexico, in prov. Oaxaca.

30. BEGONIA MODESTA Liebm.

Annua, gracilis; caule succulento hyalino erecto puberulo, internodiis foliis suis brevioribus; foliis longe petiolatis semicordatis acutis, basi rotundatis irregulariter crenatis, crenaturis latis apiculatis ciliolatis 7-9 nerviis, utrinque laete-viridibus pellucidis, supra nitidis pilis flaccidis raris adpressis, subtus glabris nitidis; petiolo lamina breviore v. eam subaequante puberulo; stipulis minimis pallidis lanceolatis acutis; cymis pedunculatis axillaribus paucifloris; pedunculis pedicellisque puberulis; floribus parvis albis; capsula utrinque rotundata, alis hyalinis tenue-membranaceis rotundatis, una majori, duabus aequalibus parum angustioribus.

B. modesta Liebmann, Mexicos og Central-Americas Begonier, p. 20, n. 41.

Pl. ½—1 ped. alta, f. 1—1⅓ p. lg., 1½—2 p. l.; pet. 1 — 1⅔ p. longi. — Hab. in Mexico, prov. Vera Cruz.

31. BEGONIA HUMILIS Dryander.

Annua; caule pubescente; foliis semicordatis oblique oblongo-ovatis ad marginem superiorem grosse-dentatis, dentibus duplicato-serratis ciliatis laete viridibus, supra sparsim hirtellis, subtus glabris; petiolis remote-hirtellis; stipulis scariosis oblongis acutis ciliatis; cymis simpliciter dichotomis axillaribus paucifloris; pedunculis pedicellisque erectis glaberrimis; bracteis minutis ovatis ciliatis; floribus parvis albidis; capsulis viridibus trialatis; alis rotundatis, tertia majori.

B. humilis Dryander, Linnean Society Transactions I., p. 166. t. 15. Bonpland, Jard. de Malmais, t. 62. Loddiges, Bot. Cabinet, t. 69.

Planta annua 3—8 pollic. F. 5—15 lin. lg., 1—3 p. l.; pet. ½—1½ p. longi. — Hab. in insula Trinidad.

Species exclusae.

BEGONIA ACULEATA Walpers = *Gaerdtia argentea* Kl.
BEGONIA ALBO-COCCINEA Hook. = *Mitscherlichia albo-coccinea* Kl.
BEGONIA ARGENTEA van Houtte. = *Gaerdtia argentea* Kl.
BEGONIA ARGYROSTIGMA Fisch. = *Gaerdtia maculata* Kl.
BEGONIA ASARIFOLIA Liebm. = *Gireoudia hydrocotylifolia* Kl.
BEGONIA AUCUBAEFOLIA Hort. = *Knesebeckia aucubaefolia* Kl.
BEGONIA AURIFORMIS Hort. Berol. = *Rachia auriformis* Kl.
BEGONIA BALMISIANA Ruiz = *Knesebeckia Balmisiana* Kl.
BEGONIA BARKERI Knowels et Westc. = *Gireoudia Barkeri* Kl.
BEGONIA BULBIFERA Lk. = *Knesebeckia bulbifera* Kl.
BEGONIA CAFFRA Meissn. = *Augustia caffra* Kl.
BEGONIA CARDIOCARPA Liebm. = *Gireoudia cardiocarpa* Kl.
BEGONIA CAROLINIAEFOLIA Regel = *Gireoudia caroliniaefolia* Kl.
BEGONIA CARPINIFOLIA Liebm. = *Gireoudia carpinifolia* Kl.
BEGONIA CATHCARTII H. F. et T. = *Platycentrum Cathcartii* Kl.
BEGONIA COCCINEA Herb. Ruizii = *Casparya coccinea* Kl.

BEGONIA COCCINEA Hook. = *Pritzelia coccinea* Kl.
BEGONIA COLUMNARIS Benth. = *Sassea columnaris* Kl.
BEGONIA COLUMNARIS Herb. Ruizii = *Casparya columnaris* Kl.
BEGONIA CONCHAEFOLIA Dietr. = *Gireoudia conchaefolia* Kl.
BEGONIA CORIACEA Hasskrl. = *Mitscherlichia coriacea* Kl.
BEGONIA CRASSICAULIS Lindl. = *Gireoudia crassicaulis* Kl.
BEGONIA CYATHOPHORA Poepp. et Endl. = *Cyathocnemis Poeppigiana* Kl.
BEGONIA DEALBATA Liebm. = *Knesebeckia dealbata* Kl.
BEGONIA DICHOTOMA Jacq. = *Wageneria dichotoma* Kl.
BEGONIA DIGITATA Raddi = *Scheidweileria digitata* Kl.
BEGONIA DIPETALA Grah. = *Haagea dipetala* Kl.
BEGONIA DISCOLOR R. Br. = *Knesebeckia discolor* Kl.
BEGONIA DIVERSIFOLIA Grah. = *Knesebeckia Martiana* Kl.
BEGONIA DREGEI Otto et Dietr. = *Augustia Dregei* Kl.
BEGONIA ECHINATA Royle = *Reichenheimia echinata* Kl.
BEGONIA ELEGANS H. B. Kth. = *Casparya elegans* Kl.
BEGONIA EVANSIANA Andr. = *Knesebeckia discolor* Kl.
BEGONIA FAGIFOLIA Fischer = *Wageneria fagifolia* Kl.
BEGONIA FALCILOBA Liebm. = *Knesebeckia falciloba* Kl.
BEGONIA FASCICULATA W. Jack = *Petermannia fasciculata* Kl.
BEGONIA FERRUGINEA Dryand. = *Stibadotheca ferruginea* Kl.
BEGONIA FIMBRIATA Liebm. = *Gireoudia fimbriata* Kl.
BEGONIA FISCHERI Otto et Dietr. = *Pritzelia Fischeri* Kl.
BEGONIA FOLIOSA Humb. B. Kth. = *Lepsia foliosa* Kl.
BEGONIA FUCHSIOIDES Hook. = *Tittelbachia fuchsioides* Kl.
BEGONIA FUSCA Liebmann = *Magnusia fusca* Kl.
BEGONIA GALEOTTII Hort. = *Ewaldia lobata* Kl.
BEGONIA GAUDICHAUDII Walpers = *Eupetalum petalodes* Lindl.
BEGONIA GEMMIPARA H. F. et T. = *Putzeysia gemmipara* Kl.
BEGONIA GENICULATA W. Jack = *Petermannia geniculata* Kl.
BEGONIA GERANIIFOLIA Hooker = *Eupetalum geraniifolium* Kl.
BEGONIA GLABRA Herb. Ruizii = *Sassea glabra* Kl.
BEGONIA GLAUCA Herb. Ruizii = *Pritzelia glauca* Kl.
BEGONIA GRAHAMIANA R. Wight = *Mitscherlichia Grahamiana* Kl.
BEGONIA HASSKARLII Zollinger = *Mitscherlichia coriacea* Kl.
BEGONIA HERACLEIFOLIA Cham. et Schlecht. = *Gireoudia heracleifolia* Kl.
BEGONIA HERNANDIAEFOLIA Hort. Berol. = *Gireoudia nelumbiifolia* Kl.
BEGONIA HERNANDIAEFOLIA Hooker = *Mitscherlichia coriacea* Kl.
BEGONIA HETEROPHYLLA Hort. Schoenbr. = *Knesebeckia Martiana* Kl.
BEGONIA HIRSUTA Herb. Ruizii = *Pilderia hirsuta* Kl.
BEGONIA HYDROCOTYLIFOLIA Grah. = *Gireoudia hydrocotylifolia* Kl.
BEGONIA INCARNATA Lk. et Otto = *Knesebeckia incarnata* Kl.
BEGONIA INSIGNIS Grah. = *Knesebeckia incarnata* Kl.
BEGONIA INVOLUCRATA Liebm. = *Gireoudia involucrata* Kl.
BEGONIA JATROPHAEFOLIA Hort. Berol. = *Gireoudia jatrophaefolia* Kl.
BEGONIA KUNTHIANA Walpers = *Gaerdtia Kunthiana* Kl.
BEGONIA LEPIDOTA Liebm. = *Gireoudia manicata var* Kl.
BEGONIA LINDLEYANA Walpers = *Gireoudia Lindleyana* Kl.
BEGONIA LOBATA Schott. = *Ewaldia lobata* Kl.
BEGONIA LONGIROSTRIS Benth. = *Isopteryx longirostris* Kl.
BEGONIA LUCIDA Kth. et Bouché = *Gaerdtia Kunthiana* Kl.
BEGONIA LUCIDA Otto et Dietr. = *Wageneria lucida* Kl.
BEGONIA LUXURIANS Scheidw. = *Scheidweileria luxurians* Kl.
BEGONIA MACROPHYLLA Dryand. = *Gireoudia macrophylla* Kl.
BEGONIA MACULATA Raddi = *Gaerdtia maculata* Kl.

BEGONIA MAGNIFICA Linden = *Stibadotheca magnifica* Kl.
BEGONIA MAGNIFICA Warsz. = *Stibadotheca magnifica* Kl.
BEGONIA MANICATA Cels. = *Gireoudia manicata* Kl.
BEGONIA MARTIANA Lk. et Otto = *Knesebeckia Martiana* Kl.
BEGONIA MAXIMA Hort. Berol. = *Magnusia fusca* Kl.
BEGONIA MEYERI Hook. = *Rachia Meyeri* Kl.
BEGONIA MEYERI Otto et Dietr. = *Gurltia Meyeri* Kl.
BEGONIA MICROPHYLLA Hb. Willd. = *Lepsia foliosa* Kl.
BEGONIA MINIATA Planchon = *Tittelbachia miniata* Kl.
BEGONIA MONADELPHA Herb. Ruizii = *Barya monadelpha* Kl.
BEGONIA MONOPTERA Lk. et Otto = *Knesebeckia monoptera* Kl.
BEGONIA MORITZIANA Kth. et Bouché = *Wageneria lucida* Kl.
BEGONIA MULTINERVIA Liebm. = *Gireoudia multinervia* Kl.
BEGONIA MURICATA Scheidw. = *Scheidweileria muricata* Kl.
BEGONIA NATALENSIS Hooker = *Augustia Natalensis* Kl.
BEGONIA NELUMBIIFOLIA Ch. et Schl. = *Gireoudia nelumbiifolia* Kl.
BEGONIA OCTOPETALA L'Herit = *Huszia octopetala* Kl.
BEGONIA OREGANA Hort. = *Pritzelia ramentacea* Kl.
BEGONIA PAPILLOSA Grah. = *Knesebeckia papillosa* Kl.
BEGONIA PARVIFLORA Poepp. et Endl. = *Scheidweileria parviflora* Kl.
BEGONIA PARVIFOLIA Grah. = *Augustia Dregei* Kl.
BEGONIA PARVIFOLIA E. Meyer = *Augustia Dregei* Kl.
BEGONIA PEDATA Liebm. = *Knesebeckia pedata* Kl.
BEGONIA PELTATA Hasskrl. = *Mitscherlichia coriacea* Kl.
BEGONIA PELTATA Otto et Dietr. = *Rachia peltata* Kl.
BEGONIA PETALODES Lindl. = *Eupetalum petalodes* Lindl.
BEGONIA PHYSALIFOLIA Liebm. = *Gireoudia physalifolia* Kl.
BEGONIA PLEBEJA Liebm. = *Gireoudia plebeja* Kl.
BEGONIA PRINCEPS Hort. = *Pritzelia princeps* Kl.
BEGONIA PULCHELLA Raddi = *Steineria pulchella* Kl.
BEGONIA PUSTULATA Liebm. = *Weilbachia pustulata* Kl.
BEGONIA RACEMOSA W. Jack = *Petermannia racemosa* Kl.
BEGONIA RAMENTACEA Paxt. = *Pritzelia ramentacea* Kl.
BEGONIA RENIFORMIS Dryander = *Wageneria reniformis* Kl.
BEGONIA RENIFORMIS Hort. Berol. = *Augustia Dregei* Kl.
BEGONIA REPENS Herb. Ruizii = *Rossmannia repens* Kl.
BEGONIA REPTANS Benth. = *Weilbachia reptans* Kl.
BEGONIA RHIZOCARPA Fischer = *Trachelocarpus* (*Trachelanthus* Kl.) *rhizocarpus* Müller Berol.
BEGONIA RIGIDA Hort. Turic. = *Gurltia rigida* Kl.
BEGONIA RUBRICAULIS Hooker = *Huszia rubricaülis* Kl.
BEGONIA RUBRO-NERVIA Hort. Berol. = *Platycentrum rubro-venium* Kl.
BEGONIA RUBRO-VENIA Hook. = *Platycentrum rubro-venium* Kl.
BEGONIA RUGOSA Hort. Schoenbr. = *Wageneria rugosa* Kl.
BEGONIA SANGUINEA Raddi = *Pritzelia sanguinea* Kl.
BEGONIA SARCOPHYLLA Liebm. = *Gireoudia sarcophylla* Kl.
BEGONIA SCANDENS Hort. Schönbr. = *Wageneria Schottiana* Kl.
BEGONIA SCHIZOLEPIS Liebm. = *Gireoudia manicata* Kl.
BEGONIA SCUTELLATA Liebm. = *Gireoudia conchaefolia* Kl.
BEGONIA SERICONEURA Liebm. = *Gireoudia sericoneura* Kl.
BEGONIA SINUATA Grah. = *Augustia caffra* Kl.
BEGONIA SQUARROSA Lieb. = *Gireoudia squarrosa* Kl.
BEGONIA STIGMOSA Lindl. = *Gireoudia stigmosa* Kl.
BEGONIA STRIGILLOSA Dietr. = *Gireoudia strigillosa* Kl.
BEGONIA SUBPELTATA R. Wight = *Mitscherlichia subpeltata* Kl.

BEGONIA SUFFRUTICOSA Meisn. = *Augustia suffruticosa* Kl.
BEGONIA SULCATA Scheidw. = *Saueria sulcata* Kl.
BEGONIA THWAITESII Hook. = *Reichenheimia Thwaitesii* Kl.
BEGONIA TOMENTOSA Hort. = *Wageneria tomentosa* Kl.
BEGONIA TOMENTOSA Schott. = *Gurltia tomentosa* Kl.
BEGONIA TRACHYPTERA Benth. = *Stibadotheca trachyptera* Kl.
BEGONIA TUBEROSA Herb. Ruizii = *Eupetalum tuberosum* Kl.
BEGONIA ULMIFOLIA H. B. Kth. = *Donaldia ulmifolia* Kl.
BEGONIA UMBELLATA H. B. Kth. = *Isopteryx umbellata* Kl.
BEGONIA UNCINATA Hort. Berol. = *Augustia caffra* Kl.
BEGONIA UNDULATA Schott. = *Gaerdtia undulata* Kl.
BEGONIA URTICAE L. F. = *Sassea Urticae* Kl.
BEGONIA URTICAEFOLIA Hort. Berol. = *Pilderia urticaefolia* Kl.
BEGONIA URTICAEFOLIA Smith. = *Sassea Urticae* Kl.
BEGONIA VELUTINA Hort. Berol. = *Knesebeckia Balmisiana* Kl.
BEGONIA VELUTINA Hort. Vind = *Ewaldia lobata* Kl.
BEGONIA VERNICOSA Hort. Berol. = *Ewaldia ferruginea* Kl.
BEGONIA VERTICILLATA Hook. = *Lauchea verticillata* Kl.
BEGONIA VITIFOLIA Lindl. = *Gireoudia Lindleyana* Kl.
BEGONIA VITIFOLIA Schott. = *Wageneria vitifolia* Kl.
BEGONIA WALLICHIANA Steud. = *Doratometra Wallichiana* Kl.
BEGONIA XANTHINA Hook. = *Platycentrum xanthinum* Kl.
BEGONIA ZEBRINA Hort. = *Pritzelia zebrina* Kl.

V. **SAUERIA** *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 40. taf. II. A.

Flores monoici. Masc.: Petala 4 biserialia inaequalia, exteriora opposita majora suborbicularia, interiora minora, basi attenuata. Stamina plurima; filamenta libera antheris breviora; antherae oblongo-lineares obtusae, basi subemarginatae, extrorsae, biloculares, loculi lineares discreti connectivi continui obtusi margini adnati, longitudinaliter dehiscentes. Fem.: Petala 5 supera inaequalia pluriserialim imbricata. Ovarium inferum trigonum triloculare monopterum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis crassis conniventim-falcatis utrinque ovuliferis distincte pedicellatis creberrima, anatropa. Stylus persistens perbrevis glaber trifidus, lobis teretibus bicornutis tortuosis, fascia papillosa bis spiraliter torta, antice ad basin continua cinctis. Capsula membranacea turbinato-triquetra trilocularis monoptera ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutex Caracasanus; foliis oblique cordatis lobato-dentatis bistipulatis; cymis longe pedunculatis repetito-dichotomis bracteatis axillaribus; floribus albis.

1. SAUERIA SULCATA Kl.

Fruticosa, glabra: caule sulcato brunneo tandem purpureo tuberculato, tuberculis viridibus; foliis oblique-cordatis transverse ovatis acutis obsolete-lobatis duplicato-dentato-serratis, supra laete-viridibus, subtus pallidis petiolis glabris e viridi-purpurascentibus; stipulis magnis oblongis subobtusis; cymis repetito-dichotomis pedunculatis axillaribus; pedunculis longis pedicellisque rubris; floribus parvis albis; capsulis monopteris; alis semicircularibus.

Begonia sulcata Scheidweiler in Otto et Dietrich, Allgemeine Gartenzeitung vol. 16, p. 131.

Caulis 3—5 ped.; f. 1—2 p. lg., 2—3 p. l., pet. 2—3 p. longi. — Habit. in Columbia.

*) Genus memoriae hortulani universitatis Berolinensis „Sauer" dicatum.

VI. KNESEBECKIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 41, taf. II. C.

Flores monoici. Masc.: Petala 4 biserialia inaequalia, exteriora opposita majora suborbicularia, interiora minora, basi attenuata. Stamina plurima (28—60), filamenta in columnam cylindricam plus minus longam umbellatim connata, superne libera; antherae obovatae breves, apice orbiculato-tumidae extrorsae biloculares, loculi obliqui, apice subconniventes connectivi continui obtusi margini adnati longitudinaliter dehiscentes. Fem.: Petala 5 supera inaequalia pluriseriatim imbricata. Ovarium inferum trigonum triloculare trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniventim-lamellatis, utrinque ovuliferis distincte pedicellatis creberrima, anatropa. Stylus persistens glaber trifidus, lobis bicruribus teretibus strictis divaricatis nec tortuosis, antice ad basin productis fascia papillosa semel-bis spiraliter torta continua cinctis. Capsula membranacea turbinato-triquetra trilocularis trialata, rarissime monoptera, alis inaequalibus, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutices aut suffrutices Mexicanae et Guatemalenses. (Suffruticosi tuberosi saepe in foliorum axillis bulbiferi); foliis alternis petiolatis, basi oblique cordatis inaequilateris crenatis dentatis vel serratis subinde lobatis, nunquam peltatis; stipulis lateralibus scariosis deciduis; floribus cymosis pedunculatis axillaribus roseis; petalis interdum serratis aut dentatis.

* *Succulento-fruticosi.*

1. KNESEBECKIA AUCUBAEFOLIA Kl.

Glabra; caule usque ad basin diviso olivaceo glaberrimo nodoso ramoso; foliis petiolatis dimidiato-cordatis transverse oblongo-ovatis acuminatis argute serrato-dentatis, ad marginem superiorem plus minus profunde angulato-incisis, supra laete viridibus albo-punctulatis nitidis, subtus pallide-viridibus, utrinque glaberrimis; petiolis teretibus; stipulis pellucidis oblique ovatis obtusis infra apicem longe apiculatis; cymis ter dichotomis subterminalibus pedunculatis glabris pendulis; floribus laxis roseis; filamentis brevi monadelphis; antheris apice brevi contractis; capsula trialata, alis 2 angustis, apice angulato-truncatis; ala maxima late ovata obtusa.

B. aucubaefolia Hort.

Frutex 4—5 ped. F. 1½ p. lg., 4—5 p. l.; pet. 1—2½ p. longi. — Patria ignota.

2. KNESEBECKIA INCARNATA Kl.

Caule erecto ramoso glabro; foliis petiolatis dimidiato-incisis duplicato-ciliato-serratis glabris v. supra sparse strigosis; stipulis lanceolatis; pedunculis ter-dichotomis laxe cymosis subterminalibus nutantibus; floribus roseis; antheris apice truncato-pulvinatis; capsulae ala maxima lata adscendente obtusa ad marginem superiorem truncata.

Begonia incarnata Lk. et Otto. Icones plant. select. I., p. 37, t. 19. Floral Cabin. III., p. 5, t. 48. Maunt, Botanist, t. 103. — *B. insignis* Graham, New Phil. Journal n. 11. Bot. Register, t. 1996. Bot. Mag. t. 2900.

Caulis 3—4 ped.: f. 1—1½ p. lg., 4—5 p. l.; pet. 1—1½ p. longi. — Hab. in Mexico.

3. KNESEBECKIA PAPILLOSA Kl.

Caule erecto tereti; foliis petiolatis semicordatis transverse ovato-oblongis acuminatis argute ciliato-serratis, supra saturate viridibus sub-

*) Memoriae baronis de Knesebeckio genus dedicatum.

inde albo-maculatis sparsim papilloso-hirtellis, subtus margineque roseis pubescente-nervosis, petiolis carneis sparsim pilosis; stipulis ovatis acuminatis integerrimis; cymis brevi pedunculatis rubescentibus axillaribus nutantibus; capsulae pilosae roseae alis subaequalibus obtusangulis.

Begonia papillosa Graham in Bot. Mag. t. 2846. Lindl., Botan. Reg. New Series XIV. pl. misc. n. 74.

Caulis 1½—2 ped.; f. 1½ p. lg., 4—5 p. l.; pet. 1¼—1¾ p. longi. — Patria ignota. (In Anglia culta.)

* * *Suffruticoso - tuberosi.*

4. KNESEBECKIA DISCOLOR Kl.

Suffruticosa, tuberosa; caule herbaceo succulento glabro e viridirubescente; foliis magnis inaequaliter cordatis acuminatis subangulato-serrulatis reticulato-venosis, nervis subtus petiolisque aut sanguineis aut viridibus; stipulis caducis; pedunculis axillaribus bis bifidis; floribus magnis saturate-roseis; filamentis in columnam longam connatis; capsulae alis obtusangulis inaequalibus.

Begonia discolor R. Brown in Aiton Hort. Kew. (2 edit.) V., p. 184. — *B. Evansiana* Andrews, Bot. Repos., t. 607. Bot. Mag., t. 1743.

Pl. 1—2½ ped. Pet. 1—5 p. lg.; f. 2—5 p. lg., 1½—5 p. l. — Ex China introducta dicitur.

5. KNESEBECKIA PEDATA Kl.

Rhizomate obliquo crasso carnoso-squamoso caules erectos teretes indivisos glabros nodosos remote foliosos emittente; foliis internodio suo multo brevioribus petiolatis pedatinerviis angulato - reniformibus 3—5 lobis, lobis angulatis acutiusculis minute denticulatis, basi breviter cuneatis, marginibus basilaribus curvatis, supra laete-viridibus glabris, subtus albidis nervisque rufis squamulosis prominentibus reticulato-venulosis, petiolo lamina breviore sursum rufo-villosulo demum glabrescente, nervis primariis quinque, quorum 2 laterales deorsum denudati; cyma terminali pauciflora; bracteis scariosis deciduis obtusis; floribus brevipedicellatis roseis; ovariis dense rufo - villosis, capsula nutante pilis incarnatis submuricata, ala maxima late-falcata acutangula, margine ciliata, duabus minoribus rotundatis.

Begonia pedata Liebmann, Mexicos Begonier, p. 10, n. 18.

Caules 1 ped. et ultra. F. 1½ p. lg., 2 p. l.; pet. 6—8 lin. longi. — Mexico in prov. Oaxaca detex. Liebmann (non culta).

6. KNESEBECKIA CRENATIFLORA Kl. et Putzeys.

Rhizomate crasso subterraneo carnoso caules graciles erectos simplice ramosos subglabros versus apicem ferrugineo-pubescentes remote foliosos emittente; foliis membranaceis tri - quadrilobatis, basi oblique cordatis nervis seminudis attenuatis, undique albido - hirtellis, subtus in nervis ferrugineo puberulis, lobis ovatis acutis duplicato - serratis, dentibus setoso - apiculatis; petiolis ferrugineo - pubescentibus tenuibus supra sulco longitudinali instructis; racemis terminalibus axillaribusque pedunculatis ferrugineo - pubescentibus; petalis pallide - roseis serrulatis, extus sparsim villosulis; capsulae pubescentis ala maxima (ex illustr. ill. Putzeysii) rotundata.

Caulis 1 — 1¾ ped.; f. 2 p. lg., 3 p. l.; pet. 1—1½ p. longi. — In Mexico detex. Galeotti (herb. ej. n. 183).

7. KNESEBECKIA BISERRATA Kl.

Rhizomate subterraneo brevi subtuberoso; caule erecto laxiusculo rubescente sparsim albido-villoso; foliis sublonge petiolatis oblique late palmato - lobatis subcordatis, lobis 4 — 5 inaequalibus inciso - serratis

ciliatis; cymis dichotomis rubris pedunculatis axillaribus terminalibusque hirtellis; bracteis ovato-lanceolatis hirtellis caducis; floribus roseis magnis nutantibus; petalis exterioribus majoribus inciso-serratis ciliatis, extus molliter puberulis; fructu 3-alato pilis albis echinato, alis brevibus obtusis grosse ciliatis unica vix duplo majore.

Begonia biserrata Lindley, Journ. of the Hort. Society v. II., p. 313. Hooker Bot. Mag., t. 4746.

Caulis 2—3 ped., f. inferiora spithamam, superiora circ. 2 p. lata. — In Guatemala Skinner detex.

8. KNESEBECKIA IGNEA Kl.

Rhizomate subterraneo brevi subtuberoso, caules erectos teretes nodosos robustos piloso-hispidos glanduliferos remote foliosos emittente; foliis magnis inaequaliter-cordatis distincte-lobatis irregulariter-serratis transverse ovatis acutis, utrinque glanduloso-hirtis; petiolis robustis rufescentibus glanduloso-hirtis; stipulis oblique suborbicularibus foliaceis dentato-serratis glanduloso-hirtis; cymis paucifloris simpliciter dichotomis pedunculatis axillaribus; pedunculis pedicellisque glanduloso-hirtis; floribus magnis roseis petalis florum masculorum exterioribus femineisque omnibus versus apicem argute ciliato-serratis; germine sparsim glanduloso-hirto inaequaliter trialato; placentarum lamellis crassiusculis undulatis; capsulae ala maxima obtusangula.

Begonia ignea de Warszewicz in lit.

Caul. 2—3 ped. F. 2—3 p. lg., 3—6 p. l.; pet. 1½—3 p. longi. — In Guatemala detex. v. Warszewicz.

9. KNESEBECKIA ACUTILOBA Kl.

Begonia acutiloba Liebm. — Liebmann in Videnskabelige Meddelelser 1853 p. 14.

Rhiz. erecto crasso carnoso; f. longe petiolatis tenuib. oblique cordatis acutis sinuato-lobatis, lobis 5—7 patulis acuminatis acutis irregulariter argute denticulatis ciliatis, sinu basilari acuto, sinub. loborum latis rotundatis, 7—9 nerviis subt. prominentib. rufo-pilosis, supra laete viridibus nitidis pilis minutissimis adspersis, subt. pallidiorib. lepidoto-punctulatis pilis rufis adspersis, petiolo lamina breviore piloso; scapo pedali piloso, cyma repetite dichotoma, fl. congestis albis, bracteis scariosis hyalinis obtusis, fl. masculis 4-phyllis, phyll. 2 exteriorib. rotundato-cordatis, 2 interiorib. multo minorib. ovatis; foem.....

Folii lamina 12—8″ longa, 8—7 lata, petioli 6″. — Hab. in silvis montosis pr. S. Jago Amattan in dep. Oaxaca.

10. KNESEBECKIA FALCILOBA Kl.

Rhizomate subterraneo brevi; caule erecto subpedali leviter flexuoso glabro succulento pellucido folioso; internodiis foliis suis brevioribus; foliis petiolatis tenuibus oblique angulato-cordatis 3—5 lobis acuminatis duplicato-dentatis setigeris, supra laete viridibus pilis subulatis albis adspersis, subtus pallidioribus glabris ad insertionem petioli vesiculiferis et pilis reflexis albis instructis, nervis 5—7, petiolis laminam subaequantibus glabris; stipulis deciduis scariosis ovatis; cymis axillaribus foliis suis brevioribus dichotomis paucifloris; bracteis tenuissimis decoloribus ovatis denticulatis; floribus albis vel pallide roseis, petalis denticulatis; capsulae glabrae ala maxima membranacea lato-falcata obtusa, 2 minoribus rotundatis.

Begonia falciloba Liebmann, Mexicos og Central-Americas Begonier, p. 15, n. 29.

F. interiora 6 p. lg., 2 p. l. c. pet. 4 pollicarib.; f. sup. 3—5 p. lg., 1½ p. l., pet. 2½ p. — Hab. in Mexico, prov. Oaxaca.

11. KNESEBECKIA BULBIFERA Kl.

Rhizomate tuberoso; caule simplici in foliorum axillis bulbillifero; foliis oblique cordatis acuminatis subangulato-crenatis parum ciliatis primordialibus subrotundo-cordatis, in axillis folior. bulbilliferis; floribus axillaribus solitariis pedicellatis magnis roseis; petalis exterioribus denticulatis; filamentis in cylindrum longiusculum umbellatim-monadelphis; antheris compressiusculis brevibus obovatis; stigmatibus magis dilatatis vix tortuosis; placentarum lamellis crassiusculis lacunoso-undulatis; capsulae alis angustis subdenticulatis.

Begonia bulbifera Link et Otto, Icon. plant. select. hort. Berol., p. 89, t. 45.

Hab. in Mexico, detex. Schiede.

12. KNESEBECKIA MARTIANA Kl.

Rhizomate tuberoso; caule herbaceo glaberrimo; foliis radicalibus reniformibus late crenatis, caulinis transverse oblongis acuminatis grosse dentato-serratis, superioribus inaequaliter cordatis subinde lobatis in axillis foliorum bulbilliferis; pedunculis axillaribus paucifloris; floribus magnis roseis; petalis exterioribus versus apicem crenato-dentatis; filamentis in cylindrum crassum umbellatim-monadelphis; antheris brevibus compressiusculis obovatis; placentarum lamellis aequalibus laevibus; stigmatis cornubus strictis nec tortuosis; capsulae ala maxima acutangula patente.

Beg. Martiana Lk. et Otto l. c. p. 49. t. 25. — *B. diversifolia* Grah. in Edinb. phil. journ. (1829) p. 183.; Bot. mag. t. 2966; Flor. Cab. I. p. 27 t. 14.

Hab. in variis regionibus Mexicanis.

13. KNESEBECKIA MONOPTERA Kl.

Rhizomate tuberoso; caule erecto simplici rubescente subtilissime papilloso-pubescente; foliis oblique-cuneiformibus sublobato-crenatis, subtus insigniter papillosis sanguineis, radicalibus longissime petiolatis reniformibus vix obliquis, in axillis foliorum bulbilliferis; racemo composito terminali, inferne folioso rubescente; floribus candidis; germinis rubri ala unica adscendente anguste lanceolata basim versus angustissime attenuata.

Begonia monoptera Lk. et Otto, Ic. plant. select. hort. bot. Berol., p. 27, t. 14. Bot. Mag., t. 3564.

Tubera subdepressa. Caul. 2—2½ ped. F. caulinia 2—2½ p. lg., 1—1½ l., f. radic. 3 p. lg., 4½ p. l.; pet. 4—5 p. longi. — Patria?

14. KNESEBECKIA BALMISIANA Kl.

Rhizomate tuberoso; caule gracili ramoso herbaceo rubescente dense pubescente; foliis suborbiculato-ovatis obtusis longe petiolatis obsolete grosse crenatis supra hirtellis viridibus, subtus rubescentibus dense papillosis, in axillis foliorum bractearumque aggregatim-bulbiferis; racemo terminali elongato; petalis ex albido-roseis; germinibus inaequaliter trialatis; ala maxima rotundata.

Begonia Balmisiana Ruiz, Herb. F. X. Bálmis, Demonstracion de las eficaces, virtudes nuevamente descubiertas en las Raices de dos plantas de Nueva-España espicies de Begonia. (Madrid 1794. 8vo), p. 338, t. 2. — *Beg. populifolia* H. B. et K. nov. gen. et sp. VII. p. 165, t. 643. Liebmann l. c. p. 16, n. 20.

Tubera rotundato-depressa. Caul. 1—1½ ped. F. 1—3 p. lg., 1½—4 p. l.; pet. ½—2 poll. — Habit: Nova-Hispania.

Planta hybrida:

15. KNESEBECKIA PHYLLOMANIACA Kl.

Begonia phyllomaniaca, Mart. — Hook. j. Kew gard. misc. IV. 206.

Caulescens erecta; caule ramisq. levit. scabriusc. passim f. succedanea parvula innumera prominentib.; f. (ultra 5—6 unc.) oblique dimidiato-cordatis ovato oblongis acuminatis (praet. nervos venasq. subt. parce albo-pilosos) glabris crassiusculis duplicato-inaequaliter dentatis piloso-ciliatis, petiolis teretib. scabriusc. passim longe pilosis; stipulis internodia novella superantib. oblonge lanc. cuspidatis marcescentib.; panic. ♀ subcorymbosa, ♂ parciore; pedunc. communi et partialib. primariis caruncnlis filiformib. irregulariter scabris, secundariis glabris roseo-purpureis, bract. ovatis obtusiusculis brevib. (oppositis); stylis longiusculis flavis, stigmatib. aureis; alis capsulae roseo-purpureae omnib. inaequalib. rotundato-obtusis, latissimâ mediam latitudine duplo excedente; petalis oblongis, antheris (quas vidi) cassis; i. e. polline destitutis.

VII. GAERDTIA*) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 49. taf. III. A.

Flores monoici albi, masculi et feminei in cymas dichotomas pedunculatas axillares sexu subdistincti. Masculi: Petala 4, exteriora plana applanata suborbiculata, interiora obovata, extus convexa, dorso carinata, basi attenuata. Stamina 20—30 toro pulvinato inserta inaequilonga, exteriora breviora; antheris extrorsis subspathulatis, apice truncato-tumidis cucullatim-incurvis, loculis approximatis, lateraliter dehiscentibus; filamentis liberis, exterioribus brevissimis. Flores feminei: Petala 5, inaequalia obtusa, exteriora majora. Germen triloculare trialatum, alis subaequalibus, basi attenuatis, apice truncatis, placentis tribus centralibus bifidis oblongis obtusiusculis, inter fissuram exovuliferis. Stylus tripartitus glaber. Stigmata bicruria divaricata stricta, nec tortuosa, fascia papillosa bis spiraliter torta antice continua cincta. Capsula membranacea albida triquetra trilocularis subaequaliter-trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutices ramosi Brasilienses; caulibus ramisque glabris teretibus nitidis articulatis; gemmulis axillaribus, ante expansionem spinescentibus; foliis elongatis obliquis semicordatis cartilagineo-marginatis repandis; petiolis teretibus; stipulis deciduis lanceolatis magnis nitidis; cymis repetito-dichotomis in apice ramulorum axillaribus pedunculatis.

1. GAERDTIA MACULATA Kl.

Fruticosa, erecta, ramosa, glaberrima; foliis alternis brevipetiolatis transverse elongatis semicordatis obtusis, margine cartilagineis undulatis crenato-repandis, basi in lobum obliquum obtusum productis, supra viridibus saepe maculis albidis instructis, subtus plus minus purpurascentibus; cymis pedunculatis nutantibus; petalis florum masculorum exterioribus suborbicularibus reniformibus, latioribus quam longis.

Begonia maculata Raddi Mss. ex Sprengel Syst. veg. II., p. 626. — *Begonia argyrostigma* Fischer in Link et Otto, Icones plant. select. I., p. 23, t. 10.

Caul. 2—3 ped. F. 2—2½ p. lg., 5—6 p. l.; pet. ½—1 p. longi. — In Brasilia detex. Riedel.

2. GAERDTIA ARGENTEA Kl.

Fruticosa, erecta, glaberrima; foliis alterni brevi petiolatis transverse elongatis oblique cordatis acutis, margine cartilagineis subintegerrimis planis in lobum posticum adscendentem angulatum productis, supra viridibus subimmaculatis, subtus rubrinerviis, deinde toto rubescentibus; cymis pedunculatis suberectis; floribus albis subinde

*) Memoriae hortulani „H. Gaerdt" genus dedicatum.

roseo-tinctis; petalis florum masculorum exterioribus ovatis brevi-acutis, longioribus quam latis

Begonia argentea van Houtte, Catalogus anno 1842. — *Begonia aculeata* Walpers in plantis Meyenianis. Nova acta acad. Caes. Leop. Carol. XIX. Suppl. I., p. 409.

Caul. 4—5 ped. F. 2 p. lg., 9—10 p. l.; pet 1—1½ p. longi. — In Brasilia leg. Meyen, pr. R. Janeiro.

3. GAERDTIA UNDULATA Kl.

Fruticosa, erecta, glabra; caule tereti ramoso viridi, punctis oblongis albidis consperso; foliis brevissime petiolatis inaequaliter oblongis et cordatis brevi acutis, margine undulato-repandis glaberrimis nitidis, supra saturate viridibus, subtus pallidis rubescenti-nervosis; stipulis elongato-oblongis, apice attenuatis; cymis pedunculatis axillaribus repetito-dichotomis; floribus parvis albidis; capsulae albidae alis subaequalibus, inferne attenuatis.

Begonia undulata Schott Mss. in Sprengel Syst. veg. cur. post. 408. Graham, New Edinb. Phil. Journ. II., p. 184. Bot. Mag. t. 2723. — *Gaerdtia stenobotrys* Kl. olim.

Caulis 3—4 ped.; f. 3—4 p. lg., 1¼—1½ p. l.; pet. 1½—3 lin. longi. — Hab. in Brasilia, detex. Schott.

4. GAERDTIA KUNTHIANA Kl.

Fruticosa, erecta, glabra; caule succulento; foliis breviter petiolatis inaequilatero-lanceolatis oblongis acuminatis grosse dentatis, basi dimidiato-rotundatis levissime cordatis, supra saturate viridibus nitidis, subtus purpurascentibus; pedunculis axillaribus 2—3 floris; floribus magnis candidis; petalis florum masculorum exterioribus subrotundo-ovatis acutiusculis, interioribus multo-minoribus obovato-spathulatis, apice rotundatis; petalis florum femineorum 5 minoribus inaequalibus obovatis; ovarii trialati albidi alis rotundatis, una paulo latiore.

Begonia Kunthiana Walpers, Annales Bot. Syst. II., p. 650. — *B. lucida* Kunth et Bouché (nec Otto et Dietr.), Index semin. in horto Berol. 1847 coll., p. 16, n. 30.

Caulis 3—4 ped.; f. 3½ p. lg., 1 p. l.; petioli 2½ lineares. — Hab. in Venezuela, Moritz detex. pr. Caracas.

** Placentae integrae pedicellatae.

VIII. TRENDELENBURGIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 52. taf. III. B.

Flores monoici minuti, masculi et feminei in cymas dichotomas pedunculatas axillares sexu distinctas. Masculi: Petala 4 parva obovata patentia, interiora angustiora. Stamina 12—15 toro subplano inserta aequilonga; antherae oblongo-ellipticae extrorsae, in apicem brevem et obtusum productae, loculis approximatis, lateraliter dehiscentibus in filamenta libera antheris breviora attenuatae. Flores feminei: Petala 5 angustissima minuta deinde patentissima subaequalia. Germen oblongum tubulosum exalatum triloculare. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis (sectio transversa orbicularis) ubique ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus persistens glaber tripartitus. Stigmata bicruria tortuosa erecta, fascia minutissime papillosa bis spiraliter torta antice continua cincta. Capsula membranacea tubulosa aptera. Semina . . .

*) Memoriae antecessoris in universitate Berolinensi „Trendelenburg" dedicatum genus.

Frutex ramosus in truncis emortuis arborum Brasiliensium scandente - radicans; caulibus lignosis tenuibus tumido - articulatis; foliis oblongis serrato - dentatis acutis brevi petiolatis stipulatis vix obliquis; cymis repetito - dichotomis in apice ramulorum axillaribus pedunculatis sexu distinctis; floribus masculis in alabastro obovatis, femineis pedicellatis in medio pedicelli bibracteatis.

1. TRENDELENBURGIA FRUTICOSA Kl.

Ramosa, radicans, subscandens; caulibus ramisque cinereis nodosis; foliis subaequalibus oblongis acuminatis remote dentato-serratis inferne cuneato-integerrimis, supra saturate-viridibus, utrinque opacis, subtus pallidis hirtello-nervosis; petiolis brevibus evanescente-hirtellis; stipulis scariosis lanceolatis acuminatis; cymis pedunculatis axillaribus hirtellis repetito-dichotomis; floribus minutissimis; bracteis marcescentibus lanceolatis acute - acuminatis patentibus; germinibus cylindricis exalatis, basi attenuatis.

Frutex 4—6 ped. F. 2—3 p. lg., ½—1 p. l.; pet. 1½—2 lin. longi. — In Brasilia, in Serra d'Estrella leg. Sellow (non culta).

IX. **EWALDIA** *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 53. taf. III. C.

Flores monoici albi pubescenti-villosi masculi et feminei cymosi; cymis dichotomis pedunculatis in apice ramorum axillaribus. Masculi: Petala 4, exteriora plana suborbicularia, interiora minora obovata, extus convexa, dorso carinata, basi attenuata. Stamina 25—30 toro subplano inserta aequilonga; antheris oblongis utrinque obtusis, apice breviter productis extrorsis remote bilocularibus; filamentis liberis antheris sublongioribus. Flores feminei: Petala 5 subaequalia obovata patentia, extus puberula. Ovarium inferum trigonum triloculare inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis (sectio transversa ovata vel oblonge et obtusetriangularis) creberrima utrinque truncata anatropa. Stylus persistens glaber tripartitus. Stigmata bicruria tortuosa erecta, fascia papillosa bis spiraliter torta antice continua cincta. Capsula triquetra trilocularis monoptera alis 2 minimis, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa, utrinque truncata.

Frutices villosi Brasilienses; foliis inaequaliter reniformi - cordatis denticulatis lobatis; stipulis scariosis magnis deciduis; floribus cymosis longe - pedunculatis axillaribus albis; capsulae villosae alis binis angustis, tertia maxima.

1. EWALDIA FERRUGINEA Kl.

Fruticosa, ferrugineo-hirsuta; caule elato, apice ramoso; foliis oblique cordatis duplicato - dentatis, transverse oblongis acutis, postice auriculatis, margine superiore lobo magno instructis, supra sparsim-subtus dense hispidis; petiolis ferrugineo-hirsutis; cymis divaricatis in apice ramorum axillaribus pedunculatis hirsutis; floribus bracteisque pilosis albidis, ala maxima patente obtusa.

Begonia vernicosa Hort. Berol.

Stirps 2—3 ped. F. 3 p. lg., 5 p. l. — In Brasilia trop. leg. Sellow.

2. EWALDIA LOBATA Kl.

Fruticosa, villoso-tomentosa; foliis inaequaliter reniformibus obtuse lobatis denticulatis acutis transverse oblongis, postice auriculatis, supra

*) Memoriae „Dr. Ewald", academici Berol. genus dicatum.

sparsim-subtus dense hirsutis, petiolis villoso-tomentosis; stipulis ovato-oblongis acutis, extus pilosis; fructuum ala maxima elliptica horizontali.

Begonia lobata Schott in Sprengel Syst. veg. cur. post., p. 408. — *Begonia velutina* Hort. Vind. — *B. Galeottii* Hort. Berol.

Stirps 3—4 ped. F. 2—4 p. lg., 5—7 p. l., pet. 1—1½ p. longi. — Schott et Sellow leg. in Brasilia.

X. REICHENHEIMIA*) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 54. taf. IV. A.

Flores monoici albicantes roseo-tincti corymbosi. Corymbi radicales. Masculi: Petala 4, exteriora concaviuscula oblongo-orbicularia, extus puberula, interiora subspathulata, extus convexiuscula. Stamina numerosa toro convexo inserta aequilonga; antheris clavatis obtusis in filamenta attenuatis per rimas laterales, inferne angustas dehiscentibus; filamentis liberis minutissime muricatis filiformibus antherarum longitudine. Flores feminei: Petala 5 patentia obovata. Ovarium inferum trigonum triloculare inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis, (sectio transversa hastata, apice angustata) creberrima utrinque truncata anatropa funiculis longis instructa. Stylus brevis persistens glaber trifidus. Stigmata flabellatim-dilatata brevissime bicruria fascia papillosa semel spiraliter torta antice continua cincta. Capsula triquetra trilocularis subaequaliter trialata, alis subangustis basi attenuatis, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa, utrinque attenuata.

Herbae subacaules tuberosae Indiae orientalis; foliis magnis subaequilateris longe petiolatis cordatis, margine dentatis; scapis radicalibus ramoso-subumbellatis; floribus albidis roseo tinctis.

1. REICHENHEIMIA THWAITESII Kl.

Acaulis, rubro-pilosa; foliis vix inaequilateris longiuscule petiolatis cordatis acutis vel acuminatis obscure lobatis crenato-serratis intense viridi-purpureis albo-maculatis, utrinque pilis copiosis purpureis velutinis, margine nudis; stipulis ovatis acuminatis; scapis plurimis petiolis brevioribus; floribus subumbellatis ex albido roseis; capsulae alis tribus angustis rotundatis subaequalibus duplicato-ciliatis.

Begonia Thwaitesii Hooker, Bot. Mag., t. 4692.

A praefecto horti bot. Peradeniensis cl. Thwaites, in Anglia 1851 introducta.

2. REICHENHEIMIA SUBPELTATA Kl.

Acaulis, pilosa; foliis cordato-orbicularibus subangulatis dentatis, utrinque pilosis subpeltatis longe petiolatis radicalibus; petiolis pilosis; racemis paucifloris pedunculatis radicalibus plurimis glabris petiolis sublongioribus; floribus albidis; capsulae alis tribus subaequalibus, basi attenuatis, apice truncatis.

Begonia subpeltata Robert Wight, Icones plant. Ind. or., t. 1812.

Folia 4½ poll. diam., pet. 6 p. longi. — Hab. in regionib. Malabaricis (non culta).

X.a NEPHROMISCHUS *Kl.*

Klotzsch in app. Cat. Hort. Berol. 1855.

(Nomen a vocibus νεφρὸς et μίσχος compositum.)

Flores monoici cymosi candidi glabri. Cymae multiflorae pedunculatae axillares. Flores masculi: Petala 4 inaequalia, exteriora majora late-

*) Memoriae fratrum „Reichenheim" hortos pulcherrimos Berolini possidentium genus dicatum.

ovata concaviuscula obtusa, interiora minora oblonga, apice cucullatim contracta. Stamina numerosa toro conico brevi inserta aequilonga, antheris complanatis oblongis obtusis in filamenta attenuatis, loculis basi breviter productis, per rimas laterales angustas dehiscentibus, filamentis liberis filiformibus brevibus. Flores feminei: Petala 5 inaequalia, exteriora 3 majora ovata, apice irregulariter dentata, interiora 2 minora oblonga acuta. Ovarium inferum trigonum triloculare inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis brevi pedicellatis (sectione transversa reniformi-cordatis) creberrima oblonga anatropa. Stylus brevissimus persistens glaber trifidus. Stigmata bicruria, fascia papillosa ter spiraliter torta inferne continua cincta. Capsula albida roseo-tincta turbinato-triquetra trilocularis glabra valde inaequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutex erectus, robustus, simplex, subglaber, basi soboliferus; folia maxima, transverse orbiculato-ovata, oblique acuminata, novemnervia, profunde cordata, ad insertionem petioli annulatim setosa; cymae axillares pedunculatae, dichotomae, divaricatae; bracteae magnae candidae, florales subpersistentes nitidae.

1. NEPHROMISCHUS RUTILANS Kl.

Begonia rutilans van Houtte.

Fruticosus, robustus, glaber, simplex; stipulis maximis conduplicatis obtusis, dorso subscabris; petiolis robustis teretibus glabris, supra canaliculatis-infra insertionem laminae breviter annulatim-setosis; foliis maximis profunde cordatis transverse orbiculato-ovatis oblique acuminatis novem-nerviis, supra saturate viridibus micantibus sparsim scabridis, margine sublobatis dentato-subspinulosis, subtus rubescentibus glabris, costis subtus magis prominentibus subsanguineis; cymis magnis pedunculatis axillaribus glabris rubicundis quinquies dichotomo-ramosis; bracteis magnis ovatis rotundatis niveis, dorso leviter carinatis; floribus candidis majusculis, masculis tetraphyllis, foliolis exterioribus magnis ovatis obtusis, interioribus quintuplo minoribus oblongis, apice cucullatim contractis; femineis pentaphyllis foliolis triserialibus, exterioribus tribus majoribus ovatis, apice paucidentatis, interioribus duobus minoribus ovato-oblongis acutis; germine turbinato-trigono inaequaliter trialato albido roseo-tincto, bracteis duabus ecarinatis candidis ovatis subpersistentibus involucrato; capsulae alis duabus angustis tertia maxima ovata obtusato-attenuata rectangula.

Caulis erectus, quadripedalis, 15 lineas crassus, herbaceus, glaber, viridis, leviter striatus, albido-punctatus, prominente-annulatus, basi soboliferus. Stipulae virides, herbaceae, ovatae, obtusae, conduplicatae, dorso aspero-carinatae, 3 pollices longae, 2 pollices latae. Petioli patentes, teretiusculi, virides, supra subplani, versus basin canaliculati, sursum attenuati, $^1/_4$ ad 1 pollicem crassi, apice annulatim-setosi. Folia coriacea, 9—18 pollices lata et 6—12 pollices longa. Pedunculi axillares, digitum crassi, teretes, herbacei, 21—22 pollices longi. Cyma ramosissima, divaricata, erecta. Bracteae 9—10 lineas longae, 8 lineas latae florales subminores. Petala exteriora florum masculorum 8 lineas longa, 6—7 lineas lata interiora 5 lin. lg. et 2 lin. l. Petala exteriora tria florum femineorum 7 lineas longa, 5 lineas lata, interiora 6 lineas longa et 3 lineas lata. Ala maxima 3 lin. longa et 2 lin. ad basin lata. — Patria? Floruit in horto Berolinensi mense Octbr. 1855.

XI. GURLTIA *) Kl.

Klotzsch *Begoniac.* p. 56. taf. IV. B.

Flores monoici cymosi. Cymae multiflorae pedunculatae axillares. Masculi: Petala 4 candida, exteriora majora orbicularia concaviuscula, extus pilosa, interiora reflexa anguste oblonga obtusa, basi attenuata. Stamina numerosa toro subplano inserta aequilonga; antheris clavatis obtusis in filamenta attenuatis per rimas laterales angustas dehiscentibus; filamentis liberis filiformibus, antherarum longitudine. Flores feminei: Petala 5 patentia obovata inaequalia, extus pilosa. Ovarium inferum trigonum triloculare subaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis, (sectio transversa cordato-ovata subacuta) creberrima oblonga anatropa. Stylus brevissimus persistens glaber trifidus. Stigmata bicruria stricta fascia papillosa bis spiraliter torta inferne continua cincta. Capsula triquetra trilocularis pilosa trialata, alis apice truncatis inaequalibus, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutices erecti ramosi Brasilienses; foliis magnis oblique cordatis transverse-ovatis acutis subangulato-dentatis villoso-pubescentibus; cymis pedunculatis axillaribus dichotomis divaricatis.

1. GURLTIA TOMENTOSA Kl.

Fruticosa, villoso-hirtella; foliis inaequaliter reniformi-cordatis, transverse ovato-oblongis acutis repando-subundulatis crenato-dentatis ciliato-setosis, supra hirtellis, subtus ferrugineo-villosis; petiolis villosis; cymis bis dichotomis longissime pedunculatis; pedunculis ferrugineo-villosis; floribus albidis bracteisque extus pilosis; fructuum alis binis angustis, tertia maxima acutangula.

Begonia tomentosa Schott, Curae posteriores in System. vegetab. curante Curt Spreng. Append., p. 408, n. 48.

Caulis 2—3 ped.; f. 2½ p. lg., 5—7 p. l.; pet. 2—3 p. — Hab. in Brasilia, ubi detex. Schott (non culta).

2. GURLTIA RIGIDA Kl.

Fruticosa, pilosa; foliis inaequaliter cordatis transverse ovatis acutis crenato-dentatis setoso-ciliatis, supra sparse hirtellis, subtus in nervis villosis; petiolis articulato-pilosis; cymis axillaribus bis dichotomis longe pedunculatis; pedunculis pubescentibus; floribus albidis bracteisque extus pilosis vix ciliatis; pedicellis pubescenti-tomentosis.

Begonia rigida Hortus Turicensis.

Caulis 2—3 ped.; f. 3½ p. lg., 5½ l.; pet. 3 p. longi. — Hab. in Brasilia.

3. GURLTIA MEYERI Kl.

Fruticosa, erecta, ramosa, incano-villosa; foliis magnis oblique cordatis, transverse ovatis acutis leviter angulatis dentatis, subtus incano-villosis, in nervis petiolisque subferrugineo-tomentosis; stipulis semiorbiculatis apiculatis, extus albido-villosis; cymis dichotomis longe pedunculatis pubescentibus; floribus albis congestis villosis; bracteis magnis albidis ovato-orbicularibus acutis, extus villosis, margine fimbriatis; capsulae pubescentis alis inaequalibus apice truncatis, inferne attenuatis.

Begonia Meyeri Otto et Dietrich, Allgemeine Gartenzeitung IV., p. 349 nec Hooker, nec Walpers.

*) Memoriae antecessoris et consiliarii intimi „Gurlt" genus dicatum.

Caulis 3—4 ped. F. 3 p. lg., 7 p. l.; pet. 3—4 p. longi. — Hab. in Brasilia leg. Riedel.

4. GURLTIA BOUCHEANA Kl. — Klotzsch ind. sem. h. Berolin. anno 1856.

Glaberrima, erecta; caulibus plurimis teretibus pallide viridibus tumido-articulatis, versus apicem brevi-ramosis: stipulis ovatis carinato-acutis viridibus pellucidis, petiolis teretibus longis rubescentibus, apice annulatim deflexo-dentatis; foliis magnis peltatis oblique ovato-oblongis subacuminatis inciso-dentatis septemnerviis, deinde ciliato-serratis, supra laete viridibus sparsim scabris, subtus glabris pallide sanguineis; cymis axillaribus quater dichotomis erectis robustis folio sublongioribus; bracteis cymbiformibus elongatis acutis, inferioribus latioribus pallide viridibus, superioribus angustioribus roseis; floribus candidis majusculis, masculis inaequalibus tetrapetalis in alabastro complanatis orbiculato-cordatis, dorso sparsim setosis, petalis interioribus glabris subspathulatis, apice cucullato-retusis, floribus femineis bibracteatis petalis subinaequalibus subtilissime crenato-serratis; germine turbinato-trigono candido aequaliter trialato; capsulae alis obtusis.

Caules erecti, 6-pedales, herbacei, 6—8 lin. crassi. Stipulae 16 lin. longae, 8 lin. latae. Petioli teretes, 3—10 poll. longi, pennae anserinae crassitie, sursum attenuati, apice annulatim deflexo-dentati. Folia submembranacea, 5—10 poll. longa, $2\frac{1}{2}$—5 poll. lata. Pedunculi 4—6 poll. longi, pennae corvinae crassitie. Cymae 5 poll. longae, 5—6 poll. in diametro. Bracteae inferiores 8 lin. longae et 3 lin. latae, superiores 5 lin. longae et $1\frac{1}{2}$ lin. latae. Petala exteriora florum masculorum pollicem longa et lata, interiora 9 lin. longa et 2 lin. lata. Petala flor. fem. 6—9 lin. longa et 3—9 lin. lata. Capsularum alae 3 lin. latae. — Venezuela. Floruit M. Jul. 1856 in horto bot. Berolinensi.

XII. SCHEIDWEILERIA*) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 58. taf. IV. C.

Flores monoici albi minuti ramosissimi cymosi; cymis masculis et femineis distinctis repetito-dichotomis pedunculatis in apice ramorum axillaribus. Masculi: Petala 4 oblongo-orbicularia subaequalia parva albida, dein reflexa. Stamin numerosa inaequilonga toro subplano inserta; antheris brevissimis utrinque emarginatis extrorsis remote bilocularibus; filamentis filiformibus liberis antheris multo longioribus. Flores feminei: Petala 5 subaequalia parva erecta ovato-orbicularia glabra. Ovarium inferum trigonum triloculare aequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis (sectio transversa breviter ovata obtusa) creberrima oblonga anatropa. Stylus tripartitus glaber persistens; stigmata bicruria tortuosa erecta, fascia papillosa ter spiraliter torta antice continua cincta. Capsula triquetra trilocularis aequaliter obtuse trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutices erecti robusti subsimplices in fruticetis aridis Brasiliae et Andium Peruviae orientalis crescentes; foliis subaequalibus palmatim quinque-septemlobatis aut plerumque in speciebus Brasiliensibus digitatis, lobis foliisque argute-serratis; cymis dichotomo-ramosissimis divaricatis longe pedunculatis sexu distinctis.

* *Folia simplicia palmatim-lobata.*

1. SCHEIDWEILERIA PARVIFLORA Kl.

Fruticosa, robusta, erecta; foliis longe petiolatis cordatis subaequi-

*) Memoriae antecessoris Ledebergensis (pr. Gandam Batavorum) „Scheidweiler" genus dicatum.

lateris quinque aut septemlobatis, lobis acutis incisis duplicato-serrulatis ciliatis, supra glabriusculis, subtus in nervis venisque ferrugineo-tomentosis; cymis longe pedunculatis divaricatis repetito-dichotomis; capsulae alis angustis aequalibus.

Begonia parviflora Poeppig et Endlicher, Nova Genera ac Spec. pl., p. 7, n. 2, t. 12.

Caulis 6—12 ped., ½—1 ped. diam.; f. 9″—2′ longa et lata; pet. 2 ped. — In Peruvia detex. Poeppig.

** *Folia digitata.*

2. SCHEIDWEILERIA MURICATA Kl.

Caule simplici erecto nodoso muricato; foliis alternis digitatis quinatis septenisve novenatis, foliolis lanceolatis acuminatis inaequaliter argute serratis, utrinque lucidis glanduloso-muricatis; petiolis teretibus; stipulis parvis caducis; cymis repetito-dichotomis hispidulis plerumque sexu distinctis longe pedunculatis; bracteis parvis ovatis ciliatis deciduis; germinibus pubescentibus.

Begonia muricata Scheidweiler in Otto et Dietrich, Gartenzeitung IX., p. 166 nec Blume. — *B. pentaphylla* Walpers, Repertor. II., p. 209, n. 39.

Caulis 3—6 ped.; foliola 6—9 p. lg., 1½—2 p. l.; petioluli 5—10 lin. longi. — Hab. in Brasilia.

3. SCHEIDWEILERIA LUXURIANS Kl.

Caule nodoso cylindraceo tuberculato hispido, infra nodos hirsutissimo; foliis magnis digitatis, foliolis 11—17 lanceolatis, subplicatis acutis, basi in petiolum compressum attenuatis, margine argute serratis, utrinque sparsim hispidis, supra saturate viridibus, subtus pallide rubescentibus; petiolis teretibus elongatis setoso-hispidis rufescentibus; floribus masculis parvis roseis.

Begonia luxurians Scheidweiler in Otto et Dietrich, Gartenzeitung XVI., p. 131.

Caul. 3—4 ped. F. ultra ped. diam.; foliola 6—7 p. lg., 1 p. l.; pet. 5—6 p. longi. — In Brasilia in montib. dictis „Orgelgebirge".

4. SCHEIDWEILERIA DIGITATA Raddi.

Caule subsimplici cylindrico hispidulo; foliis digitatis subundenis, foliolis lanceolatis inaequaliter serratis acuminatis, basi longe attenuatis subsessilibus, utrinque sparsim scabris, supra saturate subtus pallide viridibus; capsulae alis rotundatis aequalibus.

Begonia digitata Raddi Mss. ex Sprengel Syst. veg. II., p. 626. — *Beg. verticillata* Vellozo, Flora Fluminensis X., t. 45.

Foliola 6—8 p. lg., 1—1½ l. — In Brasilia frequens (non culta).

5. SCHEIDWEILERIA INCISO-SERRATA Kl.

Caule robusto cylindrico, apice subramoso; foliis digitatis quinatis-novenatis; petiolis dense pubescente-hirsutis; foliolis distincte petiolulatis oblongis inaequilateris acuminatis irregulariter argute serratis, basi obtusis, supra medium dilatatis lobato-incisis, supra saturate viridibus sparsim scabris, subtus pallidis hirtello-nervosis; stipulis maximis oblongis glabris integerrimis mucronatis caducis; cymis longe pedunculatis dichotomo-ramosissimis dilatatis ferrugineo-hirsutis; floribus femineis in alabastro pubescentibus.

Petioli 6—15 pollic.; foliola 9—12 p. lg., 2½—4 p. l.; petioluli ½—1 pollic. — Hab. in Brasilia (non culta).

XIII. LEPSIA *) *Kl.*

Klotzsch. *Begoniac.* p. 61. taf. V. A.

Flores parvi monoici cymosi axillares sexu distincti. Masculi: Petala 4 biserialia inaequalia, exteriora majora brevi-obovata, interiora anguste oblonga. Stamina inaequilonga brevia; filamenta racemosim monadelpha; antherae breves utrinque subacutae, loculis lateralibus ovalibus brevibus. Feminei: Petala 5 subaequalia supera pluriseriatim imbricata. Ovarium inferum trigonum triloculare trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integris pedicellatis (sectio transversa ovato-lanceolata,) utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus persistens glaber trifidus. Stigmata arcuatim bicruria, fascia papillosa ter spiraliter torta basi continua cincta. Capsula membranacea turbinato-triquetra trilocularis inaequaliter trialata bracteis 2 lanceolato-linearibus acuminatis persistentibus suffulta, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Fruticuli lignosi scandentes ramosissimi in silvis montanis humidis umbrosis Americae tropicae crescentes; foliis subsessilibus minutis semicordatis ovalibus obtusis argute serratis, subtus albido-papillosis; stipulis scariosis longissime acuminatis persistentibus; pedunculis paucifloris axillaribus.

1. LEPSIA FOLIOSA Kl.

Fruticosa, ramosissima, scandens, glabra; foliis oblongis acutis sessilibus glaberrimis, basi inaequaliter subcordatis, margine ciliato-serratis supra saturate viridibus, subtus pallidis albido-punctato-pustulatis; stipulis ovatis mucronatis unicostatis persistentibus inaequilateris pellucidis; cymis femineis bifloris filiformi-pedunculatis glabris; bracteis duabus ad basim germinis magnis ellipticis mucronatis; capsulae ala maxima obtusangula, inferne attenuata.

Begonia foliosa Humb., Bonpl., Kth., Nov. gen. ex spec. pl. VII., p. 140. t. 642. — *B. microphylla* Herb. Willd., n. 17572.

Caul. 1—1½ ped. F. 6—8 lin. lg., 3—3½ lin. l. — Humb. et Bonpl. detex.

2. LEPSIA MICROPHYLLA Kl.

Fruticosa, ramosissima, scandens; caule sulcato robusto ramisque fuscis pulverulento-floccosis; foliis brevi-petiolatis oblique obovatis ciliato-serratis, basi inaequaliter attenuato-emarginatis, supra saturate viridibus, subtus pallidis albido-punctato-pustulatis; stipulis lanceolatis longe mucronatis unicostatis persistentibus inaequilateris pellucidis; cymis filiformi-pedunculatis, masculis 5 floris, femineis bifloris; bracteis duabus ad basin germinis lanceolatis longe mucronatis; capsulae ala maxima rectangula orbiculato-obtusa, inferne nec attenuata.

Lepsia foliosa Tab. nostra V. A.

Caul. 3—4 ped. F. 4—6 lin. lg., 1½—2½ l. l. — In silvis udis et umbrosis in Venezuela detex. Moritz (non culta).

3. LEPSIA POEPPIGIANA Kl.

Fruticosa, scandens, glabra, ramosa; caule ramisque tenuibus leviter striatis; foliis obovatis acutis brevi-petiolatis tenue membranaceis basi oblique emarginatis, utrinque laete viridibus ciliato-serratis, subtus albido-punctato-papillosis; stipulis late lanceolatis persistentibus longe mucronatis; cymis femineis filiformi-pedunculatis unifloris; bracteis dua-

*) Memoriae Lepsii antecessoris Berolinensis nec non academici illustriss. genus dicatum.

bus ad basin germinis minutissimis; capsulae ala maxima superne latiore obtusa, inferne attenuata.

Begonia foliosa Poeppig Herb., nec Humb., Bonpl., Kth.

Caulis 1—$1\frac{1}{2}$ ped.; f. 4—6 lin. lg., 2—3 lin. l. — In silvis Peruvianis detex. Poeppig.

XIV. DORATOMETRA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 63. taf. V. B.

Flores monoici albi racemosi. Masc.: Petala 4 biserialia inaequalia, exteriora majora orbicularia, intus convexa, interiora anguste obovata, apice incurva. Stamina 20—25 inaequilonga racemosim-connata; filamenta ab apice usque ad basim racemoso-monadelpha; antherae parvae breves, utrinque obtusae, loculis lateralibus abbreviatis. Fem.: Petala 5 inaequalia obovata parva. Stylus persistens glaber tripartitus. Stigmata bicruria fascia papillosa bis spiraliter torta, antice ad basim continua cincta. Ovarium inferum trigonum triloculare trialatum, alis aequalibus pedicellato-glandulosis. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integris pedicellatis, (sectio transversa cordato-sagittata) utrinque ovuliferis creberrima anatropa. Capsula membranacea ovato-triquetra trilocularis, aequaliter trialata, apice attenuata, basi ebracteata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Suffrutex Indiae orientalis; caule erecto puberulo gracili succulento; foliis semicordatis dentatis acutis; petiolis longis; stipulis parvis inaequilongis pilosis deciduis; racemis filiformi-pedunculatis 2—4 floris.

1. DORATOMETRA WALLICHIANA Kl.

Caule gracili succulento subramoso puberulo semipellucido; foliis longe petiolatis semicordatis, transverse ovatis acutis sublobato-grosse dentatis, margine pilosis, supra sparsim setosis laete viridibus, glabris; stipulis parvis inaequilongis ovatis acutis pilosis caducis; racemis longe pedunculatis 2—4 floris; germinibus ovatis, apice attenuatis undique pedicellato-glandulosis.

Begonia Wallichiana Steudel.

Stirps 2—3 ped. F. $1\frac{1}{2}$—2 p. lg., $2\frac{1}{2}$—$3\frac{1}{2}$ p. l.; pet. 1—3 p. longi. — In India or. indigena.

XIV. STEINERIA **) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 64. taf. V. C.

Flores parvi cymosi monoici. Masc.: Petala 4 biserialia inaequalia, exteriora majora obovato-orbicularia, interiora obovata. Stamina numerosissima; antherae breves obovatae, apice truncatae, loculis lateralibus; filamenta in columnam crassam oblongam racemosim-monadelpha. Fem.: Petala 5 pluriserialia inaequalia parva obovata. Ovarium inferum trigonum triloculare subaequaliter trialatum puberulum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integris pedicellatis (sectio transversa ovato-triangularis) utrinque ovuliferis creberrima anatropa. Stylus persistens glaber brevissimus tripartitus. Stigmata arcuatim bicruria, fascia papillosa ter spiraliter torta basi continua cincta. Capsula membranacea turbinato-triquetra trilocularis anguste trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

---

*) Vox ex verbis graecis, δόρυ et μήτρα conflata.

**) Memoriae antecessoris et academ. Berol. litt. socii „Steiner" genus dicatum.

Frutices magni elati Brasilienses; foliis magnis incurvo-obovatis dentatis acutis incurvis, basi semicordatis, supra glabris opacis, subtus dense et minutissime lepidotis; stipulis caducis; cymis pedunculatis axillaribus divaricato-dichotomo-ramosis; floribus parvis; capsulae alis subaequalibus rotundatis.

1. STEINERIA FERRUGINEA Kl.

Ramis petiolis cymis nervisque atque pagina inferiore foliorum pulverulento-tomentellis ferrugineis; foliis magnis incurvo-obovatis acutis semicordatis inaequilateris, versus apicem dentatis, supra saturate viridibus glabris, subtus dense et minutissime lepidotis, pallide ferrugineis; stipulis caducis ovato-elongatis obtusis extus lepidotis, intus glabris; germinibus petalisque extus lepidotis; capsulae alis rotundatis, basi in pedicellum subattenuatis.

Frutex altus, ramosus. F. 1—1½ ped. lg., 5—7 p. l.; pet. pollic. — In Brasilia detex. Sello — (non culta).

2. STEINERIA PULCHELLA Kl.

Caule erecto ramoso glabro; foliis subminoribus incurvato-obovatis acutis semicordatis inaequilateris, versus apicem dentatis, supra saturate viridibus glabris, subtus nervis fuscescentibus exceptis, aeneis, minutissime et densissime lepidotis; petiolis brevibus costisque subtus evanescente hirtellis: cymis pedunculatis evanescente pubescentibus; capsulae alis angustis rotundatis subaequalibus, basi in petiolum subattenuatis.

Begonia pulchella Raddi mss. ex Sprengel Syst. veg. II., p. 626.

F. 5—7 p. lg., 2—3 p. l.; pet. 2—4 lineares. — In Brasilia, pr. Rio de Janeiro lecta; (inculta).

XVI. PILDERIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 66. taf. VII. A.

Flores monoici paniculati penduli. Masculi: Petala 4 subviridia, exteriora majora ovato-oblonga obtusa extus convexiuscula hirtella, interiora anguste oblonga breviora, utrinque glabra. Stamina 30—40; antherae brevissimae obovatae, apice pulvinatim productae; filamenta longa filiformia, basi umbellatim monadelpha. Flores feminei: Petala 5 inaequalia late oblonga obtusa in alabastro pluriseriatim imbricata. Germen trigonum hispidum triloculare inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis (sectio transversa hastata oblonga obtusa) creberrima, anatropa, sessilia. Stylus brevis tripartitus glaber persistens. Stigmata bicruria, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cincta. Capsula triquetra trilocularis hispidula inaequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutex Caracasanus erectus ramosus ferrugineo-villosus; caule ramisque erectis exsuccis; foliis oblongis acutis basi semicordatis membranaceis rugoso-bullatis argute duplicato-serratis, supra hispidis, subtus nervoso-villosis; stipulis ovatis acuminatis aridis fuscescentibus, dorso villoso-costatis; panicula ferrugineo-villosa terminali; floribus pendulis membranaceis laxis pallide virescentibus bracteis persistentibus suffultis.

1. PILDERIA URTICAEFOLIA Kl.

Caule exsucco tereti, ramis panicula petiolisque ferrugineo-villosis; foliis membranaceis oblongis inaequilateris rugoso-bullatis acutis subincisis duplicato-serratis, basi semicordatis deinde recurvatis, supra

*) Memoriae hortulani „Pilder" genus dicatum.

hispidis glabro-nervosis, subtus glabris minutissime albido-punctulatis ferrugineo-hirsuto-nervosis; panicula pyramidata multiflora; bracteis scariosis persistentibus obtusis ciliatis.

Begonia urticaefolia Hort. Berol.

Stirps 2—3 ped. F. 3—4 p. lg., 1¼—2 p. l. — In Venezuela leger. Karsten, Moritz, Wagener.

²† Flores masculi et feminei 4 petali.

XVII. MEZIEREA *Gaudich.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 67.

Flores monoici, masculi et feminei in cymas repetite dichotomas pedunculatas axillares dispositi. Masculi: Petala 4, exteriora maxima orbicularia, margine cucullato-involuta, interiora angusta oblongo-lanceolata intus excavata. Stamina numerosa toro plano inserta; antheris oblongis, apice subattenuatim-obtusis, basi emarginatis; filamentis liberis erectis anthera subbrevioribus, basi dilatatis. Flores feminei: Petala 4, exteriora maxima et interiora angusta, forma ut in mare. Germen inferum teretiusculum oblongum, leviter tricostatum exalatum triloculare. Ovula creberrima, anatropa. Stylus usque ad basin tripartitus persistens, glaber. Stigmata bicruria basi expansa, cruribus tortuosis, apice attenuatis, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula oblonga exalata. Semina innumerabilia ovalia reticulata exalbuminosa.

Frutex; foliis ovatis acuminatis, margine repando-crenatis inaequilateris, basi semicordatis; stipulis longissimis lanceolato-acuminatis, dorso costatis; cymis repetite dichotomis pedunculatis axillaribus folio suo brevioribus; bracteis longis angustis.

1. MEZIEREA SALACIENSIS Gaudichaud, Voyage de la Bonite (Botanique), t. 32 absque descriptione. — F. 3—5 p. lg., 1½—2 p. l.; petioli ½—1 poll. lg. — Patria ignota.

³† Flores masculi 5— petali — feminei 3— petali.

* Placentae bilamellatae.

XVIII. RACHIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 68. taf. VI. B.

Flores monoici magni albidi in cymas dichotomas parvas contractas longe pedunculatas axillares dispositi. Masculi: Petala 4 biserialia, exteriora oblongo-orbicularia magna, extus sparsim villosula, interiora angusta oblongo-obovata glabra. Stamina numerosa aequilonga toro plano inserta; antheris oblongis, utrinque obtusis, rimis longitudinalibus apice oblique conniventibus instructis; filamentis liberis antheris subbrevioribus. Flores feminei: Petala 3 inaequalia biserialia, exteriora majora oblongo-orbicularia, intus glabra convexa, extus longe pilosa, interius parvum obovatum. Germen inferum pilosum trigonum triloculare subinaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniventim bilamellatis, utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus brevis glaber persistens tripartitus; stigmatibus bicruribus, basi subdilatatis, fascia papillosa bis spiraliter torta cinctis. Capsula membranacea pilosa turbinato-triquetra trilocularis subaequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

---

*) Genus memoriae „Rach" dicatum, custodis ad herbarium Imper. Petersburgense.

Frutices simplices erecti tomentosi Mexicani; foliis peltatis carnoso-subcoriaceis incano-tomentosis; stipulis latis deciduis acuminatis; cymis contractis longe pedunculatis; floribus submagnis albidis.

1. RACHIA PELTATA Kl.

Caule erecto crasso simplici tomentoso; foliis carnoso-coriaceis peltatis orbiculari-ovatis acutis repando-crenatis, supra subtusque incano-tomentosis; stipulis latis acuminatis septemnerviis, extus tomentoso-vellereis; petiolis longis teretibus incano-tomentosis; cymis contractis longissime pedunculatis pubescenti-tomentosis; floribus magnis albidis, petalis exterioribus pilosis.

Begonia peltata Otto und Dietrich, Allgemeine Gartenzeitung IX., p. 58.

Caulis $1\frac{1}{2}$—2 ped.; f. 5—7 p. lg., 4—$5\frac{1}{2}$ p. l.; pet. 4—6 p. — Hab. in Mexico, in altit. 2500′ (Liebmann).

2. RACHIA INCANA Kl.

Caule erecto crasso simplici incano-tomentoso, foliis peltatis minoribus ovatis acutis remote dentatis subangulatis, subtus albido-tomentosis, supra pallide viridibus subglabris; pedunculis longiusculis ramificationibusque cymae rubescentibus albido-villosulis; petalis albidis roseo-tinctis utrinque glaberrimis.

Begonia incana Lindley, Miscellaneous matters to the Botanic. Reg. 1841. n. 73. — *B. auriformis* van Houtte, Hort. Berol.

Mexico, c. R. peltata consociata (Liebmann).

3. RACHIA MEYERI Kl.

Caule elato erecto fruticoso; foliis carnosis amplis peltatis oblongis, basi oblique auriculatis, margine leviter sinuatis, undique molliter cano-tomentosis; cymis axillaribus longissime pedunculatis rubescentibus villosulis; floribus magnis dense congestis longe pedicellatis; petalis exterioribus magnis, extus glabris; capsulis pallide-viridibus tenuissime membranaceis magnis aequaliter trialatis, apice truncatis.

Begonia Meyeri Hooker, Bot. Mag., t. 4100 nec Otto et Dietrich.

Probabiliter ex Mexico exorta.

XIX. DIPLOCLINIUM *) *R. Wight.*

(Icones etc., excl. t. 1814.)

Klotzsch *Begoniac.* p. 70.

Flores monoici cymosi. Masculi: Petala 4, exteriora majora orbicularia, interiora angusta, basi attenuata. Stamina numerosa inaequilonga, inferne monadelpha; antheris obovatis; apice rotundatis aut emarginatis in filamenta brevia attenuatis. Flores feminei: Petala 3, exterioribus duabus oppositis majoribus, tertia angustiore, basi attenuata. Germen trigonum glabrum triloculare aequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima, anatropa. Stylus persistens, tripartitus. Stigmata bicruria fascia papillosa inferne continua cincta. Capsula papyracea triquetra trilocularis aequaliter trialata ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Suffrutices herbacei Indiae orientalis acaules tuberosi aut caulescentes etuberosi subglabri; foliis in speciebus acaulibus aequaliter cordatis, in speciebus caulescentibus semicordatis; cymis repetite dichotomis pedunculatis radicalibus aut axillaribus.

α. *Acaules.*

1. DIPLOCLINIUM ARNOTTIANUM R. Wight.

Acaule, nanum, tuberosum; foliis orbicularibus acutis crenato-serratis

*) Genus Diploclinium, primo a cl. Lindley conditum, sc. nimis amplum, conservari non licuit.

aequaliter cordatis, supra sparsim pubescentibus, subtus piloso-nervosis; cymis pluribus radicalibus paucifloris foliis vix longioribus; capsulis obovatis, basi subattenuatis.

D. Arnottianum R. Wight, Ic. plant. Ind. or. vol. V., t. 1815.

Caulis 5 poll.; f. 2—3 p. diam., petioli $1^{1}/_{2}$—$2^{1}/_{2}$ p. longi. — In silvis densis Ind. or. (Courtallum); (non cultum).

2. DIPLOCLINIUM CORDIFOLIUM R. Wight.

Rhizomate crasso; foliis orbicularibus rotundatis cordatis dentatis, supra sparsim pubescentibus; petiolis longis radicalibus glabris; scapis solitariis glabris petiolis longioribus; cymis laxis expansis multifloris; floribus parvis; capsulis turbinatis, apice latis truncatis, basi attenuatis.

D. cordifolium R. Wight, Ic. plant. vol. V., t. 1816.

Stirps 9—12 p. alta; f. 3—$4^{1}/_{4}$ p. diam.; pet. 5—6 p. longi. — In silvis Malabaricis.

β. *Caulescentes.*

3. DIPLOCLINIUM LINDLEYANUM R. Wight.

Caulescens, herbaceum, eramosum; caule gracili flexuoso glabro; foliis semicordatis transverse oblongis acuminatis repando-dentatis, dentibus argutis submucronatis, utrinque glabris; cymis repetite dichotomis dilatatis laxis brevi-pedunculatis axillaribus multifloris; floribus parvis; capsulis aequaliter trialatis, apice truncatis, inferne attenuatis.

Diploclinium Lindleyanum R. Wight, Icones plant. Ind. or. vol. V., t. 1817. — *Beg. Malabarica* Dryand.

Stirps $1^{1}/_{2}$—2 ped.; f. 6 p. lg. 2 p. l., pet. $1^{1}/_{2}$ p. longi. — Hab. in regionib. Malabaricis et pr. Courtallum. — (incultum).

4. DIPLOCLINIUM REPANDUM Kl.

Caule herbaceo stricto glabro simplici; foliis semicordatis oblongis acuminatis repandis denticulatis laevibus, supra nitidis, subtus pallidis; capsulae alis aequalibus rotundatis.

Begonia repanda Blume, Enum. plant. Jav. I., p. 97.

Caul. 1—2 ped. F. 4—5 p. lg., $1^{1}/_{2}$—2 p. l.; pet. 1—$1^{1}/_{2}$ p. longi. — In ins. Java indig. (non cultum).

5. DIPLOCLINIUM BOMBYCINUM Kl.

Caule elato ramoso glabro; foliis semicordatis ovato-oblongis acuminatis denticulatis laevibus, supra nitentibus, subtus pallidis et in venis plerumque purpurascentibus; cymis axillaribus pedunculatis subcontractis; capsulae utrinque emarginatae alis aequalibus obtusis.

Begonia bombycina Blume l. c. I., p. 96.

Caul. 3- ped. F. 5—6 p. lg., $2^{1}/_{2}$—3 p. l.; pet. $^{1}/_{2}$—3 p. longi. — Patria: Java.

** Placentae integrae pedicellatae.

XX. MITSCHERLICHIA *) *Kl.* nec *Kunth.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 73. taf. VI. A.

Flores monoici cymosi. Masculi: Petala 4 biserialia, exteriora majora suborbicularia, interiora angustiora obovata, basi attenuata. Stamina 30—60; antheris obovatis tumidis, basi in filamenta subattenuatis brevibus per rimas laterales dehiscentibus; filamentis in cylindrum plus minus longum monadelphis. Flores feminei: Petala 4 biserialia, exterioribus majoribus brevi-ovatis obtusis, interiore parvo. Germen inferum trigonum triloculare glabrum aequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis (sectio transversa oblongo-

*) Memoriae fratrum „Mitscherlich" antecessorum in universitate Berolinensi dicatum genus.

triangularis seu obtuse ovato-lanceolata) creberrima, anatropa, sessilia. Stylus brevis trifidus glaber persistens. Stigmata bicruria, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cincta. Capsula triquetra trilocularis glabra aequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Suffrutices acaules subtuberosi in sylvis Indiae orientalis crescentes; rhizomate perbrevi subtuberoso stipulis magnis instructo; foliis carnoso-subcoriaceis orbicularibus peltatis longe petiolatis; cymis repetito-dichotomis pedunculatis; floribus speciosissimis roseis albis vel coccineis; bracteis parvis; capsulae alis aequalibus obtusis coloratis.

1. MITSCHERLICHIA ALBO-COCCINEA Kl.

Acaulis; foliis transverse ovatis obtusissimis suborbicularibus laterali-peltatis coriaceo-carnosis obtuse sinuatis, supra glaberrimis, subtus pallide punctatis nervoso-pubescentibus; petiolis longis appresso-hirtis; stipulis magnis ovatis acuminatis; cymis pedunculisque puberulis; petalis florum masculorum et femineorum exterioribus extus coccineis, intus pallide roseis, interioribus niveis, capsulae valvibus viridibus, alis aequalibus rubro-marginatis.

Begonia albo-coccinea Hooker, Bot Mag., t. 4172. Lindley, Bot. Reg. New Series, t. 39. — *B. Grahamiana* R. Wight, Icones plant. Ind. or. vol. V., t. 1811.

Pet. 2—6 p. lg.; f. 2—6 p. diam. — In silvis densis Ind. or. (Cortallum).

2. MITSCHERLICHIA CORIACEA Kl.

Acaulis; foliis aggregatis longe petiolatis excentrice peltatis subcoriaceis brevi-ovatis acutis glanduloso-serratis, supra saturate viridibus concavis, subtus petiolisque purpureis; stipulis membranaceis roseis ovato-acuminatis; scapis folio longioribus, apice dichotomo-cymosis pedicellisque saturate roseis; petalis coccineo-subroseis; fructibus coccineis; capsulae alis subaequalibus, basi emarginatis.

Begonia coriacea Hasskarl, Pl. Jav. rar., p. 209. — *B. peltata* Hasskarl, Tijdschrift X., p. 133. — *B. Hasskarlii* Zollinger msc. Herb. n. 1613. — *B. hernandiaefolia* Hooker, Bot. Mag., t. 4676.

Pet. 2½—9 p. longi; f. 2—4 p. lg. 1½—2½ l. — Hasskarl et Zolling. detex. in ins. Java.

4† Flores masculi 2—, feminei 5— petali.

* Placentae longitudinaliter fissae.

XXI. **PETERMANNIA** *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 74. taf. VI. C.

Flores monoici parvi cymosi. Masculi: Petala 2 aequalia cordato-orbicularia. Stamina numerosa inaequilonga connata, antherae breves obovatae, apice truncatae subemarginatae lateraliter rimosae, rimis longitudinalibus, apice subconniventibus; filamenta racemoso-monadelpha. Feminei: Petala 5 pluriserialia inaequalia elliptica. Ovarium inferum trigonum triloculare subaequaliter trialatum glabrum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniventim-lamellatis, utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus persistens glaber tripartitus; stigmata lunato-dilatata, margine sublobata brevi bicruria, cruribus divaricatis, fascia papillosa bis spiraliter torta antice continua cinctis. Capsula triquetra trilocularis subaequaliter obtuse trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas

*) Memoriae beati antecessoris Lipsiensis „Petermann" genus dicatum.

dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutices erecti graciles ramosi subglabri nodosi in insulis Philippinis et Sumatra crescentes; foliis obliquis subincurvis dentatis serratis aut incisis brevi petiolatis; stipulis scariosis membranaceis; cymis repetito-dichotomis pedunculatis axillaribus.

1. PETERMANNIA CUMINGIANA Kl.

Gracilis, sparsim ramosa, glabra; caule erecto subgeniculato; foliis brevissime petiolatis oblongis incurvis acuminatis inaequilateris, basi oblique emarginatis, margine inciso-serratis, supra saturate viridibus, subtus pallidis fusco-nervosis; stipulis ovato-oblongis rotundatis mucronatis scariosis; cymis parvis divaricatis brevi pedunculatis; floribus parvis albidis; pedicellis florum feminеorum sparsim setosis; capsulae alis subaequalibus obtusangulis, basi subattenuatis.

Frutex 2 ped.; f. 3—4 p. lg., 10—18 lin l.; pet. 1—1½ lin. — In Philippinis ins. detex. Cuming; (non culta).

2. PETERMANNIA FASCICULATA Kl.

Caule gracili rufescente piloso; foliis oblongo-ovatis acuminatis, basi semicordatis duplicato-serratis inaequilateris, supra rufescente setosis, subtus pubescentibus, inferioribus alternis, superioribus subоppositis; petiolis dense pilosis; stipulis linearibus acuminatis pilosis; cymis brevissime pedunculatis in apice ramorum alternatim axillaribus; bracteis purpureis acutis pilosis; floribus albidis; capsulae alis subaequalibus obtusangulis.

Beg. fasciculata Jack, (Walp. Rep. II. p. 211. n. 73).

Prope Tappanuly ad littus ins. Sumatrae occidentale detex. Jack; (non culta).

3. PETERMANNIA RACEMOSA Kl.

Suberecta, glabra; foliis obovato-oblongis acuminatis basi attenuatis semicordatis irregulariter dentatis brevi petiolatis; stipulis magnis oblongis; cymis florum masculorum pedunculatis axillaribus flore femineo unico intermixtis; petalis crassis carnosis; capsulae alis aequalibus rotundatis.

Begonia racemosa W. Jack l. c. p. 346. Layang-layang Simpac Mal.

In ins. Sumatra in prov. dicta Beucoolen (non culta).

4. PETERMANNIA GENICULATA Kl.

Caule sulcato compressiusculo glabro; foliis petiolatis ovato-oblongis semicordatis acuminatis denticulatis glabris; cymis repetito-dichotomis divaricatis; petalis albidis; capsulae alis aequalibus obtusangulis.

Begonia geniculata W. Jack l. c. p. 347. *Rumput* Udang Udang. Mal.

Hab. in Sumatra.

XXII. MOSCHKOWITZIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 76. taf. VIII. A.

Flores monoici albi parvi geniculato-cymosi. Masculi: Petala 2 opposita oblongo-orbicularia, intus concava. Stamina numerosa toro plano inserta; antheris oblongis utrinque obtusis, apice in connectivum sterile productis, loculis lateralibus infra apicem rima longitudinali stricta dehiscentibus; filamentis anthera subbrevioribus liberis glabris. Flores feminei: Petala 5 biserialia, 3 exteriora aequalia subrotundato-elliptica concava obtusa, 2 interiora oblonga acutiuscula. Ovarium inferum trigonum triloculare inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima, anatropa, lamellis arcuatim conniventibus in stipitem exovuliferum conjunctis. Stylus trifidus glaber

*) Genus ad memoriam hortulani „Moschkowitz" conditum.

persistens, lobis bicornutis subtortuosis, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula turbinato-triquetra membranacea trilocularis inaequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Fruticuli graciles flexuosi glabri ramosi Caracasani; foliis petiolatis oblongis semicordatis minutissime spinuloso-dentatis; stipulis parvis caducis; cymis geniculato-dichotomis divaricatis pedunculatis glabris axillaribus; bracteis minutis ciliatis; floribus parvis albis; capsulae alis albidis obtusangulis.

1. MOSCHKOWITZIA FAGOPYROIDES Kl.

Gracilis, glaberrima, flexuosa; caule purpurascente; foliis membranaceis deflexis petiolatis transverse ovatis acuminatis spinuloso-denticulatis semicordatis, supra laete viridibus nitidis, subtus pallidis impresso-nervosis minutissime papuloso-punctulatis; stipulis amplexicaulibus caducis oblongis membranaceis obtusis mucronulatis multinerviis glabris; cymis axillaribus brevi pedunculatis geniculato-ramosissimis divaricatis glabris; ramificationibus tenuissimis; bracteis minutis lanceolatis versus apicem ciliatis; floribus parvis candidis; capsulae ala maxima rectangula rotundata.

Begonia fagopyroides Kunth et Bouché, Index plant. hort. bot. Berol. 1848.

Planta 3—4 ped.; f. 1—1¼ p. lg., 2½—3 p. l.; pet. ½—1½ p. — In Venezuela pr. Tovar pr. Caracas detex. Moritz.

2. MOSCHKOWITZIA WAGENERIANA Kl.

Suberecta, gracilis, glaberrima; caule viridi; foliis membranaceis erectis petiolatis transverse ellipticis acutis leviter sinuato-angulatis spinuloso-denticulatis semicordatis, supra saturate viridibus, subtus pallidis rubescenti-nervosis minutissime papuloso-punctatis; petiolis erectis; stipulis obovatis mucronulatis glabris; cymis axillaribus pedunculatis minus ramosis contractis, bracteis minutis oblongo-spathulatis ciliatis; staminibus creberrimis; floribus parvis candidis; capsulae ala maxima rectangula rotundata.

Planta 2—3 ped.; f. 1—2 p. lg., 2—3 p. l.; ped. ½—1½ p. — Ex seminibus e Venezuela missis culta.

XXIII. **DONALDIA** *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 78. taf. VII. B.

Flores monoici carnei cymosi. Masculi: Petala 2 opposita ovato-orbicularia, intus concava. Stamina numerosa toro plano inserta; antheris oblongis utrinque obtusis, connecticulo fuscescente; filamentis liberis filiformibus anthera subbrevioribus glabris. Flores feminei: Petala 5 triserialia inaequalia ovata obtusa. Ovarium inferum trigonum triloculare inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima, anatropa, lamellis arcuatim conniventibus in stipitem exovuliferum conjunctis. Stylus tripartitus glaber persistens, lobis bicornutis tortuosis, fascia papillosa ter spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula turbinato-triquetra membranacea trilocularis valde inaequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Fruticuli erecti sparsim ramosi Caracasani; foliis inaequilateris oblongis acutis argute duplicato-serratis rectis membranaceis semicordatis brevi petiolatis; stipulis scariosis subpersistentibus; cymis divaricatis ter dichotomo-ramosis pedunculatis axillari-

*) Ad memoriam viri de *Begoniacear.* cultura optime meriti „Donald" genus creatum.

bus; floribus subcarneis; bracteis scariosis persistentibus; capsulis bractea oblonga suffultis.

1. DONALDIA ULMIFOLIA Kl.

Caule erecto subramoso piloso; foliis oblongis acutis argute duplicato-serratis inaequilateris, basi semicordatis; petiolis brevibus hirtis; stipulis subpersistentibus scariosis oblongo-lanceolatis acutis, extus sparsim hirtellis; cymis pedunculatis axillaribus hirtis; bracteis lanceolato-linearibus mucronatis integerrimis persistentibus glabris; capsulae sparsim hirsutae alis 2 angustis, tertia maxima ovato-deltoidea.

Begonia ulmifolia Humb. Bonpl. Kunth, Nov. gen. et spec. plant. VII., p. 178. Herb. Willd. n. 17571. Link et Otto, Icones select. plant. rar. I., p. 83, t. 38. Loddiges, Bot. Cab., t. 638. — *Donaldia ulmifolia* Kl. Regel, Gartenflora 1854. t. 77.

Caul. 2—4 ped.; f. 2—5 p. lg., 1—2 p. l.; pet. 3—4 lin. — Hab. in Venezuela.

2. DONALDIA OTTONIS Kl.

Caule erecto subramoso crassiusculo glabro; foliis brevissime petiolatis elliptico-lanceolatis acutis spinuloso-duplicato-serratis inaequilateris, basi obliquis, utrinque glaberrimis, supra saturate viridibus, subtus glaucescentibus; stipulis persistentibus scariosis ovatis mucronatis glabris; cymis pedunculatis contractis glabris axillaribus; bracteis late ovatis glabris persistentibus; capsulae glabrae alis 2 angustis, tertia maxima deltoidea acuta.

Begonia Ottonis Walpers, Repert. bot. system. II., p. 212, n. 82.

Stirps 2—4 ped.; f. $2\frac{1}{2}$—3 p. lg., 8—10 lin. l.; pet. 1—2 lin. — Hab. in Venezuela.

** Placentae integrae pedicellatae.

XXIV. AUGUSTIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 80. taf. VIII. B.

Flores monoici albi cymosi. Masculi: Petala 2 suborbicularia paullulum latiora quam longa. Stamina 50—60 toro pulvinato compressiusculo inserta; antheris parvis ovato-oblongis, utrinque obtusis, apice in conum obtusum productis, loculis infraapicalibus lateralibus tumidis; filamentis filiformibus liberis antheris subduplo longioribus. Flores feminei: Petala 5 patentia pluriserialia inaequalia obovata, interiora minora. Ovarium inferum triloculare trigonum subaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali solitariis integris pedicellatis (sectio transversa ovato-oblonga) creberrima, anatropa. Stylus trifidus glaber persistens; stigmatibus bicornutis, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula turbinato-triquetra membranacea trilocularis subaequaliter trialata, apice truncata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Fruticuli ramosi succulenti tumido-articulati tuberosi Capenses; foliis reniformi-cordatis grosse dentatis, incisis aut palmatim lobatis acutis petiolatis; stipulis subpersistentibus; cymis pedunculatis axillaribus paucifloris; floribus submagnis candidis aut dilute roseis bracteis candidis caducis suffultis; capsulae alis subaequalibus, apice truncatis.

1. AUGUSTIA DREGEI Kl.

Caule carnoso-nodoso; foliis petiolatis inaequilateris reniformi-cordatis grosse angulato-serratis glaberrimis nitidis; stipulis ovatis obtusis sub-

---

*) Memoriae directoris gymnasii Coloniensis Berolinensis „Dr. August" genus creatum.

mucronatis; cymis axillaribus pedunculatis paucifloris; floribus candidis; capsulae alis subaequalibus acutangulis, apice truncatis.

Begonia Dregei Otto et Dietr., Gartenzeitung IV., p. 357. n. 27. — *B. parvifolia* Graham, Bot. Mag., t. 3720. E. Meyer Mss. nec Schott. — *B. reniformis* Hort. Berol. nec Dryander.

var. α. purpurascens; caule ramis petiolisque rubescentibus; foliis minoribus, subtus purpurascentibus.

var. β. rubro-nervis; caule sordide purpureo-virescente; foliis majoribus, subtus pallide viridibus rubro-nerviis.

Caulis 2 — 3 ped. F. 8 lin. — 1½ p. lg., 1 — 2½ l., pet. 1 — 2 p. longi. — Hab. ad promont. bonae spei.

2. AUGUSTIA CAFFRA Kl.

Caule carnoso-nodoso ramoso; foliis obliquis inaequilateris reniformi-cordatis angulato-lobatis obtuse serratis acutis aut acuminatis petiolatis; stipulis lanceolatis acuminatis; cymis dichotomis pedunculatis axillaribus quadrifloris; floribus albidis submagnis; bracteis orbiculari-ovatis; capsulae alis subaequalibus acutangulis, apice truncatis.

Begonia caffra Meisner in Linnaea XIV., p. 501. — *Begonia sinuata* E. Meyer Mss. Otto et Dietrich, Allgem. Gartenzeitung IV., p. 357. Graham in Edinb. Journ. of Sc. 1837. Bot. Mag. t. 3731. nec Wallich. — *B. sinuata* Hort. Berol.

Caulis 2—3 ped.; f. 2½ p. lg., 3—4 p. l.; pet. 2—3 p. — Hab. in cap. Bonae Spei.

3. AUGUSTIA NATALENSIS Kl.

Tuberosa, glabra; caule succulento, inferne crasso nodoso-articulato ramoso; foliis inaequaliter semicordatis acuminatis lobatis hinc grosse auriculatis serratis acutis, supra albo-maculatis, cymis pedunculatis axillaribus 4—6 floris; floribus pallide roseis; petalis flor. masc. rhombeo-orbicularibus, fem. rhombeo-ovatis; fructu trialato alis 2 majoribus subacute angulatis unica breviore obtusangula.

Begonia Natalensis Hooker, Bot. Mag., t. 4841.

Caulis 1—1½ ped.; f. 1½—2 p. lg., 3—4 p. l., pet. ½—1½ p. — Prope Port Natal detex. et in Angliam induxit Garden.

4. AUGUSTIA SUFFRUTICOSA Kl.

Tuberosa, gracilis, glaberrima; caule flexuoso-erecto, basi lignoso; stipulis ovato-oblongis acutis integris; foliis obliquis palmatim 3—4 lobatis, lobis inaequalibus lanceolatis pinnato-incisis dentatis vel integris; petiolis nunc brevibus nunc longis gracillimis; cymis axillaribus pedunculatis paucifloris; capsulis ovato-triangularibus venoso-reticulatis, apice truncatis, e basi rotundata obsolete attenuatis; capsulae alis aequalibus, apice in angulum obtusum vix productis.

Begonia suffruticosa Meisner in Linnaea XIV., p. 502.

Petioli 2 lin. — 1½ p. longi; f. 1—1½ p. lg., 8 lin. — 1 p. lata. — Hab. in promont. Bonae spei.

5† Flores masculi 2—, feminei 3— petali.

XXV. **TRACHELOCARPUS** *) *C. Müller* Berolin.

Klotzsch *Begoniac.* p. 82. taf. VIII. C.

Flores monoici. Masculi pedunculati umbellatim racemosi dipetali. Petala 2 orbiculari-oblonga albida. Stamina numerosa longe mona-

*) Vox e verbis graecis τράχηλος et καρπὸς composita. — Nomen prius Klotzschianum „*Trachelanthus*“, jam alio loco adhibitum conservari non potuit qua re nomen *Trachelocarpum* hic propono. C. Müller.

delpha; antheris parvis brevibus late obovatis, lateraliter brevi biforaminosis, basi apiceque obtusis; filamentis in cylindrum longum connatis, apice brevi liberis. Flores feminei solitarii sessiles tripetali. Petala alba ovata acuta aequalia uniserialia. Ovarium longissime et tenuissime rostratum inferum triloculare trigonum subaequaliter trialatum, alis supra loculos attenuatim adscendentibus, apice inaequaliter acutangulis spinuloso-serratis. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali solitariis integris pedicellatis (sectio transversa oblonga acuta) creberrima, longe funiculata, anatropa. Stylus glaber persistens trifidus; stigmatibus bicornutis, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula sessilis brevi valvata longissime rostrata, supra loculos in alas tres acutangulas spinoso-dentatas producta, trilocularis, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa funiculo longo filiformi instructa.

Suffrutices acaules Brasilienses rhizomate repente instructis; foliis oblongis aequalibus acuminatis serratis longe petiolatis; stipulis subpersistentibus bracteisque pectinato-ciliatis; floribus masculis dipetalis pedunculatis corymbosis, femineis sessilibus solitariis tripetalis.

1. TRACHELOCARPUS RHIZOCARPUS C. Müller Berol.

Rhizomate repente glabro subterraneo; foliis erectis aequilateris ovato-oblongis acuminatis serratis, basi obtusis, supra laete viridibus albo-maculatis, subtus pallidis rubroveniis; petiolo longo stricto folio sublongiore, sulco longitudinali supra instructo; stipulis bracteisque ovatis acutis pectinato-ciliatis; pedunculis folio brevioribus.

Begonia rhizocarpa Fischer Mss. Walpers Repertor. Bot. Syst. II., p. 217.

F. 3—4 p. lg., 12—15 lin. l.; pet. 3—5 p. longi. — Ex seminib. e Brasilia missis culta.

2. TRACHELOCARPUS ATTENUATUS C. Müller Berol.

Rhizomate repente rugoso subterraneo; foliis oblongis acuminatis sinuato-dentatis spinuloso-serrulatis, basi attenuatis longe petiolatis utrinque glabris immaculatis; stipulis ovatis acutis pectinato-ciliatis; bracteis obovato-orbicularibus pectinato-ciliatis; pedunculis petiolo brevioribus.

Fol. 4—5 p. longa, 1—1½ p. l.; pet. 1—4 p. longi. — In Brasilia leg. Sello, (non culta).

⁶† Flores masculi — et feminei 2— petali.

* Placentae longitudinaliter fissae.

XXVI. GIREOUDIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 84. taf. VII. C.

Flores monoici albi v. rosei. Masculi: Petala 2 obovata v. obovato-orbicularia. Stamina numerosa subaequilonga; antheris oblongis, utrinque obtusis per rimas laterales dehiscentibus, apice breviter productis; filamentis filiformibus strictis anthera brevioribus liberis. Flores feminei dipetali. Petala oblonga obovata. Ovarium inferum triloculare trigonum inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniventim-lamellatis, utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus persistens trifidus glaber; stigmatibus dilatato-lunatis, margine fascia papillosa cinctis. Capsula turbinato-triquetra membranacea trilocularis inaequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

---

*) Ad memoriam hortulani „Gireoud", hoc tempore Berolinensis, genus creatum.

Suffrutices carnoso-suberosi erecti aut repentes in America centrali et in regno Mexicano crescentes; foliis integris lobatis rarissime digitatis aut peltatis; petiolis longis teretibus; stipulis magnis; cymis pedunculatis axillaribus repetite dichotomis; floribus femineis bibracteatis; capsulae alis inaequalibus semiorbicularibus rectangulis.

α. *Truncus erectus.*

1. GIREOUDIA INVOLUCRATA Kl.

Pubescens; caule erecto suffruticoso angulato nodoso villo detergibili rufo obsito, internodiis varia longitudine foliis suis multoties brevioribus; foliis longe petiolatis oblique cordatis latissimis 9—12 nerviis acuminatis irregulariter lobatis, lobis acuminatis duplicato-eroso-dentatis ciliatis, sinu basilari angusto, utrinque fusco-strigulosis, supra laete viridibus, subtus pallidioribus ad nervos densius pubescentibus, petiolis laminam subaequantibus vel ea brevioribus dense fulvo-villosis; stipulis deciduis scariosis lanceolatis acuminatis glabris fuscis; scapis axillaribus folia superantibus villo detergibili rufo dense obsitis, cyma repetite dichotoma, ramis cymae junioribus bracteis numerosis maximis vaginantibus involucratis, capitulis ovatis similibus deciduis lato-ovatis scariosis glabris; floribus 3—9 in apicibus dichotomiarum fasciculatis longe pedicellatis albis; petalis rotundatis; capsula glabra; ala maxima lato-falcata angulo rotundata, alis duabus angustissimis rotundatis.

Begonia involucrata Liebmann Mexicos og Central-Americas Begonier n. 27. Stirps 1—1½ ped.; f. 6—8 p. lg., 4—6 p. l.; pet. 4 p. longi. — In America centr. detex. Oersted.

2. GIREOUDIA LACINIATA Kl.

Suffruticosa, erecta subramosa; ramis pedunculisque teretibus glabris, pulvillis elongatis albidis sparsim asperatis; foliis inaequaliter serratis oblique cordato-ovatis, versus apicem bi-trilobatis, lobis acuminatis, supra subtusque nervoso-scabris; petiolis longis subtilissime rufescenti-pubescentibus; pedunculis in apice ramorum congestis folio longioribus sparsim pilosis; cymis repetite dichotomis coarctatis; floribus germinibus pedicellisque candidis; petalis ovato-orbicularibus; capsulae ala maxima oblique ovata obtusa patentissima, duabus angustis.

Caules 2 ped.; f. 4—6 p. lg. et l.; pet. 6—8 p. longi. — Ex seminib. a Warscewiczio ex America centr. missis culta.

3. GIREOUDIA FIBRILLOSA Kl.

Caule stricto robusto evanescente fusco-hirsuto; foliis oblique cordatis carnoso-membranaceis grosse dentato-lobatis, lobis acutis, supra laete viridibus rufescenti-pilosis, subtus pallidis in nervis gilvo-villosis, petiolis teretibus foliorum lamina longioribus evanescente villosis; stipulis magnis membranaceis scariosis ovatis cuspidato-acuminatis nervoso-hirsutis; pedunculis folio longioribus ferrugineo-villosis; cyma repetite dichotoma multiflora; bracteis membranaceis aridis obovatis pallide fuscis hirtis, duabus ad basim florum femineorum germine triplo brevioribus; floribus candidis; germinibus pallide viridibus; capsulis trialatis, alis inaequalibus, maxima versus apicem dilatata.

Stirps indivisa 1—1½ ped., 15 lin. crassa. F. 4—6 p. lg., 5—8 p. l.; pet. 4—7 p. longi. — In America centr., in montib. Chiriqui detex. Warscewicz.

4. GIREOUDIA PILIFERA Kl.

Caule robusto subsimplici sparsim fusco-piloso; foliis oblique cordatis suborbicularibus carnoso-membranaceis grosse dentato-lobatis, lobis acutis, supra saturate viridibus evanescente rufo-pilosis, subtus pallidis longe nervoso-villosis; petiolis teretibus foliorum lamina duplo longioribus vellereis; stipulis magnis membranaceis aridis ovatis acuminatis

nervoso-hirsutis; pedunculis folio longioribus sparsim pilosis; bracteis membranaceis obovatis ex albido-virescentibus, antice ciliatis, duabus ad basin florum femineorum germine subbrevioribus; cyma repetite dichotoma divaricata multiflora; pedunculo longo stricto villoso; floribus candidis; capsulae pallide viridis ala maxima adscendente acuta.

Caulis 9—12 poll. lg., diam. 1 poll. F. 4—6 p. lg., 5—7 p. l.; pet. 7—10 p. longi. — Hab. in America centr., d. Warscewicz detex.

5. GIREOUDIA CRASSICAULIS Kl.

Caule brevi crasso; foliis palmatim profunde partitis, laciniis acuminatis subpinnatifidis inciso-dentatis, subtus petioloque ferrugineo-pilosis; cymis densis multifloris ferrugineo-pubescentibus pedunculatis; bracteis ovatis obtusis convexis; petalis albis rotundatis glabris; ovarii alis inaequalibus, angulo superiore suborbiculare.

Begonia crassicaulis Lindl., Miscellaneous matter of the Bot. Reg. 1842, p. 22, n. 21. Bot. Reg. New Ser. t. 41.

In Guatemala detex. Hartweg.

6. GIREOUDIA VITIFOLIA Kl.

Caule carnoso ferrugineo-pubescente; foliis longe petiolatis concavis oblique ovatis grosse inciso-dentatis, supra glabris, subtus subpubescentibus; cymis axillaribus ferrugineo-tomentosis; bracteis subrotundo-ovatis convexis floribusque glabris; ovarii alis semicircularibus aequalibus.

Begonia vitifolia Lindl. l. c. p. 21, n. 20 nec Schott. — *B. Lindleyana* Walp. Rep. II., p. 209, n. 42.

F. colore et forma folia Vitis viniferae simulant; pet. 6 poll. longi. — In Guatemala detex. Hartweg.

7. GIREOUDIA PRUINATA Kl.

Glabra; caule crasso subsimplici stricto; stipulis amplis semiamplexicaulibus integerrimis obtusis dorso carinato-fimbriatis, infra apicem in setam longam excurrentibus; foliis peltatis carnosis oblique ovatis angulato-lobatis minutissime denticulatis, supra laete viridibus levissime pruinatis, subtus petiolisque albido-glaucescentibus, junioribus acuminato-lobatis, margine fibrillosis subtusque venoso-setulosis; pedunculis folio longioribus glabris virescenti-albicantibus, apice repetite dichotomis; bracteis majoribus orbiculari-obovatis candidis; floribus candidis; germinibus pallide viridibus trialatis; alis subaequalibus rotundatis.

Caulis $\frac{1}{2}$—1 ped., 1—$1\frac{1}{2}$ poll. crass.; f. 3—4 p. lg., $4\frac{1}{2}$—6 p. l.; pet. 4—5 p. longi. — Ex seminib. e Costarica a Warscewiczio missis exorta.

8. GIREOUDIA LOBULATA Kl.

Fruticosa, erecta, ramosa; ramis petiolis pedunculis et foliorum pagina inferiore tenuissime ferrugineo vellereis: foliis oblique cordatis transverse ovatis acutis coriaceis obtuse sinuato-lobatis obsolete serratis, margine pilis crispatis ciliatis, supra glabris saturate viridibus ad basin purpureo-maculatis, subtus viridi-albicantibus; cymis pedunculatis repetite dichotomis dilatatis pendulis; petalis orbiculari-obovatis candidis; capsulae ala maxima rotundata albida, reliquis angustis.

Frutex 3 ped. F. 4—5 p. lg., 5—7 p. l.; pet. 5—6 p. longi. — Patria ignota. — (In hort. Berol. reg. culta).

9. GIREOUDIA SARCOPHYLLA Kl.

Frutescens; caule pedali et insuper digitum minimum crasso, superne rufo-villoso; internodiis semipollicaribus; foliis longe petiolatis crassis oblique cordatis v. reniformi-cordatis angulatis sublobatis irregulariter denticulatis, sinu basilari obtuso, 7 nerviis, supra saturate viridibus glabrescentibus, junioribus villo rufo detergibili obsitis, subtus pallidioribus imprimis ad nervos rufo-villosis; petiolis laminam subaequantibus

v. superantibus rufo-villosis; stipulis membranaceis lanceolatis acutis, dorso pilosis; cyma dichotoma; bracteis oblongis obtusis roseis; floribus roseis.

Begonia sarcophylla Liebmann Mexicos og Central-America Begonier, p. 12, n. 22.

F. 3—5 p. longa, 2—3 p. l.; pet. 2—5 p. longi. — Hab. in Mexico in prov. Oaxaca, Liebmann detex.

10. GIREOUDIA CARDIOCARPA Kl.

Fusco-pilosa; caule erecto, basi crasso nodoso; stipulis scariosis fusco-hyalinis lato-lanceolatis acuminatis; foliis longe petiolatis crassis oblique cordatis subpeltatis acutiusculis angulatis leviter lobatis, lobis inaequalibus latis acutis obtusisve irregulariter denticulatis ciliatis, 7 nerviis, sinu basilari duplicatura loborum basilarium inconspicuo, supra glabris, subtus lepitodo-punctulatis ad nervos et imprimis ad insertionem petioli fusco-villosis, petiolo laminam subaequante fusco-piloso; pedunculo tereti crasso sulcato adsperse piloso; cyma dichotoma; bracteis deciduis elongatis obtusis pilosis; floribus carneis; petalis rotundatis; capsula glabra elongato-obcordata; alis membranaceis subaequalibus, basi cuneatis decurrentibus, apice rotundatis.

Begonia cardiocarpa Liebmann l. c. p. 13, n. 24.

F. 3 p. lg. 2 p. l.; pet. 1½—2 p. longi. — In Nicaragua, prov. Segovia detex. Oersted.

11. GIREOUDIA SERICONEURA Kl.

Caule erecto carnoso digitum crasso dense stipulaceo; stipulis membranaceis dense rufo-nervosis lanceolatis longe acuminatis ad costam imprimis longe fulvo-barbatis; foliis longe petiolatis oblique cordatis acutiusculis irregulariter grosse sinuato-dentatis, sinu basilari profunde rotundato, lobis basilaribus productis rotundatis, 9—11 nerviis, supra saturate viridibus pilis longis fuscis adspersis, subtus densius pilosis imprimis ad nervos adpresse fulvo-sericeis; petiolis laminam superante lana fulva detergibili dense obsitis; pedunculis axillaribus folia vix superantibus cum pedicellis fulvo-lanatis, cyma dichotoma; bracteis deciduis membranaceis obtusis; floribus roseis.

Begonia sericoneura Liebmann l. c. p. 13. n. 23.

F. 5—6 p. lg. 3—4½ l.; pet. 6—9 p. longi. — In Nicaragua, prov. Segovia, alt. 4500′ detex. Oersted.

12. GIREOUDIA FIMBRIATA Kl.

Trunco brevi erecto digitum minimum crasso stipulaceo; stipulis scariosis lanceolatis acuminatis; foliis longe petiolatis oblique cordatis acuminatis denticulatis ciliatis, sinu basilari angusto, lobis basilaribus rotundatis, 7—8 nerviis, utrinque rufo-setosis, subtus pallidioribus lepidoto-punctulatis; petiolis laminam aequante setis reflexis crispatulis rufis obsitis; pedunculis folia superantibus sparse setulosis, demum glabrescentibus; cyma dichotoma; bracteis majusculis orbiculatis fimbriato-ciliatis setosis; floribus rubris, externe setosis, masculis majoribus; petalis reniformi-cordatis, femineorum lato-cordatis; ovario pilosulo sensim glabrescente; capsula glabra carnosa nutante, apice truncata; alis angustis rigidis rotundatis, maxima apicem capsulae non attingente.

Begonia fimbriata Liebmann l. c. p. 18. n. 35.

F. 3 p. lg., 1½—2 p. l.; pet. 3 p. longi. — Hab. in Mexico, prov. Oaxaca, detex. Liebmann.

13. GIREOUDIA SQUARROSA Kl.

Trunco brevi obliquo stipulaceo; stipulis scariosis fuscis lanceolatis acuminatis; foliis longe petiolatis tenuibus oblique cordatis acuminatis

irregulariter denticulatis ciliatis variegatis, supra laete viridibus sanguineo-zonatis glabris, subtus lepidoto-albo-punctulatis, nervis 5—7 rufescentibus pilis raris adspersis; petiolo laminam superante dense squamuloso, squamis ferrugineis reflexis fibrilloso-laciniatis; pedunculo folia superante tereti subglabro; cyma repetite dichotoma; bracteis deciduis scariosis ovatis obtusis; floribus incarnatis; petalis masculis lato-cordatis, femineorum obovatis obtusis; capsulae ala maxima membranacea falcato-triangula obtusa, alis 2 minoribus rotundatis.

Begonia squarrosa Liebmann l. c. p. 7. n. 9.

F. 3 p. lg., 2—2⅓ p. l.; pet. 4 p. longi. — Hab. in Mexico, prov. Oaxaca, Liebmann detex.

14. GIREOUDIA SETULOSA Kl.

Caulescens; foliis oblique cordatis acuminatis subangulatis inaequaliter argute denticulatis ciliatis, nervis ramisque utrinque setulosis; cymis pedunculatis paucifloris, basi incarnatis.

Begonia setulosa Bertero, Flora Guatim. p. 37.

Species haec dubiosa in America centr. indigena dicitur.

15. GIREOUDIA ROTATA Kl.

Rufo-villosa, trunco erecto crasso carnoso stipulaceo; foliis longe petiolatis peltato-digitatis, foliolis 5—7 longe petiolulatis, oblique ellipticis acuminatis, basi cuneatis irregulariter denticulatis, supra atro-viridibus pilis rufis adspersis, subtus pallidioribus subtilissime lepidoto-granulatis imprimis ad nervos rufo-pilosis; pedunculo folia duplo superante; cyma dichotoma; bracteis numerosis lato-ovatis denticulatis longe rufo-pilosis; floribus parvis.

Begonia rotata Liebmann l. c. p. 11. n. 19.

Pet. 4—5 p. longi; foliola 3—4 p. lg., 1 p. l., petioluli 1 p. longi. — In Mexico, prov. Oaxaca detex. Liebmann.

16. GIREOUDIA CAROLINIAEFOLIA Kl.

Ferrugineo-villosa; trunco erecto crasso carnoso simplice stipulaceo stipulis ovatis acuminatis scariosis, extus ferrugineo-villosis; foliis longe petiolatis peltato-digitatis, foliolis 6—8 longe petiolulatis incurvo-inaequilateris oblongis acuminatis sinuato-serratis, basi obtusis aut cuneatis, supra atro-viridibus glabris, subtus pallidioribus nervoso-villosissimis; petiolulis dense ferrugineo-villosis squamis angustis longissimis concoloribus interspersis; pedunculo rufo-piloso folia duplo superante; cyma repetite dichotoma; floribus roseis; petalis orbicularibus; capsulis inaequaliter trialatis glabris; ala maxima oblique ovata, reliquis angustis.

Begonia caroliniaefolia Regel, Gartenflora I., p. 259. t. 25.

Caulis 1—2 ped., 1—1½ p. diam.; pet. 5—7 p., petioluli ½—1 p. longi. — Patria ignota.

β. *Rhizoma repens aut nullum.*

17. GIREOUDIA UROPHYLLA Kl.

Acaulis; foliis amplis lato-cordatis inciso-dentatis, apice caudato-acuminatis, venis flabellatis subtus setulosis; petiolis longis teretibus robustis setosis, setis mollibus deflexis; pedunculis radicalibus glabris; cymis amplis repetite di-trichotomis; petalis florum masculorum obovatis planis albidis versus basin roseo-tinctis, femineorum suborbicularibus concavis; capsulae inaequaliter trialatae alis duabus angustis tertia duplo majore rotundato-quadrangulari.

Begonia urophylla W. Hooker, Bot. Mag. t. 4855.

F. 8—9 p. longa, 6—7 p. l. — Patria ignota. Planta in hortos Belgicos traducta.

18. GIREOUDIA SETOSA Kl.

Repens; foliis oblique cordatis laete viridibus nitidis suborbicularibus crispato-dentatis, antice tri-quadrilobatis, lobis brevibus acuminatis, supra sparsim setoso-scabris, subtus pallidioribus costato-setosis; petiolis longis teretibus strictis rufescentibus deorsum incrassatis, retrorsum incano-setosis; pedunculis folio longioribus plus minus patente pilosis; cyma ampla repetite dichotoma multiflora; floribus germinibus pedicellisque candidis subinde dilutissime roseo-tinctis; petalis suborbicularibus; capsulis trialatis, ala maxima ovata obtusa, apice truncata.

F. 4—7 p. lg. et l.; pet. 6—9 p. longi. — E seminib. a Warscewiczio ex America centr. missis exorta.

19. GIREOUDIA STRIGILLOSA Kl.

Rhizomate brevi repente; foliis oblique cordatis transverse ovatis acutis angulato-dentatis rubro-marginatis, dentibus crispato-setosis, supra subtusque laete viridibus sparsim venoso-rubro-setosis; petiolis brevibus pedunculisque longis remote fasciculato-setosis; stipulis ovatis magnis acutis aristatis, margine pellucidis piliferis; cymis dichotomis; bracteis ovatis acutis roseo-costatis deciduis glabris; petalis cordato-orbicularibus subacutis, intus albidis, extus virescenti-albidis roseo-marginatis; germine inaequaliter trialato, alis duabus obtusangulis tertia parum latiore acutangula.

Begonia strigillosa Dietr. partim, Allgemeine Gartenzeitung vol. XIX., p. 330.

F. 3½ p. lg., 5 p. l.; pet. 3—4 pollic. — E seminib. a Warscewiczio ex America centr. miss. exorta.

20. GIREOUDIA STIGMOSA Kl.

Rhizomate brevissimo repente; foliis oblique cordatis indivisis brevi acutis inaequaliter dentato-setosis, supra saturate viridibus subglabris inter furcationes venarum atro-purpureo-maculatis, subtus pallidioribus sparse nervoso-setosis; petiolis ramentaceis seu laciniato-squamosis, apice barbato-squamatis; cymis divaricato-dichotomis glabris longe pedunculatis; pedunculis inferne sparsissime setosis; bracteis parvis oblongis acutis; petalis albido-virescentibus obovatis flor. femin. obovato-orbicularibus duplo minoribus; capsulae alis obtusis rotundatis altera elongata subadscendente obtusata.

Begonia stigmosa Lindl., Miscellaneous matters to the Bot. Reg. 1845 n. 40.

F. 3—5 p. longa, 4—7 p. l.; pet. 4—8 p. longi. — Planta ex America centr. exorta.

21. GIREOUDIA MANICATA Kl.

Caule carnoso decumbente subbrevi; foliis longe petiolatis oblique cordatis repando-dentatis breviter acuminatis ciliatis, supra laete viridibus glabris, subtus ad nervos squamis sparsissimis purpureis apice filamentosis adspersis, ad insertionem petioli squamis majoribus reflexis palmatifidis purpurascentibus verticillatis obsitis; petiolo laminam subaequante v. superante imprimis apicem versus squamis purpureis subverticillatis reflexis fimbriatis obsito; stipulis lanceolatis fimbriatis; pedunculo folia superante glabro; cyma repetite dichotoma; bracteis deciduis hyalinis ovatis obtusis, petalis roseis flor. masc. ovalibus flor. fem. obovatis minoribus; antheris brevissime apiculatis; capsula obovata glabra; alis subaequalibus pallide virescentibus, basi cuneatis, apice rotundatis.

Begonia manicata Cels. mss. ex Visiani L'Orto bot. di Padova nell' anno 1842, p. 135. — *B. schizolepis* Liebmann l. c. p. 17. n. 33.

F. 3—9 p. lg., 2—6 p. l.; pet. 2—5 p. longi. — Hab. in Mexico, leg. Liebmann.

22. GIREOUDIA HERACLEIFOLIA Kl.

Rhizomate repente crasso scabro-setoso; stipulis latissimis triangularibus in setam longam terminantibus, hyalinis, margine revolutis, dorso

subulato-carinatis, carina setoso-ciliata; petiolis longis teretibus sursum attenuatis purpureo-punctatis patente albido-setosis, apice annulato-barbatis; foliis cordatis ambitu suborbicularibus, plus minus profunde septem-lobatis, lobis ovato-lanceolatis dentatis ciliatis, subinde sinuatis, utrinque raro sparsim pilosis, supra saturate viridibus micantibus, subtus pallidioribus nervoso-prominentibus; cymis trichotomis pedunculatis foliis longioribus; pedunculis rubro-punctulatis patente pilosis; bracteis e viridi-roseis oblongo-orbicularibus obtusis dentato-serratis; petalis obovato-orbicularibus roseis; capsulae viridis inaequaliter trialatae alis roseis, apice truncatis.

Begonia heracleifolia Cham. et Schlechtd. Linnaea V., p. 603. Otto et Dietr., Allgemeine Gartenzeitung IV., p. 348.

var. α. *viridis* Kl. petiolis laevibus; foliis pure viridibus hirtellis subtus pallidis; petalis alisque inpunctatis.

Begonia heracleifolia Hooker, Bot. Mag. t. 3444. Lindley, Bot. Reg. t. 1668. — *B. heracleifolia* et *B. jatrophaefolia* Hort. Berol.

var. β. *punctata* Kl. petiolis tuberculis elongatis praesertim in partem superiorem obsitis; foliis ad paginam inferiorem versus marginem plus minus rubescentibus, supra nigrescenti-micantibus; petalis alisque coccineo-punctatis.

Begonia punctata Link, Kl. et Otto, Ic. plant. rar. I., p. 17. t. 7. — *B. punctata* et *B. nigricans* Hort. Berol.

Rhizoma 3—6 p. lg. et —1½ p. crassum. F. 5—8 p. lg., 3—6 p. l.; pet. 5—12 p. — Hab. in Mexico (Schiede, Deppe, Liebmann).

23. GIREOUDIA MACROPHYLLA Kl.

Rhizomate brevi crasso tuberculato squamoso; stipulis maximis basi latissimis triangularibus hyalinis setoso-cuspidatis, dorso carinatis piloso-setosis, carina convexa, superne in laminam angustata; petiolis crassis robustis erectis teretibus squamis angustis laciniatis recurvis hyalinis obsitis; foliis maximis profunde cordatis ambitu suborbicularibus dentato-serratis et sinuato-dentatis ciliatis, subtus nervoso-hispidis, junioribus convolutis plicato-angulatis; cymis amplis divaricatis repetite dichotomis longe pedunculatis; pedunculis robustis strictis striatis sparsim setulosis; floribus parvis albis; petalis brevi-obovatis; antheris brevissime apiculatis; capsulae alis obtusangulis una maxima.

Begonia macrophylla Dryander, Trans. of the Linnean Soc. I., p. 164. Willd Spec. plant. IV., p. 416.

var. α. *concolor* Kl. Petiolis sparsim laciniato-squamosis; foliis supra nitidis subtus pallide viridibus.

Begonia macrophylla Hort. Berol.

var. β. *discolor* Kl. Petiolis dense laciniato-squamosis, foliis supra opacis, subtus inter nervos plus minus rufescentibus.

Begonia peponifolia Hort. Berol.

Rhizoma 3 p. lg. 2 p. crassum. Pet. 8—10 p. longi; f. 1 ped. et ultra diam., 6 p. lg. — Hab. in montib. ins. Jamaicae.

24. GIREOUDIA BARKERI Kl.

Acaulis; foliis basi inaequaliter cordatis obsolete lobatis acutis, supra glabris nitidis, subtus hirsutis; pedunculo longissimo piloso; cyma dichotoma divaricata ramosissima; petalis obovatis, extus pilosis.

Begonia Barkeri Knowl. et Westc. III. 179, t. 135.

Hab. in Mexico, rarius culta.

25. GIREOUDIA PLEBEJA Kl.

Rhizomate obliquo brevi carnoso digitum crasso subterraneo; stipulis

scariosis glabris lanceolatis carinatis longe acuminatis; foliis tenuibus longe petiolatis oblique cordatis subangulatis acutis irregulariter dentato-denticulatis ciliatis, sinu basilari acuto, 7—9 nerviis, supra laete-viridibus glaberrimis, subtus pallidioribus albo-punctulatis adsperse pilosulis, petiolo laminam superante vel subaequante; pedunculo folia superante tereti sulcato primum dense rufo-piloso demum glabrescente; cyma repetite dichotoma; bracteis deciduis scariosis ovatis obtusis denticulato-ciliatis pilosis; petalis albis rotundis; capsulae alis hyalinis membranaceis, maxima triangula margine superiori truncato, dorsali leviter curvato, ala altera minori obtusangula, tertia minima rotundata; pedicellis adsperse pilosis.

Liebmann l. c. p. 8, n. 11.

F. 3—6 p. lg., 2—4 l.; pet. 3—7 p. longi. — In vulcanis El Viego (Nicaragua) et Aguacate (Costarica) detex. Oersted.

26. GIREOUDIA CONCHAEFOLIA Kl.

Tota rufo-villosa; rhizomate brevi obliquo digitum crasso; stipulis scariosis lanceolatis acuminatis; foliis longe petiolatis peltatis oblique lato-ovatis subintegerrimis breviter et obtuse acuminatis crassis 7 nerviis, supra pilis longis flaccidis fuscis obsitis, subtus dense rufo-villosis; pedunculis plurimis fusco-villosis folia superantibus cymoso-corymbosis; bracteis deciduis lato-ovatis apiculatis dense rufo-villosis; petalis obovato-orbicularibus parvis ex albido-virescentibus; capsulae alis tenuissime membranaceis rotundatis, basi obtusis, apice truncatis aut emarginatis, duabus parum majoribus.

Begonia conchaefolia Dietrich, Allgemeine Gartenzeitung 1851, vol. XIX. p. 258.

var. α. *scutellata* Kl. Petiolis laete viridibus.

Begonia scutellata Liebmann l. c. p. 9, n. 13.

var. β. *Warscewicziana* Kl. Petiolis sanguineis.

Gireoudia Warscewicziana Kl. mss. in horto bot. Berol. olim.

F. 2—5 p. lg., 1½—4 p. lata; pet. 2½—4 p. longi. — Hab. in Costarica, alt. 6000' (Oersted. Warscewicz).

27. GIREOUDIA NELUMBIIFOLIA Kl.

Acaulis; foliis peltatis oblique orbiculari-ovatis brevi acuminatis denticulatis ciliatis, umbone depresso excentrico duabus circiter diametri majoris tertiis partibus ab apice remoto, utrinque glabris, subtus pallidioribus veniculiferis novemnerviis, nervis subtus prominentibus fuscescentibus retrorsum hirtellis; petiolo erecto longo retrorsum hirtello; cyma quinquies dichotoma ampla longe pedunculata; pedunculo foliis longiore stricto sparsim retrorsum piloso; bracteis subpellucidis complicato-concavis acutis; floribus albis parvis; petalis orbicularibus; capsulae glabrae virescentis alis duabus angustis, tertia majore ovata obtusa, apice truncata, basi subemarginata.

Begonia nelumbiifolia Cham. et Schlechtd. Linnaea vol. V., p. 604, n. 730. — *B. hernandiaefolia* Hort. Berol. nec Hooker.

F. 7—11 p. l., 10—13 p. lg.; pet. 7—11 p. longi. — In Mexico pr. Misantla detex. Schiede.

28. GIREOUDIA HYDROCOTYLIFOLIA Kl.

Rhizomate brevi crasso carnoso horizontali; stipulis lato-ovatis acutis carinatis seta terminatis; foliis carnosulis petiolatis reniformi-cordatis rotundatis integerrimis ciliatis 5—7 nerviis, (in speciminibus excultis majoribus,) supra obscure viridibus glabris, sinu basilari angusto acuto; petiolo laminam superante rufo-villosulo, demum glabrescente; pedunculo tenui furcato-dichotomo subcontracto-cymoso foliis pluries longiore

glabro; pedicellis tenuibus; floribus roseis: petalis orbicularibus; capsulae membranaceae alis subaequalibus angustis rotundatis, utrinque subemarginatis.

F. 1⅓—2⅓ p. lg., 2—3½ p. l. — Hab. in Mexico in alt. 2500′.

29. GIREOUDIA RHIZOCAULIS Kl. — Klotzsch ind. sem. h. Berolin. ann. 1856.

Rhizomate brevi ramoso repente subcochleato; foliis oblique cordatis ovato-orbiculatis sublobato-dentato-serratis, margine rubescente setosis, supra laete viridibus scabris violaceo-variegatis, subtus pallidis subalbicantibus sparsim pubescentibus nervoso-fusco-fibrillosis; petiolis teretibus pallide rubescentibus sparsim fusco-fibrillosis; stipulis ovatis subcarinatis roseis membranaceis longissime acuminatis; cymis repetito-dichotomis brevi pedunculatis petiolo quadruplo brevioribus, pedunculis fibrillosis; floribus pallide roseis; bracteis oblongis coloratis conduplicatis acuminato-setosis; germine sparsim fibrilloso, alis angustis inaequalibus.

Begonia rhizocaulis Hort. Berol.

Lamina folii 4—7 poll. longa et 3—6 poll. lata. Petioli 6—9 poll. longi, sursum attenuati. Perigonii foliola fl. mascl. elliptico-obovata, 4 lin. longa, 3 lin. lata; fem. suborbicularia, apice undulata, tres lineas in diametro. Capsulae alis unam usque ad sesquilineam latis et apice subuncinato-truncatis. — Floruit M. Aug. 1856 in horto botanico Berol.

XXVII. ROSSMANNIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 99. taf. IX. A.

Flores monoici subcorymbosi terminales. Masculi: Petala 2 suborbicularia. Stamina plurima inaequilonga, exteriora breviora; antheris brevibus ovalibus, utrinque obtusis, apice brevi productis, loculis lateralibus tumidis; filamentis filiformibus brevissime monadelphis. Flores feminei: Petala 2 suberecta ovato-orbicularia. Ovarium inferum triloculare depresso-trigonum valde inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima, anatropa, lamellis arcuatim subconniventibus in stipitem brevem exovuliferum conjunctis. Stylus tripartitus glaber persistens, lobis arcuatim bicornutis erectis tortuosis, fascia papillosa ter spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula turbinato-triquetra trilocularis valde inaequaliter trialata, ala maxima oblonga adscendente suberecta obtusa, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens, bracteis tribus orbiculatis magnis persistentibus obducta. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Herba scandens radicans Peruviana; foliis subaequalibus oblongis acuminatis membranaceis argute serratis glabris brevi petiolatis; stipulis caducis; corymbis laxis terminalibus; floribus roseis; capsulae ala maxima longissima erecta obtusa.

1. ROSSMANNIA REPENS Kl.

Herbacea, scandens, glabra; caulibus longis ramosis radicantibus; foliis aequalibus membranaceis utrinque glabris oblongis acuminatis argute serratis, basi subattenuato-obtusis brevi petiolatis, supra laete viridibus, subtus pallidioribus fuscescente-nervosis; stipulis membranaceis oblongo-spathulatis caducis brevi apiculatis; corymbi ramis alternis subremotis; petalis saturate roseis suborbicularibus; ala maxima elongato-oblonga obtusa capsula quater longiore.

Begonia repens Herb. Ruizii.

Caules pluriped. F. 2½ — 3½ p. lg., 8—12 lin. l.; pet. 2—4 lin. longi. — Hab. in Peruvia, Ruiz et Pav. detex.

---

*) Genus Dr. Rossmanno, ad universitatem Giessam docenti dicatum.

XXVIII. **CYATHOCNEMIS*)** *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 100.

Flores monoici dichotomo-cymosi ebracteolati, ad basin dichotomiarum bractea magna cyathiformi, apice sinuato-lobata muniti. Masculi: Petala 2 opposita suborbicularia plana. Stamina numerosa inaequilonga; antheris linearibus luteis filamenta aequantibus, utrinque rima longitudinali ab apice ad basim dehiscentibus; filamentis filiformibus albis, basi breviter monadelphis, extimis brevioribus, interioribus sensim longioribus. Flores feminei: Petala 2 obovato-orbicularia. Ovarium inferum trigonum triloculare inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima, anatropa, lamellis arcuatim conniventibus in stipitem exovuliferum conjunctis. Stylus tripartitus glaber persistens, lobis bicornutis tortuosis, fascia papillosa ter spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula membranacea utrinque acuta triquetra trilocularis inaequaliter trialata, alis duabus marginem membranaceum angustum constituentibus, tertia in lobum obtusum, apice subtruncatum, totius capsulae inter alas parallele striatae diametrum superantem venosumque producta, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina numerosissima subcylindrica fuscescentia reticulata exalbuminosa.

Herba subtuberosa succulenta erecta glabra Peruviana; caule tripedali stricto tereti; foliis petiolatis oblique cordatis; transverse ovatis acutis sinuato-angulatis crenatis roseo-marginatis, utrinque glabris; stipulis magnis subpersistentibus flabellatis; pedunculo axillari longissimo repetite dichotomo; bracteis ad basin dichotomiarum magnis viridibus in cyathum obverse conicum connatis, deinde basi circumscissis deciduis, ore truncato eroso-lobato; florum pedicellis longis filiformibus ebracteolatis.

1. CYATHOCNEMIS OBLIQUA Kl.

Tuberosa; caule subsimplici glabro stricto; stipulis obovato-flabellatis magnis subpersistentibus; foliis oblique cordatis, transverse ovatis acutis sinuato-angulatis crenatis; pedunculis axillaribus terminalibusque longissimis glabris; floribus candidis ebracteolatis; capsulae alis inaequalibus.

Begonia obliqua Herb. Ruizii. — *B. cyathophora* Poeppig et Endlicher, Genera et spec. plant. I., p. 7. n. 1. t. 11.

Caulis 3 ped., f. 3—4 p. lg., 6—7 p. l.; pet. 5—6 p. longi. — In Peruvia orient., in Andium rupestrib. — (non culta).

XXIX. **MAGNUSIA**)** *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 101. taf. IX. B.

Flores monoici albi cymosi. Masculi: Petala 2 latissima semiorbicularia, extus sparsim pubescentia rigida. Stamina 50—60 toro pulvinato inserta; antheris elongatis, utrinque truncatis, apice subemarginatis per rimas laterales usque ad apicem dehiscentibus; filamentis brevibus liberis tenuibus planiusculis. Flores feminei: Petala 2 latissima semiorbicularia carnosa subconvoluta nec expansa, extus hirta. Ovarium inferum triloculare trigonum inaequaliter trialatum, extus hirsutum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali gyroso-bilamellatis creberrima, anatropa. Stylus trifidus glaber persistens; stigmatibus bicornutis, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula

*) Vox ex vocibus graecis κύαθος et κνημὶς conflata.

**) Ad honorem antecessoris Berolin. „Magnus", acedemici, genus dicatum.

turbinato-triquetra trilocularis valde inaequaliter trialata utrinque emarginata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Suffrutex in montibus regni Mexicani obvius. Rhizomate crasso carnoso cicatrisato setoso; foliis suborbicularibus angulatis dentatis oblique cordatis longissime petiolatis; pedunculis longis longissime repetito-dichotomis; floribus albis; petalis florum femineorum carnosulis margine inflexis subclausis; capsulae brevi setosae ala maxima ovata obtusa, versus apicem dentato-ciliata.

1. MAGNUSIA FUSCA Kl.

Rhizomate crasso carnoso obliquo cicatrisato stipulato; foliis petiolatis oblique cordatis acute angulato-lobatis acuminatis, lobo basilari maximo rotundato, sinu profundo angusto, 7—9 nerviis, utrinque ferrugineo-setosis, supra saturate viridibus, subtus fuscescentibus imprimis ad nervos pilosis; petiolo longo fusco-piloso; pedunculo longo crasso tereti parce puberulo, demum glabrescente; cyma elongata repetite dichotoma; bracteis deciduis concavis ovatis obtusis ciliatis, externe rufo-setosis; floribus albidis, extus brevi setosis; petalis carnosis setoso-denticulatis, margine tenuioribus; capsulae brevi setosae alis ciliatis, 2 angustioribus rotundatis, maxima chartacea lato-falcata obtusangula denticulata.

Begonia fusca Liebmann l. c. p. 8, n. 10.

Rhizoma 2—3 p. lg., $1^1/_2$ p. crass. F. 6—11 p. lg., 3—9 p. l.; pet. 1—$1^1/_2$ ped. — Hab. in Mexico, prov. Oaxaca in alt. 3—5000'. (non culta).

2. MAGNUSIA MAXIMA Kl.

Rhizomate repente crasso setoso cicatrisato, radiculis roseis instructo; stipulis magnis late ovatis subacuminatis serrato-setosis evanescente pilosis albido-tuberculatis: petiolis strictis teretibus retrorsum pubescentibus sursum attenuatis sesquipedalibus; foliis magnis transverse orbiculato-ovatis oblique acuminatis novemnerviis profunde cordatis, margine leviter sinuatis fusco-serratis setosis, utrinque viridibus albido-pubescentibus, nervis subtus magis prominentibus; pedunculo longissimo stricto glabrescente; cyma elongata repetite dichotoma; bracteis deciduis magnis obovatis albido-virescentibus puberulis; floribus magnis candidis, externe sparsim pilosis; capsulae pubescentis alis serrato-ciliatis duabus angustioribus rotundatis, tertia maxima adscendente ovata.

Magnusia fusca Taf. IX. C. fig. a—m. — *Begonia maxima* Hort. Berol.

Rhizoma 6—8 p. lg., $1^1/_2$ p. crass.; f. 12 p. lg., 15 p. l.; pet. teretes $1^1/_2$ pedales. — Probabiliter ex Mexico exorta.

** Placentae integrae pedicellatae.

XXX. HAAGEA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 103. taf. IX. C.

Flores monoici rosei cymosi. Masculi: Petala 2 late obovata glabra. Stamina crebra inaequilonga, centralia longiora toro subplano inserta, antheris obovatis, apice truncato-tumidis, basi attenuato-obtusis filamentis liberis subbrevioribus. Flores feminei: Petala 2 orbiculato-obovata. Ovarium inferum triloculare trigonum aequaliter trialatum roseum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis (sectio transversa ovato-lanceolata) sessilia, creberrima, anatropa. Stylus tripartitus glaber persistens, Stigmata latissime expansa subplana divaricato-biloba, lobis brevissimis subtortuosis, fascia papillosa semel spiraliter torta antice continua cinctis. Capsula tenuissime membranacea triquetra

*) Memoriae „Ad. Haage" hortulani Erfurtensis genus creatum.

trilocularis obovata aequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutices erecti parce ramosi Indici; foliis semicordatis transverse ovatis attenuato-acutis duplicato-serratis discoloribus petiolatis; stipulis oblongis semicordatis; cymis paucifloris pendulis axillaribus rubro-pedunculatis; floribus longissime pedicellatis magnis germinibusque roseis; capsulis aequaliter trialatis.

1. HAAGEA DIPETALA Kl.

Fruticosa, erecta, subglabra; caule erecto parce ramoso cinereo-fusco roseo-punctato; foliis semicordatis transverse ovatis acutis duplicato-serratis inaequilateris rubro-petiolatis, supra laete viridibus albido-maculatis setis sparsis brevibus obsitis, subtus purpurascentibus; stipulis ovato-oblongis semicordatis; cymis paucifloris pedunculatis pendulis axillaribus; floribus germinibusque saturate roseis; capsulae alis subaequalibus rotundatis, basi plus minus attenuatis.

Begonia dipetala Graham in Bot. Magaz. t. 2849. R. Wight, Ic. plant. Ind. or. vol. V., t. 1813!

Frutex 2—3 ped. Pet. $1\frac{1}{2}$—3 p. longi. — Hab. in India or. Ex urbe Bombay a Dr. Jonston in Angliam introducta.

B. PRITZELIEAE.

Stylorum stigmatumque rami undique papillosi.

† Flores masculi 4—, feminei 5— petali.

* Placentae crasso-bilamellatae.

XXXI. TITTELBACHIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 105. taf. X. A.

Flores monoici pedunculato-cymosi penduli e miniato coccinei. Masculi: Petala 4 biserialia cruciatim opposita, 2 exteriora ovata obtusa majora crassa carnosa, 2 interiora tenuiora oblonga minora. Stamina dense aggregata toro pulvinato inserta; antheris oblongis, utrinque rotundato-obtusis filamenta aequantibus; filamentis brevibus filiformibus liberis, Feminei: Petala 5 pluriserialia inaequalia carnosula. Ovarium inferum trigonum triloculare inaequaliter trialatum, apice truncatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis crassis conniventim falcatis creberrima, anatropa. Stylus persistens perbrevis trifidus; stigmatibus bicornutis erectis sursum attenuatis, ramis versus apicem divaricatis nec tortuosis undique minutissime papillosis. Capsula carnoso-membranacea turbinato-triquetra trilocularis inaequaliter trialata, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Frutices glabri ramosi Novogranatenses; foliis parvis obliquis distiche recurvis subcoriaceis semiovatis acutis ciliato-serratis viridibus, subtus pallidis nitidis brevi petiolatis; stipulis oblongis setoso-apiculatis marcescentibus; cymis parvis in apice ramulorum axillaribus pedunculatis pendulis; floribus longe pedicellatis globoso-conniventibus; capsulis carnoso-membranaceis coloratis; alis inaequalibus crassiusculis obtusangulis.

1. TITTELBACHIA FUCHSIOIDES Kl.

Fruticosa, ramosissima, glabra; caule erecto tereti griseo-fuliginco sparsim flavido-punctato; ramis pendulis e viridi-rubicundis; stipulis

*) Genus Tittelbachio, hortulano Kewensi dicatum.

lato-lanceolatis unicostatis setoso-cuspidatis, basi oblique cordatis semipellucidis, deinde marcescentibus; foliis parvis oblongis acutis rubro-cuspidato-serratis disticheque deflexis, basi oblique emarginatis, supra laete viridibus opacis, subtus pallide viridibus albido-punctulatis nitidis; petiolis brevibus pallide rubris, supra sulcatis; cymis in apice ramulorum axillaribus pedunculatis paucifloris pendulis; bracteis roseis ovato-lanceolatis cuspidatis subintegerrimis subinde bicuspidatis; petalis exterioribus ovatis obtusis carnosis; extus convexis coccineis, intus concavis pallidioribus; pedicellis longis roseis; capsulae alis inaequalibus subcoccineis, apice truncatis.

Begonia fuchsioides Hooker, Bot. Mag. t. 4281.

Frutex 3—4 ped. F. 12—21 lin. lg., 5—9 lin. l.; pet. 2 lin. longi. — Hab. in Nova Granata, Purdie detex.

2. TITTELBACHIA MINIATA Kl.

Fruticosa, ramosa, glabra; caule erecto tereti viridi-cinereo leviter striato-angulato; ramis adscendentibus e viridi rubescentibus; stipulis sessilibus lanceolatis unicostatis setoso-cuspidatis marcescentibus, nec basi cordatis; foliis parvis oblongis acutis roseo-cuspidato-serratis disticheque reflexis, basi oblique emarginatis, supra laete viridibus pellucido-nervosis, utrinque nitidis, subtus pallide viridibus albido-punctulatis; petiolis brevibus pallide viridibus, supra sulcatis; cymis in apice ramulorum axillaribus pedunculatis paucifloris pendulis; bracteis ovato-lanceolatis cuspidatis hinc inde sparsim serratis; petalis exterioribus ovatis obtusis carnosis, extus convexis miniatis, intus concavis pallidioribus; pedicellis longis saturate roseis; capsulae alis inaequalibus coccineis, apice truncatis.

Begonia miniata Planchon et Linden, Flore des Serres vol. VIII., p. 105 cum icone picta.

Frutex 3—4 ped.; f. 12—20 lin. lg., 7—10 l. l., pet. 1—2 lin. longi. — E Columbia introduxit Linden.

** Placentae integrae pedicellatae,

XXXII. PRITZELIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 107. taf. X. B.

Flores monoici albi rosei aut coccinei. Masculi: Petala 4 biserialia cruciatim opposita, 2 exteriora suborbicularia paullulum latiora quam longa, intus concava, 2 interiora oblonga angustiora, basi attenuata. Stamina 17—40 toro pulvinato inserta; antheris elongatis oblongis obtusis compressiusculis, basi subemarginatis, filamentis brevissimis liberis teretibus. Flores feminei: Petala 5 triserialia subaequalia vel interiora minora ovato-oblonga obtusa. Germen inferum triloculare trialatum coloratum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali integerrimis pedicellatis, (sectio transversa ovato-triangularis) creberrima, anatropa. Stylus brevis persistens puberulus trifidus aut tripartitus. Stigmata tria bicornuta, cornubus plus minus tortuosis undique puberulo-papillosis. Capsula triquetra trilocularis glabra colorata, alis aequalibus aut inaequalibus, apice truncatis, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima ovalia reticulata exalbuminosa.

Suffrutices Brasilienses; caulibus ramosis erectis aut flexuoso-adscendentibus, tenuibus aut crassis; stipulis deciduis; foliis oblique cordatis inaequilateris brevi- aut longe-petiolatis subcoloratis, supra nitidis; cymis repetite dichotomis amplis longe

*) Memoriae academiae Berolinensis archivarii „Pritzel" genus dicatum.

pedunculatis axillaribus; floribus ex albido roseis aut coccineis; capsularum alis variaeformibus.

* *Caule erecto ramoso; lobis stigmatum semel arcuato-tortuosis; capsulae alis subaequalibus, inferne subattenuatis, apice truncatis.*

1. PRITZELIA FISCHERI Kl.

Tenuis, erecta, ramosa; caule erecto rubescente semipellucido tumido-articulato; foliis semicordatis subparvis tenuibus transverse ovato-oblongis acuminatis angulato-dentato-serratis, supra micantibus, subtus rubescentibus, stipulis ovatis integerrimis; cymis parvis pedunculatis subterminalibus; petalis flor. masc. exterioribus rotundatis concavis, marginibus plano-revolutis; petalis flor. fem. ovato-lanceolatis; capsulae alis duabus majoribus.

Begonia Fischeri Otto und Dietr., Allgemeine Gartenzeitung vol. IV., p. 354. Graham, New Edinb. philos. Journal vol. XXI., p. 154 et in Bot. Mag. t. 3532.

Caul. $1\frac{1}{2}$—2 ped. Pet. $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ p. longi; f. 11—17 lin. lg., 2—$3\frac{1}{2}$ p. l. — Hab. in Brasilia.

2. PRITZELIA COCCINEA Kl.

Erecta, glabra; caule sanguineo articulato-tumido; foliis obliquis semicordatis carnosis transverse oblongo-ovatis acutis sinuato-dentatis rubro-marginatis majoribus, supra concaviusculis; stipulis amplis obovatis concavis coloratis deciduis; pedunculis erectis, cymis ramificationibus floribusque coccineis pendulis; petalis obovatis; capsulae pyriformis alis subaequalibus.

Begonia coccinea Hooker, Bot. Mag. t. 3990. Paxton, Mag. of Bot. vol. X., p. 73 cum icone picta.

Stirps $1\frac{1}{2}$—2 ped. Pet. $\frac{1}{2}$—1 p. longi; f. $1\frac{1}{2}$—$2\frac{1}{2}$ p. lg., 4—6 p. l. — Hab. in Brasilia in montib. dictis „Orgelgebirge".

3. PRITZELIA SANGUINEA Kl.

Caule erecto subramoso, inferne cinereo, superne ramisque sanguineis; stipulis magnis convexis ovatis acutis, extus roseis, intus magis concavis; petiolis teretibus sanguineis folio brevioribus; foliis oblique cordatis transverse ovatis brevi acuminatis carnosis magnis, margine revolutis crenatis, supra saturate viridibus nitidis, subtus sanguineis; pedunculis cymis pedicellisque erectis axillaribus sanguineis; floribus candidis; germinibus capsulisque flavido-viridibus; alis subaequalibus.

Begonia sanguinea Raddi in Sprengel, Syst. veget. vol. II., p. 625. Link et Otto, Icones plant. rar. horti Reg. bot. Berol. p. 25. t. 13. Hooker, Bot. Mag. t. 3520.

Stirps 2—3 ped.; f. 3—4 p. lg., 5—7 l.; pet. 1—4 p. longi. — E Brasilia in hortos induxit Sello.

4. PRITZELIA GLAUCA Kl.

Caule erecto subgracili, inferne sublignoso cinerascente, superne herbaceo rubescente, stipulis ovatis brevi apiculatis; petiolis teretibus erectis rubicundis folio brevioribus; foliis carnosulis semicordatis transverse ovatis incurvo-acuminatis serrato-dentatis erectis; cymis congestis; ramificationibus inaequaliter evolutis; petalis exterioribus reniformi-semiorbicularibus, interioribus angustis; petalis exterioribus flor. femin. obovato-rotundatis; capsulae alis inaequalibus rotundatis.

Begonia glauca Herb. Ruizii.

Caul. 2 ped. F. $1\frac{1}{2}$—2 p. lg., 3—4 p. l.; pet. $\frac{1}{2}$—1 p. longi. — Hab. in Peruvia, Ruiz detex. (non culta).

5. PRITZELIA ZEBRINA Kl.

Caulibus usque ad basin divisis erectis acute sexangularibus parce ramosis; stipulis magnis ovatis brevi apiculatis carinatis marcescentibus; petiolis brevibus erectis teretibus; foliis subcoriaceis semicordatis transverse elongato-ovatis acutis, margine subundulatis inaequaliter crenato-serratis, supra micantibus albido-venosis, subtus viridibus aut sanguineis; cymis pedunculatis axillaribus viridibus aut saturate roseis; floribus albidis vel roseo-tinctis parvis; petalis flor. masc. exterioribus orbicularibus, intus excavatis, interioribus obovatis; petalis flor. femin. ovatis subacutis; capsulae alis inaequalibus rotundatis, apice truncatis, basi obtusis.

Begonia zebrina Hort. Angl.

var. α. *concolor* Kl. Caule ramis petiolis foliis cymisque undique viridibus floribus albidis.

var. β. *discolor* Kl. Foliorum pagina inferiore sanguineo; cymis floribusque roseis.

Caules 2—3 ped. F. 2—3 p. lg., 5—7 p. l., pet. ½—2 p. longi. — Hab. in Brasilia.

** *Caule brevi flexuoso ramoso; internodiis brevissimis; stipulis dorso connatis; petiolis longis; stigmatum lobis crassis strictis; capsulae alis valde inaequalibus.*

6. PRITZELIA RAMENTACEA Kl.

Caule sanguineo erecto flexuoso ramoso squamis albis recurvis laciniatis asperato dense folioso; stipulis conduplicatis connatis, versus marginem exteriorem squamoso-villosis, deinde apice bifidis; petiolis extus intusque coccineis teretibus sursum attenuatis squamis candidis piloso-laciniatis aridis recurvatis dense annulatim ortis vestitis folio subduplo longioribus; foliis oblique cordatis transverse ovatis brevi acuminatis, margine deflexis remote angulato-dentatis inter dentes subcrenatis, supra saturate viridibus nitidis in centro umbilicato planiusculis flavido-venosis, subtus sanguineis dense coccineo-setosis, (setis complanatis patentibus anguste laciniatis); cymis repetite dichotomis axillaribus longe pedunculatis; pedunculis rubescentibus sulcato-striatis sparse squamoso-hirtis; floribus roseis; petalis flor. masc. exterioribus oblongo-rotundatis, interioribus obovatis, basi attenuatis; petalis flor. femin. ellipticis aut lato-obovatis; capsulae glabrae alis inaequalibus, maxima adscendente ovata subacuta.

Begonia ramentacea Paxton, Mag. of Bot. vol. X., p. 73 cum icone picta.

Caulis 2 ped.; f. 1½—2 p. lg., 3—4 p. l.; pet. ½ — 1 p. longi. — Hab. in Peruvia (Ruiz). — (non culta).

7. PRITZELIA PRINCEPS Kl.

Caule flexuoso densissime folioso setoso-fibrilloso; stipulis magnis conduplicatis carinatis setuloso-villosis, apice truncatis; petiolis robustis teretibus longis viridibus, basi rubescentibus remote annulatim inciso-squamatis, squamis brevissimis latis albidis deflexis; foliis oblique cordatis transverse lato-ovatis acutis, margine recurvatis obsolete dentatis, supra saturate viridibus lucidis flavido-venosis, subtus sanguineis viridi-venosis sparsim scabris, cymis majoribus repetite dichotomis longo-pedunculatis axillaribus subglabris laete rubris; floribus candidis; petalis exterioribus flor. masc. obovato-orbicularibus, interioribus minoribus, interdum filiformibus, hinc inde nullis; capsulae glabrae alis valde inaequalibus, maxima adscendente rotundata.

Begonia princeps et *Begonia libonica* Hort. Berolinensis.

Caul. 1 ped. F. 4—6 p. lg., 7—10 p. l.; pet. 6—10 p. longi. — Patria ignota. (Fortasse ex hybrisatione in hortis bot. exorta).

XXXIII. WAGENERIA*) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 112. taf. X. C.

Flores albi monoici geniculatim dichotomo - cymosi. Inflorescentia sexibus mixta aut sejuncta. Masc.: Petala 4 cruciatim opposita, exteriora majora elliptica, interiora angustiora oblonga, inferne attenuata, intus concava. Stamina crebra, filamentis subbrevibus basi brevissime connatis; antheris elongato - obovatis bilocularibus longitudinaliter dehiscentibus filamentis sublongioribus. Flores feminei: Petala 5 patentia subinaequalia oblonga pluriserialia, exteriora minora. Ovarium inferum triloculare trigonum valde inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali solitariis pedicellatis (sectio transversa ovata obtusa, basi truncata aut subcordata,) creberrima, anatropa. Stylus tripartitus brevis persistens puberulus; stigmatibus arcuato - bicornutis, cornubus bis-ter spiraliter tortis, undique puberulo-papillosis. Capsula turbinato-triquetra trilocularis inaequaliter trialata, alis duabus angustissimis, tertia maxima patentissima, ad alarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Suffrutices ramosi erecti v. flexuoso - subscandentes radicantes in America tropica indigeni; foliis aequalibus aut obliquis integris aut lobatis petiolatis bistipulatis; stipulis marcescentibus; petiolis supra sulco instructis; cymis geniculato - dichotomis pedunculatis axillaribus; floribus albis; bracteis parvis; capsulae glabrae ala maxima patentissima.

α Caule ramisque flexuoso - subscandentibus radicantibus.

1. WAGENERIA DEFLEXA Kl.

Flexuoso - radicans, glabra; foliis subaequalibus ovatis acuminatis, margine undulatis obsolete crenato - serratis hinc inde grosse dentatis, supra nitidis saturate -, subtus pallide viridibus, basi subemarginato-rotundatis, arcuatim deflexis nervoso - plicatis; stipulis lato - lanceolatis carinatis apiculatis; cymis geniculato-dichotomis pedunculatis axillaribus; floribus alisque candidis; capsulae ala maxima rectangula latissima angusta obtusa, duabus obsoletis.

Begonia scandens Hort. Berol. et Schoenbr.

Stirps 2—3 ped.; f. 2½—3½ p. lg., 1½—2½ l.; pet. 1—2 p. longi. — E Venezuela in hortos introduxit Wagener.

2. WAGENERIA FAGIFOLIA Kl.

Flexuosa, radicans, pilosa, ramosa; foliis deflexis subaequalibus ovatis acutis subangulato - serratis plicatis, basi emarginato - rotundatis, supra saturate viridibus nitidis, subtus pallidis, utrinque pilosis; petiolis erecto - patentibus rubescentibus pilosis semiteretibus, supra planis; stipulis lato-ovato-oblongis piloso-carinatis recurvo-apiculatis marcescentibus semicordatis inaequilateris; pedunculis pilosis patentibus axillaribus; cymis divaricato-geniculatis pilosis; floribus fructibusque candidis; capsulae ala maxima acutangula, apice truncata, margine laterali obliqua.

Begonia fagifolia Fischer Mss. ex Otto und Dietrich, Allgem. Gartenzeitung vol. IV., p. 356.

Caul. 3 - ped. Pet. 9—15 lin. longi; f. 2—3 p. lg., 1¼—1¾ p. l. — Hab. in Brasilia, leg. Gaudichaud pr. Rio Janeiro.

---

*) In honorem peregrinatoris indefessi Venezuelensis „Wagener" genus conditum.

3. WAGENERIA LUCIDA Kl.

Fruticosa, scandens, ramosa, glabra, radicans; foliis subrotundo-ovatis abbreviato-acuminatis deflexis planis irregulariter crenato-denticulatis subaequilateris, basi emarginato-rotundatis, supra laete viridibus impresso-punctatis nitidis, subtus pallidioribus; petiolis erectis semiteretibus, rubescentibus, supra lato-sulcatis; stipulis elongatis carinatis truncatis, basi oblique cordatis marcescentibus; cymis divaricato-geniculatis pedunculatis axillaribus; floribus parvis albidis; petalis flor. masc. exterioribus ovatis, interioribus angustioribus; petalis flor. fem. subaequalibus oblongis obtusis; capsulae parvae alis duabus obsoletis, tertia maxima adscendente oblonga obtusa.

Begonia lucida Otto und Dietrich, Allgem. Gartenzeitung vol. XVI., p. 162. *B. Moritziana* Kunth et Bouché, Ind. sem. in horto Berol. 1848. p. 16. n. 28.

Stirps 4-ped. Pet. 1½ p. longi; f. 4 p. lg., 3½ p. l. — Hab. in prov. Caracas, leg. Moritz.

4. WAGENERIA MONTANA Kl.

Scandens, radicans, glabra; foliis subaequalibus ovatis acuminatis inaequaliter angulato-serratis subciliatis, basi subemarginato-rotundatis, supra saturate-, subtus pallide viridibus, utrinque glabris; petiolis semiteretibus erectis, supra lato-sulcatis; stipulis marcescentibus ovato-oblongis acuminatis carinatis glabris, basi semicordatis; cymis repetite dichotomis divaricatis glabris pedunculatis in apice caulis axillaribus; floribus albidis parvis, femineis minimis; bracteis minutis lanceolato-subulatis; germinis alis duabus obsoletis, tertia maxima oblique ovata obtusa subadscendente.

F. 2—5 p. lg., 1—2½ l.; pet. 6—10 lin. longi. — In Peruvia detex. R. et Pav. (non culta).

5. WAGENERIA GLABRA Kl.

Scandens, nodoso-radicans, glabra; foliis ovatis acutis subangulato-dentatis, basi emarginato-rotundatis, utrinque glabris; petiolis sublongis; stipulis (ex icone) ovato-oblongis dentatis; cymis divaricato-geniculatis repetite dichotomis pedunculatis axillaribus; floribus parvis albidis; bracteis minutis persistentibus; ala maxima adscendente falcata obtusa, duabus obsoletis.

Begonia glabra Aublet, Hist. des pl. de la Guiane franc. p. 916, t. 349. Lamark, Encyc. vol. I., p. 394, n. 4.

Hab. in Guiana gall. (Aubl.) ad arbores scandens.

6. WAGENERIA CONVOLVULACEA Kl.

Scandens, radicans, glabra; foliis magnis latissimis, apice abruptis acute sinuato-lobatis inaequaliter dentatis, basi evanescente cordatis longe petiolatis; stipulis magnis ovatis acuminatis carinatis marcescentibus; cymis repetite dichotomis divaricato-geniculatis longe pedunculatis axillaribus; floribus albidis; pedicellis minutissime scabriusculis; petalis oblongo-obovatis glanduloso-punctatis, exterioribus flor. fem. acutis minoribus; bracteis minutis linearibus acuminatis; capsulae ala maxima obliqua acutangula, superne truncata, duabus angustis subobsoletis.

Begonia rugosa et *B. scandens* Hort. Schoenbrunnensis.

Pet. 3—6 p. longi; f. 2½—6 p. lg., 3½—8 p. l. — In Brasilia leg. Sello.

β. *Caule erecto stricto non radicante.*

7. WAGENERIA VITIFOLIA Kl.

Erecta, puberula; caule elato stricto striato evanescente puberulo; foliis magnis transverse ovatis oblique acutis angulato-sublobatis den-

tato-serratis, basi inaequaliter reniformi-cordatis, utrinque puberulis, supra laete-, subtus pallide viridibus; petiolis longis erectis teretibus, supra sulcatis, apice rubescentibus; stipulis magnis ovatis carinatis glabris, apice conduplicatis acutis; cymis patenti-divaricatis puberulis axillaribus pedunculatis; floribus albis glabris; petalis flor. masc. exterioribus cordato-ovatis, flor. femin. exterioribus acutissimis; capsulae albidae glabrae alis duabus obsoletis, ala maxima adscendente ovata glanduloso-punctata.

Begonia vitifolia Schott in Sprengel, Syst. veg. cur. post. p. 407. — *B. grandis* Fr. Otto. — *B. reniformis* Hooker, Bot. Mag. t. 3225?

Stirps 4—6 ped.; f. 6 p. lg. 10 p. l.; pet. 5 p. longi. — Habit. in Brasilia (Pohl, Schott, Sello).

8. WAGENERIA DICHOTOMA Kl.

Fruticosa, erecta, sparsim ramosa; caule tereti crasso punctis elevatis obsito; stipulis magnis ovatis carinatis, apice conduplicatis obtusis setoso-apiculatis; petiolis longis teretibus, apice annulato-setosis, supra sparsim hispidis versus basim planiusculis; foliis oblique cordatis transverse ovatis acutis subangulatis denticulatis, supra glabris impresso-nervosis laete viridibus, subtus pallidioribus ad venas scabridis; pedunculis erectis striatis glabris; cymis patentissimo-dichotomis; capsulae ala maxima acutangula; reliquis parallelis acutangulis.

Begonia dichotoma Jaquin, Ic. plant. rar. vol. III., t. 619. Willd. Spec. pl. vol. IV., p. 412.

Stirps 1½—2 ped., f. 6. p. lg., 9 l.; pet. 3—7 p. longi. — In silvis humidis pr. Caracas (Jacq.).

9. WAGENERIA LONGIPES Kl.

Caule elato robusto leviter striato sparsim tuberculato versus apicem puberulo; petiolis longissimis supra sulcatis deorsum incrassatis minutissime puberulis; stipulis ovatis acutis carinatis, apice contracto-conduplicatis; foliis amplis oblique cordatis transverse ovatis acuminatis angulatis denticulatis, supra saturate viridibus nitidis, subtus pallidioribus evanescente puberulis; pedunculis axillaribus longissimis; cymis dichotomo-corymbosis; floribus albidis femineis minoribus; bracteis subpersistentibus minutissimis subulatis; petalis flor. masc. exterioribus ovato-rotundatis, interioribus oblongis; capsulae ala maxima adscendente ovata obtusa, reliquis sensim angustioribus subacutis.

Begonia longipes Hooker, Bot. Mag. t. 3001. — *B. vitifolia, glabra* Hort. Berol.

Stirps 4-ped. Pet. 3—8 p. longi; f. 7 p. lg., 11 p. l. — Patria ignota, (teste Hooker e Mexico exorta).

10. WAGENERIA RENIFORMIS Kl.

Caule erecto robusto striato evanescente puberulo; stipulis oblongis carinatis magnis, apice conduplicato-attenuatis; petiolis longis semiteretibus evanescente pubescentibus, supra canaliculatis; foliis magnis latissimis oblique cordato-reniformibus angulato-lobatis crenato-dentatis adscendente acuminatis, supra saturate viridibus, subtus pallidis evanescente pubescentibus; cymis geniculato-dichotomis striato-pedunculatis glabris axillaribus; floribus albis; bracteis longis subulatis subpersistentibus; capsulae longae ala maxima rectangula, apice lato-truncata inferne attenuata, reliquis obsoletis.

Begonia reniformis Dryander, Linnean Trans. vol. I., p. 161, n. 3, t. 14, fig. 1 u. 2. Willd., Spec. plant. vol. IV., p. 413. Vellozo, Flora Flumin. vol. X., t. 40.

Stirps pluriped. Pet. 3—5 p. lg.; f. 2½—4 p. lg., 5—6 p. l. — In rupestrib. densis pr. Rio Janeiro (non culta).

11. WAGENERIA BRASILIENSIS Kl.

Caule elato glabro leviter striato; foliis oblique ovatis acuminatis subsessilibus remote subangulato-dentatis, supra saturate-, subtus pallide viridibus, utrinque glaberrimis; stipulis lato-ovatis acuminatis; pedunculis axillaribus glaberrimis; cymis amplis divaricato-geniculatis; floribus albis, masculis triplo minoribus; petalis flor. fem. obovatis subaequalibus; capsulae albidae ala maxima lato-ovata obtusa, reliquis sensim minoribus acutangulis.

Stirps 2—3 ped.; f. 3½—4 poll. lg., 1 p.—16 lin. l. — In Brasilia detex. Sello.

12. WAGENERIA HÜGELII Kl. — Klotzsch in app. Cat. hort. Berol. 1855.

Begonia Hügelii Hort. Berol.

Caule elato stricto scabrido plumbeo-olivaceo annulatim tumoso, apice ramoso; stipulis parvis ovalis brevi acutis, dorso incrassato-carinatis scabris viridibus; petiolis teretibus evanescente annulatim scabridis; foliis magnis latissimis oblique cordate reniformibus transverse ovatis brevi acutis denticulato-scabris, supra saturate viridibus scabris, subtus laete viridibus subinde rubescentibus scabro-nervosis; cymis axillaribus longe-pedunculatis congestis divaricato-dichotomis; pedicellis ramificationibusque scabris; floribus albis parvis; petalis floris masculi exterioribus cordato-oblongis rotundatis majoribus, dorso convexis squamuloso-scabridis, interioribus anguste oblongis subacutis, inferne attenuatis, utrinque glaberrimis; petalis floris feminei 4 exterioribus ovato-oblongis obtusis, dorso sparsim muricatis, margine serrato-spinosis, interiori unico parvo oblongo integerrimo, utrinque glabro; bracteis minutis ovato-lanceolatis carinatis muricato-pulverulentis; capsulae oblongae muricatae ala maxima rectangula rotundata, reliquis angustioribus.

Truncus 8-pedalis, pollicem circiter crassus. Stipulae 2 lineas latae, 3 lineas longae. Petioli 9 pollices longi, 3—5 lineas crassi. Folia 8 pollices longa et 15 pollices lata. Pedunculus 18 pollices longus, ad apicem 3 lineas, ad basim 7 lineas crassus. Cyma repetito-dichotoma 2 pollices longa, 4 pollices lata. Bracteae lineam longae et dimidiam lineam latae. Petala florum masculorum exteriora 4 lineas longa et 2½ lineas lata, interiora 3 lineas longa et lineam ad apicem lata. Petala fl. fem. 4 exteriora 2 lineas longa et 1½ lineam lata, quintum interius lineam longum et lineam dimidiam latum. Ala maxima 3 lineas, duae angustiores lineam latae. — Brasilia. Floruit in horto Berolinensi Augusto 1855.

B. RHAGADOGONIEAE Kl. in bot. Ztg. 1857. p. 181.

Stylorum persistentium rami subglabri, fascia papillosa spiraliter torta, antice continua instructi. Capsula trilocularis triangularis subspongiosa (nec membranacea); anguli cornuti aut compresso-gibbosi dehiscentes, iidem in duas partes divisi.

XXXIV. **SPHENANTHERA** *Hassk.* in lit.

Klotzsch l. c. p. 180.

Flores monoici. Masc.: Petala 4 biserialia inaequalia, exteriora opposita majora oblongo-orbicularia, in centro concava subcarnosa, marg. membranacea, extus sparsim hirta, interiora oblongo-obovata, minora membranacea, utrinq. glabra. Stam. numerosissima; filam. libera filiformia laxa toro valde pulvinato inserta; anth. oblongo-obovato-cuneiformes, b. attenuatae, ap. obtusae, filamentis duplo breviores, loculis lateralib. angustis distantib. infra apicalib. Fem.: Petala 5 supera inaequalia biserialia, exteriora 2 elliptica majora in centro concava subcarnosa, marg. membranacea, extus sparsim hirta, interiora 3 minora

obovata membranacea, utrinq. glabra. Ovar. inferum trigonum subturbinatum triloculare sparsim setoso-hirtum, angulis gibbosis vix alatis nunc uno productiore subulato. Ovula in placentis e loculor. angulo centrali geminis crassis conniventim falcatis, utrinq. ovuliferis distincte pedicellatis, pedicellis b. conjunctis creberrima anatropa. Stylus persistens brevis glaber trifidus. Stigmata 3 bicruria magis dilatata, fascia papillosa bis spiraliter torta, antice ad bas. continua cincta. Caps. turbinato-triquetra trilocularis, ap. vix producta, primo suberoso-cartilaginea, dein spongioso-membranacea triangularis setoso-hirta dein glabriuscula angulis extensis subulato-gibbosis, uno majore, demum ab ima b. secedentib. bipartibilibus. Sem. innumerabilia minutissima oblonga laevia obsolete sulcata exalbuminosa.

Suffrutices pl. min. hirti, Javanici. Rhiz. crasso repente cicatrisato hirto, saepe diviso; ram. herbac. erectis strictis 1—8-pedalib.; stip. magn. ovatis carinatis, extus plus minus hirtis, carina infra ap. subulato-appendiculata; f. petiolatis alternis excentrice acuminatis, ad b. inaequaliter oblique cordatis, marg. sinuato-acutangulis subdenticulatis 5—8-nerviis, cymis repetito-dichotomis congestis multifloris pedunculatis, pedunc. extra axillaribus lateralib. ramealib.; bract. magnis deciduis plerumq. coloratis; fl. magnis albido-roseis; capsulis inaequaliter complanato-tricornutis spongiosis subcoloratis.

1. SPHENANTHERA MULTANGULA Kl. — Klotzsch l. c. p. 181.

Ramis e rhiz. cylindraceo obliquo erectis, innovationib. hirtis; f. alternis subcoriaceis longiter petiolatis, in petiolis nervisq. subt. parce hirtellis subt. in parenchymate pube punctiformi, supra pilis brevib. curvulis inspersis, majorib. subreniformi-rotundatis, b. subaequalib., brevit. 5-v. plurilobis, lobis acuminatis v. acutis, superiorib. minorib. e b. inaequalit. cordatis ovatis acuminatis obtuso- subsinuatis denticulatis ciliolatis; stip. lanc. acuminatis, glabriusculis; cymis repetito-dichotomis contractis pedunculatis, pedunc. extraaxillarib. lateralib. pedicellisq. hirtis petiolo triplo breviorib.; fl. masc. albis 4-petalis, petalis concavis, exteriorib. crassiorib.; caps. obtusis trigonis dein glabratis angulo exteriore in alam rudimentariam productis.

Beg. multangula Blum. enum. I. p. 96. — *Beg. robusta* Zoll. pl. Javan. n. 439, Z. — *Platycentrum multangulum* Miq. fl. Ind. I. 695. β. *glabrata;* f. majorib. magis obtuse angulatis glabris ex Miq. l. c.

Hab. in Java.

2. SPHENANTHERA EROSA Hassk. in lit. — Klotzsch in bot. Ztg. 1857 p. 182.

Ramis e rhiz. cylindrico repente erectis herbac.; f. subparvis petiolatis leviter cordatis ovatis acutis eroso-repandis rariterq. subciliatis; pedunculis extraaxillarib. lateralib. petiolos aequantib., ap. cymoso-paucifl.; florib. et imprimis fructib. majorib., angulo uno alato; bract. coloratis roseis et statura humiliori.

Beg. erosa Blume enum. I. p. 96. — *Platycentrum erosum* Miq. l. c. p. 694, n. 4. — *Sphenanthera erosa* Hassk. in lit.

Hab. in ins. Kambangan, Bl. nec non in ins. Java in silvis ad ped. montis Gedeh, Hassk.

3. SPHENANTHERA ROBUSTA Hassk. in lit. — Klotzsch in bot. Ztg. l. c. p. 182.

Ramis e rhiz. repente crasso subcylindrico hinc inde diviso robustis erectis c. petiolis pedunculisq. retrorse hirtis sanguinis deinde viridescentib.; stip. crassis carnosis ovatis subulato-acuminatis setoso-hirtis; f. grandib. subrotundo-ovatis oblique cordatis transversim ovatis acuminatis, marg. sinuato-angulatis dentatis, lobis periphericis brevi acutis deinde obtusiusculis, supra saturate viridibus subtusq. praesertim in

nervis sanguineo-hirtis; cym. lateralib. extraaxillarib. multifloris congestis; pedunc. petiolo duplo breviorib.; bract. caducis sordide roseis membranaceis oblongo-rotundatis ciliatis; perigonii foliolis biserialib., exteriorib. roseo-marginatis, ext. sparsim sanguineo-setoso-hirtis; germinib. inaequaliter tricornuto-subulatis laete sanguineis hirtis; caps. hirtis dein glabriusculis pendulis apteris aut monopteris.

Beg. robusta Blume enum. I. p. 96. Hassk. pl. Jav. rar. p. 242. — *Platycentrum robustum* Miq. l. c. p. 694. — *Sphenanthera robusta* Hassk. in lit. *Beg. splendida* Rollison.

Hab. Java; Hasskarl.

II. *GYMNOCARPEAE*

Klotzsch *Begon.* monogr. p. 119.

Stylus deciduus.

A. PLATYCENTREAE Kl.

Stylorum rami subglabri, fascia papillosa plus minus spiraliter torta instructi. Capsula inflexa inaequaliter trialata bilocularis, ad alarum angustarum originem per rimas arcuatas dehiscens.

† Flos masculi 4—, feminei 3— petali.

XXXV. **WEILBACHIA** *) *Kl.* et *Oersted.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 119.

Flores monoici cymosi rosei aut albidi. Masculi: Petala 4 biserialia, exteriora majora lato-elliptica aut rotundato-subcordata, interiora oblonga anguste obovata. Stamina crebra subaequilonga; antheris oblongis latiusculis, utrinque rotundatis filamentis liberis longioribus. Flores feminei: Petala 3 biserialia, exteriora majora rotundato-ovata, interius obovatum angustum. Germen inferum trigonum valde inaequaliter trialatum biloculare. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima, anatropa, sessilia, lamellis arcuato-conniventibus hinc inde incisis. Stylus brevissimus bifidus. Stigmata brevi bicruria, lobis fascia papillosa bis spiraliter torta, antice infra lobos continua instructis. Capsula triquetra bilocularis glabra inaequaliter trialata ad alarum angustarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Ala maxima rotundato-falcata rigida, apicem capsulae non attingens, dissepimento opposita. Semina innumerabilia minutissima oblonga reticulata exalbuminosa.

Suffrutices Mexicani caulescentes; rhizomate brevi; caulibus reptantibus abbreviatis; foliis profunde cordatis subobliquis polymorphis longissime petiolatis; stipulis subdeciduis; cymis dichotomis paucifloris longe pedunculatis axillaribus; floribus albidis aut roseis; bracteis parvis caducis; capsulae alis valde inaequalibus acutangulis.

1. WEILBACHIA REPTANS Kl. et Oersted.

Rhizomate brevi obliquo crasso; caulibus gracilibus pilosis reptantibus; stipulis lanceolatis acutis deciduis; foliis longe petiolatis polymorphis oblique cordatis elongatis acuminatis irregulariter denticulatis, denticulis setiferis, angulato-lobatis v. 3—4 lobis, lobis tribus superioribus lanceolatis longe acuminatis arrectis v. patulis sinubus rotundatis, lobo quarto infimo obtuse angulato, supra opacis viridibus glabris v. pilis minutis paucis adspersis, subtus pallidioribus fusco-furfuraceo-granulatis, nervis 7 parce fusco-pilosis; petiolo laminam superante erecto

*) Memoriae hortulani Hafniensis „Weilbach" genus dedicatum.

pilis rufis adsperso, deinde glabrescente; pedunculo petiolum subaequante, cyma dichotoma pauciflora; bracteis deciduis scariosis lanceolatis; floribus albis; petalis flor. masc. exterioribus majoribus lato-ellipticis obtusis, interioribus oblongo-obovatis; petalis flor. fem. duobus exterioribus majoribus lato-ovatis obtusis, tertio interiore minore obovato-oblongo; capsula pilosula mox glabrescente carnosula nutante, ala maxima rigida falcato-dimidiata acutangula, duabus minoribus angustis subparallelis, apice brevi-, basi longe attenuatis.

Begonia reptans Bentham, Plantae Hartwegianae p. 61. Liebmann Mexicos Begon. p. 5, n. 10.

F. 3½—6 p. lg., 2—4½ l.; pet. 3—7 p. longi. — Hab. in Mexico (Hartweg, Liebmann). — (non culta).

2. WEILBACHIA PUSTULATA Kl.

Tota planta pilis longis rufis obsita; rhizomate brevi crasso obliquo; caule geniculato radicante rufo-setoso; foliis longe petiolatis oblique cordatis rotundato-ovatis subincurvo-acuminatis denticulatis ciliatis, supra dense pustulatis, pustulis seta subulata terminatis, subtus pallidioribus foveolatis ferrugineo-pilosis, nervis 10 prominentibus; petiolo laminam subaequante dense rufo-setoso, setis longis flexuosis patentibus; pedunculo folia aequante v. superante; cyma bis ter dichotoma; bracteis deciduis lanceolatis acuminatis pilosis; floribus roseis; petalis flor. masc. externe rufo-pilosis, exterioribus 2 majoribus cordato-rotundatis, interioribus 2 minoribus ovato-lanceolatis; petalis flor. fem. exterioribus 2 majoribus cordato-rotundatis, tertio parvo ovato; capsula nutante pilosula glabrescente; ala maxima rotundato-falcata apicem capsulae non attingente rigida, alis 2 angustis rotundatis.

Begonia pustulata Liebmann l. c. p. 6, n. 8.

F. 5—6 p. lg., 3—4 p. l.; pet. 4—6 p. longi. — Hab. in Mexico, prov. Oaxaca. (Liebmann).

²† Flores masculi et feminei 4—petali.

XXXVI. LAUCHEA *) Kl.

Klotzsch *Begoniac.* p. 121.

Flores monoici minuti in cymas paniculatas gracillimas pedunculatas plurimas dispersi. Masculi: Petala 4 biserialia, intus concava, exteriora majora obovato-orbicularia; interiora angustiora oblonga obtusa, inferne sensim attenuata. Stamina octo inaequilonga majuscula monadelpha; antheris oblongis; filamentis brevibus connatis. Flores feminei: Petala 4 biserialia, intus magis concava, exteriora majora rotundato-obovata, interiora angusta oblonga obtusa. Germen inferum triquetrum oblongum valde inaequaliter trialatum biloculare, angulis anterioribus angustissime alatis loculis oppositis conniventibus, angulo dorsali dissepimento opposito ala maxima adscendente ovata instructo. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima, anatropa, sessilia. Stylus bipartitus glaber deciduus. Stigmata bicruria, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cincta. Capsula matura et semina ignota.

Herba annua Indiae orientalis; radice fibrosa; caule erecto stricto nudo 2—5 pollicari; foliis ovatis acuminatis leviter cordatis subaequalibus grosse inciso-dentatis longissime petiolatis in comam terminalem aggregatis; stipulis lineari-subulatis; pedunculis 3—4 gracillimis cymoso-paniculatis subterminalibus erectis foliis longioribus;

*) Ad memoriam hortulani Potsdamensis „Lauche" genus dicatum.

bracteis obovato-rotundatis glanduloso-ciliatis, floribus minutis albidis; capsulae ala maxima oblique ovata.

1. LAUCHEA VERTICILLATA Kl.

Annua, parva, erecta, subglabra; caule simplici glabro, apice folioso; foliis longe petiolatis patentibus aggregatim verticillatis cordato-ovatis acuminatis subaequilateris pilosulis grosse inciso-serratis; stipulis minutis lanceolato-subulatis; pedunculis plurimis subterminalibus gracillimis folio longioribus; cymis dichotomo-paniculatis; bracteis rotundato-obovatis glanduloso-ciliatis; floribus minutis albidis; capsulis alato-triquetris, ala maxima elongata oblique ovata.

Begonia verticillata Hooker, Icones plantarum, t. 811.

F. $1\frac{1}{2}$—2 p. longa, 9 lin. l.; pet. 8—16 lin. longi. — Hab. Ind. or., Th. Lobb detexit in Moulmein. (non culta).

³† Flores masculi 4—, feminei 5— petali.

XXXVII. PLATYCENTRUM*) Kl

Klotzsch *Begoniac.* p. 123.

Flores monoici cymosi. Masculi: Petala 4 subaequalia biserialia, exteriora paullulum majora carnosula bicoloria, interiora membranacea unicoloria. Stamina numerosa subaequilonga; antheris oblongis, apice basique obtusis, inferne subattenuatis, filamentis anthera subbrevioribus brevi-umbellatim monadelphis. Flores feminei: Petala 5 subaequalia triserialia, exterioribus tribus carnosulis, reliquis membranaceis. Germen inferum trigonum biloculare valde inaequaliter trialatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali bilamellatis creberrima, anatropa, lamellis hinc inde divisis. Stylus brevissimus bifidus glaber robustus deciduus. Stigmata brevi bicruria, cruribus dilatato-marginatis tortuosis, fascia papillosa bis spiraliter torta, inferne continua cinctis. Capsula triquetra bilocularis suberoso-spongiosa valde inaequaliter trialata ad alarum angustarum loculis oppositarum originem per rimas arcuatas dehiscens. Ala maxima latissima rectangula crassa subspongiosa dissepimento opposita. Semina innumerabilia minuta oblonga, utrinque truncata reticulata exalbuminosa.

Suffrutices acaules v. caulescentes Indiae orientalis; rhizomate brevi obliquo crasso radicante; caulibus adscendentibus aut erectis; foliis longe petiolatis oblique cordatis ovatis acuminatis magnis; petiolis supra sulcatis; stipulis ovatis acuminatis carinatis plus minus coloratis deciduis; pedunculis longis axillaribus; cymis dichotomis divaricatis brevibus paucifloris rarissime unifloris; floribus bicoloribus e rubro-albidis aut rubro-flavidis subinde maximis bracteis caducis suffultis; capsula matura incurvo-nutante.

1. PLATYCENTRUM XANTHINUM Kl.

Subacaulis; rhizomate brevi crasso, subtus radicante; stipulis crinitis magnis ovatis carinatis seta terminatis; foliis amplis oblique cordato-ovatis brevi acuminatis sinuato-dentatis, supra rugulosis glabris atroviridibus micantibus, subtus sanguineis prominente nervosis, nervoso-hispidis; petiolis erectis aggregatis longis rubris piloso-hispidis folium subaequantibus; pedunculis petiolo duplo longioribus rubris sparse pilosis teretibus deorsum incrassatis; floribus nutantibus cymosis flavidis,

*) Verbum e vocibus graecis πλατύς et κέντρον compositum.

masculis subduplo-majoribus, exterioribus carnosulis extus convexis rubescentibus; capsulae glabrae ala maxima latissima rectangula, apice rotundata.

Begonia xanthina Hooker, Bot. Mag. t. 4683.

F. 6—9 p. lg., 3—$4\frac{1}{2}$ p. l.; pet. 9 p. longi. — Hab. in Ind. or. (Boutan); Booth introdux.

2. PLATYCENTRUM RUBRO-VENIUM Kl.

Glaberrima; rhizomate carnoso ramoso digitum crasso rubescente; caulibus petiolis pedunculisque sanguineis; stipulis rubescentibus ovato-lanceolatis cucullato-acuminatis carinatis glabris deciduis; petiolis erectis sanguineis folium superantibus supra sulcatis; foliis oblique ovatis acuminatis inaequaliter dentato-serratis laete viridibus albido-striato-maculatis, subtus prominente nervosis plus minus purpurascentibus; pedunculis axillaribus internodium caulinum superantibus laete purpureis; cymis divaricato-dichotomis abbreviatis; petalis flor. masc. exterioribus parallele rubro-venosis; interioribus candidis; petalis flor. femin. minoribus, exterioribus reticulato-rubro-venosis; capsulae rubescentis alis duabus angustis rotundatis, tertia maxima horizontaliter elongata elliptica obtusa.

Begonia rubro-venia Hooker, Bot. Mag. t. 4689.

Caul. 6—10 p. lg. Pet. 3—6 p. longi; f. $5\frac{1}{2}$—$6\frac{1}{2}$ p. longa, $2\frac{1}{2}$—3 p. l. — Hab. in Ind. or. (Boutan); Booth introd.

3. PLATYCENTRUM ZOLLINGERIANUM Kl.

Radice fibroso; caule adscendente subglabro, inferne repente; foliis oblique cordatis lato-ovatis subacuminatis angulato-sinuatis, supra saturate viridibus glaberrimis, subtus pallidioribus petiolisque sparsim hirtello-venosis; pedunculis glabris axillaribus folium superantibus; cymis elongatis contracto-paniculatis; capsulae nutantis alis acutangulis, maxima patentissima ovata acuta.

Plant. javanic. a cl. *Zollingero lect.* n. 2630.

Caul. 9—10 p. lg.; f. b. 3—$3\frac{1}{2}$ p. l., $4\frac{1}{2}$—$5\frac{1}{2}$ p. longa; pet. 1—5 p. longi. — In ins. Java detex. Zollinger. — (non culta).

4. PLATYCENTRUM CATHCARTII Kl.

Robustum, erectum, retrorso-squamosum; caule elato stricto tereti squamis aculeiformibus reflexis obsito; foliis magnis carnoso-coriaceis inaequilateris profunde obliquo-cordatis ovatis brevi-acuminatis inciso-serratis, supra glabris, subtus nervoso-squamatis; petiolis erectis robustis folio brevioribus; stipulis ovatis acutis glabris dentatis; pedunculis erectis retrorsum squamosis petiolo duplo longioribus unifloris; floribus maximis nutantibus bractea magna ovata acuta dentata supra medium pedunculi suffultis; petalis ovatis acutis denticulatis, exterioribus extus brevi aculeatis; capsulae dense aculeatae alis inaequalibus crassis rotundatis sparsim aculeatis.

Begonia Cathcartii Hook. fil. et Thomson, Flora indica t. 13.

Hab. in Ind. or., Hook. et Thoms. detex. — (non culta).

B. ISOPTERYGEAE.

Stylus usque ad basin tripartitus. Rami simplices multifidi aut multipartiti teretiusculi aut compressi, numquam tortuosi undique-rarissime apice tantum papillosi. Fructus erectus trilocularis triangularis, nec membranaceus; anguli cornuti aut compresso-gibbosi dehiscentes, iidem in duas partes divisi.

'† Flores masculi 4-, feminei 6- petali.

XXXVIII. **CASPARYA** *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 126. taf. XI. C.

Flores monoici coccinei cymoso-corymbosi. Masculi: Petala 4 biserialia subaequalia patentia brevi-oblonga aut lato-ovata. Stamina creberrima aequilonga toro plano inserta; antheris linearibus elongatis, utrinque obtusis compressiusculis, lateraliter dehiscentibus; filamentis brevissimis liberis anthera sextuplo brevioribus. Flores feminei; Petala 6 triserialia subaequalia ovata obtusa explanato-subcampanulata. Germen inferum trigonum triloculare aequaliter tricornutum, apice in rostrum strictum productum, cornubus falcato-erectis apiculatis. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniventim lamellatis, utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus deciduus profunde tripartitus, lobis teretibus elongatis erectis undique papilloso-puberulis bis trifidis. Capsula cartilagineo-suberosa trilocularis aequaliter tricornuta, apice in rostrum longum producta, basi turbinata, cornubus falcato-erectis cuspidatis loculis oppositis, in parte inferiore angulorum secundum longitudinem dehiscens. Semina innumerabilia minuta ovata reticulata exalbuminosa.

Fruticuli ramosissimi scandentes in Peruvia ad Muñam crescentes; foliis dimidiato-cordatis oblique ovatis acutis serratis hirtellis subglabrescentibus petiolatis, supra saturate viridibus, subtus pallidioribus hirtello-nervosis; stipulis membranaceis deciduis; cymis corymbosis pedunculatis axillaribus erectis; floribus coccineis longe pedicellatis; petalis integerrimis; capsulae longe rostratae cornubus erecto-falcatis cuspidatis.

1. CASPARYA HIRTA Kl.

Caule tereti tumido-articulato evanescente ferrugineo-hirto ramosissimo; foliis petiolatis dimidiato-cordatis oblique ovatis acutis inaequaliter dentatis ciliato-serratis, supra saturate viridibus sparsim strigoso-hirtis, subtus pallidioribus subgriseis albido-punctulatis deinde ferrugineis fusco-nervoso-hirtis; petiolis hirtis; stipulis deciduis ovatis emarginato-cuspidatis glaberrimis, pedunculis erectis glabris cymoso-corymbosis; floribus coccineis; bracteis magnis obovatis obtusis deciduis coloratis; germinibus glabris.

Begonia coccinea Ruiz et Pavon, Herb. Mss.

Stirps 2-ped.; f. $2^1/_2$—$3^1/_2$ p. lg., 1—$1^1/_2$ l.; pet. 5—7 lin. longi. — In Peruvia detex. R. et Pav. — (non culta).

2. CASPARYA COLUMNARIS Kl.

Caule ramosissimo erecto glabro rubescente, ramis erectis elongatis; foliis semicordatis oblique ovatis acuminatis argute sinuato-dentatis denticulato-ciliatis, supra saturate viridibus sparsim brevi hirtellis, subtus cinerascentibus albido-punctulatis ferrugineo-nervosis in venis sparsim pubescentibus; petiolis elongatis sparso-hirtellis; stipulis oblongis membranaceis obtusis mucronatis deciduis, superne subciliatis; pedunculis cymoso-corymbosis erectis glabris; bracteis maximis obovatis reticulato-venosis vaginato-conduplicatis deciduis coloratis, apice truncatis; petalis flor. masc. ovatis, apice attenuato-obtusis; petalis flor. fem. elongatis angustioribus; germinibus glabris.

Begonia columnaris Ruiz et Pavon, Herb. Mss.

---

*) Genus memoriae in academia Rhenana Bononiensi docenti „Dr. Caspary" creatum.

Stirps 2-ped. F. 2—3½ p. lg., 1—1¾ l.; pet. ¾—1½ p. longi. — Hab. in Peruvia (Ruiz et Pav.) — (non culta).

3. CASPARYA COCCINEA Kl.

Caule lignoso tereti glaberrimo geniculato-ramoso tumido-articulato; foliis oblique ovatis parvis subsemicordatis duplicato-serrato-ciliatis, utrinque glaberrimis acutis, supra saturate viridibus, subtus pallide viridibus dense albido-punctulatis; petiolis brevibus glabris; stipulis membranaceis obovatis obtusis; pedunculis cymoso-corymbosis axillaribus glabris; fructibus immaturis longissime rostratis glaberrimis.

Begonia coccinea Ruiz et Pavon, Herb. Mss.

Stirps 2-ped. F. 1¾ p. lg., ¾ p. l.; pet. 3 lin. longi. — Hab. in Peruvia (Ruiz et Pav.) — (non culta).

XXXIX. STIBADOTHECA*) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 128. taf. XII. A.

Flores monoici magni coccinei. Masculi: Petala 4 extus pubescentia, cruciatim opposita biserialia, exteriora elliptica obtusa longiora, interiora breviora obovata brevissime biloba. Stamina 16—20 toro plano inserta; antheris elongatis connectivo in appendicem subulatam rectam attenuatis; filamentis brevibus liberis. Feminei: Petala 6 triserialia subaequalia, extus sparsim pubescentia oblonga subobtusa. Ovarium inferum turbinatum villoso-scabrum triquetrum recurvatim obtuso-tricornutum triloculare, apice obtusum non rostratum, basi subattenuatum. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniventim lamellatis utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylorum rami profunde tripartito-multifidi undique puberulo-papillosi, lobis teretibus elongatis. Capsula triquetra villosa, basi turbinata et breviter stipitata, apice obtusa, fructum Trapae natantis referens, trilocularis tricornuta, cornubus compressiusculis aequalibus obtusis parum deflexis loculis oppositis in parte inferiore angulorum secundum longitudinem dehiscens. Semina innumerabilia parva ovata reticulata exalbuminosa.

Suffrutices in regno Novogranatensi crescentes; caule dichotomo-ramoso pubescente; foliis brevi petiolatis carnoso-subcoriaceis oblique reniformi-cordatis transverse ovatis acutis leviter sinuatis inaequaliter serrato-crenulatis discoloribus; stipulis inaequalibus foliaceis cordatis persistentibus; pedunculis cymosis subterminalibus; floribus magnis coccineis, femineis bibracteatis; fructibus ferrugineo-villosulis.

1. STIBADOTHECA MAGNIFICA Kl.

Suffruticosa, robusta; caule flexuoso hirsuto rufescente ramoso; ramis petiolis et pedunculis purpureis; foliis oblique reniformi-cordatis transverse ovatis acutis leviter sinuatis inaequaliter serrato-crenulatis, supra laete viridibus scabris, subtus pallidioribus densissime albido-bullatis asperis coccineo-venosis; petiolis brevibus rubris hirto-villosis; stipulis foliaceis inaequalibus oblique ovatis cordatis obtusis, margine sparsim dentatis; pedunculis atro-sanguineis sparsim hirtis, apice repetite dichotomis; floribus masculis 16—20 andris; petalis flor. fem. tribus exterioribus extus pubescentibus; capsulis turbinatis triquetris ferrugineo-villosis.

Begonia magnifica de Warscewicz in lit. 1852. Linden in Catalogo 1855.

Suffrutex 2-ped.; f. 1½—2½ p. lg., 2¼—4 p. l., pet. ½—1½ p. lg. — Ex Nova Granata in hortos introducta. (Warscew., Linden.)

2. STIBADOTHECA FERRUGINEA Kl.

Caule erecto ramoso ferrugineo-hirsuto; foliis oblique reniformi-

---

*) Verbum e vocibus graec. στιβάς et θήκη compositum.

cordatis transverse ovatis subacuminatis inaequaliter ciliato-serratis undique asperatis, supra atro-viridibus, subtus pallidioribus albido-bullatis hirsuto-nervosis; petiolis brevibus ferrugineo-pubescentibus; stipulis inaequalibus foliaceis semilunatis magnis ciliatis subscabris; pedunculis pubescentibus cymosis axillaribus terminalibusque sulcato-striatis; bracteis elongatis membranaceis truncatis serrato-ciliatis, inferne subattenuatis, apice truncatis; petalis flor. masc. exterioribus oblongis, extus hirtellis, interioribus apice emarginato-bidentatis; staminibus 13—14; petalis flor. fem. exterioribus oblongo-lanceolatis, apice dentato-ciliatis, externe hirtellis, interioribus sensim minoribus tenuioribus et glabris; capsulae villosulae nutantis cornubus divergenti-deflexis.

Begonia ferruginea Linné fil., Suppl. p. 419. Smith, Icones II., t. 44, p. 44. Dryander, Observ. on the Genus of Begonia in Trans. of the Linnean Soc. I., p. 163. Willd. vol. IV., p. 415. Humb., Bonpl., Kth., Nova gen. et spec. vol. VII., p. 144, n. 13.

Stirps 2-ped. F. 1½—2 p. lg., 3—4½ p. l.; pet. 6—8 lin. longi. — Hab. in regno Nova-Granatensi; Mutis detex. (non culta).

3. STIBADOTHECA TRACHYPTERA Kl.

Suffruticosa, scabro-hirtella; stipulis membranaceis oblique oblongis; foliis semicordatis oblique ovato-oblongis serratis hispidulis; floribus in umbella dispositis, masculis paucis 4-petalis, foemineo unico 6-petalo, petalis exterioribus omnium extus hirsutis; capsula scabro-hirta obtuso-tricornuta.

Begonia trachyptera Bentham, Plantae Hartwegiana, p. 184, n. 1023.

In prov. Papayan, alt. 10500', detex. Hartweg. — (non culta).

XL. PUTZEYSIA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 134.

Flores monoici gemini terni axillares. Masculi: Petala 4 biserialia subaequalia oblongo-orbicularia rotundata cruciatim opposita; exteriora paulo majora intus magis concava. Stamina creberrima inaequilonga brevia toro plano inserta; antheris obovatis, apice subemarginatis, basi attenuatis; filamentis brevibus monadelphis. Flores feminei: Petala triserialia erecto-patentia subaequalia orbiculari-ovata rotundata. Germen inferum triloculare globoso-trigonum aequaliter compresso-tricornutum, basi rotundatum, apice vix attenuatum nec productum, cornubus erecto-falcatis compressis brevibus non apiculatis. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniventim lamellatis, utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus deciduus profunde tripartitus, lobis spathulato-truncatis, apice transversim tumidis papilloso-puberulis.

Suffrutex subtuberosus Indicus; caule robusto erecto simplici; foliis petiolatis pedatinerviis oblique cordatis 4—5 lobatis, lobis inciso-serratis; floribus binis ternisque axillaribus pedicellatis; ramulis abbreviatis extra-axillaribus turbinatis, extus imbricato-squamatis, apice cupulas pluriseriatim ordinatas bulbillis ovalibus, basi bibracteatis brevi stipitatis repletas gerentibus; capsulis depresso-globosis aequaliter tricornutis.

1. PUTZEYSIA GEMMIPARA Kl.

Suffruticosa, glabra, erecta; caule tereti erecto simplici basi parvo-tuberoso; foliis pedatinerviis 4—5 lobatis, basi oblique cordatis, lobis ovato-lanceolatis acutis grosse serratis, lobo medio elongato subinde

*) Genus memoriae dicatum ill. „Putzeys" viri de Begoniacearum cultura optime meriti, praesidis justitiae ministerii Bruxellis.

pinnatifido grosse serrato; floribus axillaribus geminis ternisque ramulos aequali altitudine insertos, apice bulbilliferos superantibus.

Begonia gemmipara Hooker fil. et Thomson, Flora indica t. XIV.

Caul. $1\frac{1}{2}$ ped.; f. 5—6 p. lg., 3—4 p. l., pet. $1 — 1\frac{1}{2}$ p. longi. — In Ind. or. detex. Hook. et Thoms. — (non culta).

XLI. ISOPTERYX *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 128. taf. XII. B.

Flores monoici sexu distincti, masculi superiores umbellatim cymosi, feminei inferiores solitarii. Masculi: Petala 4 aequalia biseriata cruciatim opposita, apice pectinato-ciliata, exteriora ovata; extus hirta interiora elliptica glabra. Stamina creberrima toro plano inserta; antheris brevibus ovalibus; filamentis filiformibus longissimis liberis. Feminei: Petala 6 triserialia oblonga concava, apice fimbriata, tria exteriora paulo majora, extus hirtella. Ovarium triquetrum trialatum triloculare, apice brevi rostratum, alis sparsim pubescentibus adscendentibus erecto-cornutis, basi attenuatis aequalibus. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniventim lamellatis utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus profunde tripartitus, lobis teretibus multifidis subulatis undique papilloso-puberulis. Capsula cartilagineo-papyracea turbinata trialata trilocularis loculicide trivalvis, ad verticem desinens in rostrum brevem truncatum, alis aequalibus deorsum attenuatis, apice incurvo-cuspidatis, sub maturitate secundum longitudinem in lamellas duas scissis. Epicarpium membranaceum in fructu maturo ab endocarpio chartaceo faciliter solubile. Semina innumerabilia parva oblonga fusca reticulata exalbuminosa.

Frutex Novo-Granatensis subvolubilis ramosus; ramis laevibus glabris, junioribus atro-rubris et albo-punctatis pendulis; foliis obsolete oblique cordatis ovatis breviacuminatis longe petiolatis ciliato-serratis; stipulis membranaceis deciduis; cymis axillaribus florum masculorum umbellatis, superioribus longe pedunculatis; cymis flor. fem. unifloris inferioribus; bracteis membranaceis, apice dentato-ciliatis; capsulis cartilagineis trialatis, apice brevi rostratis, alis aequalibus, apice latioribus truncatis, ob alas in cuspidem adscendentem desinentes tricornigeris, basi angusto-attenuatis.

1. ISOPTERYX UMBELLATA Kl.

Fruticosa; ramis glabris; foliis oblique cordatis ovatis brevi acuminatis duplicato-serrato-ciliatis, supra saturate viridibus sparsim et evanescente hirtellis, subtus pallidioribus albido-punctulatis nervoso-hirsutis longe petiolatis; floribus roseis, masculis cymoso-umbellatis superioribus longe pedicellatis, femineis brevi pedicellatis inferioribus solitariis; petalis exterioribus extus hirtellis; alis fructuum evanescente hirtis.

Begonia umbellata Humb., Bonpl., Kth., Nov. gen. et spec. vol. VII., p. 143, n. 12.

F. 2—3 p. longa, $1\frac{1}{4}$—$1\frac{3}{4}$ l.; pet. 9—18 lin. longi. — Hab. in Nova-Granata, in montib. dictis Quindiu (Humb. et B.); non culta.

---

*) Vox e verb. graecis ἴσος et πτέρυξ composita.

[2]† Flores masculi 4-, feminei 5-petali.

XLII. SASSEA *) *Kl.*

Klotzsch *Begoniac.* p. 132. taf. XII. C.

Flores monoici coccinei cymosi. Masculi: Petala 4 biserialia subaequalia patentia subrotundato-ovata. Stamina 10—15 subaequilonga toto plano inserta; antheris linearibus filamenta superantibus bilocularibus lateraliter dehiscentibus, utrinque obtusis; filamentis brevibus monadelphis. Flores feminei: Petala triserialia subaequalia ovalia rotundata patentia. Germen inferum trigonum triloculare, aequaliter tricornutum, apice in rostrum longum strictum triangulatum attenuatum, bractea basi suffultum, cornubus adscendente-apiculatis compressis subfalcatis. Ovula in placentis e loculorum angulo centrali geminis conniv 'entum lamellatis, utrinque ovuliferis creberrima, anatropa. Stylus profunde tripartitus deciduus, lobis compressis multifidis undique papilloso-puberulis. Capsula suberosa triquetra trilocularis aequaliter compresso-tricornuta, apice in rostrum longum triangulatum producta, basi turbinata, cornubus erecto-patentibus apiculato-incurvis loculis oppositis, in parte inferiore angulorum secundum longitudinem dehiscens. Semina innumerabilia minuta ovata reticulata exalbuminosa.

Fruticuli ramosi scandentes in andibus Peruviae et Novo-Granatae crescentes; caule adscendente evidenter nodoso, inferne radicante teretiusculo; foliis petiolatis oblongis acutis inciso-ciliato-serratis, basi inaequalibus; stipulis membranaceis geminis deciduis; cymis pedunculatis axillaribus paucifloris, bracteis deciduis ciliato-dentatis coloratis; floribus parvis coccineis; capsulae longe rostratae cornubus erecto-falcatis incurvo-cuspidatis.

1. SASSEA URTICAE Kl.

Caule decumbente ramosissimo, basi repente; ramis erectis hispidulis; foliis brevi petiolatis oblongis acutis inaequilateris duplicato-ciliato-serratis, basi oblique attenuatis, supra evanescente hispidis saturate viridibus, subtus pallidioribus albido-punctulatis ferrugineo-hirsuto-nervosis; petiolis fusco-hirsutis; stipulis oblongo-ovatis obtusis seta terminatis; pedunculis filiformibus erectis folio longioribus scabris; bracteis deciduis ciliato-dentatis; capsulae brevi setosae cornubus longe attenuato-cuspidatis.

Begonia Urticae Linné f. Suppl. p. 420. Sprengel, Syst. veg. vol. II., p. 626, n. 30. — *B. urticaefolia* Dryander in Linnean Soc. Trans. vol. I., p. 160.

Caules ultraped.; f. 1½—2 p. lg., 6—9 l. l.; pet. 2—3 l. longi. — In Nova-Granata detex. Mutis.

2. SASSEA COLUMNARIS Kl.

Subherbacea, ramosa; caule ferrugineo-puberulo demum glabrato; stipulis membranaceis oblique acuminatis integerrimis; foliis ovatis oblongis semicordatis serratis hispidulis, supra demum glabratis; pedunculis folio subaequilongis axillaribus; floribus parvis; petalis obovato-oblongis exterioribus hirtis; pedicellis flor. femin. hirsutis; bracteis masc. integerrimis, fem. apice laceris; filamentis usque ad medium monadelphis; germinibus hirsutis; capsulae longe rostratae alis supra incrassatis acutissimis incurvis subglabris.

Begonia columnaris Bentham, Plantae Hartweg. p. 131. n. 740.

---

*) Genus memoriae consiliarii ex legatione regia Borussica „Sasse" constitutum.

Caul. ped. F. 1½ p. lg., 6—9 lin. l. — Hab. in Peruvia in montib. Loxa (Hartweg); (non culta).

3. SASSEA GLABRA Kl.

Subherbacea, glaberrima; caule adscendente ramoso, inferne repente articulato-nodoso; foliis ovatis subacuminatis argute ciliato-serratis subincisis, basi inaequalibus, supra saturate viridibus, versus marginem sparse hirtellis, subtus pallidioribus glaberrimis; stipulis elongato-oblongis obtusis; pedunculis paucifloris rubescentibus folio subbrevioribus; bracteis integerrimis coloratis; pedicellis flor. masc. longis; germinibus glaberrimis; cornubus brevi acutis.

Begonia cucullata Herb. Ruizii Mss.

Caul. 1—1½ ped. F. 1—2 p. longa, ½—1 p. l.; pet. 2—4 lin. longi. — Hab. in Andium Peruvianarum regionib. umbrosis. (non culta).

BEGONIEAE INCERTAE SEDIS.

1. BEGONIA (*Diploclinium*) BOWRINGIANA, Champ. — Benth. in Hook j. Kew gard. misc. IV. 120.

Caule erecto, herbaceo, ramoso, f. late inaeq. cordatis irregularit. 5—7 lob., latis brevib. acut. dentat. lobatisve supra hispidulis subt. ramulisq. novellis rufo-lanatis, pedunc. folio breviorib. paucifloris, capsul. alis 2 angustis tertia elongata.

Rhiz. crass. Caul. 1½ ped. Stip. membranac. F. majora 6—8 p. lg., 4—6 p. l. lobis inaequalib. Pedunc. ap. flor. ferunt 3—4 masc. cum unico foem. Fl. masc.: pet. exter. (v. sep.) 2 suborbiculata ½ p.; inter. 2 oblg. concava 3 lin. lg.; columna staminifera brevis. Fl. foem.: pet. 4 subaeq. obliq. ovata, 3—4 l. lg., addito interd. quinto interiore angusto. Styl. breviss., crass. trifid., stigmatib. crass. flexuosis. Caps. 5—7 lin. lg., placentae in locul. duplicatae, locul. 1 saepe abortu vacuus. — In insula Hong-Kong; fl. Octbr. florib. laete roseis.

2. BEGONIA INTEGRIFOLIA Dalz. — Dalzell in Hook j. Kew gard. misc. III. 230.

Rhizomate tuberoso, caule herbaceo, f. oblique ovatis obtusis integris b. cordatis utrinq. pilis albis hispidis subt. sanguineis, pedunc. dichotomis, florib. parvis, capsulis glabris trialatis, alarum una caeteris multo majore.

Tuber pisi majoris magnitudine, caule vix crassior. Caulis 6—8 poll. F. radic. nulla, caulina alterna, breve (1-poll.) petiolata, majora 7 poll. lg., 4 poll. l., valde obliqua, inaequilatera, atro-virentia c. zona concentrica pallida. Fl. albi, diam. 5-lin. — Cresc. ad pedem jugi Syhadrensis, in rupib.; fl. temp. pluviali.

3. BEGONIA TRICHOCARPA Dalz. — Dalzell in Hook. journ. l. c.

Rhiz. tuberoso, caule herbaceo sesquipedali, f. amplis subinaequalit. cordatis acuminatis sinuato-dentatis rugosis marg. minute laceratis supra et in nervis subt. hispidis utrinq. viridib., fl. terminalib. umbellatis, pedicellis hispidis pollicarib., caps. hispida, alis 3 aequalib. obtusis.

Tuber parvum sphaericum. F. radicale unicum, longe petiolatum, 7 poll. lg., 7 poll. l., pet. crasso, carnoso colorato, 12—14 poll. longo; f. caetera caulina minora. Caulis b. nudus. Fl. albi, 4—7 ni, diam. bipollic.; perig. femineum pentaphyllum; foliola exteriora 2, rotundata, palmatinervia, marg. b. versus setaceo-lacerata, dorso hispida. — Crescit in rupib. c. praecedente.

4. BEGONIA ROTATA Liebm. — Liebmann in Videnskabelige Meddelelser (1851) p. 11

Tota planta rufo-villosa, rhizomate erecto crasso carnoso squamoso; f. longe petiolatis peltato-digitatis, foliolis 5—7 longe petiolulatis oblique ellipticis acuminatis b. cuneatis irregulariter denticulatis, supra atro-viridibus pilis rufis adspersis, subtus pallidioribus subtilissime lepidoto-granulatis imprimis ad nervos rufo-pilosis; scapo folia duplo superante, cyma dichotoma, bracteis numerosis lato-ovatis denticulatis longe rufo-pilosis, florib. parvis . . . (specimen meum nimis juvenile).

Petiolis 4—5″, foliola 3—4″ lg., 1″ l., petioluli 1″, scap. pedal., bracteae ½″. — In umbrosis montium declivibus pr. S. Jago inter Totontepec et Trapiche de la Concepcion, in dep. Oajaca.

5. BEGONIA POLYGONATA Liebm. — Liebmann l. c. p. 12.

Subarborea, rhizomate erecto 1—2 pedali crasso densissime villoso-squamoso cicatricibus magnis folior. delapsor. subangulato; f. longe petiolatis peltatis crassis oblique cordatis lobatis, lobis dentatis, dentib. obtusis, 9-nerviis, utrinq. fusco-hispidis, petiolo laminam subaequante fusco-villoso, stipulis scariosis fuscis lato-lanc. acutis; scapo 1—2-pedali hispido ap. paniculato-cymoso, ram. dichotomis patulis pendulis bracteis deciduis lanc. ovatisve obtusis; fl. albis, masculis diphyllis, phyllis rotundato-cordatis, staminib. plurimis, filam. liberis, anth. oblongis; femineis triphyllis, phyllis 2 exteriorib. majoribus oblongis obtusis, tertio elongato-obovato, caps. b. lato-cuneata, ap. truncata, ala maxima lato-falcata obtusangula; marg. exteriori curvato denticulato, ala secunda parum angustiori denticulata, tertia minima rotundata.

F. lamina 4½″ lg., —3½″ l., petioli 4½″; pedic. ¾—1″ caps. 9‴ longa lataque. — Hab. in locis dictis Barranca de Consequitla pr. Mirador.

6. BEGONIA SARTORII Liebm. — Liebmann l. c. p. 14.

Frutescens, caule bipedali curvato glabro tereti, internodiis foliis suis multo breviorib.; f. longe petiolatis oblique cordatis angulato-lobatis, lobis brevibus latissimis obtusiusculis acutisve irregulariter denticulatis ciliatis, 7—9-nerviis subtus prominentib. rufis, supra saturate viridibus, glabris subt. pallidiorib. pilis rufis, adspersis, petiolo laminam subaequante v. eo breviore rufo-piloso, stip. deciduis scariosis lanceolatis glabris; scapo rufo-piloso, cyma pauciflora, bracteis scariosis pellucidis concavis ovatis obtusis, fl. . . . fructus . . . .

F. lamina 5—6″ lg., 3—4″ l., petioli 2½—4″. — Hab. in silvis umbrosis locorum Eg et Liquidambar pr. Ranchoen Chistla pr. Mirador (Dep. Vera Cruz), in alt. 3000′.

7. BEGONIA MODESTA Liebm. — Liebmann l. c. p. 20.

Annua, caule succulento hyalino erecto puberulo, internodiis foliis suis breviorib.; f. longe petiolatis semicordatis acutis b. rotundatis irregulariter crenatis, crenaturis latis apiculatis ciliolatis, 7—9-nerviis, utrinq. laete viridibus pellucidis, supra nitidis pilis flaccidis raris adspersis, subt. glabris nitidis, petiolo lamina breviore v. eam subaequante puberulo, stipulis deciduis minimis pallidis lanc. acutis; fl. axillarib. subsolitariis v. terminalib. parce dichotomis, pedicellis gracilib. puberulis, bract. oppositis pellucidis lanc. acutis, fl. albis, masculis 4-phyllis, phyllis 2 exteriorib. majoribus rotundato-cordatis, 2 interiorib. minutis ovatis, femineis 4—5-phyllis, phyllis subaequalib. ovatis obtusis, caps. utrinque rotundata, alis hyalinis membranac. rotundatis, 2 aequalib. parum angustioribus.

F. lamina 2—3″ lg., 1—1½″ l., pet. 1—2½″, pedic. 6—9‴, caps. 5‴ lg., 4‴ l. — Hab. in silvis densis pr. Colipa in dep. Vera Cruz.

8. BEGONIA FRANCONIS *) Liebm. — Liebmann l. c. p. 21.

Annua pubescens, caule erecto flexuoso 3—6" longo nodoso, internodiis foliis suis breviorib.; f. longe petiolatis semicordatis acutis irregularit. crenatis ciliatis b. oblique truncatis 7-nerviis, utrinq. pubescentib. laete viridib., petiolo laminam subaequante v. superante, stipulis deciduis scariosis pallidis ovatis puberulis ciliatis, fl. axillarib. paucis albis, masculis 4-phyllis, externe puberulis; phyllis 2 majorib. rotundato-obovatis, 2 minorib. angustissimis, femineis 4—5-phyllis, phyllis subaequalib. ovalib., ovario pilosulo mox glabrescente, caps. utrinq. rotundata nitida, alis 2 majorib. rotundatis, tertia angustiori.

F. lamina $1\frac{1}{2}$ — 2" lg., 1 — $1\frac{1}{2}$" l., pet. 1 — $1\frac{2}{3}$''' pedicelli 3—6''', caps. 6''' lg., 5—6''' l. — Hab. in locis (fugtige) pr. Trapiche de la Concepcion pr. Comaltepec, (dep. Oajaca), alt. 3000'.

9. BEGONIA SEMIOVATA Liebm. — Liebmann l. c. p. 22.

Spithamaea, caule dichotomo glabro, f. petiolatis semiovatis acutiusculis duplicato-denticulatis inconspicue adsperse puberulis, utrinq. concolorib. laete viridib., petiolo lamina duplo triplo breviore, stip. ovatis; fl. axillarib. paucis (2—4), masc. . . . ., femin. minutis 4-phyllis, phyllis ovatis, caps. glabra, alis 2 aequalib. rotundatis, tertia augustiore rotundata, bract. minutissimis squamaeformibus.

F. lamina 9—12''' lg., 5''' l., pet. 3''', caps. matura $2\frac{1}{2}$''' longa, 4''' l. — Dr. Oersted legit plantam in monte ignivomo Mombacho, in alt. circ. 2000'.

10. BEGONIA FILIPES Benth. bot. to Capt. Belcher's voy. of the Sulphur. — Liebmann l. c. p. 22.

Planta annua 4—12 pollicaris gracilis ramosa, radice fibrosa, caule tereti glabro, internodiorum longitudine varia, f. tenuib. petiolatis oblique semicordatis ovato-oblongis acutis irregularit. triplicato-ciliato-serratis, b. rotundatis, 5—7-nerviis, supra laete viridib. sparse setulosis, subtus pallidiorib. lepidoto-punctulatis, petiolo lamina breviore, stip. scariosis lanc. apiculatis, cymulis axillarib. paucifloris (1—3), bract. lanc. apiculatis, pedicellis longiusculis tenuissimis, fl. albis minutis; masculis 2-phyllis, phyllis rotundato-cordatis, femin. 4-phyllis, phyllis ovatis, caps. glabra, ala maxime latissime falcata obtusa, alis 2 multo angustiorib. rotundatis.

F. lamina 9''' — $3\frac{1}{2}$" lg., 3''' — $1\frac{1}{3}$" l.; pet. 4''' — $1\frac{3}{4}$", pedicelli fructif. 4 — 5''', caps. mat. 3''' lg., 6''' l. — Hab. in ins. Taboga pr. Panama, et in monte ignivomo Mombacho, in alt. circ. 2000'.

11. BEGONIA AEQUATA A. Gray. — A. Gray l. c. p. 658.

Repens? glaberrima; ram. gracilib.; fol. fere aequilateris ovato-oblongis acuminatis parce dentatis b. obtusis trinervatis brevit. petiolatis tenuib ; stip. lanceol. petiolum adaequantib.; pedunc. brevib. axillarib. 1-paucifloris; fructu aequalit. trialato, alis completis.

Hab.: Luzon, in montib. pr. Baños. — Caules graciles, ut videtur ex nodis stolones emittentes; folia vix aequilatera, parva (pollicaria v. ultra) caet.

12. BEGONIA CUMINGII A. Gr. — Asa Gray Un. St. expl. exp. p. 658.

Erecta, perennis? glabrata; f. dimidiato-cordatis v. semisagittatis acuminatis grosse dentatis; fr. subaequalit. trialato, alis completis.

Hab. in montibus „Majaijai", ins. Luzon. — Specimen valde imperfectum fructigerum.

---

*) Species in honorem „Don Francisco Franco" praefecti districti „Villa alta" nominata.

Icones addendae.

Begoniar. specier. hybrid.

BEGONIA (*Diploclinium*) PRESTONIENSIS (*hybrida* ♀ *cinnabarina*, ♂ *nitida*). — (♀ *rubra*, ♂ *cinnabarina*). — The gard. compan. (1852) p. 149. c. tab. l. c.

BEGONIA INGRAMII — planta hybrida — (*Diploclinium*). — Mag. of bot. I. pag. 153. tab. 16.

BEGONIA (*Diploclinium*) SEMPERFLORENS, Link et Otto. — Paxt. fl. gard. I. n. 121. xylogr. fig. 213. — (Fl. albi — patria, Brasilia).

BEGONIA VERSCHAFFELTII Reg. (*hybr.*). — Regel gart. fl. 1855 p. 218. tab. 132.
Begoniac. spec. *hybrida e matre Beg. caroliniaefolia* et patre *B. manicata*.

INDEX GENERUM

nec non eorum synonymorum frequentissime usitatorum partis quarti.

Obs.: Nomina litteris traduntur:

Ordinalia: majoribus,
Tribualia: majusculis cursivis,
Generica: vulgaribus,
Sectionalia: majusculis erectis,
Synonyma: vulgaribus, littera (s.) adjecta.

Nomina quae signo ° notavimus, characteribus genericis vel sectionum illustrantur.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

J.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Z.

LIPSIAE, TYPIS J. S. WASSERMANN.



